4 Vols 69

L.L.
L. 7888 W

TITI LIVII PATAVINI

HISTORIÆ ROMANÆ

LIBRI XXXV,

SUPERSTITES.

WITH NOTES,

BY JOHN WALKER, A.M.,

SOMETIME FELLOW AND TUTOR OF TRINITY COLLEGE, DUBLIN.

UNIVERSITY PRESS EDITION.

TO WHICH IS NOW ADDED

THE VATICAN FRAGMENT OF BOOK XCI.

SEVEN VOLUMES IN FOUR.

197282
10/7/25

[Vol. 1]

DUBLIN:
WILLIAM BERNARD KELLY,
8 GRAFTON STREET.
LONDON: SIMPKIN, MARSHALL & CO., STATIONERS' HALL COURT.
M.DCCC.LXII.

PRINTED BY J. F. FOWLER,
3 CROW STREET, DAME STREET,
DUBLIN.

PA
6452
A2
1862
V.1

TO THE READER.

Among the classic authors of the best, or, as it is not infrequently styled, the *Golden* Age of Latinity, the first rank as a prose writer has been assigned to Livy; and rightly too, as we shall find if we compare him with either Cicero, or Julius Caesar, or Sallust, all of whom he excels as well in his subject as in its treatment. What in all heathen antiquity was more glorious than the history of the Roman people from the earliest period to the reign of Augustus Caesar? This was the subject which the genius of Livy aspired to grasp, and to which he devoted more than twenty years of literary labour. The varied beauties of style and composition which he displays, the sustained interest of the narrative, the noble pieces of oratory, and the many charming episodes and digressions which he intersperses, all justify the opinion, that if he was fortunate in having chosen a subject so great and so important, he has at least shown that he was not inadequate to the occasion. It has indeed been objected to him that he is too credulous, the foundation of the charge being that he has embodied in his history the old national traditions, those fond and proud recollections of early heroic times, which grace and adorn the majestic narrative, in which he so vividly depicts the rise and progress of the Roman state, from the dominion of a single city, growing greater and greater, till in his own period it might be regarded as having the empire of "all the world".

Niebuhr and other sceptical writers have laboured to discredit the ancient history of Rome. For the accounts we have received from the Latin historians, they would substitute their own arbitrary conjectures; for what is positive and ascertained, if we are to have faith in preceding writers, those unbelieving and sophistical critics would leave us only doubtful and perplexing uncertainty. Yet we cannot believe they will ever have more than a partial and temporary success. The storied page of Livy will always, while the Latin tongue endures, be read with pleasure, and the *Lays of Ancient Rome*, introduced into our ballad poetry, while delighting the scholar, will enable the English reader to appreciate the materials from which the first portions of the History may perhaps have been derived.

The celebrated critic, Father *Rapin*, having at considerable length compared together the Greek historian *Thucydides* and the Latin *Livy*, gives the preference to the latter. "Livy alone", says the learned Jesuit, "has filled up all the parts of a complete historian. The greatness of his subject is answerable to his style: he has matched the grandeur of a people whose history he writes with as noble a genius. That matter could not be treated as became its greatness but in that manner he has done it, who has been master of all the beauties of composition in such height of perfection as no man else has ever been so happy as to arrive to". And he concludes that "if truth ought to become agreeable and lovely by the charms and beauty of discourse, Livy must be awarded the percedence".

Titus Livius, whom in English we call Livy, was a native of Patavium, now *Padua*, a city in the north of Italy, till nearly the close of the eighteenth century belonging to the Venetians, but since the year 1815 subjected to

the Austrian empire. His family was of consular dignity, and his birth was in the year 59 before the Christian aera. Little is known of his life but that he resided in Rome during the reign, and perhaps under the patronage, of Augustus Caesar, after whose death, and the accession of Tiberius, he returned to Patavium, where he died A.D. 19. In the fifteenth century, a tomb supposed to be his was discovered in Padua, but which was subsequently ascertained to be only that of a freedman, or liberated slave, of the historian's daughter.

The History of Rome, in composing which Livy was occupied during twenty years, consisted, when complete, of one hundred and forty, or, as some maintain, of one hundred and forty-two books, but of these scarcely a fourth part has been preserved to our times. Only thirty-five books, and these not all perfect, have escaped the ravages of time, and there is besides an important fragment of the ninety-first book, discovered in the Vatican Library. That fragment is now given in the present publication, as additional matter not comprehended in the first plan of the edition. Livy's work, when completed, included the History of Rome during somewhat more than 744 years, from the foundation of the city, according to the common chronology, in the year 753 before the birth of our Lord, to the death of Drusus, during his invasion of Germany in the year of Rome 745, or the ninth year before the Christian aera.

As Livy's work had been written in Rome, so it was in that city any part of it first appeared in type. The first edition has no date, but was printed in Rome in either 1469 or 1470. It is dedicated to Pope Paul the Second (who died in 1471) by the editor, Joannes Andreas, Bishop of Aleria. This edition contained but twenty-nine books, the thirty-third being deficient, and the

fortieth very imperfect. Several other editions followed before the year 1500. From that time they have been very numerous, and of every size and form that is in use. The Zweybruggen editors in 1784 give, in fifty closely printed octavo pages, an enumeration of the editions and translations down to their period. It would be largely augmented if continued to the present time. We can only mention a few of the chief editions.

In that of Mentz, 1518, folio, two parts were added; the thirty-third book, but wanting the first seventeen chapters; and the completion of book forty, from cap. 37 to the end, both from a MS. in St. Martin's, Mentz.

In the Basil edition of 1531, folio, edited by Simon Grynaeus, there for the first time appeared, the five books following the fortieth, but with many deficiencies, the forty-first wanting the commencement, and there being also many *lacunae*. The MS. from which they were taken was then, and is perhaps still, in the Imperial Library at Vienna.

In 1615 the part of the thirty-third book which had hitherto been deficient was found in the Cathedral library at Bamberg, and in 1616 was published first in Rome, and again at Venice. In 1617, it was printed at Paderborn by the Jesuit Father John Horrion, who had originally discovered it in the Bamberg library, and it has ever since been received into the editions of Livy. But so lately as 1822, and 1837, editions of Lib. XXXIII. have been published at Meissen, and Frankfort-on-the-Maine, from the same Bamberg MS.

From that period there have been no further discoveries of any part of Livy's text, except that in 1772 the Vatican fragment was found and deciphered from a Codex Rescriptus by Bruns, and has several times been printed subsequently. There is indeed a dubious frag-

ment of book sixteen, printed in the ninth volume of *Trans. of the Parisian Acad. des Inscr. et Belles Lettres*, to whom it had been transmitted in 1732 by Professor Schoepflin, of Strasburg, said to have been found in a MS. of the Abbey of Salmansweiler, in Suabia, but the whole library of that establishment had perished by fire about the year 1700, and nothing can now be learned of its contents.

The Elzevir edition (Lugd. Bat. 1634), in 3 vols., 16mo, edited by D. Heinsius, is much admired for its accuracy and excellent typography.

That of Amsterdam, 1665, in 3 vols., 8vo, by Gronovius, is valuable as a commodious book of reference.

The Parisian edition, *in usum Delphini*, 1679, by Doujat, in 6 vols., 4to, contains, besides the remaining text, also the supplements of Freinsheimius for one hundred and five lost books, and those of Doujatius for supplying the *lacunae* of those that have been preserved. Those supplements greatly enhance the value and utility of the Delphin edition.

The Oxford edition of 1708, by Hearne, in 6 vols., 8vo, has numerous Lectt. Var. from MSS. Among these occurs what purports to be a portion of Lib. XXII., but is only an interpolation, though an old one. It is critically examined in a dissertation of ten pages by Henry Dodwell, formerly of Trinity College, Dublin, and afterwards Camden Professor of History at Oxford, who decides against its claim to be the work of Livy.

Maittaire's edition, in 6 vols., 12mo, Lond., 1722, is correct, and furnished with an excellent index.

That of Crevier, Paris, 1735, in 6 vols., 4to, is highly and deservedly commended by the historian, Edward Gibbon.

Drakenborch's edition. Amsterd., 1738–46, in 7 vols.,

4to, besides copious collations of MSS., and the prolix comments of its laborious editor, gives the supplements of Freinsheimius.

The Edinburgh edition, by Ruddiman, in 1751, 4 vols., 12mo, is both accurate and beautiful.

The Bipont edition, 1784–86, in 13 vols., 8vo, gives both text and supplements, with the *Fasti Consulares*, an ample *Notitia Literaria*, and very exact Indices.

At London, in 1787, a single 8vo volume was brought out by an anonymous editor, evidently a scholar, containing only Books I., XXI., XXXI., and XLI., with notes from Drakenborch and others.

The neat and commodious Gotha edition, edited successively by Stroth and Doering, in 7 vols., 12mo, 1796 to 1819, has useful notes, and a copious Index.

We have next to mention the *Dublin* edition, which is that now presented to the reader. It was undertaken by the University of Dublin with an especial view to the instruction of its own students. The editor employed by the University was John Walker, Fellow of Trinity College, Dublin, who had been distinguished for his classical attainments from the very commencement of his academic career. He had been elected to a scholarship after a severe competitive examination in the year 1788. In 1791, as the result of an examination still more severe, extended over several days, and held in public, he gained a fellowship. He was now fellow and tutor, with daily augmenting reputation, when he was selected to prepare and edit an edition of Livy, with notes and comments, which would be worthy of that University and adapted to the use of the student. How well he succeeded in his task will be seen by inspecting the following volumes, which issued from the press at intervals, so that fifteen years intervened between the first and the con-

clusion. The first volume having appeared in 1797, the seventh, which is the last, in 1813.

The Dublin University Calendar of 1862 says: "Mr. Walker was the editor of the well-known edition of Livy, published at the University Press in 1797". But this certainly is erroneous, as only the first volume was published in 1797; the second in 1799; the third in 1809; the fourth in 1810; the fifth and sixth in 1811; and the seventh not until 1813.

Mr. Walker held his fellowship in Trinity College, Dublin, until October, 1804, when his connection with that society ceased, but not in the manner stated in the Dublin University Calendar, which is directly contrary to the account repeatedly given in public by himself, and never contradicted during his life. He continued his attention to the classical and scientific studies of Trinity College, Dublin, which he promoted by several publications, most of which were adopted by the University as text books. His Selections from Lucian, and his Commentary on the College Logic, were remarkably successful, and have gone through several large editions. His Philosophy of Arithmetic, and his Euclid in General Terms, are equally well calculated to make scientific propositions and their proofs easily intelligible. He was engaged in editing the Odyssey of Homer for the University of Dublin, and had about half of the work completed, when his death interrupted it in 1833. It was completed as a posthumous publication by his son, who, if he had no other inheritance, at least succeeded to his father's classical taste, and to much, if not the entire, of his erudition.

His Livy is still that which is studied by candidates for sizarships, for scholarships, and other honours at examinations in Trinity College, Dublin. It is found by a long

experience to be that on which they can most safely rely, and although the notes and comments are in Latin, that circumstance presents no difficulty to the really diligent student. The best and soundest scholars were formed in the times when the universal language of learning was also that of classical instruction to all except the lowest form. Nor is the time very remote in which, by means of this language, the authors of every European country reciprocally communicated their observations and discoveries in science, which at present must be "cabin'd, cribb'd, confin'd" within the limits of a single vernacular language, unless released by translation into some other, with almost a certainty of injury by errors committed in the process.

Whether the Latin is ever to resume its ancient supremacy may be doubtful, especially as the tendency of the present age is rather to the acquisition of showy and superficial, than of real and profound scholarship. But whoever desires to become proficient in classical criticism and philology, must obtain access to the rich treasures of such learning which are contained in Latin books, and that his researches may not be tedious and laborious, he must study to become familiar with not only the ancient classical writers, but with the great masters who have flourished since the revival of learning. If Cicero and Virgil, Sallust, Livy, Tacitus, and Horace be deemed essential to a liberal education, not less so should be Sedulius, Vida, Sannazarius, Casimir, Strada, and Osorius, who in later times have written Latin, with a grace and fluency not surpassed even by the ancient Romans

DUBLIN,
16th June, A.D. 1862.

LECTORI S.

QUUM semel tantum TITI LIVII Libri superstites in *Hibernia* hucusque fuerint impressi, quorum editio illa Dubliniensis denuo in lucem exitura erat, Bibliopolae, viro ob sumptus suos haud exiguos in bonis literis promovendis impensos quidem laudabili, operae pretium videbatur si quicquid adhuc deesset congruum comparatu quoque facile, id demum auctarii instar adjiciendum fore, ita ut omnibus quasi numeris absoluta prodiret. Habes igitur, amice Lector Fragmentum illud insigne Libri XCI. Liviani, Romae in Bibliothecâ Pontificiâ Vaticanâ A.D. 1772 foelice quodam casu repertum, quod è Codice Palimpsesto, olim Palatino, summâ cum curâ descriptum tandem typis mandatum publici juris fecit PAULUS JACOBUS BRUNSIUS, *Hamburgi*, 1773. In eodem anno subsecutae sunt certatim editiones plures; *Romana*, cum Giovenazzii Scholiis, recusa *Neapoli;* et *Lipsiensis*, cum praefatione Ernestii. *Upsalensis*, cum notis criticis Ioannis Ihrei, lucem vidit in anno 1774. Hamburgensis editionis exemplar a Londino ad se missum nactus vir clarus idemque doctissimus GABRIEL BROTIERIUS monumentum illud Romanae et Hispanae antiquitatis praestantissimum supplementis et adnotationibus suis inlustratum iterum vulgavit subjunctum nempe Tomo Quarto alterius suae itemque potioris editionis C. CORNELII TACITI operum, quae *Parisiis* prodiit A.D. 1776. Postea saepius excusum erat Fragmentum illud, e.g., *Biponti*, 1786; *Londini*, 1787; *Oxonii*, 1818; et nunc *Dublinii*, e Parisiensi cl. Brotierii. Damus insuper e *Berolinensi* editione decerpta quaecunque in ea aliter quam in Parisiensi leguntur, utpote vel ex codicis ipsius vetusti literis evanidis serius recuperata, vel a viris perquam doctis IO. TH. KREYSSIGIO, IMM. BEKKERO, et B. G. NIEBUHRIO, in vicem prorsus illegibilium et deperditorum digne excogitata. Itaque quicquid Livii est tibi sistitur, et insimul Brotierio laudes suae manent integrae. Eruditis placuit ejus editio quamvis non omnino a naevis immunis. In Fragmento etiam post ejus recensionem relicti erant loci medicatrice egentes manu, quorum sanatio non ex ingenio mero sed e Codicis Vaticani indagatione penitiore exspectanda fuit. Per hanc igitur salutis viam petendum foret remedium exoptatum, neque frustra id quaesitum fuisse facile patebit cuicunque versanti Kreyssigii editionem *Chemnicensem*, 1807; Niebuhrii *Romanam*, 1820; ac Livii opp. editt. recentiores uti *Lipsiensem* 1823–27; et *Berolinensem* 1829–30, cujus Lectiones praecipuae hic veluti in conspectu tibi praeponuntur, ita tamen ut sua cuique editori sunt tributa. Queis subsidiis in studiorum tuorum adjumentum paratis fruere, VALEQUE.

DUBLINII, XVI. Kal. Iulij. A.D. CIↃ. IↃCCC.LXII.

FRAGMENTUM.

LIBRI XCI. HISTORIAE ROMANAE

TITI LIVII PATAVINI,

CUM GABRIELIS BROTIERII SUPPLEMENTIS.

BREVIARIUM.

[a Brotierio concinnatum.]

Contrebia a Sertorio expugnata. Is, in hiberna ducto exercitu, conventum sociarum civitatum agit, et ad reliqua belli cohortatur. Principio veris M. Perpernam in Ilurcaonum gentem mittit. Herennuleium et Hertuleium docet quemadmodum bellum sit administrandum. Ipse ad Calagurim Nasicam, sociorum urbem venit: M. Masium mittit in Arvacos et Cerindones, C. Instelum Segoviam et in Vacreorum gentem: mox profectus per Umconum agrum, Vareiam validissimam urbem petit.

Hæc gesta A.U.C.	A.C.		
DCLXXVIII.	76.	Coss.	Cn. Octavio, C. Scribonio Curione.
DCLXXIX.	75.	Coss.	L. Octavio, C. Aurelio Cotta.

[Quae supplevit Brotierius characteribus Italicis expressa sunt.]

TITI LIVI LIB. XCI.

Nocte tamen insequenti, ipso pervigilante, in eodem loco alia excitata turris prima luce miraculo hostibus fuit: simul et oppidi turris, quae maximum propugnaculum fuerat, subrutis fundamentis dehiscere ingentibus rimis, et tu*m erumpente validi*us *ardescere* igni coepit: incendiique simul et ruinae metu territi Contrebienses de muro trepidi effugerunt; et, ut legati mitterentur ad dedendam urbem ab universa multitudine conclamatum est. Eadem virtus, quae irritantes oppugnaverat, victorem placabiliorem fecit. Obsidibus acceptis, pecuniae modicam exegit summam, armaque omnia ademit.

Transfugas liberos vivos ad se adduci jussit; et fugitivos, quorum major multitudo erat ipsis, imperavit ut interficerent. Jugulatos de muro dejecerunt. Cum magna jactura militum, quatuor et quadraginta diebus Contrebia expugnata; relictoque ibi L. Instelo, *praefecto equitum*, ad Hiberum flumen copias adduxit. Ibi hibernaculis secundùm oppidum quod Castra Aelia vocatur aedificatis, ipse in castris manebat, interdiu conventum sociarum civitatium in oppido agebat. Arma ut fierent, pro copiis cujusque populi per totam provinciam edixerat: quibus inspectis, referre caetera arma milites jussit quae aut itineribus crebris aut oppu*gnationibus variisque praeliis labe*facta erant. Nova manè per centuriones divisit *militi:* tum quoq*ue ipsos* instruxit armis, vestimentaqu*e addita; et operarum im*pendium datum. Fabros *enim advocaverat*, indeque exciverat quibus officinabus bitumen *excoqueretur*, ratione inita quid in singulos dies effici posset.

Itaque omnia simul instrumenta belli parabantur. Neque materia artificibus, praeparatis antè omnibus, *in ministerium tardior*, nec suo quisque operi artifex deerat. Convocatis deinde omnium populorum legationibus, *summatim prioris belli eventus recensuit*, *laudatisque civitatum consensu et militum virtute*, quas ipse res *consilio providisset*, quasque in oppugnandis urbibus hostium gessisset, exposuit; et ad reliqua belli cohortatus est paucis edoctos quantum Hispaniae provinciae interesset suas partes superiores esse. Dimisso deinde conventu, jussis quae omnibus *conducerent quibusque* sibi *possent res serva*re suas, principio veris, M. Perpernam cum viginti milibus peditum, equitibus mille quingentis in Ilurcaonum gentem misit ad tuendam regionis ejus maritimam oram; datis praeceptis, quibus itineribus duceret ad defendendas socias urbes, quas Ponpeius oppugnaret, quibusque ipsum agmen Ponpei ex insidiis adgrederetur.

Eodem tempore et ad Herennuleium qui in iisdem locis erat literas misit, et in alteram provinciam ad L. Hertuleium, praecipiens quemadmodum bellum administrare vellet; ante omnia ut ita socias civitates tueretur, ne acie cum Metello dimicaret, cui neque auctoritate neque viribus par esset: ne ipse quidem consilium *inierat ad*versus *eum eundi*, neque in *praesentiarum incur*surum eum credebat, si traheretur bellum: hosti, cum mare ab tergo provinciasque omnes in potestate haberet, navibus undique commeatus venturos: ipsi autem, consumptis priore aestate quae praeparata fuissent, omnium rerum inopiam fore: Perpernam in maritimam regionem super*venturum*, ut ea quae integra adhuc ab hostis *vi tuta*ri

posset, et si qua occasio detur, incautos per tempus adgressurum. Ipse cum suo exercitu Hiberones et Autalcones progredi statuit, a quibus *gratiam querebatur infamem*, cum *nuper* oppugnarentur Celtib*erorum* urbes imploratam esse opem *ab Metello*, missosque qui itinera exercitui Romano monstrarent. *Quam perfidiam ultum ire volebat Sertorius, ut insigni exemplo ceterorum fidem retineret. Illos cum pro flagitii gravitate multasset, variis distrahitur curis, ambiguus quonam bellum vertat, utrum fidos Romanis populos incurset*, maritimamne oram, ut Ponpeium ab Ilercaonia et Contestania arceat, utraque socia gente, an ad Metellum et Lusitaniam se convertat.

Haec secum agitans Sertorius praeter Hiberum amnem per pacatos agros quietum exercitum sine ullius noxa duxit. Profectus inde in Bursaonum et Casuantinorum et Graccuritanorum fines, evastatis omnibus proculcatisque segetibus, ad Calagurim Nasicam sociorum urbem venit, transgressusque amnem propinquum urbi, ponte facto, castra posuit. Postero die M. Masium quaestorem in Arvacos et Cerindones misit ad conscribendos ex iis gentibus milites, frumentumque inde Contrebiam, *quae* Leucada appellatur conportandum, praeter quam urbem opportunissimus ex Beronibus transitus erat, in quamcumque regionem ducere exercitum statuisset; et C. Instelum praefectum equitum Segoviam et in Vacreorum gentem ad equitum conquisitionem misit, jussumque cum equitibus Contrebiae sese opperiri. Dimissis iis, ipse profectus per Umconum agrum, ducto exercitu in confinio Vironum posuit castra. Postero die cum equitibus praegressus ad itinera exploranda, jusso pedite quadrato agmine sequi ad Vareiam validissimam regionis ejus urbem venit. Haud inopinantibus *Vareianis* advenerat, undique equitibus et suae gentis et Autric*gonum accitis.*

[*Caetera desunt.*]

EDITORIS DUBLINIENSIS MONITUM.

Notandum est cl. *Brotierium* modo duplice edidisse hujusce Fragmenti textum, antiquiore sc. in literis majusculis seu uncialibus, sine ulla verborum distinctione, prout in Codice ipso Vaticano exstitit; et recentiore in more consueto librorum impressorum. Ex his inter se collatis hujusce editionis textus conficitur. Memoratu etiam dignum est emendationes quasdam a nuperrimis editoribus receptas, jamjudum a G. Brotierio saltem indigitatas fuisse.

EDITIONUM

PARISIENSIS A.D. 1776, ET BEROLINENSIS, A.D. 1830,

COLLATIO.

QUIA Loci plures in editione Berolinensi ex recensione IMM. BEKKERI aliter quam in Parisiensi leguntur, lectoribus utile arbitratum est diversitatem eam lectionis adponere. Quidam enim loci integritati suae restituti sunt ipsius Codicis Vaticani ope; alii per editoris Berolinensis conjecturas aptissime suppleti. Praetermissis tantum quibusdam leviusculis, insequuntur quae modo alterutro sunt immutata.

Supplementa characteribus *Italicis* sunt impressa.

EDITIO PARISIENSIS.	EDITIO BEROLINENSIS.
Et tu*m erumpente validius ardescere* igni coepit:	Et tum *conflagrare immisso facium* igni coepit:
Effugerunt	Refugerunt
Quatuor et quadraginta	Quattuor et quadraginta
Relictoque ibi L. Instelo, *praefecto equitum*,	Relictoque ibi L. Insteio *cum valido praesidio*,
Aut oppu*gnationibus variisque praeliis labe*facta erant,	Aut oppug*nationibus et praeliis inutilia* facta erant,
Nova mane per centuriones divisit *militi;* tum quoq*ue ipsos* instruxit armis, vestimentaque *addita et operarum im*pendium datum. Fabros *enim advocaverat* quibus officinabus bitumen *excoqueretur*, ratione inita quid in singulos dies effici posset.	Novaque viris per centuriones divisit, equitatum quoque novis instruxit armis, vestimentaque praeparata ante divisa, et stipendium datum. Fabros cura conquisitos undique exciverat, quibus officina publica *instituta uteretur*, ratione inita quid in singulos dies effici possit.
Neque materia artificibus, praeparatis antè omnibus, *in ministerium tardior*, nec suo quisque operi artifex deerat.	Neque materia artificibus, praeparatis ante omnibus *e*nixo civi*tatium st*udio, nec suo quisque operi artifex deerat.
Populorum legationibus, *summatim prioris belli eventus recensuit, laudatisque civitatum consensu et militum virtute*, quas ipse res *consilio providisset*, quasque	Populorum legationibus et civitatium, gratias egit quod, quae imperata essent in *pedestres copias, praestitissent:* quas ipse res *in defendendis sociis* quasque
Jussis quae omnib*us conducerent, quibusque* sibi *possent res serva*re suas,	Jussisque omnibus *bono animo esse atque* in civitates *red*ire suas,
Ilurcaonum	Ilercaonum
Hertuleium	Hirtuleium
Cui neq*ue*	Cui nec
Ne ipse quidem consilium *inierat ad*versus *eum eundi*, neque in *praesentiarum incur*surum eum	Ne ipsí quidem consilium esse ducere *ad*versus Pompeium, neque in aciem descensurum eum

Sup*erventurum*, ut ea, quae integra adhuc, ab hostis *vi tuta*ri posset,	Superpositum, ut ea quae integra adhuc ab hoste sint tueri posset,
Hiberones et Autalcones	In Berones et Autrigones
A quibus *gratiam querebatur infa*mem: cum *nuper* oppugnarentur Celtib*erorum* urbes imploratam esse opem *ab Metello*, missosq*ue* qui itinera exercitui Romano monstrarent. *Quam perfidiam ultum ire volebat Sertorius, ut insigni exemplo ceterorum fidem retineret, Illos cum pro flagitii gravitate mulctasset, variis distrahitur curis, ambiguus quonam bellum vertat, utrum fidos Romanis populos incurset*, maritimamne oram,	A quibus saepe per hiemem cum ab se oppugnarentur Celtib*erae* urbes, imploratam esse opem Pompeii compererat, missosque qui itinera exercitui Romano monstrarent; et *ab* ipsorum equitibus vexatos saepe milites suos, quocunque a castris per oppugnationem Contrebiae pabulandi aut frumentandi causa *progrederentur.* Ausi tum quoque erant Arevacos in *partes sollicitare.* Edito *igitur exemplo* belli, consilium se initurum utrum prius hostem, utram provinciam *petat*, maritimamne oram,
Casuantinorum	Cascantinorum
M. Masium	M. Marium
In Arvacos	In Arevacos
C. Instelum	C. Insteium
In Vacreorum gentem	In Vaccaeorum gentem
Jussumque cum equitibus	Jussum cum equitibus
Per Umconum agrum ducto exercitu in confinio Vironum posuit castra.	Per Vasconum agrum ducto exercitu in confinio Beronum posuit castra.
Haud inopinantibus *Vareianis* advenerat.	Haud inopinantibus iis noctu advenerat.

FRAGMENTUM OXONIENSE.

Ne vacua maneret pagina, subjicitur, intra stellulas inclusa, illa particula, Lib. XXII. cap. 18, addita quam Hearnius in Codice Laudiano inventam inter Lectt. var. suae Editionis *Oxon.* 1708, seposuit. Eam quasi pannum textui insutum, et auctori tanto prorsus indignum, Livio abjudicat doctiss. Henr. Dodwellus Dubliniensis.

Fabius quoque movit castra: transgressusque saltum super Allifas loco alto ac munito consedit. * Et reparando subgressu manu haud magna, Alisfae moenia quasi palans perveniens ex opido bellua constrata armamentis erupit; quam consul vi captam, trucidatis qui in ea constiterant reservat ad pugnam. Sed opidani sicut quibus curae pusillum inerat, in diem alteram umbonibus belluatis paucos fugaces invadunt, elephantemque omine meliori receptant, et Alifas Ruffium quondam vocitatas, ab dextro sequente sinistrum augurio nomen imponunt accolae. * Tum per Samnium, *etc.*

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM, AB URBE CONDITA, LIBRI QUI SUPERSUNT XXXV.

TEXTUM RECOGNOVIT,
SELECTIS VARIORUM
NOTIS ILLUSTRAVIT,
SUASQUE ALIQUOT ADJECIT

JOHANNES WALKER, A.M.
COLLEGII DUBLINIENSIS SOCIUS.

TOMUS PRIMUS.

DUBLINII:
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO, ET SUMPTIBUS ACADEMICIS.

M.DCC.XCVII.

JOHANNES WALKER

LECTORI S.

QUUM Livii exemplaria vel rariùs comparerent, vel magno pararentur pretio, vel denique parum ad usum studiosæ juventutis essent accommodatæ, hortabantur me Academiæ nostræ rectores (quorum omnibus observantiam, nonnullis quoque gratiam plurimam debeo) ut novam ejus editionem procurarem. Atque ego, licet variis occupationibus jampridem distinerer, tamen eorum voluntati deesse nolui; quum propter ipsam operis jucunditatem, (quis enim absque summâ delectatione Livio nostro incumbere potest?) tum quia, hoc præcipuè tempore, humanioribus literis pro virili subveniendum putavi ab omnibus, qui aut religioni Christianæ aut cultis moribus favent: jam enim homines novitatis studiosi literas Græcas ac Latinas haud verentur vel propalam obtrectare; atque dum alia studia summis laudibus concelebrare videntur, re ipsâ & divinam & humanam scientiam radicitus evellere parant.

Sed, fateor, prorsus ignorabam quantum in me oneris susciperem. Equidem mihi ita persuasi brevem fore & expeditum laborem, post tot tantorum virorum curas Livio exornando impensas, eum denuo in lucem emittere.

At

At majus multò opinione negotium fuit, necnon ipsâ abundantiâ anteconvectæ materiæ impeditum. Quàm enim operosa res sit ex tantâ farragine optima quæque & utilissima seligere, eaque in ordinem & compendium redigere, haud facilè inexpertus credes. Hæc res laboris plurimi, exiguæ fere laudis est : immo plerosque prorsus latet opera, unde maximos fructus percipiunt.

Ne quis autem mihi vitio vertat, me plura in annotationibus ex aliis desumpsisse. Id enim & ingenuè profiteor, & operis ratio postulavit. Quippe in hâc palæstrâ, jam inde ab literis renatis, plures doctissimi viri ingenia exercuerunt; ut potiùs mirum videatur aliquid minùs sanum in Livio restare, vel obscurum, vel pravè interpretatum, quàm eorum lucubrationes plurima suppeditare quæ ad Livium illustrandum iterum iterumque adducantur necesse sit.

Attamen non omne spatium ita a prioribus interpretibus occupatum video, ut nullus relinquatur locus ubi novi aliquid exstrui oportet. Alia enim addenda duxi, mutanda vel corrigenda alia. De his vereor aliquid dicere : neque enim auctoris de opere suo existimatio est. Id modò monendum censeo, notas omnes, quarum a me jure exigenda ratio est, literâ *E* signari; ne fortè culpa quæ mea sit propria in alium ullum conferatur. Reliquis verò singulis nomina commentatorum apponere pro supervacaneo habui : & quidem difficile nonnunquam foret suum cuique tribuere, ubi alia ab aliis mutuata simul in unum conflantur.

Ipsum porro contextum Livianum fere ex Drakenborchii recensione expressi, indicio facto ubicunque ab eâ absceditur. Ad errores typographicos cavendos (& id quoque quantum laboris affert, quantum fastidii !) summam,

quam

quam potui, adhibui diligentiam. Inanem autem immaculatæ editionis jactationem aliis relinquo. hanc a mendis tam immunem eſſe, quàm per operarum incuriam ſimul & inſcitiam oculorumque interdum hebeſcentem aciem licuit, id verè prædicare poſſum. Sententias ad mores, ad civilem militaremque prudentiam pertinentes, quarum Catalogus editioni Crevierianæ ſubjungitur, obeliſco ad marginem appoſito notandas curavi.

Sequitur Notitia literaria de Livio, ex Fabricio aliiſque ſummatim deſcripta.

Huic primo tomo ſubjungitur Index latinitatis Livianæ; eumque reliquæ operis partes, ſi vitam Deus vireſque largiatur, deinceps excipient. Interim laboribus meis, in quibus nihil mihi antiquius lectoris commodo eſt, faveas oro; & ſi quæ minùs placuerint, condones. Rem ſatis per ſe arduam molior; eoque mihi graviorem, quòd ſæpe adversâ valetudine laboro, variiſque ſemper implicitus ſum negotiis. VALE.

Dublinii. Prid. Kal. Novemb. Anno MDCCXCVII.

NOTITIA LITERARIA DE T. LIVIO.

TITUS LIVIUS anno U. c. 695. (fi Eufebio fides in Chronico) natus Patavii (1); Romæ poftea Claudii imperatoris ftudia moderatus, ut colligas e Suetonii Claud. c. 41. obiit in patriâ feptuagenario major, quarto anno Tiberii Imp. U. c. 770. poft C. n. 17.

Quantum ejus fuerit nomen, cum viveret, docent hæc Plinii verba l. 2. ep. 3. ad Nepotem: *Nunquamne legifti, Gaditanum quendam, Titi Livii nomine gloriâque commotum, ad vifendum eum ab ultimo terrarum orbe veniffe, ftatimque, ut viderat, abiiffe?*

Hiftoriam Romanam, five, ut ipfe l. 43. c. 13. appellat, *Annales* ab urbe conditâ ad bellum Germanicum mortemque Drufi h. e. ad annum 744. perfecutus eft libris CXLII (2). quos fcripfit aliquot annis poft claufum ab Augufto Imp. primâ vice templum Jani, cum ille anno Urbis 725. in pugnâ Actiacâ M. Antonium viciffet. vid. not. 4. ad. c. 19. l. 1. Ex his non exftant plures hodie quàm

(1) Fuere qui, non *Patavii*, fed *Aponi* natum illum traderent, Martialis auctoritate freti, l. 1. Ep. 62. Videndum autem annon ille Aponam terram generatim dixerit pro Patavinâ, ab Apono fonte qui celebratiffimus erat inter aquas Patavinas.

(2) Epitomas (five earum Florus, five alius eft auctor) habemus librorum tantummodo CXL. Sed libri CXXXVI. & CXXXVII. Epitome defideratur.

quam XXXV. Nam secunda periit decas, & quicquid sequebatur librum quadragesimum quintum.

Citatur a Livio *Fabius Pictor* scriptorum antiquissimus: & *Macer Licinius* atque *Q. Tubero.* Ex Græcis scriptoribus *Polybius:* in eo autem vertendo noster interdum hallucinatus est. Sæpe etiam mentionem facit *librorum linteorum.* De defectu fide dignorum monumentorum antiquioribus temporibus caliginem offundente queritur tum alibi, tum l. 8. c. 40.

Asinius Pollio teste Quinctiliano l. 1. c. 5. & l. 8. c. 1. aiebat se in Livii scriptis *Patavinitatem* quandam h. e. dictiones nonnullas Romanis auribus insolentes observasse; quarum tamen nulla in scriptis ejus vestigia superesse contendit Morhofius. Jamdiu docti omnes magno consensu iere in Quinctiliani sententiam, qui l. 10. c. 1. Livium esse judicat. *quum in narrando miræ jucunditatis clarissimique candoris, tum in concionibus supra quàm enarrari potest eloquentem.*

Qui plura vult adeat Vossium de Historicis Latinis, Fabricii Bibliothecam Latinam, Præfationem Crevierii, Saxi Onomasticon Literarium, & Noltenii Lexicon.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI.

EPITOME LIBRI PRIMI.

ADVENTUS *Æneæ in Italiam, & ejus res gestæ referuntur. Ascanii regnum Albæ, & deinceps Silviorum. Numitoris filia, a Marte compressa, nati Romulus & Remus. Amulius obtruncatus. Urbs a Romulo condita. Senatus lectus. Cum Sabinis bellatum. Opima spolia Jovi Feretrio lata. In curias populus divisus. Fidenates & Vejentes victi. Romulus consecratus. Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit; Jano templum constituit; ejusque portam, pacatis omnibus circà populis, primus clausit. cum Deâ Egeriâ sibi congressus nocturnos esse simulans, feroces populi animos ad religionem perpulit. Tullus Hostilius Albanos bello petiit. Post hæc trigeminorum pugna. Horatius absolutus. Metti Fuffetii supplicium. Alba diruta, Albani in civitatem recepti. Sabinis bellum indictum. Ad postremum fulmine Tullus absumptus. Ancus Martius ceremonias, a Numâ institutas, renovavit. Latinis victis & ad civitatem adscitis montem Aventinum assignavit. Politorium, urbem Latinorum, bello repetitam, quam prisci Latini occupaverant, diruit. pontem sublicium in Tiberim fecit. Janiculum collem urbi addidit. fines imperii protulit. Ostiam condidit. Regnavit annos viginti quatuor. Eo regnante Lucumo, Damarati Corinthii filius, a Tarquiniis, Etruriæ civitate, Romam venit; &, in amicitiam Anci receptus, Tarquinii nomen ferre cœpit; & post mortem Anci regnum excepit. Centum additis, Patrum numerum auxit. Latinos subegit, circum designavit, ludos edidit. Sabinorum bello petitus equitum centurias ampliavit. Tentandæ scientiæ causâ Atti Navii auguris, consuluisse fertur,*

an id, de quo cogitaret, effici posset; quod quum ille fieri posse respondisset, jussisse eum novaculâ cotem præcidere; idque protinus ab Atto factum. Sabinos præterea acie vicit, urbem muro circumdedit, cloacas fecit. Occisus est ab Anci filiis, quum regnasset annos triginta octo. Successit ei Ser. Tullius, natus ex captivâ nobili Corniculanâ; cui puero, adhuc in cunis posito, caput arsisse traditum est. Vejentes atque Etruscos prælio fudit. Censum primus egit. Lustrum condidit, quo civium capita censa octoginta millia esse dicuntur. Classes centuriasque descripsit. Pomœrium protulit. Colles urbi, Quirinalem, Viminalem, Esquilinumque adjecit. Templum Dianæ cum Latinis in Aventino fecit. Interfectus est a L. Tarquinio, Prisci (1) *filio, consilio filiæ suæ Tulliæ, quum regnasset annos quadraginta quatuor. Post hunc L. Tarquinius Superbus, neque Patrum, neque populi jussu, regnum invasit: quo die scelerata Tullia per patris jacentis corpus carpentum egit. Armatos circa se ad custodiam corporis sui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bellum cum Volscis gessit; & ex eorum prædâ templum Jovi in Capitolio fecit. Terminus & Juventas non addixere: quorum aræ moveri non potuerunt. Filii Sex. Tarquinii dolo Gabios in potestatem suam redigit. Hujus filiis Delphos profectis, & consulentibus, quis eorum regnaturus esset Romæ, dictum est, eum regnaturum, qui primus matrem osculatus esset. Quod responsum quum ipsi aliter interpretarentur, Junius Brutus, qui cum iis profectus erat, prolapsum se simulavit, & terram osculatus est. idque factum ejus eventus rei comprobavit. Nam quum, impotenter se gerendo, Tarquinius Superbus omnes in odium sui adduxisset; ad ultimum, propter expugnatam nocturnâ vi a Sexto filio ejus Lucretiæ pudicitiam (quæ, vocato patre ad se Tricipitino & viro Collatino, obtestata ne inulta mors ejus esset, cultro se interemit) Bruti operâ maximè expulsus est, quum regnasset annos viginti quinque. Tunc consules primùm creati sunt L. Junius Brutus & L. Tarquinius Collatinus.*

(1) Vid not. 3. ad cap. 46. hujus libri.

T. LI-

T. LIVII

PRÆFATIO. (1)

(2) FACTURUSNE operæ (3) pretium ſim, ſi a primordio Urbis res populi Romani perſcripſerim, nec ſatis ſcio; nec, ſi ſciam, dicere auſim: quippe qui, quum veterem, tum (4) vulgatam eſſe rem, videam; dum novi ſemper ſcriptores, aut in rebus certius aliquid allaturos ſe, aut ſcribendi arte rudem vetuſtatem ſuperaturos, credunt. Utcunque erit, juvabit tamen, rerum geſtarum memoriæ principis terrarum populi pro virili parte & ipſum conſuluiſſe; &, ſi in tantâ ſcriptorum turbâ mea fama in obſcuro ſit, nobilitate ac magnitudine eorum, meo qui nomini officient, me conſoler. Res eſt præterea (5) & immenſi operis, ut quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur; & quæ, ab exiguis profecta initiis, eò creverit, ut jam magnitudine laboret ſuâ: & legentium pleriſque, haud dubito, quin primæ origines proximaque originibus minus præbitura voluptatis ſint, feſtinantibus (6) ad

(1) Gravis admodum atque verecunda præfatio. Livius
Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem
Cogitat.
Eos qui contra peccant adunco naſo ſuſpendit Lucianus, in aureo illo tractatu de conſcribendâ hiſtoriâ. § 23. E. (2) Mallem ſane *Facturuſne ſim operæ pretium, ſi &c.* quo hiatus inſuavis & ſonorum ſimilium concurſus evitentur. Huic lectioni optimæ notæ codices fidem faciunt; & nil vetat quin eam textui inferamus, niſi quod aſſerit Quintilianus Livium *hexametri exordio cœpiſſe.* E. (3) Rem cui haud fruſtra impenſa opera ſit. (4) An fructum relaturus eſſet operæ dubitat Livius; ſin etiam pro comperto haberet, profiteri nollet: tum quia *vetus* mos fuit apud ſcriptores hiſtoricos talia de cœptis ſuis prædicare (ſingulis aut exploratius quid in narratione, aut narrandi modo limatius, ſe allaturos ſperantibus;) tum quia uſu *vulgari* mos iſte in *contemptum* ceſſerat. Sic apud Plinium, *cibus vulgatus*, pro *vili.* Miror doctiſſimum Crevierium verbum *vulgatam* eodem plane ſenſu ac *veterem* interpretatum fuiſſe. Abſit Livio ejuſmodi pleonaſmus! E. (5) Duas cauſas aſſignat Livius cur opus ſit plurimi laboris res populi Romani perſcribere, tum quòd primæ origines urbis tam antiquæ, tum quòd poſteriora ejus incrementa tantæ magnitudinis fuerint. Conſtr. *Res eſt & immenſi operis ut quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur, &* [immenſi operis ut] *quæ ab exiguis, &c.* E.

(6) Pleriſque

T. LIVII PATAVINI

LIBER PRIMUS.

I. JAM primum omnium ſatis conſtat, Trojâ captâ, in ceteros ſævitum eſſe Trojanos; duobus, Æneâ (1) Antenoreque, & vetuſti jure (2) hoſpitii, & (3) quia pacis reddendæque Helenæ ſemper auctores fuerant, omne jus belli Achivos abſtinuiſſe. Caſibus deinde (4) variis, Antenorem cum multitudine (5) Henetûm, qui, ſeditione ex Paphlagoniâ pulſi, & ſedes & ducem, rege Pylæmene ad Trojam amiſſo, quærebant, veniſſe in intimum maris Hadriatici ſinum: Euganeiſque, qui inter mare Alpeſque incolebant, pulſis, Henetos Trojanoſque eas tenuiſſe terras: & in quem primùm egreſſi ſunt locum, Troja vocatur, pagoque (6) inde Trojano nomen eſt, gens univerſa Veneti appellati. Ænean, ab ſimili clade domo profugum, ſed ad majora initia rerum ducentibus fatis, primò

Antenoris fata.

C. I. (1) In eos Achivi non animadverterunt, ſicut jure belli licuit.—Sic Horatius, *abſtinuit vim uxore & nato.* (2) Legatos, qui propter Helenam venerunt, Antenor dicitur hoſpitio ſuſcepiſſe. (De legatione Menelai et Ulyſſis vid. Il. 11. 139.) Antenorem autem & Ænean familiaritate quâdam eſſe conjunctos ex Homero conjicere licet. vid. Il. 2. 822. (3) vid. Il. 7. 348. (4) "Hæc communiter cadunt in Antenorem & Ænean, quorum mox caſus varii deſcribuntur." Sic Crevierius. At ni hanc ſententiam protulerat ille, cujus equidem a ſententiâ lubens nunquam diſcedo, prorſus in contrariam abiiſſem. Et nunc quoque mihi veriſimilius videtur Livium his verbis *diſſimilitudinem* caſuum Æneæ Antenoriſque notare voluiſſe. Antenor, *ubi primùm egreſſus eſt*, ibi conſedit. At Æneas, *ab ſimili clade domo profugus, poſt immenſum propè errorem*, vix tandem & ne vix quidem requievit. *Varius* ſæpe pro *diſſimilis* uſurpatur. Hor. l. 2. Sat. 3. *Alterum & huic* varium *& nihilo ſapientius.* Cic. de off. l. 1. c. 30. *Ut in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis exiſtunt etiam majores* varietates. E. (5) De Henetis & Pylæmene vid. Il. 2. 358. (6) Atque ex illâ origine pagus quidam agri Veneti ad noſtram uſque ætatem Trojani nomen retinuit. Pagus tractum agri aut regionis ſignificat, in quo plures vici. Sic Dionyſius de Numâ Pompilio ſcribit, διειλε την χωραν ἁπασαν εις τας καλȣμενας παγȣς. Item Plutarchus, ἐις μερη

Æneæ fata. primò in Macedoniam veniſſe : inde in Siciliam quærentem ſedes delatum : ab Siciliâ (7) claſſe Laurentem agrum tenuiſſe : Trojæ & huic loco nomen eſt. Ibi egreſſi Trojani, ut (8) quibus ab immenſo propè errore nihil, præter arma & naves, ſupereſſet, quum prædam ex agris agerent, Latinus rex Aborigineſque, qui tum ea tenebant loca, ad arcendam vim advenarum armati ex urbe atque agris concurrunt. Duplex inde fama eſt : alii prælio victum Latinum pacem cum Æneâ, deinde affinitatem junxiſſe tradunt : alii quum inſtructæ acies conſtitiſſent, priuſquam ſigna canerent, proceſſiſſe Latinum inter primores, ducemque advenarum evocaſſe ad colloquium ; percunctatum deinde, qui mortales eſſent, unde, aut quo caſu profecti domo, quidve quærentes in agrum Laurentem exiſſent ? poſtquam audierit, multitudinem Trojanos eſſe ; ducem Ænean, filium Anchiſæ & Veneris ; crematâ patriâ, & domo profugos, ſedem condendæque urbi locum quærere, & nobilitatem admiratum gentis virique, & animum vel bello vel paci paratum, dexterâ datâ fidem futuræ amicitiæ ſanxiſſe. Inde fœdus ictum inter duces, inter exercitus ſalutationem factam. Ænean apud Latinum fuiſſe in hoſpitio. ibi Latinum apud Penates Deos domeſticum publico adjunxiſſe fœdus, filiâ Æneæ in matrimonium datâ. ea res utique Trojanis ſpem affirmat tandem ſtabili certâque ſede finiendi erroris. Oppidum condunt. Æneas ab nomine uxoris Lavinium appellat. *Aſcanius naſcitur.* Brevi ſtirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit ; cui Aſcanium parentes dixere nomen.

II. Bello deinde Aborigines Trojanique ſimul petiti. Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lavinia ante adventum Æneæ fuerat, prælatum ſibi advenam ægre patiens, ſimul Æneæ Latinoque bellum intulerat. Neutra acies læta ex eo certamine abiit. victi Rutuli : victores Aborigines Trojanique ducem Latinum amiſere. Inde Turnus Rutulique, diffiſi rebus, ad florentes Etruſcorum opes, Mezentiumque, eorum regem, confugiunt : qui, Cære

μερη την χωραν διειλεν ἃ παγȣς προσηγορευσεν. v. Turneb. animadvers. l. 9. c. 7. (7). Hoc ideo obſervat Livius, ut indicet Ænean non ab Siciliâ in proxima Italiæ tranſgreſſum, pedeſtri deinde itinere ad Laurentem agrum perveniſſe ; ſed recto curſu illuc navibus delatum fuiſſe. (8) Nempe inopia rerum cauſa fuit prædandi. E.

Cære opulento (1) tum oppido imperitans, jam inde ab initio minimè lætus novæ origine urbis, & tum nimio plus, quàm satis tutum esset accolis, rem Trojanam crescere ratus, haud gravatim socia arma Rutulis junxit. Æneas, adversùs tanti belli terrorem ut animos Aboriginum sibi conciliaret, ne (2) sub eodem jure solùm, sed etiam nomine, omnes essent, Latinos utramque gentem appellavit. Nec deinde Aborigines Trojanis studio ac fide erga regem Ænean cessere. fretusque his animis coalescentium in dies magis duorum populorum Æneas, quanquam tanta opibus Etruria erat, ut jam non terras solùm, sed mare etiam per totam Italiæ longitudinem, ab Alpibus ad fretum Siculum, famâ nominis sui implesset, tamen, quum (3) mœnibus bellum propulsare posset, in aciem copias eduxit. Secundum (4) inde prælium Latinis, Æneæ etiam ultimum operum (5) mortalium fuit. *Æneæ mors.* situs (6) est, quemcunque (7) eum dici jus fasque est, super (8) Numicium flumen. Jovem (9) Indigetem appellant.

III. Nondum maturus imperio Ascanius Æneæ filius erat: tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit. tantisper (1) tutelâ muliebri (tanta indoles in Laviniâ erat) res Latina & regnum avitum paternumque puero stetit(2). Haud nihil (3) ambigam, (quis enim rem

C. 2. (1) Tum opulentum erat oppidum, at non sic Livii ævo. (2) Ut non solùm eodem imperio, sed etiam eodem omnes nomine uterentur. (3) Inclusus intra muros propulsare hostem potuit. (4) " Intellige *secundum* ordine, cui mox opponitur *etiam ultimum*." Sic Crevierius. Mihi videtur hæc antithesis nec Livii gravitate satis digna, & veritati historicæ parum consentanea; quoniam hoc prælium *Latinis* (sc. duobus populis in unum & sub uno nomine conjunctis) primum fuit. Malo igitur sic verba intelligere: *Inde*, i. e. ex eo quod Æneas copias in aciem eduxit, prælium ortum est, idque *secundum*, i. e. prosperum, Latinis quibus Æneas imperabat; Æneæ ipsi finis vitæ. Sic Tacitus, *secundum prælium fecit.* Hist. 4. 79. At judicet Lector. E. (5) Livius de morte Æneæ ita loquitur quia post mortem ex vulgi sententiâ fuit immortalitate donatus. E. (6) Sepultus. Hinc *Siticines* dicti, qui apud sepultos honoris causâ canere soliti sunt. (7) Sive virum, sive heroa, sive Deum. Religionem vulgarem leviter perstringit Livius. E. De vocibus *jus* & *fas* vid. not. 7. ad cap. 32. infra. (8) Ad ripam fluminis, editiore loco. (2) *χθονιον θεον* appellat eum Dionysius.

C.3. (1) Usque dum Ascanius adolevit. (2) Sic Cicero, *per quos—steterim*, i. e. statum meum servarim. E. (3) Dubito utrùm Ascanius qui post Ænean

rem tam veterem pro certo affirmet?) hiccine fuerit Afcanius, an major quàm hic, Creüsâ matre Ilio incolumi natus, comesque inde paternæ fugæ, quem Julum eundem Julia gens auctorem nominis fui nuncupat. Is Afcanius, ubicunque & quâcunque matre genitus, (certè natum Æneâ conftat) abundante Lavinii multitudine, florentem jam (ut (4) tum res erant) atque opulentam urbem matri, feu novercæ, reliquit: novam ipfe aliam fub Albano monte condidit; quæ, ab (5) fitu porrectæ in dorfo urbis, *Alba condita.* Longa Alba appellata. Inter Lavinium & Albam Longam coloniam deductam triginta ferme interfuere anni. tantum tamen opes creverant, maximè fufis Etrufcis, ut ne morte quidem Æneæ, nec deinde inter muliebrem tutelam rudimentumque primum puerilis regni, movere arma aut Mezentius Etrufcique, aut ulli alii accolæ aufi fint. Pax ita convenerat, ut Etrufcis Latinifque fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis (6) effet. Silvius deinde regnat, Afcanii filius, cafu quodam in filvis *Albani reges.* natus. Is Ænean Silvium creat. is deinde Latinum Silvium. Ab eo coloniæ aliquot deductæ, Prifci Latini appellati. Manfit Silviis poftea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. Latino Alba ortus, Albâ Atys, Atye Capys, Capye Capetus, Capeto Tiberinus; qui, in trajectu Albulæ amnis fubmerfus, celebre (7) ad pofteros nomen flumini dedit. Agrippa inde Tiberini filius; poft Agrippam Romulus Silvius, a patre accepto imperio, regnat. Aventino, fulmine ipfe ictus, regnum per manus (8) tradidit. is, fepultus in eo colle, qui nunc eft pars Romanæ urbis, cognomen colli fecit. Proca deinde regnat: is Numitorem atque Amulium procreat. Numitori, qui ftirpis maximus erat, regnum vetuftum Silviæ gentis legat. Plus tamen vis potuit, quàm voluntas patris aut verecundia ætatis. Pulfo fratre, Amulius regnat. addit fceleri

Ænean regnavit, fuerit hic, quem diximus natum ex Laviniâ; an alter major *ætate* quàm hic, Creüsâ matre natus. (4) His verbis innuit, non differentiam inter ftatum Lavinii priftinum ac recentiorem, fed quòd urbes illis temporibus florentes dicebantur, quibus poftea vix oppidulorum nomen competeret. E. (5) Ab fitu urbis in dorfo montis, *Longa* cognominata eft. *Dorfum* dicitur quicquid editius fimul atque in longum porrectius eft. Unde autem nomen *Alba*, *Albanus*, aut *Albula*, parum conftat. (6) i. e. Limes inter Etrufcos Latinofque. Sic Cicero, *ingredi intra* finem *alicujus loci*. E. (7) i. e. Celebre apud pofteros. (8) Aventinus

ſceleri ſcelus. ſtirpem fratris virilem interimit: fratris filiæ Rheæ Silviæ per ſpeciem honoris, quum Veſtalem (9) eam legiſſet, perpetuâ virginitate ſpem partûs adimit.

IV. Sed debebatur (1), ut opinor, fatis tantæ origo urbis, maximique ſecundùm Deorum opes imperii principium. Vi compreſſa Veſtalis, quum geminum partum ediidiſſet, ſeu ita rata, ſeu (2) quia Deus auctor culpæ honeſtior erat, Martem incertæ (3) ſtirpis patrem nuncupat. *Romuli & Remi ortus.* Sed nec Dii, nec homines, aut ipſam, aut ſtirpem a crudelitate regiâ vindicant. ſacerdos vincta in cuſtodiam datur; pueros in profluentem aquam mitti jubet. Forte quâdam (4) divinitus, ſuper ripas Tiberis effuſus lenibus ſtagnis nec (5) adiri uſquam ad juſti curſum poterat amnis; &, poſſe quamvis languidâ mergi aquâ infantes, ſpem ferentibus dabat. ita velut defuncti regis imperio, in proximâ alluvie, ubi nunc (6) ficus Ruminalis eſt (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt. Vaſtæ tum in iis locis ſolitudines erant. Tenet fama, quum fluitantem alveum, quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet, lupam ſitientem ex montibus, qui circà ſunt, ad puerilem vagitum curſum flexiſſe: eam ſummiſſas infantibus adeò mitem præbuiſſe mammas, ut linguâ lambentem pueros magiſter regii pecoris invenerit. Fauſtulo fuiſſe nomen ferunt. ab eo ad ſtabula Larentiæ uxori educandos latos. Sunt, qui Larentiam, vulgato corpore, lupam inter paſtores vocatam putent; inde locum fabulæ ac miraculo datum. Ita geniti, itáque educati, *Educatio & adoleſcentia.* quum

tinus proxime poſt regnavit, idque per ordinem ſucceſſionis. (9) De Veſtalibus vid. infra c. 20.

C. 4. (1) Operam luſit Amulius: fato enim decretum fuit, ut naſceretur Romulus, auctor imperii nulli niſi Deorum ſecundi. *Deberi alicui* id dicitur, quod jure perſolvendum eſt; ideoque *fatis deberi*, quod nullæ hominum opes quominus eveniat impedire poſſunt. vid. Æn. 4. 276. & 12. 795. E. (2) Seu quia putabat minus ſibi fore dedecoris, ſi Deus auctor culpæ crederetur, quàm ſi vir mortalis. (3) i. e. de quâ in incerto eſt quonam fuit revera patre. Sic Cicero, *non* certos *quiſquam conſpexerit liberos*, h. e. quos ſuos eſſe indubiè ſciret. Item Sen. Troad. 461. *progenies certa*, h. e. legitima. *Stirps* & ad majores refertur et ad poſteros. E. (4) Sic aliquoties Plutarchus, θεια τινι τυχη. (5) Propter Tiberim ſuper ripas effuſum, regis miniſtri nec adire poterant ad eum locum, ubi amnis pleno alveo fluebat; & ſperabant infantes proximâ alluvie mergi poſſe. *Juſtum* id dicitur quod ſuam quandam plenitudinem habet. Sic, *Juſtus exercitus, juſta ætas.* (6) In mediâ urbe Româ. (7) Non

quum primùm adolevit ætas, nec in ſtabulis nec ad pecora (7) ſegnes, venando peragrare circà (8) ſaltus. Hinc robore corporibus animiſque ſumpto, jam non feras tantùm (9) ſubſiſtere, ſed in latrones, prædâ onuſtos, impetus facere, paſtoribuſque rapta dividere: & cum his, creſcente in dies grege juvenum, ſeria (10) ac jocos celebrare.

V. Jam tum in Palatino monte Lupercal (1) hoc fuiſſe ludicrum ferunt, & a Pallanteo urbe Arcadicâ Pallantium, dein Palatium, montem appellatum. Ibi Evandrum, qui ex (2) eo genere Arcadum multis antè tempeſtatibus tenuerat loca, ſollenne allatum ex Arcadiâ inſtituiſſe, ut nudi juvenes, Lyceum Pana venerantes, per luſum atque laſciviam currerent; quem Romani deinde vocarunt Inuum. Huic deditis ludicro, quum ſollenne notum eſſet, inſidiatos ob iram prædæ amiſſæ latrones, quum Romulus vi ſe defendiſſet, Remum cepiſſe; captum regi Amulio tradidiſſe, ultro (3) accuſantes. Crimini maximè dabant, in Numitoris agros ab his impetum fieri: inde eos, collectâ juvenum manu, hoſtilem in modum prædas agere. ſic Numitori ad ſupplicium Remus deditur. Jam inde ab initio Fauſtulo ſpes fuerat, regiam ſtirpem apud ſe educari; nam & expoſitos juſſu regis infantes ſciebat, & tempus, quo ipſe eos ſuſtuliſſet, ad id ipſum congruere; ſed rem immaturam, niſi aut per occaſionem, aut per neceſſitatem, aperiri noluerat. neceſſitas prior venit. ita, metu ſubactus, Romulo rem aperit. Fortè & Numitori, quum in cuſtodiâ Remum haberet, audiſſetque, geminos eſſe fratres, comparando (4) & ætatem eorum, & ipſam minimè ſervilem indolem, tetigerat animum

(7) Non vitam peragebant ignavi, aut in ſtabulis aut ad pecora. E. (8) Saltus qui circà erant. (9) Similem conſtructionem obſervare licet, lib. 9. c. 31. *& poſtquam præpotentem armis Romanum nec acies* ſubſiſtere *ullæ nec caſtra nec urbes poterant.* E. (10) *Seria*, ut pugnas adverſùs latrones atque feras; *jocos*, ut ludicra certamina & ſollennem feſtorum dierum laſciviam. *Celebrare*, cum ad actiones refertur, ſignificat aliquid ſæpe & cum pluribus peragere.

C. 5. (1) Lupercale ſacrum quod hodie apud nos celebratur. (2) Ex illâ Arcadum tribu quæ Pallanteum incolebat. (3) Hujus vocis, *ultro*, hæc vis eſt, ut denotet quidpiam geri ab aliquo, contrà quàm ab eo exſpectetur, aut fieri deceat. Sic latrones, ipſi ſupplicio digni, dicuntur *ultro* accuſare. Sic etiam Hor. Carm. Lib. iv. 4. *Sectamur* ultro, *quos opimus—effugere eſt triumphus.* (4) Comparando ætatem & indolem horum juvenum

animum memoria nepotum: sciscitandoque eódem (5) pervenit, ut haud procul esset, quin Remum (6) agnosceret. Ita undique (7) regi dolus nectitur. Romulus, non cum globo juvenum, (nec enim erat ad vim apertam par) sed aliis alio itinere jussis certo tempore ad regiam venire pastoribus, ad regem impetum facit: & a domo Numitoris aliâ comparatâ manu adjuvat Remus. ita regem obtruncant.

Amulium obtruncant & Numitorem restituunt.

VI. Numitor, inter primum tumultum hostes invasisse urbem atque adortos regiam dictitans, quum pubem Albanam in arcem præsidio armisque obtinendam avocasset (1); posteaquam juvenes, perpetratâ cæde, pergere ad se gratulantes vidit, extemplò advocato concilio, scelera in se fratris, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti essent, cædem deinceps tyranni, seque ejus auctorem ostendit. Juvenes, per mediam concionem agmine ingressi, quum avum regem salutassent, secuta ex omni multitudine consentiens vox ratum nomen imperiumque regi effecit. Ita Numitori Albanâ permissâ re, Romulum Remumque cupido cepit, in iis locis, ubi expositi, ubique educati erant, urbis condendæ. & supererat multitudo Albanorum Latinorumque. ad id pastores quoque accesserant, qui omnes facilè spem facerent, parvam Albam, parvum Lavinium præ eâ urbe, quæ conderetur, fore. Intervenit deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido; atque inde fœdum certamen coortum a satis miti principio (2); quoniam gemini essent, nec ætatis verecundia discrimen facere posset, ut Dii, quorum tutelæ ea loca essent, auguriis legerent, qui nomen novæ urbi daret, qui conditam imperio regeret.

Urbis condendæ consilium capiunt.

juvenum cum eâ, quâ esse debebant nepotes, si adhuc viverent. (5) Plusquam verisimilis est conjectura doctissimi Crevierii, legendum esse *eo demum*. Lectionem tamen vulgarem sic interpretari possumus: sciscitando *eódem* pervenit, *quò* prius comparando ætatem eorum indolemque propendebat; ita ut haud procul esset &c. E. (6) i. e. palàm & coram populo: nam quod Remo genus suum patefecit ex eo conjicere licet, quod Amulium mox adortus est. E. (7) Ab Romulo extra urbem, ab Remo atque Numitore intra.

C. 6. (1) i. e. avertisset ne auxilium regi ferrent. (2) Nempe, ut, quoniam essent gemini.....dii auguriis legerent.....Ita locum interpretatus est & interpunxit Crevierius. Drakenborchius aliique periodum claudunt, non

ret. Palatium (3) Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum (4) templa capiunt. Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures: jamque, nunciato augurio, quum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrumque regem sua multitudo consalutaverat. tempore illi (5) præcepto, at hi numero avium, regnum trahebant. Inde, cum altercatione congressi, certamine irarum ad cædem vertuntur. ibi in turbâ ictus Remus cecidit. Vulgatior fama est, ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros: inde ab irato Romulo (quum verbis quoque increpitans adjecisset, *Sic deinde, quicunque alius transiliet mœnia mea*) interfectum.

Remus occiditur.

Roma condita ol. vii. 1. 2. A. C. 751.

VII. Ita solus potitus imperio Romulus; condita (1) urbs conditoris nomine appellata. Palatium primum, in quo ipse erat educatus, muniit: sacra Diis aliis Albano ritu; Græco, Herculi, ut ab Evandro instituta erant, facit. Herculem (2) in ea loca, Geryone interempto, boves mirâ specie abegisse memorant; ac prope Tiberim fluvium, quâ præ se armentum agens nando trajecerat, loco herbido, ut quiete & pabulo læto reficeret boves, & ipsum fessum viâ procubuisse. ibi quum eum cibo vinoque gravatum sopor oppressisset, pastor, accola ejus loci, nomine Cacus, ferox viribus, captus pulchritudine boum, quum avertere eam prædam vellet; quia, si agendo armentum in speluncam compulisset, ipsa vestigia quærentem dominum eò deductura erant; aversos boves, eximium quemque pulchritudine, caudis in speluncam traxit. Hercules, ad primam auroram somno excitus, quum gregem perlustrasset oculis, & partem abesse numero sensisset, pergit ad proximam speluncam, si fortè eò vestigia

Herculis adventus in Latium.

non voce *regeret*, sed voce *principio*. (3) Non *Palatinum*, ut quidam codices habent. *Palatinum* non, perinde ac *Aventinum*, substantivè ponitur. Ex *Palatio Palatinus*, ex *Aventino Aventinensis*, orta sunt nomina. (4) Sic infra l. 3. c. 20. *augures jussit....locum* inaugurari. *Templum* dicitur locus, aut cœli aut terræ, quibusdam conceptis verbis augurii causâ finitus. Hinc verbum *contemplari*. (5) Alii ad Remum regnum trahebant, quòd tempore prius esset ejus augurium: alii ad Romulum, quòd majorem numerum avium ille vidisset.

C.7. (1) Roma condita, ex Catonis sententiâ ipsis Palilibus, xi. Kal. Maii ann. 1. Olymp. vii. A. C. 751. at ex Varronis sententiâ, ann. 3. Ol. vi. A. C. 753. Livium Catonianam æram secutum fuisse probare nititur Dodwellus. (2) Non sine causâ Livium inculpat Glareanus, tantum de arâ

gia ferrent. quæ ubi omnia foras verſa vidit, nec in partem aliam ferre, confuſus atque incertus animi, ex loco infeſto (3) agere porro armentum occœpit. Inde quum actæ boves quædam ad deſiderium (4), ut fit, relictarum mugiſſent, reddita incluſarum ex ſpeluncâ boum vox Herculem convertit. quem quum vadentem ad ſpeluncam Cacus vi prohibere conatus eſſet; ictus clavâ, fidem (5) paſtorum nequicquam invocans, morte occubuit. Evander tum ea, profugus ex Peloponneſo, auctoritate (6) magis quàm imperio, regebat loca: venerabilis vir miraculo literarum (7) rei novæ inter rudes artium homines; venerabilior divinitate creditâ Carmentæ (8) matris, quam fatiloquam, ante Sibyllæ in Italiam adventum, miratæ hæ gentes fuerant. Is tum Evander, concurſu paſtorum trepidantium circa advenam manifeſtæ reum cædis excitus, poſtquam facinus facinoriſque cauſam audivit, habitum formamque viri aliquantùm ampliorem auguſtioremque humanâ intuens, rogitat, qui vir eſſet? Ubi nomen patremque ac patriam accepit; *Jove nate, Hercules, ſalve*, inquit, *te mihi mater veridica interpres Deûm aucturum cœleſtium numerum cecinit: tibique aram hîc dicatum iri, quam opulentiſſima olim* (9) *in terris gens Maximam vocet, tuoque ritu colat.* Dextrâ Hercules datâ, *accipere ſe omen impleturumque fata, arâ* (10) *conditâ atque dicatâ*, ait. Ibi tum primùm bove eximiâ (11) captâ de grege, ſacrum Herculi, adhibitis ad miniſterium dapemque Potitiis (12) ac Pinariis, quæ tum familiæ maximè inclitæ ea loca incolebant, factum. Fortè ita evenit, ut Potitii ad tempus præſtò eſſent, iiſque exta apponerentur; Pinarii, extis adeſis,

Evander Arcas.

Ara Maxima.

arâ Maximâ referentem fabulam, omiſſis rebus maxime neceſſariis—latis ſc. ab Romulo legibus &c. (3) *Infeſtus* dicitur qui alicui malum *infert.* (4) vid. not. 14. præf. (5) *Fides* nonnunquam notat favorem & auxilium ejus ad quem confugimus. Ter. Ad. 3. 4. 43. (6) *Auctoritate ſuadendi magis*, ut loquitur Tacitus, *quàm jubendi poteſtate.* (7) Intellige ipſas literarum notas. Idem narrat Tacitus Ann. 11. 14. *Aborigines Arcade ab Evandro* [literarum formas] *didicerunt.* (8) Eadem Nicoſtrata etiam dicta. (9) *Olim* de tempore futuro, æque ac præterito, dicitur. vid Æn. 1. 293. Quinctil. 10. 1. E. (10) vid. infra l. 9. c. 34. ubi, *hoc ſolenne*, dicit Livius, *antiquiſſimum, & ſolum* ab ipſo cui fit inſtitutum Deo.—*Jovi inventori* hanc aram ab Hercule dicatam fuiſſe tradit Propertius, Lib. 4. El. 9. 67. (11) Vox ſacrorum propria. *Eximiæ hoſtiæ erant quæ ad ſacrificium deſtinatæ* eximebantur *e grege.* Macrob. l. 3. Saturn. c. 5. (12) Fertur *Potitius* dici, quòd eorum auctor epulis ſacris *potitus* ſit: *Pinarius*, quod

adefis, ad ceteram venirent dapem. inde inftitutum manfit, donec Pinarium genus fuit, ne extis follennium vefcerentur. Potitii, ab Evandro edocti, antiftites (13) facri ejus per multas ætates fuerunt: donec, (14) tradito fervis (15) publicis follenni familiæ minifterio, genus omne Potitiorum interiit. Hæc tum facra Romulus una ex omnibus peregrina fufcepit; jam tum immortalitatis virtute partæ, ad quam eum fua fata ducebant, fautor.

† *Civitatem ordinat Romulus.*

VIII. Rebus divinis ritè perpetratis, vocatâque ad concilium multitudine, quæ coalefcere in populi unius corpus nullâ re præterquam legibus, poterat, jura dedit: quæ ita fancta generi hominum agrefti fore ratus, fi fe ipfe venerabilem infignibus imperii feciffet, quum cetero habitu fe auguftiorem, tum maximè lictoribus (1) duodecim fumptis, fecit. Alii ab numero avium, quæ augurio regnum portenderant, eum fecutum numerum putant. me haud pœnitet eorum fententiæ (2) effe, quibus & (3) apparitores hoc genus ab Etrufcis finitimis, unde fella (4) curulis, unde toga (5) prætexta fumpta eft, numerum quoque ipfum ductum placet: & ita habuiffe Etrufcos, quòd,

quòd eis fames epularum indicta fit; hoc enim eis Hercules dixiffe dicitur, ὑμεις δε πεινασετε. Serv. (13) *Antiftes* dicitur, qui in re aliquâ excellit; & hinc antiftites vocantur *primarii* templorum facerdotes. (14) Vid. infra lib. 9. c. 29. (15) Intelligendi carnifices, lictores &c. Eorum Cicero mentionem facit, Philip. 8, & 13.

C.8. (1) Ita dicti quod fafces virgarum *ligatos* magiftratibus præferebant, hifque illigatas fecures, ita ut ferrum in fummo fafce extaret. Illorum erat populum fummovere, fontes virgis & fecuri cædere. Alii a *ligando* crura manufque fontium nomen dictum putant. (2) Eandem locutionem vid. infra c. 39. & l. 27, c. 25. (3) h. e. *quibus placet & hoc genus apparitorum, & ipfum numerum, fuiffe ab Etrufcis finitimis ductum.* Sic locum edidi ex conjecturâ Gronovii. Prius legebatur, *quibus & apparitores & hoc genus* &c. quafi nulli omnino apparitores effent regibus Albanis, donec hoc genus apparitorum ab Etrufcis fumpferint. Locus plane mendofus; quem tamen, fi mihi proprio Marte corrigere liceret, fic edidiffem—*quibus* ut *apparitores & hoc genus ab Etrufcis finitimis..... numerum quoque ipfum ductum placet:* h. e. *quibus placet*, ficut *et hoc genus apparitorum ab Etrufcis* [fumptum eft], ita *numerum quoque ipfum* [ab iifdem] *ductum fuiffe.* E. *Apparitores hoc genus*, pro, *hoc genus apparitorum*, locutio apud optimos auctores frequens. Sic *orationes aut aliquid* id genus *fcribere*—Cic. ad Att. 13. 13. *Coronamenta* omne genus; —& omne genus *frumento pafcuntur.* Varro. *Apparitores* appellantur ii omnes qui magiftratibus *apparere* folent, eorumque imperiis præftò effe. Hunc ufum verbi *apparere* vid. infra l. 2. c. 55. & Virg. Æn. 12. 850. (4) Ex ebore. fic dicta quia nempe eam currui quo vehebantur imponere folebant. (5) *Toga* propria Romanorum veftis (tunicæ fuperinjecta), ficut *Pallium*

quòd, ex duodecim populis communiter creato rege, singulos singuli populi lictores dederint. Crescebat interim urbs, munitionibus alia atque alia appetendo loca, quum in spem magis futuræ multitudinis, quàm ad id quod tum hominum erat, (6) munirent. Deinde, ne vana magnitudo esset, adjiciendæ multitudinis causâ, vetere consilio condentium urbes, qui, obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam e terrâ sibi prolem ementiebantur; locum, qui (7) nunc septus descendentibus inter duos lucos est, Asylum (8) aperit. eò ex finitimis populis turba omnis sine discrimine, liber an servus esset, avida novarum rerum perfugit: idque primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit. Quum jam virium haud pœniteret, consilium deinde (9) viribus parat. centum creat senatores: sive quia is numerus satis erat; sive quia soli centum erant, qui ciere (10) patres possent. Patres certè ab honore, patriciique progenies eorum appellati.

Urbem auget.

Asylum aperit.

Senatum instituit.

IX. Jam res Romana adeò erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatium bello par esset: sed, penuriâ (1) mulierum, hominis ætatem duratura magnitudo erat; quippe quibus nec domi spes prolis, nec cum finitimis connubia essent. Tum ex consilio Patrum Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem connubiumque novo populo peterent. *Urbes quoque, ut cetera, ex infimo nasci: deinde, quâ (2) sua virtus ac Dii juvent,* magnas

Connubia petit a finitimis.

pallium Græcorum. *Togâ* vero in pace utebantur; in bello *paludamentis*. Toga *prætexta* sic dicta, quia limbus purpureus ei in orâ prætextus est. Eà utebantur magistratus, & pueri ingenui usque ad annum decimum septimum. (6) Loca tuta & habitationi commoda efficerent. (7) Locum qui nunc septo clausus, descendentibus ex Capitolio occurrit, & circumeundus est; circa eam partem quæ *inter duos lucos* vocatur. Hanc enim appellationem, Livii ævo, etiamnum retinebat locus, quamvis nulli jam ibi essent luci. Sic Cicero—*Assequitur inter lucos hominem Milo.* & Dionysius—ὃ καλειται νυν, κατα την Ρωμαιων διαλεκτον, μεθοριον δυοιν δρυμων. Septo clausum fuisse testatur etiam Dio, lib. 47. ὅτω γαρ περιεφραχθη, ὡς μηδενα ἐτι το παραπαν εισελθειν εις ἀυτο δυνηθηναι. (8) Vox græca est [ab a priv. & συλαω spolio] significans locum in quo neminem volare liceat. (9) Sc. regendis viribus. (10) Hanc lectionem, ex conjecturâ Sigonii, non dubitavi in textum recipere. Olim legebatur *creari*. Vid. infrà, lib. 10. c. 8. Dionysius & Plutarchus eandem causam assignant, sc. quòd centum illi πατερας ειχον ἀποδειξαι μονοι. E.

C. 9. (1) i. e. ob paucitatem mulierum; nullas enim fuisse in tanto virorum numero incredibile est. Itaque verba sequentia, *nec domi spes prolis*, restrictiùs intelligenda sunt. (2) i. e. *quatenus*. Hanc lectionem firmat

magnas opes sibi magnumque nomen facere. Satis scire, origini Romanæ & Deos adfuisse, & non defuturam virtutem. proinde ne gravarentur homines cum hominibus sanguinem & genus miscere. Nusquam benignè legatio audita est : adeò simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant. A plerisque rogitantibus dimissi, *Ecquod feminis quoque asylum aperuissent? id enim demum compar connubium fore.* Ægre id Romana pubes passa, & haud dubiè ad vim spectare res cœpit. cui tempus locumque aptum ut daret Romulus, ægritudinem animi dissimulans, ludos ex industriâ parat, Neptuno Equestri sollennes : Consualia (3) vocat. Indici deinde finitimis spectaculum jubet : quantoque apparatu tum sciebant, aut poterant, concelebrant (4) ; ut rem claram exspectatamque facerent. Multi mortales (5) convenere, studio etiam videndæ novæ urbis ; maximè proximi quique, Cæninenses, Crustumini, Antemnates. Jam Sabinorum omnis multitudo, cum liberis ac conjugibus, venit. U. c. 4. A. C. 748. invitati hospitaliter per domos, quum situm mœniaque & frequentem tectis urbem vidissent, mirantur tam brevi rem Romanam crevisse. *Raptus Sabinarum.* Ubi spectaculi tempus venit, deditæque eo mentes cum oculis erant, tum ex composito orta vis : signoque dato juventus Romana ad rapiendas virgines discurrit. magna pars fortè, ut in quem quæque inciderat, raptæ ; quasdam formâ excellente primoribus Patrum destinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. Unam, longè ante alias specie ac pulchritudine insignem, a globo Talassii cujusdam raptam ferunt. multisque sciscitantibus, cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret, Talassio ferri clamitatum. inde nuptialem hanc vocem factam. Turbato per metum ludicro, mœsti parentes virginum profugiunt, incusantes violati hospitii fœdus, Deumque invo-

auctoritas codicum quos memorat Drakenborchius. Vulgò legebatur *quas.* E. (3) A Conso, consilii Deo ; quem eundem esse cum Neptuno ostendit Ausonius. Illi templum sub tecto fuisse fertur, ideo quòd consilium tectum esse debet. (4) *Unà* omnes ita instruunt ut sint quàm maximè celebres. Sic infrà, l. 8. c. 7. *quantum militaribus studiis funus ullum* concelebrari *potest.* (5) *Multi mortales* ἐμφατικώτερον est quàm *multi homines.* Hæc enim appellatio intra modicum quoque numerum cohiberi potest. Illa omne fere genus, & ordinum & ætatium & sexûs, comprehendit.

invocantes, cujus ad follenne ludofque, per (6) fas ac fidem decepti, veniffent. Nec raptis aut fpes de fe melior, aut indignatio eft minor: fed ipfe Romulus circuibat, docebatque; *patrum id fuperbiâ factum, qui connubium finitimis negaffent: illas tamen in matrimonio, in focietate fortunarum omnium civitatifque, &, quo nihil carius humano generi fit, liberûm fore. Mollirent modò iras; &, quibus fors corpora dediffet, darent animos. Sæpe ex injuriâ* † *poftmodum gratiam ortam: eóque melioribus ufuras viris, quòd adnifurus pro fe quifque fit, ut, quum fuam (7) vicem functus officio fit, parentum etiam patriæque expleant defiderium.* Accedebant blanditiæ virorum factum purgantium cupiditate atque amore: quæ maximè ad muliebre ingenium efficaces preces funt. †

X. Jam admodum mitigati animi raptis erant. at raptarum parentes tum maximè fordidâ vefte lacrimifque & querelis civitates concitabant. nec domi tantùm indignationes continebant, fed congregabantur undique ad Titum Tatium regem (1) Sabinorum: & legationes eò, quòd maximum Tatii nomen in his regionibus erat, conveniebant. Cæninenfes, Cruftuminique & Antemnates erant, ad quos ejus injuriæ pars (2) pertinebat. Lentè agere iis Tatius Sabinique vifi funt. Ipfi inter fe tres populi communiter bellum parant. Ne Cruftumini quidem atque Antemnates, pro ardore irâque Cæninenfium, fatis *Bellum Cæninenfe.* fe impigre movent. ita per fe ipfum nomen (3) Cæninum in agrum Romanum impetum facit. Sed effufè vaftantibus fit obvius cum exercitu Romulus, levique certamine docet, vanam fine viribus iram effe: exercitum † fun-

hendit. A. Gell. 13. 27. (6) Decepti per fpeciem tam divini juris religionumque, quàm fidei hofpitalis. (7) i. e. *pro fuâ vice, functus fit officio*, quod vir uxori præftare debet. Sic infrà, l. 3. c. 36. Sic etiam *magnam partem*, pro magnâ ex parte. Cæs. Bell. Gall. 4. 1. De voce *defiderio*, vid. n. 14. ad præf.

C. 10. (1) Quiritium fc. five Sabinorum e Curibus. (2) Hîc mendam aliquam latere fufpicor, et inferendum effe verbum *præcipua*, aut ejufmodi. Sin minùs, tum vox *pars* idem fonat ac *partitio*; quæ vis utràm illi unquam fubjiciatur, multùm dubito: ne dicam quòd ipfa fententia reliquæ narrationi parum confentanea videtur. E. (3) i. e. populus Cæninus; (nam Cæninus æque ac Cæninenfis in ufu fuit; vid. Pro-

pert.

fundit fugatque: fusum persequitur: regem (4) in prælio obtruncat & spoliat. duce hostium occiso, urbem primo impetu capit. Inde exercitu victore reducto, ipse cùm factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium cæsi suspensa fabricato ad id aptè ferculo (5) gerens, in Capitolium ascendit: ibique ea quum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designavit templo Jovis fines, cognomenque addidit Deo: *Jupiter (6) Feretri*, inquit, *hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modò animo metatus sum, dedico, sedem opimis (7) spoliis, quæ, regibus ducibusque hostium cæsis, me auctorem sequentes, posteri ferent.* Hæc templi est origo, quod primum omnium Romæ sacratum est. ita deindé Diis visum, nec irritam conditoris templi vocem esse, quâ laturos ea spolia posteros nuncupavit; nec, multitudine compotum, ejus doni vulgari laudem. bina (8) postea, inter tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia. adeò rara ejus fortuna decoris fuit.

XI. Dum ea ibi Romani gerunt, Antemnatium exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit. raptim & ad hos Romana legio (1) ducta palatos in agris oppressit. Fusi igitur primo impetu & clamore hostes: oppidum captum. duplicique victoriâ ovantem Romulum Hersilia conjux, precibus raptarum fatigata, orat, ut parentibus earum det veniam, & in civitatem accipiat: ita rem coalescere concordiâ posse. facilè impetratum. Inde contra Crustuminos profectus, bellum inferentes. Ibi minus etiam, quòd alienis cladibus ceciderant animi, certaminis fuit. Utróque coloniæ missæ. plures inventi, qui propter ubertatem terræ in Crustuminum nomina darent. & Romam inde frequenter migratum est, a parentibus maximè ac propinquis

Antemnates victi.

Crustumini victi.

pert. L. 4. Eleg. 10. v. 7)—sic infrà l. 2. c. 35. *princeps Volsci nominis*, pro, *princeps inter Volscos.* (4) Acronem. Plut. (5) Trunco quercûs in tropæi modum formato, ex quo Acronis arma suspenderat. Plut. (6) *Feretrius* dictus est a *feretro*, sive ferculo illo spoliorum. (7) *Opimus* propriè pinguem & bene habitum notat: deinde quicquid in suo genere excellit. Hinc *spolia opima* quæ dux duci detrahit. Consule Perizzon. animadv. c. 7. (8) De quibus vid. infrà, l. 4. 9. & l. 20. 55.

C. 11. (1) A *legendo* dicta, quòd legionis milites viritim legi solerent. Varr. Prima legio sub Romulo trium millium peditum, & trecentorum equi-

quis raptarum. Noviſſimum ab (2) Sabinis bellum ortum, U. c. 5.
multoque id maximum fuit. nihil enim per iram aut A. C. 747.
cupiditatem actum eſt: nec oſtenderunt bellum priùs, quàm intulerunt. Conſilio etiam additus dolus. Sp. *Sabinum bellum.* Tarpejus Romanæ præerat arci. Hujus filiam virginem auro corrumpit Tatius, ut armatos in arcem accipiat. aquam fortè ea tum ſacris extra mœnia petitum ierat. Accepti obrutam armis necavere: ſeu ut vi capta potius arx videretur, ſeu prodendi exempli cauſâ, ne quid uſquam fidum proditori eſſet. † Additur (3) fabulæ, quòd vulgò Sabini aureas armillas magni ponderis brachio lævo, gemmatoſque magnâ ſpecie annulos habuerint, pepigiſſe eam, quod in ſiniſtris manibus haberent: eò ſcuta illi pro aureis donis congeſta. Sunt, qui eam, ex pacto tradendi quod in ſiniſtris manibus eſſet, directò (4) arma petiſſe dicant: & fraude viſam agere, ſuâ ipſam peremptam mercede.

XII. Tenuere (1) tamen arcem Sabini: atque inde poſtero die, quum Romanus exercitus inſtructus, quod inter Palatinum Capitolinumque collem campi eſt, compleſſet, non priùs deſcenderunt in æquum, quàm, irâ & cupiditate recuperandæ arcis ſtimulante animos, in adverſum Romani ſubiere. Principes utrinque pugnam ciebant; ab Sabinis Mettus Curtius, ab Romanis Hoſtus (2) Hoſtilius. hic rem Romanam iniquo loco ad prima ſigna animo atque audaciâ ſuſtinebat. Ut Hoſtus cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies; fuſaque eſt ad veterem portam Palatii. Romulus, & ipſe turbâ fugientium actus, arma ad cœlum tollens, *Jupiter, tuis,* inquit, *juſſus avibus hîc in palatio prima urbi fundamenta jeci. arcem jam, ſcelere emptam, Sabini habent. inde huc armati, ſuperatâ mediâ valle, tendunt. At tu, pater Deûm hominumque, hinc*

equitum fuit. Plut. Poſtea ſæpe variavit hic numerus. Dividebatur legio in centurias ſexaginta, manipulos triginta, cohortes decem. Vid. infra l. 8. c. 8. (2) Hinc videtur Cæninenſes, Cruſtuminos & Antemnates non e Sabinis fuiſſe, ſed Sabinis vicinos. Cruſtuminum idem ac Cruſtumerium videtur. E. (3) Alii legunt *fabula*; ſed contra fidem codicum. Fabula notat etiam *veram* hiſtoriam; ut apud Sen. l. 5. de beneficiis c. 24. (4) i. e. expreſſis verbis.

C. 12. (1) q. d. quicquid exiſtimandum ſit de allatâ modò fabellâ, illud *tamen* conſtat tenuiſſe &c. (2) Secundùm Dionyſium, Lucumo Tuſcus; a quo & equitum una centuria nomen habuit, ut auctor eſt Varro.

(3) E.

hinc ſaltem arce hoſtes: deme terrorem Romanis, fugamque fœdam ſiſte. Hîc ego tibi templum Statori (3) Jovi, quod monumentum ſit poſteris, tuâ præſenti ope ſervatam urbem eſſe, voveo. Hæc precatus, veluti ſi ſenſiſſet auditas preces, *Hinc*, inquit, *Romani, Jupiter optimus maximus reſiſtere atque iterare pugnam jubet.* Reſtitere Romani, tanquam cœleſti voce juſſi. ipſe ad (4) primores Romulus provolat. Mettus Curtius ab (5) Sabinis princeps ab arce decucurrerat, & effuſos egerat Romanos, toto quantum foro ſpatium eſt. nec procul jam a portâ Palatii erat, clamitans, *Vicimus perfidos hoſpites, imbelles hoſtes. Jam ſciunt, longè aliud eſſe virgines rapere, aliud pugnare cum viris.* In eum, hæc gloriantem, cum globo ferociſſimorum juvenum Romulus impetum facit. Ex equo tum fortè Mettus pugnabat: eò (6) pelli facilius fuit: pulſum Romani perſequuntur. & alia Romana acies, audaciâ regis accenſa, fundit Sabinos. Mettus in paludem ſeſe, ſtrepitu ſequentium trepidante equo, conjecit: adverteratque (7) ea res etiam Sabinos tanti periculo viri. Et ille quidem, annuentibus ac vocantibus ſuis, favore multorum addito animo, evadit. Romani Sabinique in mediâ convalle duorum montium redintegrant prælium. ſed res Romana erat ſuperior.

Matronæ prælium dirimunt.

XIII. Tum Sabinæ mulieres, quarum ex injuriâ bellum ortum erat, crinibus paſſis ſciſſâque veſte, victo malis muliebri pavore, auſæ ſe inter tela volantia inferre, ex tranſverſo impetu facto, dirimere infeſtas acies, dirimere iras; hinc patres, hinc viros orantes, *ne ſe ſanguine nefando ſoceri generique reſpergerent: ne* (1) *parricidio macularent partus ſuos, nepotum* (2) *illi, liberûm hi progeniem. Si* (3) *affinitatis inter vos,*

(3) A *ſiſtendo* ſc. *fugam.* (4) Vox *primores* pro *primis* accipitur. ſic Tac. hiſt. 3. 21. *primori in acie verſabantur.* E. (5) Suſpicor hæc verba, *ab Sabinis princeps*, gloſſam eſſe librarii; ad reducendum ſc. in memoriam id quod Livius priùs dixerat, *princeps utrinque—ab Sabinis Mettus Curtius* &c. E. (6) Ideo (quòd nempe ex equo pugnabat, qui ſemel conſternatus ſeſſorem vel invitum abripit) pelli Mettum facilius fuit. (7) Ea res animos oculoſque non Romanorum modò, ſed etiam Sabinorum, illuc converterat.

C. 13. (1) Ne partus ſuos (ſc. infantes quos in uteris Sabinæ mulieres geſtabant) hâc maculâ reſpergerent, ut a parricidis orti dicerentur. Parricida dicitur qui aut patrem, aut cognatum, aut civem quemcunque occidit. vid. Cic. Cat. 1. 12. (2) Progeniem præliantium; & nepotes quidem Sabinorum, liberos Romanorum. E. (3) Tranſitio hæc, ἀπο τȣ διηγηματικȣ

vos, si connubii piget, in nos vertite iras: nos causa belli, nos vulnerum ac cædium viris ac parentibus sumus. meliùs peribimus, quàm sine alteris vestrûm viduæ (4) *aut orbæ vivemus.* Movet res tum multitudinem, tum duces. Silentium & repentina fit quies. inde ad fœdus faciendum duces prodeunt: nec pacem modò, sed & civitatem unam ex duabus faciunt: regnum consociant, imperium omne conferunt Romam. Ita geminatâ urbe ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites a Curibus appellati. monumentum (5) ejus pugnæ, ubi primùm ex profundâ emersus palude equus Curtium in vado statuit, Curtium lacum appellarunt. Ex bello tam tristi læta repente pax cariores Sabinas viris ac parentibus, & ante omnes Romulo ipsi, fecit. Itaque, quum populum in curias (6) triginta divideret, nomina (7) earum curiis imposuit. Id non traditur, quum haud dubiè aliquanto numerus major hoc mulierum fuerit, ætate, an dignitatibus suis virorumve, an sorte lectæ sint, quæ nomina curiis darent. Eodem tempore & centuriæ tres equitum conscriptæ sunt, Ramnenses (8) ab Romulo, ab Tito Tatio Titienses appellati. Lucerum (9) nominis & originis causa incerta est. Inde non modò commune, sed concors etiam, regnum duobus regibus fuit.

U. c. 7. A. C. 745. *Pax convenit.*

XIV. Post aliquot annos propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulsant. quumque Laurentes jure gentium agerent, apud Tatium gratia suorum & preces plus poterant. Igitur illorum pœnam in se vertit. nam Lavinii, quum ad sollenne sacrificium eò venisset, concursu facto, inter-

U. c. 12. A. C. 740. *Tatii mors.*

τικε εις το μιμητικον, festinationem impetumque loquentium mirè ob oculos objiciens, haudquaquam posthabenda videtur schemati illi Homerico quod Longinus atque Dionysius tantopere laudarunt. Il. 15. 348. E. (4) Viduæ, sine Romanis maritis nostris; orbæ, sine Sabinis parentibus. (5) Locum eum ita appellarunt, in monumentum ejus pugnæ. Hoc autem nomen locus ille retinuit, licet postea aggestâ terrâ repletus esset. Aliam de hujus appellationis origine opinionem refert Livius l. 7. c. 6. (6) Romulus diviso universo populo in partes tres, quas, sive a numero, sive a *tributo* dando, tribus appellavit, unamquamque rursus tribum in decem curias partitus est. (7) Hoc negant Varro & Plutarchus. (8) Fuerunt hæc tribuum nomina, e quibus desumptæ sunt equitum centuriæ. In Ramnensem tribum conjecti sunt ii qui secuti Romulum ex Albanis fuerant; in Titiensem Sabini; in Lucerensem advenæ omnes. (9) Incertum est unde tribus hæc conflata est, & quare ita appellata. Varro deducit nomen a Lucumonibus, i. e. Tuscis, qui Romulo contra Tatium opitulati sunt. Alii a *Luco* Asylæo.

interficitur. Eam rem minùs ægrè, quàm dignum erat, † tuliſſe Romulum ferunt: ſeu ob (1) inſidam ſocietatem regni, ſeu quia haud injuriâ cæſum credebat. Itaque bello quidem abſtinuit: ut tamen (2) expiarentur legatorum injuriæ regiſque cædes, fœdus inter Romam Laviniumque urbes renovatum eſt. Et cum his quidem inſperata pax erat: aliud multo propius, atque in ipſis propè portis, bellum ortum. Fidenates, nimis vicinas prope (3) ſe convaleſcere opes rati, priuſquam tantum roboris eſſet, quantum futurum apparebat, occupant (4) bellum facere.

Bellum cum Fidenatibus.

juventute armatâ immiſſâ, vaſtatur agri quod inter urbem ac Fidenas eſt. Inde ad lævam verſi, quia dextrâ Tiberis arcebat, cum magnâ trepidatione agreſtium populantur: tumultuſque repens, ex agris in urbem illatus, pro nuncio fuit. Excitus Romulus (neque enim dilationem pati tam vicinum bellum poterat) exercitum educit: caſtra a Fidenis mille (5) paſſuum locat. ibi modico præſidio relicto, egreſſus omnibus (6) copiis, partem militum locis (7) circà denſa ob ſita virgulta obſcuris ſubſidere in inſidiis juſſit; cum parte majore atque omni equitatu profectus, id quod quærebat, tumultuoſo & minaci genere pugnæ, adequitando ipſis propè portis, hoſtem excivit. fugæ quoque, quæ ſimulanda erat, eadem equeſtris pugna cauſam minùs mirabilem dedit. & quum, velut inter pugnæ fugæque conſilium trepidante equitatu, pedes quoque referret gradum, plenis repente portis effuſi hoſtes, impulſâ Romanâ acie, ſtudio inſtandi ſequendique trahuntur ad locum inſidiarum. Inde ſubitò exorti Romani tranſverſam invadunt hoſtium aciem. Addunt pavorem mota e caſtris ſigna eorum, qui in præſidio relicti fuerant. ita multiplici terrore perculſi Fidenates, priùs penè quàm Ro-

C. 14. (1) Quia plerumque ſocio regni parum fidendum eſt. (2) Fœdus ſemper cum ſacrificiis ictum; quibus & ſcelus utrinque admiſſum expiaretur, & pactio fieret futuræ ſocietatis. Dionyſius & Plutarchus, eandem cum Livio hiſtoriam narrantes, mentionem faciunt ſacrorum piacularium. (3) Pluſquam veriſimile eſt hæc verba *prope ſe* gloſſam eſſe librarii. (4) Feſtinant ultro bellum facere. (5) h. e. ad mille paſſus. (6) h. e. *cum omnibus copiis*; locutio apud Livium frequentiſſima. (7) i. e. *in locis circumcircà, quæ propter denſa virgulta ibi ſita, obſcura erant.* Hactenus editum, *locis circa denſa obſita virgulta obſcuris.* Hic locus interpretes mire torſit. *Locis circa obſita virgulta*, parum Latinitatis ſapit; quoniam (ut plurimi notarunt) *loca* dicunt Latini *obſita virgultis*: non autem, *virgulta locis.* Conſentiunt tamen libri omnes tam ſcripti quàm editi:

Romulus, quique cum eo equis ierant, circumagerent frenis equos, terga vertunt: multoque effufiùs, (quippe vera fuga) qui (8) fimulantes paullo ante fecuti erant, oppidum repetebant. non tamen eripuere fe hofti: hærens in terga Romanus, priùs quàm fores portarum objicerentur, velut agmine uno irrumpit (9).

XV. Belli Fidenatis contagione irritati Vejentium animi, & confanguinitate (nam Fidenates quoque Etrufci fuerunt) & quòd ipfa propinquitas loci, fi Romana arma omnibus infefta finitimis effent, ftimulabat (1). in fines Romanos excucurrerunt, populabundi magis, quàm jufti more belli. Itaque non caftris pofitis, non exfpectato hoftium exercitu, raptam ex agris prædam portantes, Vejos rediere: Romanus contrà, poftquam hoftem in agris non invenit, dimicationi ultimæ inftructus intentufque, Tiberim tranfit. quem poftquam caftra ponere, & ad urbem acceffurum Vejentes audivere; obviàm egreffi, ut potiùs acie decernerent, quàm inclufi de tectis mœnibufque dimicarent. Ibi, viribus nullâ (2) arte adjutis, tantùm veterani robore exercitûs rex Romanus vicit: perfecutufque fufos ad mœnia hoftes, urbe validâ muris ac fitu ipfo munitâ abftinuit: agros rediens vaftat, ulcifcendi magis, quàm prædæ, ftudio. Eâque clade haud minùs quàm adverfâ pugnâ fubacti Vejentes, pacem petitum oratores Romam mittunt. Agri parte mulctatis, in centum annos induciæ datæ. Hæc ferme, Romulo regnante, domi militiæque gefta: quorum nihil abfonum fidei divinæ

Bellum cum Veientibus.

editi: re autem fic fe habente, conjecturis indulgere illicitum duco. Eam igitur, Titio fuadente, in textum recepi, quæ auctoritati codicum vix aut ne vix quidem repugnat. Neque tamen temere rejicienda videtur conjectura viri docti a Drakenborchio memorata, qui *virgulta* fequioris generis, & *denfa obfita virgulta* cafus fextos effe putabat. Conftat enim vocem hâc formâ (licet perraro) apud Latinos auctores inveniri. E. (8) Meliùs legere videremur, *quâ fimulantes*; i. e. quâ viâ Romanos fimulantes fugam fecuti erant, eâdem oppidum repetebant. (9) Coloniam tum Fidenas deductam narrat Dionyfius: de quâ infrà c. 27.

C. 15. (1) Irritati funt Veientium animi, & quòd fanguine cum Fidenatibus conjuncti erant, & quòd ipfa propinquitas loci eos commoverat. Sic interpretatus fum & fic interpunxi, (vulgò commate folo inter *ftimulabat* & *in fines* intercedente) quo evitetur dura ifta conftructio, *Veientium animi irritati......excucurrerunt.* Quidam etiam codices voculam *funt* inferunt poft τὸ *confanguinitate.* E. (2) Hæc verba ad infidias contra Fidenates ref-

vinæ originis divinitatiſque poſt mortem creditæ fuit; non animus in regno avito recuperando, non condendæ urbis conſilium, non bello ac pace firmandæ. ab illo enim (3) profectu, viribus (4) datis tantùm valuit, ut in quadraginta deinde annos tutam pacem haberet. multitudini tamen gratior fuit, quàm Patribus; longè ante alios acceptiſſimus militum animis. trecentoſque armatos ad cuſtodiam corporis, quos (5) Celeres appellavit, non in bello ſolùm, ſed etiam in pace, habuit.

U. c. 37.
A. C. 715.
Mors Romuli.

XVI. His (1) immortalibus editis operibus, quum ad exercitum recenſendum concionem in campo ad Capræ paludem haberet, ſubitò coorta tempeſtas, cum magno fragore tonitribuſque, tam denſo regem operuit nimbo, ut conſpectum ejus concioni abſtulerit; nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes, ſedato tandem pavore, poſtquam ex tam turbido die ſerena & tranquilla lux rediit, ubi vacuam ſedem regiam vidit, etſi ſatis credebat Patribus, qui proximi ſteterant, ſublimem raptum procellâ; tamen, velut (2) orbitatis metu icta, mœſtum aliquamdiu ſilentium obtinuit. Deinde, a paucis initio facto, Deum Deo natum, regem parentemque urbis Romanæ, ſalvere univerſi Romulum jubent. pacem precibus expoſcunt, uti volens (3) propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem. Fuiſſe credo tum quoque aliquos, qui diſcerptum regem Patrum manibus taciti arguerent: manavit enim hæc quoque, ſed perobſcura, fama. Illam alteram admiratio viri & (4) pavor præſens nobilitavit. Conſilio etiam unius hominis addita rei dicitur fides. namque Proculus Julius, ſollicitâ civitate deſiderio regis, & infenſâ Patribus, gravis, ut traditur, quamvis (5) magnæ rei

reſpiciunt. (3) Ab incrementis illis quæ regnante Romulo acceperant. (4) Viribus quas Romulus jam dederat; quibuſque nulla, regnante Numâ, acceſſio facta eſt. E. (5) Sive a *celeritate*, ut Plutarchus cenſet; ſive (quod veriſimilius eſt) a Græcâ voce *κελης*, eques, aut equus ſolitarius cui inſidet eques.

C. 16. (1) Conjicit Crevierius legendum eſſe *mortalibus* (uti ſupra de Æneæ interitu c. 2.) & mallem ſane, ni codices repugnarent. (2) Metu non abſimili ejus qui orbatos parente occupat. (3) Hanc eſſe formam ſollennem precationis liquet ex plurimis auctoribus. Occurrit infrà l. 7. c. 26. E. (4) Homines metu redditi ad *δεισιδαιμονιαν* proclives omnibus notum eſt. Et quidem *pavor* apud Silium idem ſonat ac *δεισιδαιμονια*; uti *religio* apud Lucretium idem ac *metus*. E. (5) Haud levis auctor, quamvis rei vix credibilis. Sic Hor. Serm. I. 9. 52. magnum *narras, vix credibile*.

rei auctor in concionem prodit. *Romulus*, inquit, *Quirites, parens urbis hujus, primâ hodiernâ luce cœlo repentè delapſus, ſe mihi obvium dedit. quum, perfuſus horrore venerabundusque, adſtitiſſem, petens precibus, ut (6) contrà intueri fas eſſet; abi, nuncia, inquit, Romanis, Cœleſtes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum ſit: proinde rem militarem colant: ſciantque, & ita poſteris tradant, nullas opes humanas armis Romanis reſiſtere poſſe. hæc*, inquit, *locutus, ſublimis abiit.* Mirum, quantum illi viro, nuncianti hæc, (7) fidei fuerit; quámque deſiderium Romuli apud plebem exercitumque, factâ fide immortalitatis, lenitum ſit.

XVII. Patrum interim animos certamen regni ac cupido verſabat. necdum ad ſingulos, quia nemo magnopere eminebat in novo populo, pervenerat (1). factionibus inter ordines certabatur. Oriundi ab Sabinis, ne, quia poſt Tatii mortem ab ſuâ parte non erat regnatum, in (2) ſocietate æquâ poſſeſſionem imperii amitterent, ſui corporis creari regem volebant. Romani veteres peregrinum regem aſpernabantur. In variis voluntatibus regnari tamen omnes volebant, libertatis dulcedine nondum expertâ. Timor deinde Patres inceſſit, ne civitatem

bile. E. (6) Ut liceret abſque noxâ. Vetuſtiſſimus hic hominum metus, ne morte aut malo aliquo gravi afficerentur, conſpecto cœleſtium aliquo. vid. hiſtoriam Gideonis & Manoachi in Libro Judicum, & Callimachi hymnum εἰς λουτρα της Παλλαδος. (7) In pleriſque editionibus legitur *fides*; quam lectionem doctiſſimus Crevierius aliique defenderunt. Et procul dubio *mirum quantùm, immane quantùm, incredibile quantùm*, &c. elegantiſſimum eſt dicendi genus parentheticum, e Græcis deſumptum, qui eodem modo θαυμαστον ὁσον, ἀμηχανον ὁσον uſurpant. ſic infrà l. 2. c. 1. *id mirum quantùm, profuit ad concordiam civitatis.* At ſemper (quantum ego ſcio) jungitur hæc phraſis verbo in modo (ut loquuntur Grammatici) *indicativo.* Aut igitur legendum & interpungendum, *mirum quantùm, illi fides fuit*; aut, *mirum, quantum illi fidei fuerit.* Et notatu quidem dignum eſt quòd Drakenborchius hunc locum adducens ad Sil. 6. 620. quaſi memoriter ſcripſerit, priorem illam lectionem protulit: quam quidem & ego lubens reciperem, ſi ullius codicis auctoritate firmata eſſet, & ſi poſteriori clauſulæ congrueret. E.

C. 17. (1) *Pervenerat* ſc. *certamen regni ac cupido.* Prius edebatur, *necdum a ſingulis.....pervenerant factiones.* Sed *pervenerat* & *factionibus* auctoritate codicum optimæ notæ fulciuntur; quod Grævii conjecturam ſatis firmam reddit, & dignam quæ in textum recipiatur. E. (2) Quamvis æqua ſocietas eſſet Sabinos inter & veteres Romanos, ac proinde jus imperii ad

tem ſine imperio, exercitum ſine duce, multarum circà civitatium irritatis animis, vis aliqua externa adoriretur. & eſſe igitur aliquod caput placebat; & nemo alteri concedere in animum inducebat. Ita rem inter ſe centum (3) Patres, decem (4) decuriis factis, ſinguliſque in ſingulas decurias creatis qui ſummæ rerum præeſſent, conſociant. decem imperitabant, unus cum inſignibus imperii & lictoribus erat: quinque dierum ſpatio finiebatur (5) imperium, ac per omnes in orbem ibat: annuumque intervallum regni fuit. id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appellatum. Fremere deinde plebs; multiplicatam ſervitutem, centum pro uno dominos factos: nec (6) ultrà niſi regem, & ab ipſis creatum, videbantur paſſuri. Quum ſenſiſſent ea moveri Patres, offerendum ultro rati, quod amiſſuri erant, ita (7) gratiam ineunt, ſummâ poteſtate populo permiſſâ, ut non plus darent juris, quàm detinerent. decreverunt enim, ut, cum populus regem juſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi (8) Patres auctores fierent: hodieque in legibus magiſtratibuſque rogandis uſurpatur (9) idem jus, vi ademptâ. priuſquam populus ſuffragium ineat, in incertum comitiorum eventum Patres auctores fiunt. Tum interrex, concione advocatâ; *Quod bonum, fauſtum, felixque ſit*, inquit, *Quirites, regem create; ita Patribus viſum eſt. Patres deinde, ſi dignum, qui ſecundus ab Romulo numeretur, crearitis, auctores fient.* Adeò id gratum plebi fuit, ut, ne victi beneficio viderentur, id modò ſciſcerent juberentque, ut ſenatus decerneret, qui Romæ regnaret.

U. c. 38. A. C. 714. *Interregnum annuum.*

XVIII. Inclyta juſtitia religioque eâ tempeſtate Numæ Pompilii erat. Curibus Sabinis habitabat, conſultiſſimus

Electio Numæ.

ad utroſque æquè pertineret. (3) Potius *ducenti*, ſecundùm Dionyſium; propterea quòd centum e Sabinis allecti erant, fœdere cum Tatio icto. (4) Decuria non ſemper numeri denarii nomen eſt, ſed et ordinis aut claſſis etiam multo amplioris. (5) Sc. unius interregis, ſecundùm Dionys. quod etiam poſtea in uſu eſſe conſtat; ſecundùm Plutarchum totius decuriæ. (6) i. e. nec diutius; ut infrà l. 2. c. 19. (7) Gratiam quidem ineunt, permittendo plebi ſummam poteſtatem electionis; ita tamen ut non minus juris ipſi retinerent quàm populo darent. (8) i. e. auctoritate ſuâ rem comprobarent. (9) *Uſurpatur idem jus*, ut Patres auctores fiant; at ſpecie quidem magis quàm re: vis enim ac robur abeſt, quum, per leges Publiliam ac Mæniam, Patres auctores fiant antequam populus ſuffragium ineat. vid. infrà l. 8. c. 12.

ſimus vir, ut in illâ quiſquam ætate eſſe poterat, omnis divini atque humani juris. Auctorem doctrinæ ejus, quia non exſtat alius, falsò Samium Pythagoran edunt: quem, Servio Tullio regnante Romæ, centum (1) ampliùs pòſt annos, in ultimâ Italiæ orâ, circa Metapontum Heracleamque & Crotona, juvenum æmulantium (2) ſtudia cœtus habuiſſe conſtat. Ex (3) quibus locis, etſi ejuſdem ætatis fuiſſet, quæ (4) fama in Sabinos, aut quo linguæ commercio, quenquam ad cupiditatem diſcendi exciviſſet; quove præſidio unus per tot gentes, diſſonas ſermone moribuſque, perveniſſet? Suopte igitur (5) ingenio temperatum animum virtutibus fuiſſe opinor magis; inſtructumque non tam peregrinis artibus, quàm diſciplinâ tetricâ ac triſti veterum Sabinorum. quo genere nullum quondam incorruptius fuit. Audito nomine Numæ, Patres Romani, quanquam inclinari opes ad Sabinos, rege inde ſumpto, videbantur, tamen, neque ſe quiſquam, nec factionis ſuæ alium, nec denique Patrum aut civium quenquam præferre illi viro auſi, ad unum omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. Accitus, ſicut Romulus auguratò urbe condendâ regnum adeptus eſt, de ſe quoque Deos conſuli juſſit. inde ab augure (cui deinde, honoris ergo, publicum id perpetuumque ſacerdotium fuit) deductus in arcem, in lapide ad meridiem verſus conſedit. Augur ad lævam ejus, capite velato, ſedem cepit, dextrâ manu baculum ſine nodo aduncum tenens, quem lituum appellaverunt. inde ubi, proſpectu in urbem agrumque capto, Deos precatus, (6) regiones ab oriente ad occaſum determinavit; dextras (7) ad meridiem partes, lævas ad ſeptentrionem eſſe dixit. Signum (8) contrà, quò longiſſimè conſpectum oculi ferebant, animo

U. c. 39.
A. C. 713.
Inauguratio Numæ.

C. 18. (1) h. e. centum, vel plures, annos pòſt; conſtructio apud Livium creberrima. (2) Placita ipſius æmulantium, & ſectam ſequentium. Sic etiam Cicero loquitur, pro Mur. c. 29. & Tac. l. 3. hiſt. c. 81. (3) Hæc argumenta examinat, & minimi ponderis eſſe pronunciat Florid. Sabin. l. 1. c. 13. Et conſtat quidem ex ipſo Livio quod non diu poſt reges ejectos non in Volſcos modò, ſed & Cumas Græcam urbem, legatos miſerint; immo, Tarquinio Superbo adhuc regnante, Delphos. (4) *Quæ fama, in Sabinos* uſque perlata, exciviſſet quenquam; aut quo linguæ commercio. (5) *Ingenium* eſt id quod ingenitum eſt. (6) *Regiones* inter quas ſibi auſpicia mitti poſtularet. (7) Facie ſc. in orientem verſâ, & ſolito quidem more. (8) Ex adverſo obſervavit aliquid inſigne, quod meta

animo finivit. Tum, lituo in lævam manum tranſlato, dextrâ in caput Numæ impoſitâ, precatus eſt ita: *Jupiter pater, ſi eſt fas, hunc Numam Pompilium, cujus ego caput teneo, regem Romæ eſſe, uti* (9) *tu ſigna nobis certa adclaraſſis inter eos fines, quos feci.* Tum (10) peregit verbis auſpicia, quæ mitti vellet. quibus miſſis, declaratus rex Numa de templo deſcendit.

Numæ inſtituta.

XIX. Qui, regno ita potitus, urbem novam, conditam vi & armis, jure (1) eam legibuſque ac moribus de integro condere parat. quibus quum inter bella aſſueſcere videret non poſſe, quippe efferatos militiâ animos; † mitigandum ferocem populum armorum deſuetudine ratus, Janum (2) ad infimum (3) Argiletum, indicem pacis belique, fecit: apertus, ut in armis eſſe civitatem; clauſus, pacatos circà omnes populos, ſignificaret. Bis deinde poſt Numæ regnum clauſus fuit: ſemel T. Manlio conſule, poſt Punicum primum perfectum bellum: iterum, (4) quod noſtræ ætati Dii dederunt (5) ut videremus, poſt bellum Actiacum, ab Imperatore Cæſare Auguſto, pace terrâ marique partâ. Clauſo eo, quum omnium circà finitimorum ſocietate ac fœderibus junxiſſet animos, poſitis externorum periculorum curis, ne luxuriarentur otio animi, quos metus hoſtium diſciplinaque militaris continuerat; omnium primùm, rem, ad multitudinem imperitam & illis ſeculis rudem, efficaciſſimam, † Deorum metum injiciendum ratus eſt. qui quum deſcendere ad animos ſine aliquo commento miraculi non poſſet, ſimulat ſibi cum Deâ Egeriâ congreſſus nocturnos eſſe: ejus ſe monitu, quæ acceptiſſima Diis eſſent, ſacra inſtituere; ſacerdotes

Janus belli et pacis index.

Dea Egeria.

meta ſoret quâ auſpicia terminarentur, ita ut nullam rationem haberet eorum quæ ultrà poſſent contingere. (9.) i. e. precor ut. *Adclaraſſis* forma antiqua pro *adclaraveris.* (10) Singula enunciavit.

C. 19. (1) Pronomen *eam* eleganter redundat. (2) Jani ædem. Janus antiquiſſimus fuit Latii rex; de quo conſule, ſi lubet, Macrob. 1. Saturn. c. 7 & 9. (3) Colliculus fuit ad orientem Palatini montis. vid. Æn. 8. v. 345. (4) Teſte Suetonio, Auguſtus Jani templum *ter* clauſit. Hinc colligitur Livium primos hujus hiſtoriæ libros ſcripſiſſe, medio tempore inter bellum Actiacum perfectum, & Jani ædem iterum ab Auguſto clauſum, quinto ſc. pòſt anno, devictis Cantabris. Porro Druſi mors, quæ uno & viceſimo anno poſt Actiacum triumphum contigit, in Epitome ultimi libri memoratur. Unde ſequitur Livium non ante id tempus ultimam ſuis hiſtoriis manum impoſuiſſe. (5) Sc. quod ut videremus

facerdotes fuos cuique Deorum præficere. Atque omnium primum, (6) ad curfum lunæ, in duodecim menfes defcribit annum. quem (quia tricenos dies fingulis menfibus luna non explet, defuntque (7) dies folido anno, qui folftitiali circumagitur orbe) intercalaribus menfibus interponendis, ita difpenfavit, ut (8) quarto & vigefimo anno, ad metam eandem folis unde orfi effent, plenis annorum omnium fpatiis, dies (9) congruerent. Idem (10) nefaftos dies faftofque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat. *Anni defcriptio.*

XX. Tum facerdotibus creandis animum adjecit; quanquam ipfe plurima facra obibat, ea maximè, quæ nunc ad Dialem (1) flaminem pertinent. Sed, quia in civitate bellicofâ plures Romuli quam Numæ fimiles reges putabat fore, iturofque ipfos ad bella, ne facra regiæ vicis defererentur, flaminem Jovi affiduum facerdotem creavit, infignique eum vefte & curuli regiâ fellâ adornavit. *Flamines.* huic duos flamines adjecit: Marti unum, alterum Quirino (2). Virginefque (3) Veftæ legit; Albâ oriundum facerdotium, & genti conditoris haud alienum. his, ut affiduæ templi antiftites effent, ftipendium de publico ftatuit: virginitate aliifque ceremoniis venerabiles ac fanctas fecit. Salios item duodecim Marti Gradivo legit, tunicæque

mus Dii noftræ ætati dederunt. (6) Sub Romulo annus decem habebat menfes, fex quidem tricenis, quatuor verò tricenis fingulis diebus, qui efficiebant dies quatuor & trecentos; & a Martio initium habebat: diebus identidem intercalatis, ut opus fuit, fine ullo menfis nomine. Annus autem lunaris diebus CCCLIV conftat: quapropter Numa duos menfes Januarium ac Februarium adjecit; annumque fecit, religionis caufâ, dierum CCCLV, menfes quoque omnes impari numero dierum, excepto folo Februario, qui proinde infauftus habitus. Quò autem tam Solis quàm lunæ rationem haberet, nonaginta dies ita per octo annorum fpatium difpenfabat, ut biennio quoque unum menfem intercalaret; at tertio quoque octennio fex & fexaginta tantùm. Hunc annum Numa a Græcis, magnâ quidem ex parte, defumpfit: illis autem intercalatio fuit fimplicior, quia annus CCCLIV dierum. (7) Defunt anno lunari dies, ad complementum folidi anni folaris. (8) Ultimo fc. anno tertii cujufque octennii. vid. n. 6. fuprà. (9) Dies nempe anni lunaris & folaris. (10) *Fafti* dies erant, quibus licebat tria verba follennia fari, *do*, *dico*, *addico*; feu fententiam ferre de re controverfâ: *nefafti*, quibus non licebat.

C. 20. (1) Jovis fc. dictum ἀπο τȣ Διὸς. Flamini uxorem repudiare non licebat: illa quoque facerdotii ejus particeps erat. (2) *Quirinus*, inquit Servius, *eft Mars qui præeft paci, et intra civitatem colitur: nam belli Mars extra civitatem templum habuit.* (3) Quatuor a Numâ lectæ; poftea duæ additæ

Salii. nicæque pictæ insigne dedit, & super tunicam æneum pectori tegumen: cœlestiaque arma, quæ (4) ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum *Pontifex.* tripudiis sollennique saltatu jussit. Pontificem (5) deinde Numam Marcium, Marci filium, ex Patribus legit, eique sacra omnia exscripta exsignataque attribuit; quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. Cetera quoque omnia publica privataque sacra Pontificis scitis subjecit; ut esset quò consultum plebes veniret; ne quid divini juris, negligendo patrios ritus, peregrinosque adsciscendo, turbaretur. nec cœlestes modò ceremonias, sed justa quoque funebria placandosque Manes, ut idem Pontifex edoceret; quæque prodigia, fulminibus aliove *Prodigiorum procuratio.* quo visu missa, suscipperentur (6) atque curarentur (7). Ad ea elicienda ex mentibus divinis, Jovi Elicio aram in Aventino dicavit; Deumque consuluit auguriis, quæ (8) suscipienda essent.

Pop. Romani religio et tranquillitas. XXI. Ad hæc consultanda procurandaque, multitudine omni a vi & armis conversâ, & animi aliquid agendo occupati erant, & Deorum assidua insidens cura, quum interesse rebus humanis cœleste Numen videretur, eâ pietate omnium pectora imbuerat, ut fides ac jusjurandum, † proximo (1) legum ac pœnarum metu, civitatem regerent. † & quum ipsi se homines in regis, velut unici exempli, mores formarent (2); tum finitimi etiam populi, qui antè, castra, non urbem, positam in medio ad sollicitandam omnium pacem, crediderant, in eam verecundiam adducti sunt, ut civitatem, totam in cultum versam Deorum, violari

additæ a Tarquinio Prisco. Lectæ sunt annos natæ nec plures quàm decem, nec pauciores quàm sex; & per triginta annos, quibus Deæ sacris operabantur, a nuptiis prohibitæ sunt. (4) Unum sc. e cælo delapsum fabulantur; cui undecim consimilia facta sunt; ne divinitus missum aliquando surriperetur. (5) Nempe maximum. Quatuor enim primò fuere, postea plures. (6) Judicarentur esse ejusmodi, ut eorum ratio haberi deberet. vid. l. 43. c. 13. (7) h. e. *procurarentur*. Procurare autem prodigia, *expiare* est. (8) Sc. quænam prodigia.

C. 21. (1) Editio Crevieriana habet *proximè.....metum*, ex conjecturâ Mureti & Tan. Fabri; at malè. Nec enim Livius vult dicere quòd fides & jusjurandum, tunc temporis *proximam post* leges coercendi vim habuerunt; (quid novi hoc foret?) sed contrà, quòd metus populum *minus quàm* religio coercuit. E. (2) Non rarò particula *quum*, quamvis habeat respondentem

olari ducerent nefas. Lucus erat, quem medium ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aquâ. quò quia ſe perſæpe Numa ſine arbitris, velut ad congreſſum Deæ, inferebat, Camenis eum lucum ſacravit; quòd earum ibi concilia cum conjuge ſuâ Egeriâ eſſent. Et (3) ſoli Fidei ſollenne inſtituit. ad id ſacrarium flamines bigis curru (4) arcuato, vehi juſſit, manuque ad digitos uſque involutâ rem divinam facere: ſignificantes fidem tutandam, ſedemque (5) ejus etiam in dextris ſacratam eſſe. Multa alia ſacrificia locaque ſacris faciendis, quæ (6) Argeos pontifices vocant, dedicavit. Omnium tamen maximum ejus operum fuit tutela, per omne regni tempus, haud minor pacis quàm regni. Ita duo deinceps reges, alius aliâ viâ, ille bello, hic pace, civitatem auxerunt. Romulus ſeptem & triginta regnavit annos: Numa tres & quadraginta. Tum valida, tum temperata & belli & pacis artibus, erat civitas.

XXII. Numæ morte ad interregnum res rediit. Inde Tullum Hoſtilium, nepotem Hoſtilii, cujus (1) in infimâ arce clara pugna adverſùs Sabinos fuerat, regem populus juſſit. Patres auctores facti. Hic non ſolùm proximo regi diſſimilis, ſed ferocior etiam Romulo fuit. tum ætas vireſque, tum avita quoque gloria animum ſtimulabat. Seneſcere igitur civitatem otio ratus, undique materiam excitandi belli quærebat. Fortè evenit, ut agreſtes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano prædas invicem agerent.

U. c. 82.
A. C. 670.
Tullus Hoſtilius rex eligitur.

pondentem ſibi *tum*, cum verbo tamen ſubjunctivi modi conjungitur. (3) Hæc vox, *ſoli*, plurimum negotii interpretibus faceſſit. Quidam exponunt *ſeorſum a reliquis deabus*. Drakenborchius affert verba Plut. in Numâ, μιαν Μουσαν ἰδιως και διαφεροντως ἐδιδαξε σεβεσθαι τους Ρωμαιους, Τακιταν προσαγορευσας: & nil vetat quin per illam Muſam, quam Numa *Tacitam* vocavit, *Fidem* intelligamus; niſi quòd, poſt verba ſuprà allata, Plutarchus mentionem facit ſacrarii, quod Numa *Fidei* exſtruxit. Fidem illam eſſe *publicam* ſeu δημοσιαν, i. e. quam *tota* civitas interponit, abundè conſtat: unde mihi oritur ſuſpicio, *Solifidei* unam fuiſſe vocem compoſitam, ut *ſolicuria*, *ſoliferrea*, *ſolitaurilia*; *ſolo* ſeu *ſollo* apud Oſcos idem ſonante ac Græcè ὁλον. E. (4) Curru tecto ſupernè, & cameræ in modum. (5) Non modò ipſam fidem ſacratam eſſe, ſed etiam ſedem ejus in dextris, & pignus illud fidei quod dextrâ datur. (6) Sacris ipſis jam pridem abolitis, loca multa Romæ, ubi fieri ſolita erant, Argeorum nomen retinebant. *Argeus* idem quod *Argivus*. *Tibur Argeo poſitum colono.* Hor. Loca illa ſic dicta, ſecundùm Varronem & Feſtum, *a principibus qui cum Hercule Argivo venerunt*, & in his locis ſepulti erant.

C. 22. (1) Vid. ſuprà c. 12.

*

agerent. Imperitabat tum C. Cluilius Albæ. utrinque legati fere ſub idem tempus ad res repetendas miſſi. Tullus præceperat ſuis, ne quid priùs, quàm mandata, agerent. ſatis ſciebat, negaturum Albanum; ita piè bellum indici poſſe. Ab Albanis ſocordiùs res acta: excepti hoſpitio ab Tullo blandè ac benignè, comiter regis convivium celebrant. tantiſper Romani & res repetiverant priores (2), & neganti Albano bellum in trigeſimum diem indixerant. hæc renunciant Tullo. Tum legatis Tullus dicendi poteſtatem, quid petentes venerint, facit. illi, omnium ignari, primùm purgando terunt tempus: *Se invitos quidquam, quod minùs placeat Tullo, dicturos; ſed imperio ſubigi: res repetitum ſe veniſſe. Ni reddantur, bellum indicere juſſos.* Ad hæc Tullus: *Nunciate*, inquit, *regi veſtro, regem Romanum Deos facere teſtes, uter priùs populus res repetentes legatos aſpernatus dimiſerit, ut in eum omnes expetant* (3) *hujuſce clades belli.*

U. c. 85. A. C. 667. *Bellum cum Albanis.* XXIII. Hæc nunciant domum Albani. Et bellum utrinque ſummâ ope parabatur, civili ſimillimum bello, propè inter parentes natoſque; Trojanam utramque prolem, quum Lavinium ab Trojâ, ab Lavinio Alba, ab Albanorum ſtirpe regum oriundi Romani eſſent. Eventus tamen belli minùs miſerabilem dimicationem fecit: quòd nec acie certatum eſt; &, tectis modò dirutis alterius urbis, duo populi in unum confuſi ſunt. Albani priores ingenti exercitu in agrum Romanum impetum fecere. caſtra ab urbe haud plus quinque millia paſſuum locant, foſsâ circumdant: foſſa Cluilia ab nomine ducis per aliquot ſecula appellata eſt, donec cum re nomen quoque vetuſtate abolevit. In his caſtris Cluilius Albanus rex moritur; dictatorem Albani Mettum Fuffetium creant. Interim Tullus ferox, præcipuè morte regis, magnumque (1) Deorum numen, ab ipſo capite orſum, in omne nomen Albanum expetiturum pœnas ob bellum impium dictitans, nocte præteritis hoſtium caſtris, infeſto exercitu in agrum Albanum pergit. Ea res ab ſtativis excivit Mettum. ducit quàm proximè ad hoſtem poteſt; inde legatum præmiſſum nunciare Tullo jubet, priuſquam dimicent,

(2) Priores erant ad res repetendas; occupant res repetere. E. (3) Pœnas ab eo repetant, ob omnes hujuſce belli clades.

C. 23. (1) Dictitans Deos, qui jam principem eorum ſupplicio affecerant, mox

cent, opus esse colloquio: si secum congressus sit, satis scire, ea se allaturum, quæ nihilo minùs ad rem Romanam, quàm ad Albanam, pertineant. Haud aspernatus Tullus, tametsi vana afferri (2) rebatur, in aciem educit. Exeunt contrà & Albani. Postquam instructi utrinque stabant, cum paucis procerum in medium duces procedunt. Ibi infit Albanus: *Injurias & non redditas res ex fœdere, quæ repetitæ sint, & ego regem nostrum Cluilium, causam hujusce esse belli, (3) audisse videor: nec te dubito, Tulle, eadem præ te ferre. sed, si vera potiùs, quàm dictu speciosa, dicenda sunt, cupido imperii duos cognatos vicinosque populos ad arma stimulat. Neque, (4) rectè, an perperam, interpretor: fuerit ista ejus deliberatio, qui bellum suscepit. me Albani gerendo bello ducem creavere. Illud te, Tulle, monitum velim: Etrusca res, quanta circa nos, teque maximè, sit, quò propiores vos, hoc magis scis. multùm illi terrâ, plurimùm mari pollent. Memor esto, jam, quum signum pugnæ dabis, has duas acies spectaculo fore; ut fessos confectosque, simul victorem ac victum, aggrediantur. Itaque, si (5) nos Dii amant, quoniam, non contenti libertate certâ, in dubiam imperii servitiique aleam imus, ineamus aliquam viam, quâ utri utris imperent, sine magnâ clade, sine multo sanguine utriusque populi, decerni possit.* Haud displicet res Tullo, quanquam, tum indole animi, tum spe victoriæ, ferocior erat. Quærentibus utrinque ratio initur, cui & fortuna ipsa præbuit materiam.

XXIV. Fortè in duobus tum exercitibus erant (1) trigemini fratres, nec ætate, nec viribus dispares. Horatios Curiatiosque fuisse satis constat; nec ferme res antiqua alia est nobilior. tamen in re tam clarâ nominum error manet; utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint. Auctores utròque trahunt: plures tamen invenio, qui Romanos Horatios vocent. hos (2) ut sequar, inclinat animus. Cum trigeminis agunt reges, ut pro suâ quisque patriâ

Horatiorum & Curiatiorum certamen

mox in omnem populum animadversuros. (2) Codices ferè omnes habent *afferebantur:* tantoperè autem conjectura Fabri arridet, ut nulla mihi religio sit quo minus in textum recipiam. Observat quoque Drakenborchius vocem *rebatur* sæpe incuriam librariorum corrupisse. E. (3) Constructio est, *& ego videor audisse Cluilium* præ se ferentem *injurias* &c. *causam esse hujusce belli*; & nullus dubito &c. (4) i. e. neque inter Albanos & Romanos judicare volo utrùm id rectè an perperam fiat: de eo deliberet qui &c. (5) Nisi nos Dii irati dementent. E.

C. 24. (1) Terni eodem partu editi. (2) Quos etiam infrà Livius secutus

patriâ dimicent ferro. ibi imperium fore, unde victoria fuerit. nihil recusatur : tempus & locus convenit. Priusquam dimicarent, fœdus ictum inter Romanos & Albanos est his legibus, ut, cujusque (3) populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo cum bonâ pace imperitaret. Fœdera alia aliis legibus, ceterùm eodem modo omnia, fiunt. Tum ita factum accepimus, nec ullius vetustior fœderis memoria est. Fecialis (4) regem Tullum ita rogavit : *Jubesne me, Rex, cum patre (5) patrato populi Albani fœdus ferire?* jubente rege, (6) *Sagmina*, inquit, *te, Rex, posco.* Rex ait, *Puram* (7) *tollito.* Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. postea regem ita rogavit : *Rex, facisne me tu regium nuncium populi Romani Quiritium? (8) vasa, comitesque meos?* Rex respondit : *Quod (9) sine fraude meâ populique Romani Quiritium fiat, facio.* Fecialis erat M. Valerius. patrem patratum Sp. Fusium fecit, verbenâ caput capillosque tangens. Pater patratus ad jusjurandum patrandum, id est, fanciendum fit fœdus; multisque id (10) verbis, quæ longo effata carmine (11) non operæ (12) est referre, peragit. Legibus deinde recitatis : *Audi*, inquit, *Jupiter; audi, pater patrate populi Albani; audi tu, populus Albanus; ut (13) illa palàm prima postrema ex illis tabulis (14) cerâve recitata sunt sine dolo malo, utique ea hîc hodie rectissimè intellecta sunt, illis legibus populus Romanus prior non deficiet. Si prior defexit* (15) *publico consilio, dolo malo; tu (16) illo die, Jupiter, populum*

Fœderis feriendi ritus.

cutus est, inter gentes quæ ab Tullo Hostilio Albâ Romam traductæ sunt; Curiatiam referens. c. 30. (3) h. e. *cujuscunque;* ut & *quandoque* pro *quandocunque.* At, ni fallor, quicunque de *duobus* non usurpatur. E. (4) Feciales sacerdotes fuere, quorum erat justis cærimoniis bellum indicere & fœdus ferire. Hujus sacerdotii auctorem Numam Dionysius tradit; Livius, Ancum Martium. vid. infrà c. 32. ubi & ritus quibus bellum indicebatur describit. (5) Pater patratus ita dictus, uti mox Livius innuit, quòd ad jusjurandum *patrandum* i. e. peragendum fit. (6) Sagmina vocantur verbenæ, herbæ puræ, cum suâ terrâ e loco sacro Capitolii evulsæ; quibus coronabatur pater patratus. (7) Supple *herbam.* (8) h. e. anne *vasa* (seu supellectilem) *comitesque meos* sanctitatis meæ participes facis? (9) Sine damno. Fraus autem appellatur damnum, quod *inopinatò* affertur, aut dolo aut alio quocunque modo. Sic Cicero, *hæc te opinio falsa in istam* fraudem *impulit*; &, *cujus ego spe in hanc* fraudem *incidi.* E. (10) Sc. fœderis leges. (11) *Carmina* dicuntur formulæ, conceptis verbis, ad sollennitatem aliquam compositæ. (12) i. e. non operæ pretium. (13) *Ut illa recitata sunt, palam*, tum *prima* tum *postrema.* (14) Sive tabulis nudis, sive cerâ illitis. (15) Forma antiqua pro *defecerit.* (16) Plures libri manuscripti habent, *tum ille dies*

lum Romanum ſic ferito, ut ego hunc porcum hîc hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes polleſque. Id ubi dixit, porcum (17) ſaxo (18) ſilice percuſſit. Sua item carmina Albani ſuumque jusjurandum per ſuum dictatorem ſuoſque ſacerdotes peregerunt.

XXV. Fœdere icto, trigemini, ſicut convenerat, arma capiunt. Quum ſui utroſque adhortarentur, *Deos patrios, patriam ac parentes, quidquid civium domi, quidquid in exercitu ſit, illorum tunc arma, illorum intueri manus:* feroces (1) & ſuopte ingenio, & pleni adhortantium vocibus, in medium inter duas acies procedunt. Conſederant utrinque pro caſtris duo exercitus, periculi magis præſentis, quàm curæ, expertes. *Certaminis deſcriptio* quippe imperium agebatur, in tam paucorum virtute atque fortunâ poſitum. itaque (2) ergo erecti ſuſpenſique in minimè (3) gratum ſpectaculum animo intenduntur. Datur ſignum. infeſtiſque armis, velut acies, terni juvenes, magnorum exercituum animos gerentes, concurrunt: nec his nec illis periculum ſuum; publicum imperium ſervitiumque obverſatur animo, futuraque ea deinde patriæ fortuna quam ipſi feciſſent. Ut (4) primo ſtatim concurſu increpuere arma, micanteſque fulſere gladii, horror ingens ſpectantes perſtringit: &, neutrò inclinatâ ſpe, torpebat vox ſpirituſque. Conſertis deinde manibus, quum jam non motus tantùm corporum, agitatioque anceps telorum (5) armorumque, ſed vulnera quoque & ſanguis ſpectaculo eſſent; duo Romani, ſuper alium alius, vulneratis tribus Albanis, exſpirantes corruerunt. ad quorum caſum quum conclamaſſet gaudio Albanus

dies Jupiter; unde conjicit Sigonius legendum eſſe, *tum me Dieſpiter.* Obſervat autem Drakenborchius quòd *illo die* neceſſarium eſt, propter ἀντίθεσιν ſequentis *hodie.* (17) Verè *porca* in ſacris mactabatur. At nomine *porci* intelligere poſſumus & marem & fœminam. (18) Sic infrà, l. 30. c. 43. *lapides ſilices. Silex* notat lapidis *ſpeciem; ſaxum* autem magnitudinem.

C. 25. (1) Non raro particulæ illæ, *&* *&*, *quum tum,* ita collocatæ reperiuntur, ut, licet quoad ſenſum ſibi reſpondeant, quoad ſtructuram tamen verborum ex adverſo ſeſe non reſpiciant. (2) Ita ſæpius Livius loqui ſolitus eſt: infrà l. 3. c. 31. & l. 39. c. 25. Eodem modo, *ita ſic, jam nunc,* junctim efferuntur. l. 2. c. 10. & l. 31. c. 32. Vid. etiam Virg. Georg. 1. 42. (3) Non quale ſpectaculum gladiatorum, populi *delectandi* gratiâ editum. (4) Sequitur deſcriptio pulchra quidem & vivida; cui tamen luxuries quædam & inflatio ineſt, major fortaſſe quàm hiſtoricum decet. E. (5) *Arma* hîc ſunt quibus corpus protegitur; *tela,* quibus hoſtis impetitur. Similiter ſibi invicem opponuntur *arma* & *tela,* infrà

Albanus exercitus, Romanas legiones jam ſpes tota, nondum tamen cura, deſeruerat, exanimes (6) vice unius, quem tres Curiatii circumſteterant. Fortè is integer ſuit, ut univerſis ſolus nequaquam par, ſic adverſùs ſingulos ferox. ergo, ut ſegregaret pugnam eorum, capeſſit fugam, ita ratus ſecuturos, ut quemque vulnere affectum corpus ſineret. Jam aliquantum ſpatii ex eo loco, ubi pugnatum eſt, aufugerat, quum reſpiciens videt magnis intervallis ſequentes: unum haud procul ab ſeſe abeſſe. in eum magno impetu rediit. Et dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis, uti opem ferant fratri, jam Horatius, cæſo hoſte, victor ſecundam pugnam petebat. tum clamore, qualis ex inſperato faventium (7) ſolet, Romani adjuvant militem ſuum: & ille defungi prælio feſtinat. Priùs itaque, quàm alter, qui nec procul aberat, conſequi poſſet, & alterum Curiatium conficit. Jamque, æquato Marte, ſinguli ſupererant; ſed nec ſpe, nec viribus pares. alterum, intactum ferro corpus & geminata victoria, ferocem in certamen tertium dabant: alter, feſſum (8) vulnere, feſſum curſu trahens corpus, victuſque (9) fratrum ante ſe ſtrage, victori objicitur hoſti. nec illud prælium fuit. Romanus exſultans, *Duos*, inquit, *fratrum Manibus dedi: tertium cauſæ belli hujuſce, ut Romanus Albano imperet, dabo.* Malè (10) ſuſtinenti arma gladium ſupernè jugulo defigit: jacentem ſpoliat. Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt; eò majore cum gaudio, quò prope (11) metum res fuerat. Ad ſepulturam inde ſuorum nequaquam paribus animis vertuntur; quippe imperio alteri aucti, alteri ditionis alienæ facti. Sepulcra exſtant, quo quiſque loco cecidit. duo Romana uno loco propiùs Albam, tria Albana Romam verſùs; ſed diſtantia locis, & ut pugnatum eſt.

infrà c. 43. *Arma* ſunt propriè quæ *armos* tegunt: Serv. ſæpe autem vox latiùs patet. (6) Exterriti propter conditionem. ſic, *vicem alicujus dolere*, & ſimilia. E. (7) Sæpe hæc vox de acclamatione circenſi uſurpatur. Tum autem clamor maximus, cum is, quem propè victum crediderunt, ex inſperato victor evadit. (8) Rem ipſam verba mirè depingunt. E. (9) Jam quaſi victus, ob fratrum ante ſe interfectorum cædem. (10) Vix armorum tenendorum potenti. (11) An *prope* metum ſolummodò res fuerat? Annon Livius Romanos metu prorſus exanimes jam dixit? Difficultas (quam interpretes ne notarunt quidem) ſic tollitur; eò majus fuit gaudium, quòd *proximè poſt metum* ſubſecutum eſt; *minimo temporis intervallo* metu in gaudium verſo. E.

XXVI. Priusquam inde digrederentur, roganti Metto ex fœdere icto quid imperaret, imperat Tullus, uti juventutem in armis habeat: usurum se eorum operâ, si bellum cum Vejentibus foret. ita exercitus inde domos abducti. Princeps Horatius ibat, trigemina spolia præ se gerens: cui soror virgo, quæ desponsa uni ex Curiatiis fuerat, obvia ante portam Capenam fuit: cognitoque super humeros fratris paludamento (1) sponsi, quod ipsa confecerat, solvit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. *Horatius sororem occidit.* Movet feroci juveni animum comploratio sororis in victoriâ suâ tantoque gaudio publico. Stricto itaque gladio, simul verbis increpans, transfigit puellam. *Abi hinc cum immaturo (2) amore ad sponsum*, inquit, *oblita fratrum mortuorum vivique, oblita patriæ. Sic eat, quæcunque Romana lugebit hostem.* Atrox visum id facinus Patribus plebique: sed recens meritum facto (3) obstabat. tamen raptus in jus ad regem. Rex, ne ipse tam tristis ingratique ad vulgus judicii, aut, secundùm judicium, supplicii auctor esset, concilio populi advocato, *Duumviros*, inquit, *qui Horatio perduellionem (4) judicent, (5) secundùm legem facio.* Lex horrendi (6) carminis erat: *Duumviri perduellionem judicent. Si a duumviris provocarit, provocatione certato: si vincent, caput obnubito: infelici (7) arbori reste suspendito:* *In jus vocatur.*

C. 26. (1) *Paludamentum* propriè chlamys imperatoria; sed & pro veste militari sumitur ejus qui non esset imperator. (2) "Intempestivo." Sic Crevierius aliique; quibus tamen ego assentire nequeo. *Immaturum* id dicitur quod præter sui temporis modum *properatum est;* ut *immatura mors* & similia: nunquam autem (quantum ego scio) sumitur pro *intempestivo*, simpliciter, seu quod Gallicè dicimus *mal à propos*. At quæri potest, quidnam aliud per vocem *immaturo* hìc intelligere possumus? Et quidem audentior multo veterem abnuo interpretationem, quàm novam profero. Opinor tamen amorem Horatiæ ideo dici *immaturum*, quòd nondum nupta fuit cum mors sponsi spem ejus *irritam* reddidit, fructûs instar *ante tempus* decerpti. E. (3) Impediebat quo minus factum hoc pro rei atrocitate expenderetur. (4) h. e. sententiam ferant in Horatium, tanquam perduellionis manifestum. *Perduellis* idem est ac hostis (a radice *duellum* bellum): & *perduellio* propriè crimen læsæ majestatis. Homicidium autem complectitur; nam qui civem interficit, *contra civitatem* peccat. (5) Sic cum Drakenborchio locum interpungendum censeo: patet enim, ex legis ipsius carmine, quòd de creandis duumviris lege cautum fuit. E. (6) Vid. not. 11. ad cap. 24. suprà. (7) *Infelices* arbores apud antiquos habebantur, quæ *nihil ferunt, nec feruntur unquam*. Plin. Plures tamen interpretes hìc per *infelicem arborem* intelligunt stipitem ex quo

ſuſpendito: verberato vel intra pomœrium (8) *vel extra pomœrium.* Hâc lege duumviri creati, qui ſe abſolvere non rebantur eâ lege, ne (9) innoxium quidem, poſſe, quum condemnaſſent; tum alter ex his, *P. Horati, tibi perduellionem judico,* inquit. *I, lictor, colliga manus.* Acceſſerat lictor, injiciebatque laqueum. tum Horatius, auctore Tullo, clemente (10) legis interprete, *Provoco,* inquit. ita demum (11) provocatione certatum ad populum eſt. Moti homines ſunt in eo judicio, maximè P. Horatio patre proclamante, ſe filiam jure cæſam judicare. ni ita eſſet, patrio (12) jure in filium animadverſurum fuiſſe. Orabat deinde, ne ſe, quem paulo antè cum egregiâ ſtirpe conſpexiſſent, orbum liberis facerent. Inter hæc ſenex, juvenem amplexus, ſpolia Curiatiorum fixa eo loco, qui nunc Pila (13) Horatia appellatur, oſtentans, *Hunccine,* ajebat, *quem modò decoratum ovantemque victoriâ incedentem vidiſtis, Quirites, eum ſub* (14) *furcâ vinctum inter verbera & cruciatus videre poteſtis? quod vix Albanorum oculi tam deforme ſpectaculum ferre poſſent. I, lictor, colliga manus, quæ paulo antè armatæ imperium populo Romano pepererunt. I, caput obnube liberatoris urbis hujus: arbori infelici ſuſpende: verbera, vel* (15) *intra pomœrium, modò inter illa* (16) *pila & ſpolia hoſtium; vel extra pomœrium, modò intra ſepulcra Curiatiorum. Quò enim ducere hunc juvenem poteſtis, ubi non ſua decora eum a tantâ fœditate ſupplicii vindicent?* Non tulit populus nec patris lacrimas, nec ipſius parem

quo fontes ſuſpenduntur; quo ligno nullum infelicius. (8) Vid. infrà c. 44. (9) Lege tenebantur duumviri manifeſtum perduellionis damnare; etiam ſi *jure* facinus admiſiſſet. (10) Clementer Horatium admonente, ut beneficio legis uteretur, quâ licebat provocare. (11) Sic ſuprà, *provocatione certato.* Omnes libri editi habent, *ita* de *provocatione certatum;* quod quidem (uti jam Faber notavit) ſenſum a Livii ſententiâ prorſus alienum præberet. Suadentibus igitur pluribus interpretibus, ſuffragante etiam uno alteroque codice manuſcripto, *demum* in textum recipere auſus ſum. E. (12) Ex lege Romuli, jus vitæ neciſque patri in liberos erat. (13) *Pila* idem quod *ϛηλη* apud Græcos; & hoc ſenſu vocem interpretatur Crevierius. At perperam, ni fallor. *Pila* enim cenſeo eſſe in numero plurali, a voce *pilum.* Columella quidem erecta, ſecundùm Dionyſium, cui, tropæi in modum, ſpolia Curiatiorum ſuperimpoſita erant. At ex armis affixis, non ex columnâ cui affixa ſunt, nomen loci deſumptum eſſe puto. Paulo infrà Livius ipſe memorat *pila & ſpolia hoſtium.* Huic certè opinioni ſuffragatur Propertius, 3, 2, 7. *Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila.* E. (14) Vid. ad c. 36. l. 2. (15) Obſervent tirones hanc totam orationem ad *legis carmen* reſpicere ſuprà recitatum. E. (16) E pilis nimirum Curiatiorum, in terram defixis

parem (17) in omni periculo animum: abſolveruntque admiratione magis virtutis, quàm jure cauſæ. Itaque, ut cædes manifeſta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, ut filium expiaret pecuniâ (18) publicâ. Is, quibuſdam piacularibus ſacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita ſunt, tranſmiſſo per viam tigillo, capite adoperto, velut ſub (19) jugum miſit juvenem. Id hodie quoque, publicè ſemper refectum, manet. Sororium tigillum vocant. Horatiæ ſepulcrum, quo loco corruerat icta, conſtructum eſt ſaxo quadrato. *Abſolvitur a P. R.*

XXVII. Nec diu pax Albana manſit. invidia (1) vulgi, quòd tribus militibus fortuna publica commiſſa fuerit, vanum ingenium dictatoris corrupit; &, quoniam recta conſilia haud bene evenerant, (2) pravis reconciliare popularium animos cœpit. Igitur, ut priùs in bello pacem, ſic in pace bellum quærens, quia ſuæ civitati animorum plus quàm virium cernebat eſſe, ad bellum palàm atque ex edicto gerundum alios concitat populos: ſuis per ſpeciem ſocietatis (3) proditionem reſervat. Fidenates, colonia (4) Romana, Vejentibus ſociis conſilii aſſumptis, pacto tranſitionis Albanorum, ad bellum atque arma incitantur. Quum Fidenæ apertè deſciſſent, Tullus, Metto exercituque ejus ab Albâ accito, contra hoſtes ducit. ubi Anienem tranſiit, ad (5) confluentes collocat caſtra. Inter eum locum & Fidenas, Vejentium exercitus Tiberim tranſierat. Hi & (6) in acie prope flumen tenuere dextrum cornu: in ſiniſtro Fidenates propiùs montes conſiſtunt. Tullus adverſùs Vejentem hoſtem dirigit ſuos: Albanos contra legionem Fidenatium collocat. Albano non plus animi erat, quàm fidei. nec manere ergo, nec tranſire apertè auſus, ſenſim ad montes (7) ſuccedit. Inde, ubi *Bellum cum Fidenatibus.* *Metti perfidia.*

fixis, videntur primò ſuſpenſa fuiſſe reliqua ſpolia. (17) Eandem animi firmitudinem in judicio, quæ in pugnâ fuerat. (18) Pecuniâ publicè prædità in piacularia ſacra. (19) Quid ſit *jugum* vid. infrà l. 3. c. 28. ad finem.

C. 27. (1) Odium populi Albani Metto ſuccenſentis, propterea quòd fortunam publicam tribus militibus commiſerat, avertit a fide vanum ejus (i. e. leve atque mutabile) ingenium. (2) Vox *pravus*, genuinâ primâque ejus vi, opponitur *recto*; et propriè ſignat vitium corporis, quodque in eo eſt perverſum ſeu malè diſtortum. (3) ſc. cum populo Romano. E. (4) Vid not. 9. ad cap. 14 ſuprà. (5) i. e. ubi fluvius ille in Tiberim influit. (6) Voculæ *et* hæc vis eſt; Veientes Tiberim tranſierant, Fidenas a ſiniſtro latere relinquentes; et ſimiliter *etiam in acie* inſtructi ſunt, Fidenatibus ſiniſtrum cornu tenentibus. E. (7) Montes erant

ubi satis subisse sese ratus est, erigit (8) totam aciem: fluctuansque animo, ut tereret tempus, ordines explicat. Consilium erat, quâ fortuna rem daret, eâ inclinare vires. Miraculo primò esse Romanis, qui proximi steterant, ut nudari latera sua sociorum digressu senserunt: inde eques citato equo nunciat regi, abire Albanos. Tullus in re trepidâ duodecim vovit (9) Salios, fanaque Pallori ac Pavori. equitem, clarâ increpans voce, ut hostes exaudirent, redire in prælium jubet: *nihil trepidatione opus esse: suo jussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadant.* idem (10) imperat, ut hastas equites erigere jubeat. Id factum magnæ parti peditum Romanorum conspectum abeuntis Albani exercitûs intersepsit. qui viderant, id quod ab rege auditum erat rati, eò acriùs pugnant. Terror ad hostes transit: & (11) audiverant clarâ voce dictum, & magna pars Fidenatium, ut qui coloni additi (12) Romanis essent, Latinè sciebant. Itaque, ne subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt. Instat Tullus; fusoque Fidenatium cornu, in Vejentem, alieno pavore perculsum, ferocior redit. Nec illi tulere impetum: sed ab effusâ fugâ flumen objectum a tergo arcebat. Quò postquam fuga inclinavit; alii, arma fœdè jactantes, in aquam cæci ruebant; alii, dum cunctantur in ripis, inter fugæ pugnæque consilium oppressi. Non alia antè Romana pugna atrocior fuit.

Romani victores.

XXVIII. Tum Albanus exercitus, spectator certaminis, deductus in campos. Mettus Tullo devictos hostes

erant a latere dextro exercitûs Albani. E. (8) " Stare jubet; ubi enim agmen sistitur, miles et corpus et hastam erigit." Sic Crevierius: sed malo vocem intelligere de ascensu Albani exercitus in clivum montis. Ad montes primò sensim appropinquarunt; dein, ubi satis a Romano exercitu recessum est, celeriori gradu montes ascendunt. Sic infrà l. 3. c. 18. *in clivum Capitolinum erigit aciem.* et Sil. 3. 512. *agmen in collem erigere.* E. (9) Hi cognominati sunt *Agonales* seu *Agonenses*, et *Collini*. Salii autem a Numâ instituti *Palatini* dicebantur. Servius hunc locum sic intelligit, Tullum Pallori et Pavori, non tantùm fana, sed etiam Salios vovisse; et Salios hos nominat *Pallorios* et *Pavorios*. (10) Imperat sc. rex *equiti*, qui nunciaverat abiisse Albanos, ut jubeat &c. Magis tamen placeret *eidem*, si codicum auctoritas accederet. (11) Fidenates *et* vocem Tulli audierant, tam clara fuit; *et* verba ejus intellexerant, quia linguam Latinam callebant. E. (12) Unà cum Romanis adscripti sunt, quando Fidenas colonia fuit deducta; ideoque, propter commercium Fidenates inter et Romanos colonos, Latinè sciebant.

gratulatur:

gratulatur: contrà Tullus Mettum benignè alloquitur. *Quod* (1) *bene vertat, castra Albanos Romanis castris jungere* jubet: sacrificium (2) lustrale in diem posterum parat. Ubi illuxit, paratis omnibus, ut assolet, vocari ad concionem utrumque exercitum jubet. Præcones, ab extremo orsi, primos excivere Albanos. hi, novitate etiam rei moti, ut regem Romanum concionantem audirent, proximi constitere. Ex composito armata circumdatur Romana (3) legio. centurionibus datum negotium erat, ut sine morâ imperia exsequerentur. Tum ita Tullus infit: *Romani, si unquam antè aliàs ullo in bello fuit, quòd primùm Diis immortalibus gratias ageretis, deinde vestræ ipsorum virtuti, hesternum id prælium fuit. Dimicatum est enim non magis cum hostibus, quàm, quæ dimicatio major atque periculosior est, cum proditione ac perfidiâ sociorum. Nam, ne vos falsa opinio teneat, injussu meo Albani subiere ad montes: nec imperium illud meum, sed consilium & imperii simulatio fuit: ut nec, vobis ignorantibus deseri vos, averteretur a certamine animus; & hostibus, circumveniri se a tergo ratis, terror ac fuga injiceretur. Nec ea culpa, quam arguo, omnium Albanorum est. ducem secuti sunt: ut & vos, si quò ego inde agmen declinare voluissem, fecissetis. Mettus ille est ductor itineris hujus, Mettus idem hujus machinator belli, Mettus fœderis Romani Albanique ruptor. Audeat deinde talia alius, nisi in hunc insigne jam documentum mortalibus dedero.* Centuriones armati Mettum circumsistunt. rex cetera, ut orsus erat, peragit. *Quod* (4) *bonum, faustum, felixque sit populo Romano ac mihi vobisque, Albani; populum omnem Albanum Romam traducere in animo est; civitatem* (5) *dare plebi; primores in Patres legere; unam urbem, unam rempublicam facere. Ut ex uno quondam in duos populos divisa Albana res est, sic nunc in unum redeat.* Ad hæc Albana pubes, inermis ab armatis septa, in variis voluntatibus, communi tamen metu cogente, silentium tenet. Tum Tullus: *Mette Fuffeti,*

Supplicium de Metto sumptum.

C. 28. (1) Sollennis bene precandi formula, in rebus auspicandis. (2) Fortasse idem cum *suovetaurilibus* infrà memorandis, cap. 44. (3) Romanus exercitus. Sic cap. præc. *legionem Fidenatium.* (4) Sic suprà c. 17. et sæpius apud nostrum auctorem. "Majores nostri," inquit Cicero, "omnibus rebus agendis, *Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset,* "præfabantur." De divin. l. 1. c. 45. De hujusmodi formulis vid. sis Brisson. l. 1. (5) h. e. jus civium Romanorum. E.

(6) Ego

Fuffeti, inquit, *fi ipfe difcere poffes fidem ac fœdera fervare, vivo* (6) *tibi ea difciplina a me adhibita effet. Nunc quoniam tuum infanabile ingenium eft, at tu tuo fupplicio doce humanum genus ea fancta credere, quæ a te violata funt. Ut igitur paulo antè animum, inter Fidenatem Romanamque rem, ancipitem geffifti, ita jam corpus paffim diftrahendum dabis.* Exinde, duabus admotis (7) quadrigis, in currus earum diftentum illigat Mettum. deinde in diverfum iter equi concitati, lacerum in utroque curru corpus, quâ inhæferant vinculis membra, portantes. Avertere omnes a tantâ fœditate fpectaculi oculos. Primum ultimumque illud fupplicium (8) apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit. in aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores placuiffe pœnas.

U. c. 87. A. C. 665. *Alba diruta.* XXIX. (1) Inter hæc jam præmiffi Albam erant equites, qui multitudinem traducerent Romam. Legiones deinde ductæ ad diruendam urbem. Quæ ubi intravere portas, non quidem fuit tumultus ille, nec pavor, qualis captarum effe urbium folet; quum, effractis portis, ftratifve ariete muris, aut arce vi captâ, clamor hoftilis & curfus per urbem armatorum omnia ferro flammâque mifcet: fed filentium trifte (2) ac tacita mœftitia ita defixit omnium animos, ut, præ metu obliti quid relinquerent, quid fecum ferrent, deficiente confilio, rogitantefque alii alios, nunc in liminibus ftarent, nunc errabundi domos fuas

(6) Ego te vivum iftam agendi rationem docuiffem. E. (7) Quaternis hinc inde equis. *Quadrigæ* funt quatuor equi juncti jugo uno. Sæpe etiam pro curru cui junguntur. (8) Supplicium in quo daretur exemplum acerbitatis ab humanitatis legibus abhorrentis.

C. 29. (1) Sequitur pulcherrima et planè mirabilis narratio; cui nil deeft, nil fuperfluum; nil ineft turgidum, nil fuci meretricii: fed tota grandis, fimplex, vehemens, et quæ affectus commovet, remque ipfam oculis animifque legentium fubjicit. Legens tantùm non cernis Albanos infelices pavore attonitos, et vultus quafi ftupore defixos; audifque fragorem ædium; quo miferi homines tandem experrecti, conffernantur, exclamant, difcurrunt; donec, increpantibus Romanis nec diutius morari finentibus, en! lacrimabundi exeunt, implentque vias, miferandum agmen. Notatu dignum eft quàm ambitiosè Juftinus hunc locum adumbrare tentavit: at æmulus impar. v. Juft. l. 8. c. 5. ubi quod eximium, totum Livii eft; fuum omne, vitiofum. Nec mirum, fi tactu Juftini marcefcant Livii flores. E. (2) Cave putes, lector, has phrafes, *filentium trifte* ac *tacita mœftitia*, effe prorfus fynonyma. *Silentium* fuit; id verò filentium non quietis, fed *triftitiæ*: *mœfti* fuere; at mœror non clamore

ſuas, ultimum (3) illud viſuri, pervagarentur. Ut verò jam equitum clamor exire jubentium inſtabat, jam fragor tectorum quæ diruebantur (4) ultimis urbis partibus audiebatur, pulviſque, ex diſtantibus locis ortus, velut nube inductâ omnia impleverat; raptim (5) quibus quiſque poterat elatis, quum larem ac penates tectaque, in quibus natus quiſque educatuſque eſſet, relinquentes exirent; jam continens agmen migrantium impleverat vias: & conſpectus aliorum mutuâ miſeratione integrabat lacrimas. voceſque etiam miſerabiles exaudiebantur; mulierum præcipuè, quum obſeſſa ab armatis templa auguſta præterirent, ac velut captos relinquerent Deos. Egreſſis urbem Albanis, Romanus paſſim publica privataque omnia tecta adæquat ſolo, unaque hora quadringentorum (6) annorum opus, quibus Alba ſteterat, excidio ac ruinis dedit. Templis (7) tamen Deûm (ita enim edictum ab rege fuerat) temperatum eſt.

XXX. Roma interim creſcit Albæ ruinis. duplicatur civium numerus. Cœlius additur urbi mons; &, quó frequentiùs habitaretur, eam ſedem Tullus regiæ capit, ibique habitavit. Principes Albanorum in (1) Patres, ut ea quoque pars reipublicæ creſceret, legit, Tullios (2), Servilios, Quinctios, Geganios, Curiatios, Clœlios: templumque *Cœlius mons urbi additus.*

clamore et ululatu expromtus, ſed ſub pectore preſſus fuit. E. (3) h. e. ultimâ illâ vice. Sic *extremum hoc*, apud Val. Flaccum; *hoc tertium*, apud Curtium. (4) Malo voces *ultimis urbis partibus* conjungere cum *diruebantur*, quàm (uti vulgò) cum *audiebatur*. Fragor auditus indicio fuit jam cæptam eſſe demolitionem tectorum, idque *ultimis urbis partibus*. Firmare videtur hanc opinionem quod ſequitur, *ex diſtantibus locis*. Sed, quo integra res lectori permittatur, interpunctiones omnes ſuſtuli. E. (5) Helleniſmus, pro *iis quæ quiſque poterat*. Sic. l. 4. c. 39. *Quibus poterat ſauciis ductis ſecum*. (6) Dionyſius cum pleriſque numerat annos 487, quibus Alba ſteterit. Sequitur Livius eundem calculum quem Virgil. Æn. 1. v. 272. (7) Vox *templis* in caſu tertio eſt. Sic *temperare lacrimis*, *cædibus*, *neci*, locutiones ſunt apud optimos auctores æquè uſurpatæ, ac *temperare* a *lacrimis* &c.

C. 30. (1) Patriciorum ordini adſcripſit; et, ſi qua ſenatoria loca vacabant, in ea allegit. vid. not. 4. ſeq. (2) Veterem hanc lectionem, plurimorum codicum auctoritate firmatam, retineo. Attamen fatendum eſt *Tullios* ſæpe pro *Julios* mendosè legi; et Dionyſius, has gentes eodem ordine commemorans, Ἰȣλιȣς habet. Contrà verò obſervandum eſt quòd, ſecundùm Livium alioſque, *Juliam* gentem Romæ ante Albam dirutam fuiſſe evincit Proculus Julius, de quo ſuprà c. 16. Adhuc igitur ſub judice

plumque (3) ordini ab se (4) aucto curiam fecit, quæ Hostilia (5) usque ad patrum nostrorum ætatem appellata est. &, ut omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo adjiceretur, equitum decem turmas ex Albanis legit. Legiones & veteres eodem supplemento explevit, & novas scripsit. Hâc fiduciâ virium Tullus Sabinis bellum indicit, genti eâ tempestate secundùm Etruscos opulentissimæ viris armisque. Utrinque injuriæ factæ, ac res nequicquam erant repetitæ. Tullus ad Feroniæ (6) fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehensos querebatur. Sabini suos priùs (7) in lucum confugisse, ac Romæ retentos. hæ causæ belli ferebantur. Sabini, haud parum memores, & suarum virium partem Romæ ab Tatio locatam, & Romanam rem nuper etiam adjectione populi Albani auctam, circumspicere & ipsi externa auxilia. Etruria erat vicina, proximi Etruscorum Vejentes. Inde, ob residuas bellorum iras maximè, sollicitatis ad defectionem animis, voluntarios (8) traxere. & apud vagos quosdam ex inopi plebe etiam (9) merces valuit. Publico auxilio nullo adjuti sunt. valuitque apud Vejentes (nam de ceteris (10) minùs mirum est) pacta (11) cum Romulo induciarum fides. Quum bellum utrinque summâ ope pararent, vertique (12) in eo res videretur, utri priùs arma inferrent, occupat Tullus in agrum Sabinum transire. Pugna atrox ad silvam (13) Malitiosam fuit. ubi & peditum quidem robore, ceterùm equitatu aucto nuper plurimùm

U. c. 100
A. C. 652.
Bellum cum Sabinis.

dice lis est. (3) Curiam Hostiliam fecit, quæ *templum* esset illi ordini, h. e. locus inauguratò consecratus, ut senatus ibi auspicatò haberi posset. Confer Æn. 7. v. 174. (4) Nulla apud alios auctores mentio fit senatûs a Tullo Hostilio aucti. Conjicit igitur doctiss. Crevierius, ideo hoc dici, quòd numerum auxit earum gentium ex quibus senatores legebantur. (5) Quum diruta esset, dictatore Cæsare, decretum fuit ut instauraretur, et pro Hostilia, Julia appellaretur. (6) Feroniam epitheton Junonis esse plures opinantur. Huc facit Livius ipse, l. 22. c. 1. Fanum illud communiter a Sabinis et Latinis cultum narrat Dionysius l. 3. (7) Querebantur Sabini se priùs injuriâ affectos fuisse a Romanis, profugos Sabinos in asylum excipientibus. Necdum enim asylum clausum fuisse videtur. (8) Qui suâ sponte militarunt, nullo civitatis decreto coacti. E. (9) *Maximè* valuit ira ob cladem recentem; sed et apud quosdam, *merces* a Sabinis oblata. E. (10) Minùs mirum est ceteros Etruscos non adjuvisse Sabinos. E. (11) Vid. suprà c. 15. At hæ induciæ jam antè ruptæ fuerant, uti narrat Livius c. 27. suprà. Igitur conjicere licet Tullum fœdus cum Veientibus instaurasse, bello Fidenate composito. (12) Et multùm interesse ad summam belli videretur. (13) *την ὑλην καλȣμενην κακȣργον.* Dionys.

Romana

Romana acies valuit. Ab equitibus repente invectis turbati ordines ſunt Sabinorum: nec pugna deinde illis conſtare, nec fuga explicari ſine magnâ cæde potuit.

XXXI. Devictis Sabinis, quum in magnâ gloriâ magniſque opibus regnum Tulli ac tota res Romana eſſet, nunciatum regi Patribuſque eſt, in monte Albano lapidibus pluiſſe. Quod quum credi vix poſſet, miſſis ad id viſendum prodigium, in conſpectu, haud aliter quàm quum grandinem venti glomeratam in terras agunt, crebri cecidere cœlo lapides. Viſi etiam audire vocem ingentem ex ſummi cacuminis luco, (1) ut patrio ritu ſacra Albani facerent, quæ, velut Diis quoque ſimul cum patriâ relictis, oblivioni dederant; & aut Romana ſacra ſuſceperant, aut, fortunæ, ut fit, obirati, cultum reliquerant Deûm. Romanis quoque ab eodem prodigio novendiale (2) ſacrum publicè ſuſceptum eſt: ſeu voce cœleſti ex Albano monte miſſâ, (nam id quoque traditur) ſeu aruſpicum monitu. manſit certe ſollenne, ut, quandoque (3) idem prodigium nunciaretur, feriæ per novem dies agerentur. Haud ita multo pòſt peſtilentiâ laboratum eſt. unde quum pigritia militandi oriretur, nulla tamen ab armis quies dabatur ab bellicoſo rege; ſalubriora etiam credente militiæ, quàm domi, juvenum corpora eſſe: donec ipſe quoque longinquo (4) morbo eſt implicitus. Tunc adeò fracti ſimul cum corpore ſunt ſpiritus illi feroces, ut, qui nihil antè ratus eſſet minùs regium, quàm ſacris dedere animum, repentè omnibus magnis parviſque ſuperſtitionibus obnoxius degeret; religionibuſque etiam populum impleret. vulgò jam homines, eum ſtatum rerum, qui ſub Numâ rege fuerat, requirentes, unam opem ægris corporibus relictam, ſi pax veniaque ab Diis impetrata eſſet, credebant. Ipſum regem, tradunt, volventem commentarios Numæ, quum ibi quædam occulta ſollennia ſacrificia Jovi (5) Elicio facta inveniſſet, operatum (6) his ſacris ſe abdidiſſe: ſed non

Lapidibus pluit in Albano monte.

C. 31. (1) *Vocem*, nempe, jubentem. (2) *Novendiale* ſacrum duplex fuit; alterum quod mortuo fieri ſolebat nono die, poſtquam erat ſepultus: alterum (de quo hîc agitur) quod per novem continuos dies fiebat, ad expiandum prodigium. (3) Vid. n. 3. ad c. 24. ſuprà. (4) *Longinquus* ſæpe pro *longo* ſeu *diuturno* apud noſtrum. Sic & Cæs. Bell. civ. 1. 29. *oppugnatio longinqua*. (5) Vid. ſuprà c. 20. Jovem dici *Elicium* ideo, quòd ad terras *eliceretur*, docet Ovid. Faſt. 3. 327. (6) Abdidiſſe ut

non ritè initum aut curatum id ſacrum eſſe; nec ſolùm nullam ei oblatam cœleſtium ſpeciem, ſed irâ Jovis, ſollicitati pravâ religione, fulmine ictum cum domo (7) conflagraſſe. Tullus magnâ gloriâ belli regnavit annos duos & triginta.

U. c. 114. A. C. 638. *Ancus Marcius rex eligitur.*

XXXII. Mortuo Tullo, res, ut inſtitutum jam inde ab initio erat, ad Patres redierat: hique interregem nominaverant. quo comitia habente, Ancum Marcium regem populus creavit: Patres fuere auctores. Numæ Pompilii regis nepos, filiâ ortus, Ancus Marcius erat. qui, ut regnare cœpit, & avitæ gloriæ memor, & quia proximum regnum, cetera egregium, ab unâ parte haud ſatis proſperum fuerat, aut neglectis religionibus, aut pravè cultis; longe (1) antiquiſſimum ratus, ſacra publica, ut ab Numâ inſtituta erant, facere; omnia ea ex commentariis regis pontificem, in (2) album relata, proponere in publico jubet. inde & civibus otii cupidis, & finitimis civitatibus facta ſpes, in avi mores atque inſtituta regem abiturum. Igitur Latini, cum quibus, Tullo regnante, ictum fœdus erat, ſuſtulerant animos: &, quum incurſionem in agrum Romanum feciſſent, repetentibus res Romanis ſuperbè reſponſum reddunt; deſidem Romanum regem inter ſacella & aras acturum eſſe regnum rati. Medium (3) erat in Anco ingenium, & Numæ, & Romuli memor: &, (4) præterquam quòd avi regno magis neceſſariam fuiſſe pacem credebat, quum in novo, tum feroci populo; etiam, quod illi contigiſſet otium, ſine injuriâ id ſe haud facilè habiturum: tentari patientiam, & tentatam contemni: temporaque eſſe Tullo regi aptiora, quàm Numæ. Ut tamen, quoniam Numa in

† *Sacra rite colenda curat.*

ut operaretur. *Operari* autem vox ſacris propria. Virg. Georg. I. 39. *lætis operatus in herbis.* (7) Plerique ſcriptores tradunt Tullum ab Anco Marcio occiſum eſſe, regiamque incenſam.

C. 32. (1) Rem ſibi ante alias omnes providendam. Eodem ſenſu, vox πρεσβύτερον uſurpatur apud Græcos. (2) Tabulam albam, in quâ atramento ſcribebatur. (3) Pacis ſimul & belli artibus temperatum. (4) Locus ſubobſcurus videtur, ſic autem intelligendus: Anci ingenium medium erat inter Romuli indolem ac Numæ; *&*, Volſcis tollentibus animos, *credebat* non modò *pacem magis neceſſariam fuiſſe* temporibus Numæ quàm ſuis (quia populus & *novus* tunc temporis fuit & *ferox*), ſed *etiam ſe haud facilè habiturum id otium quod illi contigiſſet*; aut, ſi in otio degeret, *injuriis* obnoxium fore. Vox *credebat* ſubintelligitur poſt *etiam*. E.

(5) Sic

in pace religiones instituisset, a se bellicæ ceremoniæ proderentur; nec gererentur solùm, sed etiam indicerentur bella aliquo ritu; jus ab antiquâ gente Aequicolis, quod nunc feciales habent, descripsit, quo res repetuntur. Legatus, ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur, capite (5) velato filo (lanæ (6) velamen est) *Audi, Jupiter*, inquit, *audite, fines*, (cujuscunque gentis sunt, nominat) *audiat* (7) *fas. Ego sum publicus nuncius populi Romani, justè piéque legatus venio, verbisque meis fides sit.* Peragit deinde postulata. Inde Jovem testem facit: *Si ego injustè impiéque illos homines illasque res dedier* (8) *nuncio populi Romani mihi exposco, tum patriæ compotem me nunquam siris esse.* Hæc, quum fines suprascandit, hæc, quicunque ei primus vir obvius fuerit, hæc, portam ingrediens, hæc, forum ingressus, paucis verbis carminis concipiendique jurisjurandi mutatis, peragit. si non deduntur, quos exposcit, diebus tribus & triginta (tot enim (9) sollennes sunt) peractis, bellum ita indicit: *Audi, Jupiter, & tu, Juno, Quirine, Diique omnes cœlestes, vosque terrestres, vosque inferni, audite. Ego vos testor, populum illum* (quicunque est, nominat) *injustum esse, neque jus persolvere. Sed de istis rebus in patriâ majores natu consulemus, quo pacto jus nostrum adipiscamur.* Cum his (10) nuncius Romam ad consulendum redit. Confestim rex his ferme verbis Patres consulebat: *Quarum rerum, litium, causarum* (11) *condixit pater patratus populi Romani Quiritium patri patrato priscorum Latinorum hominibusque priscis Latinis, quas res dari, fieri, solvi oportuit, quas res nec dederunt, nec fecerunt, nec solverunt; dic*, inquit ei quem primum sententiam

Belli indicendi ritus.

(5) Sic Tibull. l. 1. Eleg. 3. *velatus filo.* & Virg. Æn. 5. 366. *vittis velatus. Velare* vox sacra de corollis, infulis, ac vittis. (6) E lanâ. (7) h. e. lex divina, quæ ab iis quibus bellum indicit violata est. *Fas* legem divinam notat; *jus*, humanam: hoc ad homines pertinet; illud ad religionem. (8) Haud displicet lectio quam plures codices præferunt, *dedier populo Romano mihi*, h. e. mihi gerenti personam Romani. Et infrà ubi legitur *ego populusque Romanus*, quidam codices habent *ego populus Romanus. Dedier* & *siris* antiquæ formæ, pro *dedi* & *siveris.* (9) Sollenni jure præscripti, quos elabi necesse sit antequam bellum indicatur. (10) Hæc nunciatum. (11) Subaudiendum ἕνεκα. Contendit Jac. Gronovius has voces intelligendas esse de fœdere icto Tullum inter & Latinos; ac verbum *condixit* interpretatur *convenit, consensit:* atque in hanc sententiam ivit Crevierius. Contrà Turnebus & Hugo Grotius *condixit* interpretantur *denunciavit repetitionem*; & verba respicere censent ad legationem missam ab

ſententiam rogabat, *quid (12) cenſes?* Tum ille: *Puro pioque duello quærendas cenſeo, itaque (13) conſentio, conſciſcoque.* Inde ordine alii rogabantur: quandoque pars major eorum, qui aderant, in eandem ſententiam ibat, bellum erat (14) conſenſu. Fieri ſolitum, ut fecialis haſtam ferratam aut (15) ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret; &, non minùs tribus puberibus præſentibus, diceret: *Quòd populi priſcorum Latinorum homineſque priſci Latini adverſùs populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quòd populus Romanus Quiritium bellum cum priſcis Latinis juſſit eſſe, ſenatuſque populi Romani Quiritium cenſuit, conſenſit, conſcivit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret; ob eam rem ego populuſque Romanus populis priſcorum Latinorum hominibuſque priſcis Latinis bellum indico facioque.* id ubi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat. Hoc tum

ab Anco: quibus & ego lubens adſentior. Hic ſenſus verbi *condicere* apud ICtos frequentiſſimus eſt; & ſi vis ejus genuina reſpiciatur, jure uſurpari videtur quando unus *cum altero agit*, licet minimè conſentiant. Secundùm priorem ſententiam, rex ad ſenatum retulit tantùm de fœdere rupto, non autem de legatione ſpretâ & ſuperbo Latinorum reſponſo: quæ mens Livii eſſe nequit; nec enim illa cauſa ſufficiens foret cur ſenatus bellum decerneret. Suum autem interpretamentum ſtabilire conatur Gronovius; contenditque ſollennem *belli* paratum ad *feciales* pertinere, *fœdera* autem pangenda ad *patrem patratum*, qui ad jusjurandum *patrandum* adhibitus fuit. At quidni etiam ad res ex fœdere repetendas? Sed & veriſimilius videtur eundem, qui jusjurandum patraverit, etiam jusjurandum violatum queſtum eſſe. Fecialis certè ad bellum indicendum adhibebatur: nondum autem eò perventum erat; & tum cum bellum decretum eſt, Livius Fecialem diſertè nominat: nam quod dicit *legatum* bellum indixiſſe, id laxiore ſenſu intelligamus neceſſe eſt. At urget porrò Gronovius nullam omnino mentionem de patre patrato Latinorum factum fuiſſe; Livio tantùm narrante quòd legatus Romanus quinquies *obteſtatus eſt Jovem, fines, fas.* Eſto: at, poſt obteſtationem iſtam, annon credere poſſumus eum cum patre patrato populi Latini rem egiſſe, & ſic reſponſum tuliſſe? Ita mihi videtur. E. (12) Quid de iis rebus. (13) Atque ita. Verba *conſentio conſciſcoque* intelligit Crevierius de conſenſu ſenatûs *cum populo*, quorum erat jubere bellum; & provocat ad formam belli indicendi quæ infrà ſequitur. At mihi parum veriſimile videtur rem ad populum unquam relatam eſſe. *Confeſtim*, reſponſo Latinorum nunciato, *rex patres conſulebat.* Malo igitur ſic locum interpretari: meo judicio res bello quærendæ ſunt, atque *conſentio* iis qui in hanc ſententiam ituri ſunt. E. (14) Perinde habebatur ac ſi omnes conſenſiſſent. Crevierius, auctoritate unius codicis fretus, legit *conſenſum*; & phraſis iſta, *conſentire bellum*, certè occurrit infrà l. 8. c. 6. At invitis tot codicibus nil mutandum. (15) Vel e ſanguineo frutice, cujus ſc. cortex ad ſanguinis ſimilitudinem rubet (vid. Plin. 24. 10.); vel potiùs ſanguine cruentatam.

modo ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum: moremque eum posteri acceperunt.

XXXIII. Ancus, demandatâ curâ sacrorum flaminibus sacerdotibusque aliis, exercitu novo conscripto, profectus, Politorium urbem Latinorum, vi cepit; secutusque morem regum priorum, qui rem Romanam auxerant, hostibus in civitatem accipiendis, multitudinem omnem Romam traduxit. &, quum (1) circa Palatium, sedem veterum Romanorum, Sabini Capitolium atque arcem, Cœlium montem Albani implessent; Aventinum novæ multitudini datum. additi eòdem haud ita multo pòst, Tellenis Ficanâque captis, novi cives. Politorium inde rursus bello repetitum, quod vacuum occupaverant prisci Latini. eaque caussa diruendæ urbis ejus fuit Romanis, ne hostium semper receptaculum esset. Postremò, omni bello Latino Medulliam compulso, aliquamdiu ibi marte incerto, variâ (2) victoriâ, pugnatum est: nam et urbs tuta munitionibus, præsidioque firmata valido erat; &, castris in aperto positis, aliquoties exercitus Latinus cominus cum Romanis signa contulerat. Ad ultimum, omnibus copiis connisus, Ancus acie (3) primùm vincit: inde, ingenti prædâ potitus, Romam redit, tum quoque multis millibus Latinorum in civitatem acceptis; quibus, ut jungeretur Palatio Aventinum, ad (4) Murciæ datæ sedes. Janiculum quoque adjectum; non inopiâ loci, sed ne quando ea arx hostium esset. id non muro (5) solùm, sed etiam, ob commoditatem itineris, ponte (6) sublicio, tum primùm in Tiberi facto, conjungi urbi placuit. Quiritium quoque fossa, haud parvum muni-

Bellum cum Latinis.

Aventinus mons additus.

Janiculum urbi conjunctum.

C. 33. (1) Quum loca circa Palatium, sedem veterum Romanorum, jam impleta essent; Capitolium, nempe, a Sabinis; Cœlius mons, ab Albanis. (2) Hæc verba glossema librariorum pronunciat Crevierius: at codices nil mutant. Et quidem sæpe *incerto Marte* pugnatur, nec tamen *variâ victoriâ*. Non sunt ergo synonima. E. (3) Dionysius captam ab Anco Medulliam scribit: & hîc excidisse videntur voces nonnullæ, quibus captam eam Livius significaverat. (4) Circa *ædem* Veneris Murciæ. Ellipsis usitatissima. *Murcia* sive *Murtia*, quasi *Myrtea*. Plin. 15. 29. & Plut. in libro των κεφαλαιων. (5) Subaudiendum *cingi*, aut quid simile. Non enim constat Janiculum Romæ muro conjunctum fuisse, ut Piræum Athenis. Referendum est ad illud genus Ellipseos, quum pluribus nominibus tantùm unum verbum apponitur, altero suppresso. (6) ξυλινην γεφυραν vocant Græci. *Sublicæ* sunt trabes in aquam defixæ, ad pontis constructionem.

mentum a planioribus aditu locis, Anci regis opus eſt. Ingenti incremento rebus auctis, quum in tantâ multitudine hominum, diſcrimine rectè an perperam facti confuſo, facinora clandeſtina fierent, carcer ad terrorem increſcentis audaciæ mediâ urbe, imminens foro, ædificacatur. Nec urbs tantùm hoc rege crevit, ſed etiam ager fineſque. Silva Mæſia Vejentibus adempta, uſque ad mare imperium prolatum, & in ore Tiberis Oſtia urbs condita; ſalinæ circà factæ: egregiéque rebus bello geſtis, ædis Jovis Feretrii amplificata.

U. c. 121. A. C. 631. *L. Tarquinius Romam venit.*

XXXIV. Anco regnante, Lucumo, vir impiger ac divitiis potens, Romam commigravit, cupidine maximè ac ſpe magni honoris, cujus adipiſcendi Tarquiniis (nam ibi quoque peregrinâ ſtirpe oriundus erat) facultas non fuerat. Damarati Corinthii filius erat; qui, ob ſeditiones domo profugus, quum Tarquiniis fortè conſediſſet, uxore ibi ductâ, duos filios genuit. Nomina his Lucumo atque Aruns fuerunt. Lucumo ſuperfuit patri, bonorum omnium hæres: Aruns prior quàm pater moritur, uxore gravidâ relictâ. Nec diu manet ſuperſtes filio pater: qui quum, ignorans nurum ventrem ferre, immemor in teſtando nepotis deceſſiſſet, puero, poſt avi mortem in nullam ſortem bonorum nato, ab inopiâ Egerio inditum nomen. Lucumoni contrà, omnium hæredi bonorum, quum divitiæ jam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil, ſummo loco nata, & quæ (1) haud facilè iis, in quibus nata erat, humiliora ſineret. (2) Ea quum illi nupſiſſet, ſpernentibus Etruſcis Lucumonem exſule advenâ ortum, ferre indignitatem non potuit; oblitaque

Ejus genus & fata.

C. 34. (1) i. e. haud facilè ſineret conditionem ſuam poſt nuptias humiliorem eſſe, eâ in quâ nata erat. (2) Hanc lectionem reduxi, quam codices manuſcripti fere omnes, editique etiam ante Rhenanum, præferunt. Is primò locum tentare cœpit, pro *quum illi nupſiſſet* legens *quum innupſiſſet*. Alii deinde ſecuti ſunt locum temere vexantes. Poſtremò doctiſſimus Gronovius, conjecturam (ut ipſe dicit) extra aleam præſtans, edidit, *humiliora ſineret ea quæ innupſiſſet. Spernentibus* &c. Hanc conjecturam poſteriores in textum receperunt, inter quos numerandi Drakenborchius & Crevierius; parum, ut mihi videtur, integritati textûs Liviani conſulentes. Ubi codices conſentiunt, et ſenſus loci ſatis clarus eſt, et locutio ſermoni Latino congrua; tum textum minimè movendum cenſeo; ne quidem ſi conjectura veriſimillima proferatur. Hujuſmodi autem non videtur (pace Gronovii dixerim) quam ille ad hunc

oblitaque ingenitæ erga patriam caritatis, dummodo virum honoratum videret, consilium migrandi ab Tarquiniis cepit. Roma est ad id potissimùm visa. *in novo populo, ubi omnis repentina atque ex virtute nobilitas sit, futurum locum forti ac strenuo viro: regnasse Tatium Sabinum: arcessitum in regnum Numam a Curibus: & Ancum Sabinâ matre (3) ortum, nobilemque (4) unâ imagine Numæ esse.* † Facilè persuadet, ut (5) cupido honorum, & cui Tarquinii materna tantùm patria esset. Sublatis itaque rebus commigrant Romam. Ad Janiculum fortè ventum erat. ibi ei, carpento sedenti cum uxore, aquila, suspensis demissa leniter alis, pileum aufert: superque carpentum cum magno clangore volitans, rursus, velut ministerio divinitus missa, capiti aptè reponit. inde sublimis abiit. Accepisse id augurium læta dicitur Tanaquil; perita, ut vulgò Etrusci, cœlestium prodigiorum mulier. Excelsa & alta sperare complexa virum jubet: eam (6) alitem, eâ regione cœli, & ejus Dei nunciam venisse. circa summum culmen hominis auspicium fecisse. levasse humano superpositum capiti decus, ut divinitus eidem redderet. Has spes cogitationesque secum portantes, urbem ingressi sunt; domicilioque ibi comparato, L. Tarquinium (7) [Priscum] edidere nomen. Romanis conspicuum eum novitas divitiæque faciebant: & ipse fortunam, benigno alloquio, comitate invitandi, beneficiisque, quos poterat sibi conciliando, adjuvabat: donec in regiam quoque de eo fama perlata est. notitiamque eam brevi, apud regem liberaliter (8) dextrèque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat jura,

hunc locum protulit. Præter enim quàm quòd phrasis ista, *quæ innupsisset*, pro *quibus innupsisset*, dubiæ Latinitatis est; vox *ea* cum verbo sequente *potuit* benè, ne dicam necessariò, jungitur, tollendæ ambiguitatis causâ. Voces etiam *ea* & *illi* mentem lectoris revocant ad indolem, quum uxoris, tum viri. E. (3) Nempe filiâ Numæ. (4) Ex solo avo Numâ nobilitatem trahere. *Imagines* majorum pro *nobilitate* accipi notum est. (5) Et *cupidus honorum* Lucumo fuit, & maternâ tantùm parte civis Tarquiniensis. (6) Per epiphonema. Magna illi portendi sive spectaretur ea ales quæ auspicium fecisset, sive ea regio cœli unde venisset, sive is deus cujus nuncia esset. (7) Vox *Priscus* abest a duobus codicibus manuscriptis, eamque ut delendam notavi. Nam etsi *prolepsis* nominum alibi occurrat (ut infrà l. 8. c. 18.) ubi de personis auctor mentionem facit; tamen vix ferenda videtur, quando disertè narrat nomina quibus ipsi homines utebantur. E. (8) *Liberaliter*, ut ingenuum decuit; *dextrè*, ut solertem.

jura, ut publicis pariter ac privatis consiliis bello domique interesset: &, per omnia expertus, postremò tutor etiam liberis regis testamento instituereretur.

Moritur Ancus.

XXXV. Regnavit Ancus annos quatuor & viginti, cuilibet superiorum regum belli pacisque & artibus & gloriâ par. Jam filii prope puberem ætatem erant. eò magis Tarquinius instare, ut quàm primùm comitia regi creando fierent. Quibus indictis, sub tempus pueros venatum (1) ablegavit. isque primus & petisse ambitiosè regnum, & orationem dicitur habuisse ad conciliandos plebis animos compositam: (2) quum, *se non rem novam petere: quippe qui non primus, quod quisquam indignari mirarive posset, sed tertius Romæ peregrinus regnum affectet: & Tatium non ex peregrino solùm, sed etiam ex hoste, regem factum: & Numam, ignarum urbis, non petentem, in regnum ultro accitum. Se, ex quo sui potens fuerit, Romam cum conjuge ac fortunis omnibus commigrasse: majorem partem ætatis ejus, quâ civilibus officiis fungantur homines, Romæ se, quàm in vetere patriâ, vixisse. domi militiæque sub haud* (3) *pœnitendo magistro, ipso Anco rege, Romana se jura, Romanos ritus didicisse. Obsequio & observantiâ in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum rege ipso certasse.* Hæc eum haud falsa memorantem ingenti consensu populus Romanus regnare jussit.

Tarquinius regnum ambit.

U. c. 138. A. C. 614. *Eligitur.*

Ergo virum, cetera egregium, secuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio est. nec minùs regni sui firmandi, quàm augendæ reipublicæ, memor, centum in Patres legit; qui deinde minorum (4) gentium sunt appellati: factio (5) haud dubia regis, cujus beneficio in curiam venerant. Bellum primum cum Latinis gessit, & oppidum ibi Apiolas vi cepit: prædâque inde majore, quàm quanta belli fama fuerat, revectâ, ludos opulentiùs instructiúsque, quàm priores reges, fecit. Tum primùm circo, qui nunc maximus dicitur, designatus locus est. loca

Bellum cum Latinis.

C. 35. (1) Verbum *ablegare* inprimis usurpatur, ubi amolimur aliquem, ne tædio vel impedimento sit. (2) Aut eliminanda est particula *quum*, aut subaudiendum *diceret*. Suspensa videtur oratio usque ad *hæc memorantem*. Credo Livium voluisse dicere, quum....*memoraret*; deinde formam orationis mutasse, propter plurimas res interpositas. E. (3) Haud parvi æstimando, i. e. magni. (4) *Senatores minorum gentium* appellati sunt, quia e plebe allecti fuerant, primò in patriciorum ordinem, deinde in senatum. Tunc trecentorum senatorum numerus expletus est. (5) Haud dubiè futura factio regis, quâ *regnum* illius *firmaretur*.

loca divisa Patribus equitibusque, ubi (6) spectacula sibi quisque facerent; fori appellati. Spectavere (7) furcis duodenos ab terrâ spectacula alta sustinentibus pedes. Ludicrum fuit equi pugilesque, ex Etruriâ maximè acciti. sollennes deinde annui mansere ludi, Romani Magnique variè appellati. Ab eodem rege & circa forum privatis ædificanda divisa sunt loca; porticus tabernæque factæ. *Circus maximus.* *Ludi Romani.*

XXXVI. Muro quoque lapideo circumdare urbem parabat, quum Sabinum bellum cœptis intervenit. Adeóque ea subita res fuit, ut priùs Anienem transirent hostes, quàm obviàm ire ac prohibere exercitus Romanus posset. Itaque trepidatum Romæ est. & primò dubiâ victoriâ, magnâ utrinque cæde, pugnatum est. Reductis deinde in castra hostium copiis, datoque spatio Romanis ad comparandum de integro bellum, Tarquinius, equitem maximè suis deesse viribus ratus, ad Ramnes, Titienses, Luceres, quas centurias Romulus scripserat, addere alias constituit, suoque insignes relinquere nomine. Id quia inauguratò Romulus fecerat, negare Attus Navius, inclytus eâ tempestate augur, neque mutari, neque novum constitui, nisi aves addixissent, posse. Ex eo ira regi mota; eludensque artem, (ut ferunt) *Agedum*, inquit, *divine tu, inaugura, fierine possit, quod nunc ego mente concipio.* Quum ille, in augurio rem expertus, profectò futuram dixisset; *Atqui hoc animo agitavi*, inquit, *te novaculâ cotem discissurum. cape hæc, & perage, quod aves tua fieri posse portendunt.* tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt. Statua Atti capite velato, quo in loco res acta est, in (1) comitio, in gradibus ipsis ad lævam curiæ fuit: cotem quoque eodem loco sitam fuisse memorant, ut esset ad posteros miraculi ejus monumentum. Auguriis certè sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil belli domique postea, nisi auspicatò, gereretur: concilia populi, exercitus vocati; summa (2) rerum, ubi aves non admisissent, dirimerentur. Neque tum Tarquinius de *Bellum cum Sabinis* *Attus Navius.*

firmaretur. E. (6) Sedilia e quibus spectarent. (7) E sedilibus, quæ alta duodenos ab terrâ pedes erant, & furcis sustinebantur.

C. 36. (1) Comitium (a *coeundo* dictum) erat locus in foro ubi conventus populi habebantur. (2) Denique ea quæ in republicâ maximi sunt, non

de equitum centuriis quicquam mutavit: numero (3) alterum tantum adjecit, ut (4) mille & octingenti equites in tribus centuriis essent. Posteriores (5), modò sub iisdem nominibus, qui additi erant, appellati sunt: quas nunc, quia (6) geminatæ sunt, sex vocant centurias.

XXXVII. Hâc parte copiarum auctâ, iterum cum Sabinis confligitur. Sed, præterquam quòd viribus creverat Romanus exercitus, ex occulto etiam additur dolus, missis, qui magnam vim lignorum, in Anienis ripâ jacentem, ardentem in flumen conjicerent: ventoque juvante accensa ligna, & pleraque (1) in ratibus, impacta sublicis, quum hærerent, pontem (2) incendunt. Ea quoque res in pugnâ terrorem attulit Sabinis; & (3) fusis eadem fugam impediit: multique mortales, quum hostem effugissent, in flumine ipso periere: quorum fluitantia arma ad urbem cognita in Tiberi, priùs penè, quàm nunciari posset, insignem victoriam fecere. Eo prælio præcipua equitum gloria fuit. utrinque ab cornibus positos, quum jam pelleretur media peditum suorum acies, ita incurrisse ab lateribus ferunt, ut non sisterent modò Sabinas legiones, ferociter instantes cedentibus, sed subitò in fugam averterent. Montes effuso cursu Sabini petebant, & pauci (4) tenuere;

Sabini funduntur.

non addicentibus avibus, differrentur. (3) h. e. numerum equitum in centuriis duplicavit: forma loquendi, non solùm apud Latinos scriptores, sed & apud Græcos, usurpata. Sic Demosth. contra Mid. Σμικρωνι δεκα ταλαντων ἐτιμησατε, και Σκιτωνι τοσαυτων ἑτερων. (4) Plures codices manuscripti habent *mille & trecenti.* Vanas lites (ut mihi videtur) movent interpretes, dum quærunt quomodo duplicatus equitum numerus mille & octingentos, vel etiam mille & trecentos dederint: nec enim centuria præcisè numerum centenarium significat. Tantùm indicat Livius tres centurias a Romulo conscriptas, turmisque decem a Tullo auctas, sive nongentos sive sexcentos & quinquaginta equites effecisse. E. (5) Qui additi erant appellati sunt *posteriores;* nimirum Ramnes posteriores, Luceres posteriores, Titienses posteriores, Crevierius aliique, pravâ interpunctione, vocem *modò* cum *posteriores appellati sunt* conjungunt. E. (6) Ex ordinatione Ser. Tullii, de quâ infra c. 43. Ille e tribus hisce centuriis sex fecit, numero centuriarum geminato.

C. 37. (1) Quum pleraque, impacta sublicis, hærerent in ratibus, e quibus pons extructus erat. Malo sic locum interpungere & interpretari, quàm cum Gronovio (cui etiam favent & Drakenborchius & Crevierius) accipere conjecturam nullius codicis auctoritate firmatam; nempe legendum esse *& pleraque ratibus impacta sublicisque cum hærerent.* E. (2) Pontem nempe quem super Anienem fecerant Sabini. (3) Pro *&* fusis, vulgò editum *effusis.* At Gronovii conjecturam lubens in textum recepi,

(4) tenuere; maxima pars, ut antè dictum est, ab equitibus in flumen acti sunt. Tarquinius, instandum perterritis ratus, prædâ captivisque Romam missis, spoliis hostium (votum id (5) Vulcano erat) ingenti cumulo accensis, pergit porro in agrum Sabinum exercitum inducere: &, quanquam malè gesta res erat, nec gesturos meliùs sperare poterant, tamen, quia consulendi res non dabat spatium, iere obviàm Sabini tumultuario milite. iterumque ibi fusi, perditis jam propè rebus, pacem petiere.

XXXVIII. Collatia, & quicquid circa Collatiam agri erat, Sabinis ademptum. Egerius (fratris hic filius erat regis) Collatiæ (1) in præsidio relictus. deditosque Collatinos ita accipio, eamque deditionis formulam esse. Rex interrogavit: *Estisne vos legati oratoresque, missi a populo Collatino, ut vos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Estne populus Collatinus in suâ potestate? Est. Deditisne vos, populumque Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina, humanaque omnia, in meam populique Romani ditionem? Dedimus. At ego recipio.* Bello Sabino perfecto, Tarquinius triumphans Romam rediit. Inde priscis Latinis bellum fecit. ubi nusquam ad universæ rei dimicationem ventum est: ad singula oppida circumferendo arma, omne nomen Latinum domuit. Corniculum, Ficulea vetus, Cameria, Crustumerium, Ameriola, Medullia, Nomentum, hæc de priscis Latinis, aut qui ad Latinos defecerant, capta oppida. Pax deinde est facta. Majore inde animo pacis opera inchoata, quàm quantâ mole gesserat bella: ut non quietior populus domi esset, quàm militiæ fuisset. Nam & muro lapideo, cujus exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem, quâ (2) nondum munierat, cingere parat: & infima urbis loca circa forum aliasque interjectas collibus convalles, quia ex planis locis haud facilè evehebant aquas, cloacis (3) e fastigio in Tiberim ductis siccat: & aream ad

Collatia Sabinis adempta.

Bellum cum Latinis.

Pacis opera.

recepi, & quia simili modo sæpius librarios peccasse constat, & quia verbum *effundi* nunquam per se in hoc sensu apud Latinos scriptores usurpatur. E. (4) i. e. ad montes pervenerunt. sic *portum tenere*. E. (5) Vulcano, quia ejus ope pons accensus erat, E.

C. 38. (1) Inde ipsi & posteris Collatini nomen. Dionys. (2) i. e. quâ parte murum nondum extruxerat. (3) i. e. per proclive ductis. *Fastigium*

ad ædem in Capitolio Jovis, quam voverat bello Sabino, jam præsagiente animo futuram olim amplitudinem loci, occupat (4) fundamentis.

Ser. Tullius. XXXIX. Eo tempore in regiâ prodigium visu eventuque mirabile fuit. Puero dormienti, cui Ser. Tullio nomen fuit, caput arsisse ferunt multorum in conspectu. Plurimo igitur clamore inde ad tantæ rei miraculum orto excitos (1) reges. & quum quidam (2) familiarium aquam ad restinguendum ferret, ab reginâ retentum: sedatoque eam tumultu, moveri vetuisse puerum; donec suâ sponte experrectus esset. Mox cum somno & flammam abiisse. Tum abducto in secretum viro Tanaquil, *Viden' tu puerum hunc*, inquit, *quem tam humili cultu educamus? Scire* (3) *licet, hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum, præsidiumque regiæ afflictæ. proinde materiem* (4) *ingentis publicè privatimque decoris, omni indulgentiâ nostrâ nutriamus.* Inde puerum liberûm loco cœptum haberi, erudirique artibus, quibus (5) ingenia ad magnæ fortunæ † cultum excitantur. Evenit facilè, quod Diis cordi esset. Juvenis evasit verè indolis regiæ. nec, quum quæreretur gener Tarquinio, quisquam Romanæ juventutis ullâ arte conferri potuit: filiamque ei suam rex despondit. Hic quâcunque de causâ tantus illi honos habitus credere prohibet, servâ natum eum, parvumque ipsum servisse. Eorum magis sententiæ sum, qui, Corniculo capto, Ser. Tullii, qui princeps in illâ urbe fuerat, gravidam viro occiso uxorem, quum inter reliquas captivas cognita esset, ob

gium declivitatem notat, seu inclinationem plani cujusvis ad quemcunque angulum. Sic, *locus declivi fastigio vergens*; &, *jugum leniori fastigio surgens.* Cæs. Hinc etiam verbum *fastigare: collis lèniter fastigatus.* Cæs. Gronovius, hoc sensu locum interpretatus, mavult abesse præpositionem *e.* Suspicor tamen Livium voluisse cloacas ductas esse ex *editiore* loco, unde aquæ in convalles defluere solebant. E. (4) i. e. Aream designat ad fundamenta ædis, priusquam locus in alium usum converteretur. *Occupare* dicitur rem aut locum, qui *præ aliis* ad usum aliquem capit. E.

C. 39. (1) Regem ac reginam. Sic sæpius *reges* Ægypti vocat Livius Ptolemæum & Cleopatram. (2) *Familiares* antiquè pro *famulis.* Sen. Ep. 47. [Majores nostri] *dominum, patrem familiæ appellaverunt: servos, quod adhuc in mimis durat, familiares.* (3) Ex hoc prodigio scilicet. (4) Hunc puerum, e quo magnum oriturum est decus & reipublicæ & domui nostræ. (5) Quarum ope indoles ingenita excitatur ad magnam fortunam

ob (6) unicam nobilitatem ab reginâ Romanâ prohibitam ferunt ſervitio, partum Romæ edidiſſe, Priſci Tarquinii domo. Inde tanto beneficio & inter (7) mulieres familiaritatem auctam, & puerum, ut in domo a parvo eductum, in caritate atque honore fuiſſe: fortunam matris, quòd captâ patriâ in hoſtium manus venerit, ut ſervâ natus crederetur, feciſſe.

XL. Duodequadrageſimo ferme anno, ex quo regnare cœperat Tarquinius, non apud regem modò, ſed apud Patres plebemque, longè maximo honore Ser. Tullius erat. Tum Anci filii duo, etſi antea ſemper pro indigniſſimo habuerant, ſe patrio regno tutoris fraude pulſos, regnare Romæ advenam, non (1) modò civicæ, ſed ne Italicæ quidem ſtirpis; tum impenſiùs his indignitas (2) creſcere, ſi ne ab Tarquinio quidem ad ſe rediret regnum, ſed præceps inde porro ad ſervitia caderet: ut in eâdem civitate poſt (3) centeſimum ferè annum, quàm Romulus Deo prognatus, Deus ipſe, tenuerit regnum, donec in terris fuerit, id ſervus ſervâ natus poſſideat. tum commune Romani nominis, tum præcipuè id domûs ſuæ dedecus fore, ſi, Anci regis virili ſtirpe ſalvâ, non modò advenis, ſed ſervis etiam, regnum Romæ pateret. Ferro igitur eam arcere contumeliam ſtatuunt. Sed & injuriæ dolor in Tarquinium ipſum magis, quàm in Servium, eos ſtimulabat: & (4) quia gravior ultor cædis, ſi ſupereſſet, rex futurus erat, quàm privatus: tum, Servio occiſo, quemcunque alium generum delegiſſet, eundem regni hæredem facturus videbatur. Ob hæc ipſi regi inſidiæ parantur. Ex paſtoribus duo ferociſſimi delecti ad facinus,

Anci filiorum conſpiratio.

nam ſplendidè ac decenter ſuſtinendam. (6) Singularem. (7) Sc. reginam inter & Ser. Tullii viduam.

C. 40. (1) *Non modò* pro *non modò non*, ubi in altero membro reperitur *ne .... quidem*, frequentiſſimum eſt. Sic etiam *non ſolùm* uſurpatur infrà l. 5. c. 42. [Simili modo apud Græcos ὀυχ ὅπως, ſequente ἀλλὰ. ὀυχ ὅπως ἀπέστρεψεν ἢ διεκώλυσεν, ἀλλ' αυτὸς ἡγεμων γεγενηται. Demoſth. E.] (2) *Indignitas* hîc ſumitur pro *indignatione*, ſeu ſenſu indignitatis. Similiter l. 5. c. 45. (3) Centeſimus jam & duodequadrageſimus agebatur annus ex quo Romulus deceſſerat. Sed filii Anci conſultò decurtant annorum numerum, ad augendam invidiam. *Ferè* hîc & alibi pro *circiter*, indicatque tam *paulo plus*, quàm *paulo minus*, prout res poſtulat. (4) Hæc eſt altera ratio cur regi potius ipſi quàm Servio inſidias paraverint. Mox tertia ſequitur. Gronovius cenſet expungendam eſſe voculam *quia*, cui etiam adſtipulantur Drakenborchius & Crevierius. At ſcripti omnes reclamant;

facinus, quibus consueti erant uterque agrestibus ferramentis, in vestibulo regiæ, quàm potuere tumultuosissimè, specie rixæ in se omnes apparitores regios convertunt; inde, quum ambo regem appellarent, clamorque eorum penitus in regiam pervenisset, vocati ad regem pergunt. Primò uterque vociferari, & certatim alter alteri obstrepere. coërciti ab lictore, & jussi in (5) vicem dicere, tandem obloqui desistunt. Unus rem ex composito orditur. Cum intentus in eum se rex totus (6) averteret, alter elatam securim in caput dejecit: relictoque in vulnere telo, ambo se foras ejiciunt.

Tarquinius occiditur.

XLI. Tarquinium moribundum quum qui circà erant excepissent, illos fugientes lictores comprehendunt. clamor inde concursusque populi, mirantium quid rei esset. Tanaquil inter tumultum claudi regiam jubet, arbitros ejecit: simul, quæ curando vulneri opus sunt, tanquam spes subesset, sedulò comparat: simul, si destituat spes, alia præsidia molitur. Servio propere accito quum penè exsanguem virum ostendisset; dextram tenens orat, ne inultam mortem soceri, ne socrum inimicis ludibrio esse sinat. *Tuum est*, inquit, *Servi, si vir es, regnum; non eorum, qui alienis manibus pessimum facinus fecere. Erige te, Deosque duces sequere, qui clarum hoc fore caput divino quondam circumfuso igni portenderunt. Nunc te illa cœlestis excitet (1) flamma: nunc expergiscere verè. Et nos peregrini regnavimus.* † *Qui sis, non unde natus sis, reputa. Si tua re subitâ consilia torpent, at tu mea sequere.* Quum clamor impetusque multitudinis vix sustineri posset, ex superiore parte ædium per fenestras, in novam viam versas, (habitabat enim rex ad Jovis Statoris) populum Tanaquil alloquitur: Jubet *bono animo esse, sopitum (2) fuisse regem subito ictu. ferrum haud altè in corpus descendisse. jam ad se redisse. Inspectum vulnus, abstersо cruore: omnia (3) salubria esse. confidere, propediem ipsum eos visuros. Interim Ser. Tullio jubere populum dicto audientem esse. Eum jura redditurum*

Servius curam rerum capessit.

reclamant; & mihi videtur ellipsis nec inelegans nec inusitata: & [regi ipsi parabant insidias] *quia* &c. E. (5) i. e. per vices. (6) *Averteret se ab altero*, cum quo contendebat is, in quem se rex convertebat.

C. 41. (1) Eleganter alludit ad somnum illum ejusdem Servii pueri, de quo suprà c. 39. (2) Sensuum stupore affectum fuisse. (3) Omnia esse

redditurum, obiturumque alia regis munia esse. Servius cum (4) trabeâ & lictoribus prodit; ac, sede regiâ sedens, alia decernit, de aliis consulturum se regem esse simulat. Itaque, per aliquot dies, quum (5) jam exspirasset Tarquinius, celatâ morte, per speciem alienæ fungendæ vicis suas opes firmavit. tum demum palam facto, & comploratione in regiâ ortâ, Servius, præsidio firmo munitus, primus injussu populi, voluntate Patrum regnavit. Anci liberi jam tum, comprehensis sceleris ministris, ut vivere regem, & tantas esse opes Servii nunciatum est, Suessam Pometiam exsulatum ierant.

U. c. 176. A. C. 576. *Servius a senatu regnare jussus.*

XLII. Nec jam publicis (1) magis consiliis Servius, quàm privatis, munire opes. & ne, qualis Anci liberûm animus adversùs Tarquinium fuerat, talis adversùs se Tarquinii (2) liberûm esset, duas filias juvenibus regiis, Lucio atque Arunti Tarquiniis, jungit. Nec rupit tamen fati necessitatem humanis consiliis, (3) quin invidia regni etiam inter domesticos infida omnia atque infesta faceret. Peropportunè ad præsentis quietem statûs, bellum cum Vejentibus (jam (4) enim induciæ exierant) aliisque Etruscis sumptum. In eo bello & virtus & fortuna enituit Tullii. fusoque ingenti hostium exercitu, haud dubius rex, seu Patrum, seu plebis animos (5) periclitaretur, Romam rediit. Aggrediturque inde (6) ad pacis longè maximum opus: ut quemadmodum Numa divini auctor juris fuisset, ita Servium conditorem omnis in civitate discriminis ordinumque, quibus inter gradus dignitatis fortunæque aliquid (7) interlucet, posteri famâ

Filias Tarquiniis collocat.

†

esse signa ad salutem. (4) Trabea regium vestimentum fuit purpureum, habens tamen album aliquid. Eâ usi, post reges exactos, consules, sed rarò ac certis occasionibus, manente saltem republicâ; triumphantes; Equites, in transvectione equorum, Idibus Quintilibus. Fuit & aliud genus trabeæ, Diis sacratum, totum purpureum: ut & tertium genus augurale, e purpurâ & cocco. (5) i. e. per aliquot dies postquam exspirasset Tarquinius.

C. 42. (1) *Publica consilia* vocat Livius, quæ Servius de summâ republicâ cepit, regnum occupaturus; *privata*, quæ ad familiam suam pertinebant, connubium nempe filiarum. (2) Vid. quæ infrà annotabimus ad c. 46. (3) Prohibere nequivit quo minus id quod fata decreverant eveniret. (4) Induciæ sc. a Tullo instauratæ. vid. not. 11. ad c. 30. suprà. (5) *Periculum faceret.* Sic Cic. *periclitandæ vires ingenii*; & alibi sæpius. E. (6) Ita sæpius Cicero loqui solitus est. Et quidem aggredi propriè significat *accedere ad aliquid.* (7) Quibus inter diversos gradus dignitatis

U. c. 197. A. C. 555. *Censum instituit.* famâ ferrent. Censum (8) enim instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli pacisque munia non viritim, ut antè, sed pro habitu pecuniarum fierent. Tum classes (9) centuriasque & hunc (10) ordinem ex censu descripsit, vel paci decorum, vel bello.

Classes. XLIII. Ex iis, qui centum millium (1) æris, aut majorem, censum haberent, octoginta confecit centurias, quadragenas (2) seniorum ac juniorum. Prima classis omnes appellati. Seniores, ad urbis custodiam ut præstò essent: juvenes, ut foris bella gererent. arma his imperata, galea, clipeum, ocreæ, lorica; omnia ex ære. hæc ut tegumenta corporis essent. tela in hostem, hastaque & gladius. Additæ huic classi (3) duæ fabrûm centuriæ, quæ sine armis stipendia facerent. datum munus, ut machinas in bello ferrent. Secunda classis intra centum usque ad quinque & septuaginta millium censum instituta; & ex his, senioribus (4) junioribusque, viginti conscriptæ centuriæ: arma imperata, scutum (5) pro clipeo, & præter loricam omnia eadem. Tertiæ classis (6) in quinquaginta millium censum esse voluit. totidem centuriæ & hæ, eodemque discrimine ætatium factæ: nec de armis quicquam mutatum; ocreæ tantùm ademptæ. In quartâ classe census quinque & viginti millium; totidem centuriæ factæ. arma mutata, nihil præter

dignitatis fortunæque aliqua distinctio apparet. (8) *Census* dicebatur æstimatio rerum ac bonorum, quinquennio quoque facta, secundùm quam tributa pendebantur. (9) Singulas centurias numero admodum inæquales esse, vel inde apparet, quòd prima classis in octoginta centurias descripta est; ultima, omnium certè numerosissima, in unam. (10) Ordinem qui hodie manet.

C. 43. (1) *Assium libralium* sc. seu *æris gravis*; ita dicti quòd appendi, non autem numerari, solebat. Ille autem census intelligendus est non de reditu annuo, sed de forte ipsâ bonorum. (2) *Seniores* habebantur qui sextum & quadragesimum ætatis annum attigissent; *juniores*, a decimo septimo ad quadragesimum sextum. (3) Has Dionysius secundæ classi attribuit. (4) Denæ sc. juniorum ac seniorum. (5) *Clipeus* rotundus, & brevior *scuto*, quod formæ oblongæ erat. Milites omnes, postquam stipendiarii facti sunt, scutis usos esse, narrat Livius, l. 8. c. 8. (6) Constructio obscurior. Crevierius monet subaudiendam esse vocem *centurias*. Malo vocem *censum* repetere. Attamen fatendum, plusquam verisimilem esse conjecturam Drakenborchii, *millium* mendosè legi pro *millia*; numerumque notis expressum errori causam præbuisse. Certè Livius voluit tertiam classem institutam fuisse intra septuaginta usque

præter haftam & (7) verutum datum. Quinta claffis aucta (8), centuriæ triginta factæ: fundas lapidefque miffiles hi fecum gerebant. in his (9) accenfi cornicines tubicinefque (10), in tres centurias diftributi. Undecim millibus hæc claffis cenfebatur. Hoc minor cenfus reliquam multitudinem habuit. inde una centuria facta eft, immunis

ufque ad quinquaginta millium cenfum. (7) Jaculum breve. Sic *hafta & gæfa* uni eidemque militi dantur, l. 8. c. 8. Armatura claffis quartæ levior quàm priorum; nec tamen ad levem armaturam propriè dictam pertinebat: *hafta* enim data ad cominus pugnandum. (8) *Aucta* fc. numero centuriarum fuper tres priores. E. (9) Ad hunc locum variæ funt interpretum opiniones: nullæ tamen quæ vel fibi vel aliis fatis certæ videntur. Omnes ferè intelligunt has tres centurias ex *triplici* hominum genere conftitiffe, accenfis, cornicinibus, & tubicinibus. Sed quinam hi fint *accenfi* parum conftat, & nullam eorum hoc loco mentionem facit Dionyfius. *Accenfi* quidem fuere milites adfcriptitii, qui legionibus accenferi folerent, ut in demortuorum locum fubrogarentur; interim inter leviter armatos pugnaturi. Hos memorat Livius l. 8. c. 8. Ex his quoque dabantur adjutores feu miniftri centurionibus aliifque imperatoribus. *Accenfi* etiam dicebantur magiftratuum apparitores quidam. Porro alii putant has tres centurias in numero triginta centuriarum quintæ claffis inclufas effe; & fic totam centuriarum fummam ftatuunt effe CXCI. Alii autem illas infuper adjectas effe, atque fummam effe CXCIV. Hique præpofitionem *in* cenfent expungendam. Alii denique, quia Dionyfius narrat duas tantùm centurias cornicinum tubicinumque huic claffi adjectas, conjiciunt legendum effe *in* duas *centurias diftributi*; invitis tamen omnibus codicibus. Equidem verifimile eft fummam omnium centuriarum fuiffe numerum imparem; ideoque vel CXCIII, uti Dionyfius ftatuit, vel CXCI; ne fuffragia unquam æqualiter dividerentur. Solus Perizzonius innuere videtur verbum *accenfi* pro *accenfebantur* vel *accenfi funt* fumendum effe. Et hoc Livium voluiffe mihi perfuafiffimum eft. Neque hanc interpretationem oppugnat, quod *tres* centuriæ *cornicinum tubicinumque* memorantur: quamvis enim Livius duorum tantum generum cantûs militaris mentionem faciat, plura tamen intelligi poffunt; omnefque qui clafficum canerent in *tres* centurias relatos effe minimè incredibile eft. Fateor tamen quòd valde mihi arridet lectio quam unus codex manufcriptus præfert, *inter centurias diftributi*: quâ receptâ ftatim omnia currunt. *In his accenfi* [i. e. accenfi funt] *cornicines tubicinefque, inter centurias diftributi:* horum cenfus idem erat ac centuriarum quintæ claffis, idemque tributum conferebant: at non proprias centurias efficiebant, nec fimul in bellum ibant; fed inter reliquas centurias, prout opus fuit, difpertiebantur. Facili lapfu librariorum, *in tres* ex *inter* ortum videtur; & errorem ftabilivit opinio quod per verbum *accenfi* Livius notare voluit tertium genus eorum qui quintæ claffi erant adjecti. Meam fententiam protuli: at veritus fum quicquam mutare, ubi tot codices confentiunt. Judicium fit apud lectorem. E. (10) Vulgò editum *tibicinefque.* Sed *tibiis* in bello nunquam ufi funt Romani. Dionyfius habet *σαλπιςαι.* Igitur *tubicinefque* edidi, fuadentibus plurimis interpretibus & nonnullis codicibus.

immunis militiâ. Ita pedeſtri exercitu ornato diſtributoque, equitum ex primoribus civitatis duodecim ſcripſit centurias. Sex item alias centurias, (11) tribus ab Romulo inſtitutis, ſub (12) iiſdem, quibus inauguratæ erant, nominibus fecit. Ad equos emendos dena (13) millia æris ex publico data: &, quibus (14) equos alerent, viduæ attributæ, quæ bina millia æris in annos ſingulos penderent. Hæc omnia in dites a pauperibus inclinata

Suffragia. onera. Deinde eſt honos additus, non enim (ut ab Romulo traditum ceteri ſervaverant reges) viritim ſuffragium eâdem vi eodemque jure promiſcuè omnibus datum eſt: ſed gradus facti, ut neque excluſus quiſquam ſuffragio videretur, & vis omnis penes primores civitatis eſſet. Equites enim vocabantur primi; octoginta inde primæ claſſis centuriæ: ibi ſi (15) variaret, quod raro incidebat, ut ſecundæ claſſis vocarentur: nec fere unquam infrà ita deſcen-

codicibus. E. (11) Gronovius conjicit legendum eſſe, *e tribus* &c. Certè intelligendum. Præter duodecim ſuperiores centurias equitum, ſex item alias Servius fecit e tribus ab Romulo inſtitutis. (12) Dicebantur Ramnes primi & ſecundi, Titienſes primi & ſecundi, Luceres primi & ſecundi. (13) h. e. mille denariûm. Tantam ſummam *ſingulis equitibus* datam (uti omnes interpretes volunt) ad equos emendos mihi parum credibile eſt. Æs (antea rude) primus ſignavit Servius Tullius, & notâ quidem *pecudum*; unde & *pecunia* appellata. Vereor dicere quid mihi in mentem venit; pecudes iſtas, quarum notâ ſignatum fuit æs, tunc temporis aſſis libralis conſtitiſſe, & dena millia æris *ſingulis centuriis* data ad equos emendos. Certè, ni ſatis compertum foret quantulo aliquot abhinc annis res omnes apud noſtrates venierint, vix credibile videretur: & quòd dena millia æris *divitiæ habebantur*, idque diu poſt Servii ætatem, Livius ipſe affirmat. Vid. infrà l. 4. c. 45. Porro obſervandum eſt quod bello Punico primo aſſes ſextantarii [i. e. duarum unciarum] facti ſunt; bello Punico ſecundo unciales (denario tum ſedecim aſſibus permutato); poſtremo ſemunciales. Calculo igitur inito, patet dena millia æris gravis, ſeu aſſium libralium, tempore belli Punici ſecundi æquivalere quinque & ſeptuaginta millibus denariûm; & poſtea quidem centum & quinquaginta millibus. Utrùm hinc aliquid fidei affertur ſententiæ quam in medium proferre auſus ſum, alii judicent. E. (14) Gronovius cenſet legendum eſſe, *& quî equos alerent* &c. i. e. ut haberent in ſumptum quo alerent equos. Nec id diſpliceret quidem ſi codices ſinerent. Tamen lectio vulgaris defendi poteſt: *& viduæ attributæ, quæ penderent, in ſingulos annos, bina millia æris quibus equos alerent.* E. (15) Si in diverſas partes irent prima illa ſuffragia, mos fuit *ut ſecundæ claſſis* centuriæ *vocarentur*. Sin conſentirent illa, nihil jam opus erat reliquas centurias ad ſuffragium vocari. Nam octoginta primæ claſſis centuriæ, cum octodecim equitum, vincebant numero omnes reliquas; ſive

descenderent, ut ad infimos pervenirent. Nec (16) mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc est, post expletas quinque & triginta tribus, (17) duplicato earum numero, centuriis juniorum seniorumque, ad institutam ab Ser. Tullio summam non convenire. quadrifariam enim urbe divisâ regionibus collibusque, quæ habitabantur partes, Tribus eas appellavit; ut ego arbitror, ab (18) tributo: nam ejus quoque æqualiter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est. Neque hæ tribus ad centuriarum distributionem numerumque quicquam pertinuere.

XLIV. Censu perfecto, quem maturaverat metu legis de (1) incensis latæ cum vinculorum minis mortisque, edixit, ut omnes cives Romani, equites peditesque, in suis quisque centuriis, in campo (2) Martio primâ luce adessent. Ibi instructum exercitum omnem suovetaurilibus (3) lustravit. idque conditum lustrum appellatum, quia is censendo finis factus est. Millia octoginta eo lustro civium censa dicuntur. Adjicit scriptorum (4) antiquissimus

Servius lustrum condit.

Numerus civium.

sive summam statuas CXCI. sive CXCIII. (16) Causas assignat Livius cur minimè mirum esset centuriarum descriptionem, quæ suo tempore obtinebat, non quadrare ad centurias juniorum seniorumque, secundùm institutam ab Servio Tullio summam. Ille quidem quatuor tribus urbanas instituit, a locis quæ habitabantur cognominatas (sc. Palatinam, Suburranam, Collinam, & Esquilinam); & hæc distributio secundùm *regiones* facta nihil quicquam ad centurias pertinuit. Postea autem tribus fiebant partes, non urbis aut agri, sed civitatis; iisque centuriæ includebantur. Unde, aucto tribuum numero, simul crevit & numerus centuriarum. Illam autem mutationem Dionysius testatur ejusmodi fuisse, ut rem in causam plebis inclinaret; scilicet centuriis primæ classis reliquas omnes numero vincere desinentibus. (17) Præter tribus urbanas, rusticas etiam Servius instituit. Harum numerus incertus; sed videtur fuisse vel XV. vel XVI. vid: l. 2. c. 16. & 21. Tribubus igitur circiter viginti a Servio Tullio factis, numerus quodammodo duplicatus fuit, quum ad quinque & triginta excreverit. (18) Alii volunt *tribus* ideo dictas quia *tres* primò fuerunt a Romulo institutæ, Ramnes, Titienses, & Luceres; uti narrant Dionysius & Plutarchus. Has autem *equitum centurias* vocat Livius. Utcunque sit, certum est hanc distributionem ab illâ Servianâ non tantùm *numero*, sed & *specie*, diversam esse. Quare parum accuratè scribunt, qui docent quartam tribum urbanam a Servio prioribus illis a Romulo factis esse adjectam. E.

C. 44. (1) Ad maturandum censum, Servius metum populo injecit, lege latâ de iis qui sua bona, nomina, ætates, &c. profiteri negligerent. (2) Prolepsis est. vid. l. 2. c. 5. (3) Circumductis ter circum exercitum verre, ariete, & tauro (unde & nomen deductum); deinde Marti immolatis. (4) Antiquissimus eorum qui historiam apud Romanos scrip-

antiquiſſimus Fabius Pictor, eorum, qui ferre arma poſſent, eum numerum fuiſſe. Ad eam multitudinem urbs quoque amplificanda viſa eſt. Addit duos colles, Quirinalem Viminalemque. inde deinceps auget (5) Eſquilias: ibique ipſe, ut loco dignitas fieret, habitat. Aggere & foſſis & muro circumdat urbem. ita pomœrium profert. Pomœrium, verbi vim ſolam intuentes, poſtmœrium (6) interpretantur eſſe. Eſt autem magis circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Etruſci, quâ murum ducturi erant, certis circà terminis inauguratò conſecrabant: ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur (7), quæ nunc vulgò etiam (8) conjungunt; & extrinſecus puri aliquid ab humano cultu pateret ſoli. Hoc ſpatium, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quòd poſt murum eſſet, quam quòd murus poſt id, pomœrium Romani appellarunt. & in urbis incremento ſemper, quantum mœnia proceſſura erant, tantum termini hi conſecrati proferebantur.

Urbs amplificata.

XLV. Auctâ civitate magnitudine urbis, formatis omnibus domi & ad belli & ad pacis uſus, ne ſemper armis opes acquirerentur, conſilio augere imperium conatus eſt; ſimul & aliquod addere urbi decus. Jam tum erat inclytum Dianæ Epheſiæ fanum: id communiter a civitatibus Aſiæ factum fama ferebat. Quum conſenſum Deoſque conſociatos laudaret mirè Servius inter proceres Latinorum, cum quibus publicè privatimque hoſpitia amicitiaſque de induſtriâ junxerat; ſæpe iterando eadem perpulit tandem, ut Romæ (1) fanum Dianæ populi Latini cum populo Romano facerent. Ea erat confeſſio, caput rerum Romam eſſe, de quo toties armis certatum fuerat. Id (2) quanquam omiſſum jam ex omnium curâ

Communia ſacra Rom. & Latinorum.

fere. Vixit ſecundi belli Punici temporibus. Fuere tamen ante eum faſti, commentarii, annales, &c. de quibus vid. infrà l. 4. c. 3. (5) Auget ædificiis incoliſque. Gronovius vult, *auget Eſquiliis.* h. e. auget urbem, receptis intra ejus ambitum Eſquiliis. Mons autem Eſquilinus Viminali proximus eſt. Hinc dicit Livius, *deinceps*, h. e. continuo ordine. (6) i. e. poſt murum. Minimè negat Livius hanc eſſe verbi etymologiam; ſed contendit contra eos qui *ſolam* etymologiam, in verbi interpretatione, intuebantur. (7) Prope muros exſtruerentur. (8) Ita jungunt ut mænia urbis ſint privatarum ædium partes.

C. 45. (1) In Aventino, ut docet Dionyſius. (2) Quanquam omnem

curâ Latinorum, ob rem toties infeliciter tentatam armis, videbatur; (3) uni ſe ex (4) Sabinis fors dare viſa eſt privato conſilio imperii recuperandi. Bos in Sabinis nata cuidam patrifamiliæ dicitur, mirandâ magnitudine ac ſpecie. Fixa (5) per multas ætates cornua in veſtibulo templi Dianæ monumentum ei fuere miraculo. Habita, ut erat, res prodigii loco eſt: & cecinere vates, cujus civitatis eam civis Dianæ (6) immolaſſet, ibi fore imperium; idque carmen pervenerat ad antiſtitem fani Dianæ. Sabinus, ut prima apta dies ſacrificio viſa eſt, bovem Romam actam deducit ad fanum Dianæ, & ante aram ſtatuit. Ibi antiſtes Romanus, quum eum magnitudo victimæ celebrata famâ moviſſet, memor reſponſi Sabinum ita alloquitur: *Quidnam tu, hoſpes, paras?* inquit; *inceſtè (7) ſacrificium Dianæ facere? Quin tu antè vivo perfunderis flumine? Infimâ valle præfluit Tiberis.* Religione tactus hoſpes, qui omnia, ut prodigio reſponderet eventus, cuperet ritè facta, ex (8) templo deſcendit ad Tiberim. Interea Romanus immolat Dianæ bovem. id mirè gratum regi atque civitati fuit.

XLVI. Servius, quanquam jam uſu haud dubium regnum poſſederat, tamen quia interdum jactari voces a juvene Tarquinio audiebat, ſe injuſſu populi regnare, conciliatâ priùs voluntate plebis, agro capto ex hoſtibus viritim diviſo, auſus eſt ferre ad populum, *vellent, juberentne, ſe regnare?* tantoque conſenſu, quanto haud quiſquam

em curam de principatu Latini jam abjeciſſe videbantur. (3) Occaſio fortuita recipiendi imperii privato conſilio viſa eſt ſe offerre uni ex Sabinis. E. (4) Qui non ſecus ac Latini fruſtra cum Romanis de imperio certaverant. (5) Sc. poſt immolationem, quæ mox narrabitur. E. (6) Aventinenſi ſc. Ideo bovem Sabinus Romam adduxit. (7) Non purè. (8) Mallem legere *extemplo*, i. e. ſtatim: quamvis equidem & in in hoc ſenſu Geſnerus aliique *ex templo* diviſim ſcribunt. Bene autem Scaliger docet *extemplo* eſſe verbum ſacrorum, ſicut *ilicet* judiciorum: ut enim hoc, dimiſſo concilio; ſic & illud, ſacrificio patrato, a præcone pronunciabatur; quo ſignificabatur ut exirent ex templo. Quod quia citò fiebat, inde pro citò & properè ſumi cæptum eſt. Alii volunt *extemplo* idem omnino eſſe ac *ilico*: ut enim hoc ab *e loco* factum eſt, ita illud ab *ex templo*; templum enim & ipſum *locum* aliquando ſignificare. Et locum certe ſignificat; at locum capiendis auſpiciis ab augure lituo deſignatum, unde in omnes partes liber eſt aſpectus. Priuſquam in Scaligeri interpretationem incidiſſem, *extemplo* dictum putabam de re ſubito evaneſcente, quaſi *e conſpectu*. E.

L. Tarquinius regnum affectat.

alius antè, rex eſt declaratus. Neque ea res Tarquinio ſpem (1) affectandi regni minuit: immo eo impenſiùs, quia (2) de agro plebis adversâ Patrum voluntate ſenſerat agi, criminandi Servii apud Patres, creſcendique in curiâ ſibi occaſionem datam ratus eſt, & ipſe juvenis ardentis animi, & domi uxore Tulliâ inquietum animum ſtimulante. Tulit enim & Romana regia ſceleris tragici exemplum, ut tædio regum maturior veniret libertas; ultimumque regnum eſſet, quod ſcelere partum foret. Hic L. Tarquinius (Priſci Tarquinii regis filius nepoſne fuerit, parum liquet; pluribus tamen auctoribus filium (3) ediderim) fratrem habuerat Aruntem Tarquinium, mitis ingenii juvenem. His duobus, ut antè dictum eſt, duæ Tulliæ, regis filiæ, nupſerant, & ipſæ longè diſpares moribus. Fortè ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur, fortunâ, credo, populi Romani, quo diuturnius Servii regnum eſſet, conſtituique civitatis mores poſſent.

Tulliæ ambitio.

Angebatur ferox Tullia, nihil (4) materiæ in viro neque ad cupiditatem, neque ad audaciam eſſe; tota in alterum verſa Tarquinium, eum mirari, eum virum dicere, ac regio ſanguine ortum: ſpernere ſororem, quòd virum nacta muliebri ceſſaret (5) audaciâ. Contrahit celeriter ſimilitudo eos, ut fere fit malum malo aptiſſimum. † ſed (6) initium turbandi omnia a feminâ ortum eſt. Ea, ſecretis viri alieni aſſuefacta ſermonibus, nullis verborum contumeliis parcere, de (7) viro ad fratrem, de ſorore ad virum; & ſe rectiùs (8) viduam, & illum cœlibem futurum fuiſſe contendere, quàm cum impari jungi, ut elangueſcendum alienâ ignaviâ eſſet. Si ſibi eum, quo digna eſſet, Dii dediſſent virum, domi ſe propediem viſuram

C. 46. (1) i. e. invadendi, occupandi. Sic Virg. Æn. 3. 670. *Verùm ubi nulla datur dextrâ affectare poteſtas.* (2) Diſplicuiſſe patribus illam diviſionem agri inter plebem. (3) Alteram ſententiam tuetur Dionyſius, argumentis deſumptis ex *diuturnitate* regnorum Anci, Tarquinii Priſci, Servii, & Tarquinii Superbi: hæc autem parum valida eſſe oſtendit Newtonus. (4) Nihil unde excitaretur aut ad cupiditatem aut ad audaciam. (5) i. e. ceſſaret *ab* audaciâ, careret audaciâ. Sic Lucanus; *ceſſare marte cruento.* Porro non eſt quod quiſquam miretur a mulieri ſupra modum audaci audaciam haberi mulierum propriam. (6) Voculæ *ſed* vis hæc eſt: L. Tarquinius feroci Tulliæ aptiſſimus quidem fuit; *tamen ab illâ initium* &c. E. (7) *De viro* ſuo *ad fratrem* ejus; *de ſorore* ſuâ *ad virum* ejus. (8) *Vidua* dicitur etiam ea quæ nulli nupſerit.

(9) L.

ram regnum fuiſſe, quod apud patrem videat. Celeriter adoleſcentem ſuæ temeritatis implet. Aruns Tarquinius & Tullia (9) minor propè continuatis funeribus quum domos vacuas novo matrimonio feciſſent, junguntur (10) nuptiis, magis non prohibente Servio, quàm approbante.

Nubit ſororis viro.

XLVII. Tum vero in dies infeſtior (1) Tullii ſenectus, infeſtius cœpit regnum eſſe. jam enim ab ſcelere ad aliud ſpectare mulier ſcelus: nec nocte, nec interdiu virum conquieſcere pati, ne gratuita præterita parricidia eſſent. *Non ſibi defuiſſe, cui nupta (2) diceretur, nec cum quo tacita ſerviret: defuiſſe, qui ſe regno dignum putaret: qui meminiſſet, ſe eſſe Priſci Tarquinii filium; qui habere, quam ſperare, regnum mallet. Si tu is es, cui nuptam eſſe me arbitror, & virum & regem appello: ſin minùs, eo nunc pejùs mutata eſt res, quòd iſthic (3) cum ignaviâ eſt ſcelus. Quin accingeris? Non tibi ab Corintho, nec ab Tarquiniis, ut patri tuo, peregrina regna (4) moliri neceſſe eſt. Dii te penates patriique, & patris imago, & domus regia, & in domo regale ſolium, & nomen Tarquinium creat vocatque regem. Aut ſi ad hæc parum eſt animi, quid fruſtraris civitatem? quid te ut regium juvenem conſpici (5) ſinis? Faceſſe hinc Tarquinios, aut Corinthum. Devolvere retro ad ſtirpem, fratri ſimilior, quàm patri.* His aliiſque increpando juvenem inſtigat, nec conquieſcere ipſa poteſt: ſi, quum Tanaquil, peregrina mulier, tantum moliri potuiſſet animo, ut duo continua regna viro ac deinceps genero dediſſet; ipſa, regio ſemine orta, nullum (6) momentum in dando adimendoque regno faceret. His muliebribus inſtinctus furiis

Violenta ejus conſilia.

(9) L. Tarquinii uxor. At illam fuiſſe Tulliam *majorem* teſtatur Dionyſius. Perizonius conjicit legendum eſſe, *Ita L. Tarquinius & Tullia minor* &c. quod placet. Nam & phraſis illa, *facere domos vacuas novis nuptiis*, uſurpatur potius de interfectoribus quàm interfectis. vid. Cic. Catil. 1. 6. & Sall. Catil. 15. Porro unus codex manuſcriptus habet, *Lucius Tarquinius*. (10) Sc. Lucius Tarquinius & Tullia altera.

C. 47. (1) *Infeſtus* tam paſſive quam active ſumitur. Gell. 9. 12. *Et is infeſtus appellatur qui malum infert cuipiam; & contrà, cui aliunde impendet malum.* (2) Obſerva verbum *diceretur*, cujus hæc vis eſt; ut Tullia ſe cum impari junctam, nomine tenus, non re nuptam fuiſſe exiſtimet. (3) In præſenti rerum tuarum ſtatu. (4) Magno molimine eniti ad regnum, ad quod nullum, utpote peregrinus, jus habeas. (5) Inſignem & conſpicuum eſſe. Sic infrà l. 21. c. 4. (6) Nihil efficeret, quo in hanc illamve partem

L. Tarquinius regnum invadit.

furiis Tarquinius circumire & prenſare, minorum (7) maximè gentium, Patres; admonere paterni beneficii, ac pro eo gratiam repetere; allicere donis juvenes: tum de ſe ingentia pollicendo, tum regis criminibus omnibus locis (8) creſcere. Poſtremò, ut jam agendæ rei tempus viſum eſt, ſtipatus agmine armatorum, in forum irrupit: inde, omnibus perculſis pavore, in regiâ ſede pro curiâ ſedens, Patres in curiam per præconem ad regem Tarquinium citari juſſit. Convenere extemplo, alii jam antè ad hoc præparati, alii metu, ne non veniſſe (9) fraudi eſſet, novitate ac miraculo attoniti, & jam de Servio actum rati. Ibi Tarquinius, maledicta ab (10) ſtirpe ultimâ orſus; *Servum, ſervâque natum, poſt mortem indignam parentis ſui, non interregno, ut antea, inito, non comitiis habitis, non per ſuffragium populi, non auctoribus Patribus, muliebri dono regnum occupaſſe. Ita natum, ita creatum regem, fautorem infimi generis hominum, ex quo ipſe ſit, odio alienæ honeſtatis, ereptum primoribus agrum ſordidiſſimo cuique diviſiſſe: omnia onera, quæ communia quondam fuerint, inclinaſſe in primores civitatis: inſtituiſſe cenſum, ut inſignis (11) ad invidiam locupletiorum fortuna eſſet, & parata, unde, ubi vellet, egentiſſimis largiretur.*

XLVIII. Huic orationi Servius quum interveniſſet, trepido nuncio excitatus, extemplo a veſtibulo curiæ magnâ voce, *Quid hoc*, inquit, *Tarquini, rei eſt? quâ tu audaciâ me vivo vocare auſus es Patres? aut in ſede conſidere meâ?* Quum ille ferociter ad hæc, *Se patris ſui tenere ſedem, multò quàm ſervum potiorem filium regis regni hæredem: ſatis illum diu per (1) licentiam eludentem inſultaſſe dominis;* clamor ab utriuſque fautoribus oritur, & concurſus populi fiebat in curiam: apparebatque regnaturum, qui viciſſet. † Tum Tarquinius, neceſſitate jam ipsâ cogente ultima audere, multo & ætate & viribus validior, medium arripit Servium; elatumque e curiâ in inferiorem partem per gradus dejicit. Inde ad cogendum (2) ſenatum in curiam redit. Fit fuga regis apparitorum,

partem res inclinaretur. (7) Vid. ſuprà c. 35. (8) Honoratior & ornatior fieri. (9) Ne crimini ſibi daretur, atque adeo in periculum inciderent, ſi non veniſſent. (10) Ab ſtirpe unde Servius natus eſt. (11) Conſpicua ad excitandam invidiam.

C. 48. (1) Impunè. (2) Qui in tanto tumultu diffugere videlicet ac dilabi

ritorum, atque comitum. Ipse propè exsanguis, quum (3) semianimi regio comitatu domum se reciperet, pervenissetque ad summum Cyprium (4) vicum, ab iis, qui missi ab Tarquinio fugientem consecuti erant, interficitur. Creditur, quia non abhorret a cetero scelere, admonitu Tulliæ id factum. carpento certè (id quod satis constat) in forum invecta, nec reverita cœtum virorum, evocavit virum e curiâ; regemque prima appellavit. a quo facessere jussa ex tanto tumultu quum (5) se domum reciperet, pervenissetque ad summum Cyprium vicum, ubi (6) Dianium nuper fuit; flectenti (7) carpentum dextrâ in (8) Orbium clivum, ut in collem Esquiliarium eveheretur, restitit pavidus atque inhibuit frenos is qui jumenta agebat, jacentemque dominæ Servium trucidatum ostendit. Fœdum inhumanumque inde traditur scelus, monumentoque locus est: Sceleratum vicum vocant, quo amens, agitantibus furiis sororis ac viri, Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur; partemque sanguinis ac cædis paternæ cruento vehiculo, contaminata ipsa respersaque, tulisse ad penates suos virique sui: quibus iratis, malo regni principio similes propediem exitus sequerentur. Ser. Tullius regnavit annos quatuor & quadraginta, ita ut bono etiam moderatoque succedenti regi difficilis æmulatio esset. Ceterùm id quoque ad gloriam accessit, quòd cum illo simul justa ac legitima regna occiderunt. Id ipsum tam mite ac tam moderatum imperium, tamen,

Servius interficitur.

Tulliæ impietas.

Servii lau[s]

dilabi parabat. (3) Regis comites erant præ metu semianimes. At eorum fugam jam antè narravit Livius. Piget ergo locum interpretari, quem et alii mendosum esse pronunciaverunt. Fortasse legendum, *quum se minimè regio comitatu domum reciperet.* E. (4) Sabini cives habitabant; & *Cyprium* Sabinè *bonum*, teste Varrone. (5) Paullo suprà legitur de Tullio, *domum se reciperet, pervenissetque ad summum Cyprium vicum.* Tot verba tam citò Livium repetiisse parum credibile est. (6) Locus Dianæ sacratus. (7) Vulgò editum *flectente.* Rectè Drakenborchius ex codicibus reposuit *flectenti.* At nullam causam video cur locum nondum sanatum putaret: neque enim *flectenti* ad *ostendit* referre opus est. Mihi videtur locutio ista, *Tulliæ flectenti carpentum restitit is qui jumenta agebat*, neque dura esse nec inusitata. Tullia quoque mox dicitur *egisse carpentum.* E. (8) Sic edidi, auctoribus Festo & Dionysio. Quidam etiam codices habent *Urbium. Orbius* dicebatur ob flexuosos ejus orbes. Vulgò editum *Virbium:* at *Virbius* clivus inter Bovillas est & Ariciam; Bovillæ autem ad undecimum lapidem Appiæ viæ.

quia unius esset, deponere eum in animo habuisse, quidam auctores sunt; ni scelus intestinum liberandæ patriæ consilia agitanti intervenisset.

U. c. 220. A. C. 532. Tarquinius Superbus regnat.

XLIX. Inde L. Tarquinius regnare occepit, cui Superbo (1) cognomen facta indiderunt, quia socerum gener sepulturá prohibuit, *Romulum quoque insepultum perisse* dictitans: primores Patrum, quos Servii rebus favisse credebat, interfecit: conscius deinde, malè quærendi regni ab se ipso adversùs se exemplum capi posse, armatis corpus circumsepsit. neque enim ad jus regni quicquam præter vim habebat; ut qui neque populi jussu, neque auctoribus Patribus regnaret. Eò accedebat, ut in caritate civium nihil spei reponenti metu regnum tutandum esset: quem ut pluribus incuteret, cognitiones capitalium rerum sine (2) consiliis per se solus exercebat: perque eam (3) causam occidere, in exsilium agere, bonis multare poterat, non suspectos modò aut invisos, sed unde nihil aliud quàm prædam sperare posset. Ita Patrum præcipuè numero imminuto, statuit nullos in Patres legere; quo contemptior paucitate ipsâ ordo esset, minúsque per se nihil agi indignarentur. Hic enim regum primus traditum a prioribus morem de omnibus senatum consulendi solvit: domesticis consiliis rempublicam administravit: bellum, pacem, fœdera, societates per se ipse, cum quibus voluit, injussu populi ac senatûs, fecit diremitque. Latinorum sibi maximè gentem conciliabat, ut peregrinis quoque opibus tutior inter cives esset. neque hospitia modò cum primoribus eorum, sed affinitates quoque, jungebat. Octavio Mamilio Tusculano, (is longe princeps Latini nominis erat, si famæ credimus, ab Ulixe (4) Deâque Circe oriundus) ei Mamilio filiam nuptum dat; perque eas nuptias multos sibi cognatos amicosque ejus conciliat.

Metu regnum firmat.

Latinos sibi conciliat.

L. Jam magna Tarquinii auctoritas inter Latinorum proceres erat; quum, in diem certam ut ad lucum

C. 49. (1) Notat Crevierius quòd *superbus* idem prorsus interdum valet quod *ab humanitate abhorrens*. vid. Æn. 8. 118. & 196. (2) *Consilium* & *consilia* sæpe apud Ciceronem usurpantur pro *consiliariis* sive *assessoribus*. E. (3) *Causa* frequenter *prætextum* atque adeò *opportunitatem* significat. E. (4) Vulgò *Ulysse*. Sed alterâ ratione hoc nomen in optimæ fidei membranis, non Livii solùm sed & Virgilii aliorumque, exarari solet.

(1) Ferentinæ

(1) Ferentinæ conveniant, indicit: eſſe, quæ agere de rebus communibus velit. Conveniunt frequentes primâ luce. Ipſe Tarquinius diem quidem ſervavit; ſed paullo antè quàm ſol occideret venit. Multa ibi totâ die in concilio variis jactata ſermonibus erant. Turnus Herdonius ab Ariciâ ferociter in abſentem Tarquinium erat invectus; *Haud mirum eſſe, Superbo inditum Romæ cognomen.* (jam enim ita clam quidem muſſitantes, vulgò tamen, eum appellabant.) *An quicquam ſuperbius eſſe, quàm ludificari ſic omne nomen Latinum? Principibus longè ab domo excitis, ipſum, qui concilium indixerit, non adeſſe. tentari profectò patientiam, ut, ſi jugum acceperint, obnoxios (2) premat. Cui enim non apparere, affectare eum imperium in Latinos? Quòd ſi (3) ſui bene crediderent cives, aut ſi creditum illud, & non raptum parricidio, ſit, credere & Latinos (quanquam ne ſic quidem alienigenæ) debere. Sin ſuos ejus (4) pœniteat, (quippe qui alii ſuper alios trucidentur, exſulatum eant, bona amittant,) quid ſpei melioris Latinis portendi? Si ſe audiant, domum ſuam quemque inde abituros: neque magis obſervaturos diem concilii, quàm ipſe, qui indixerit, obſervet.* Hæc atque alia eòdem pertinentia ſeditioſus facinoroſuſque (5) homo, hiſque artibus opes domi nactus, quum maximè differeret, intervenit Tarquinius. Is finis orationi fuit. Averſi omnes ad Tarquinium ſalutandum. qui, ſilentio facto, monitus a proximis, ut purgaret ſe, quòd id temporis veniſſet, *diſceptatorem*, aït, *ſe (6) ſumptum inter patrem & filium: curâ reconciliandi eos in gratiam moratum eſſe: &, quia ea res exemiſſet illum diem, poſtero die acturum, quæ conſtituiſſet.* Ne id quidem ab Turno tuliſſe (7) tacitum

Conventus Latinorum.

Turnus Herdonius in Tarquinium invehitur.

C. 50. (1) Sub radicibus montis Albani fuit: eóque, poſt Albam dirutam uſque ad P. Decium Murem conſulem, populos Latinos convenire ſolitos, ut imperium communi conſilio adminiſtrarent, teſtatur Feſtus. (2) *Obnoxius* qui alteri ſubjectus & expoſitus quocunque modo eſt. Sic Sall. Jug. *qui ne nunc quidem, obnoxiis inimicis, exſurgitis.* (3) Si bene ceſſit Romanis, quòd ei commiſerint imperium, aut ſi omnino commiſerunt ...... debere Latinos quoque illud eidem committere: immo non debere etiamſi res ita ſe haberet, quum ſit inter Latinos alienigena. (4) Sc. imperii Tarquinii. (5) Ad facinora aptus. *facinus* autem ſemper vim & audaciam, non ſemper ſceleris labem adjunctam habet. (6) Sic *arbitrum ſumere, judicem ſumere.* Cic. E. (7) Dicitur quis *tacitum ferre* id cui nemo reclamat; perinde ut dicimus *ferre impunitum.* Sic infrà

tacitum ferunt. dixisse enim, *Nullam breviorem esse* (8) † *cognitionem, quàm inter patrem & filium, paucisque transigi verbis posse: ni pareat patri, habiturum infortunium esse.*

Ab eo opprimitur. LI. Hæc Aricinus in regem Romanum increpans, ex concilio abiit. Quam rem Taquinius aliquanto quàm videbatur ægriùs ferens, confestim Turno necem machinatur; ut eundem terrorem, quo civium animos domi oppresserat, Latinis injiceret. & quia pro (1) imperio palam interfici non poterat, oblato falso crimine insontem oppressit. per adversæ factionis quosdam Aricinos servum Turni auro corrupit, ut in (2) deversorium ejus vim magnam gladiorum inferri clam sineret. ea quum unâ nocte perfecta essent, Tarquinius, paullo ante lucem accitis ad se principibus Latinorum, quasi re novâ perturbatus, *moram suam hesternam, velut Deorum quâdam providentiâ illatam,* aït, *saluti sibi atque illis fuisse. ab Turno dici sibi & primoribus populorum parari necem, ut Latinorum solus imperium teneat. Aggressurum fuisse hesterno die in concilio. dilatam rem esse, quòd auctor concilii abfuerit, quem maximè peteret. Inde illam absentis insectationem esse natam, quòd morando spem destituerit. Non dubitare, si vera deferantur, quin primâ luce, ubi ventum in concilium sit, instructus cum conjuratorum manu armatusque venturus sit. Dici, gladiorum ingentem numerum esse ad eum convectum. id vanum necne sit, extemplo sciri posse. Rogare eos, ut inde secum ad Turnum veniant.* Suspectam fecit rem & ingenium Turni ferox, & oratio hesterna, & mora Tarquinii; quòd videbatur ob eam differri cædes potuisse. Eunt inclinatis quidem ad credendum animis, tamen, nisi gladiis deprehensis, cetera vana existimaturi. Ubi est eò ventum, Turnum ex somno excitatum circumsistunt custodes: comprehensisque servis, qui caritate domini vim parabant, quum gladii abditi ex omnibus locis deverticuli protraherentur; enimvero manifesta res visa, injectæque Turno catenæ: & confestim Latinorum concilium magno

frà l. 3. c. 45. & Cic. ad Att. l. 2. Ep. 3. (8) Nullam litem breviùs & faciliùs dijudicari posse.

C. 51. (1) Aperto jussu. (2) *Deversoria* & *deverticula* dicuntur in viâ domicilia, ad quæ *de itinere devertendum sit.* Donat. Vulgò scribuntur *diversoria* & *diverticula:* Statuit autem Drakenborchius quod semper *devertere* dicendum est si notat a viâ ordinariâ deflectere, vel hospitium subire.

cum

cum tumultu advocatur. Ibi tam atrox invidia orta eſt, gladiis in medio poſitis, ut, indictâ causâ, novo genere lethi, dejectus ad caput aquæ Ferentinæ, crate ſupernè injectâ ſaxiſque congeſtis, mergeretur.

LII. Revocatis deinde ad concilium Latinis, Tarquinius, collaudatiſque qui Turnum novantem res pro manifeſto parricidio meritâ pœnâ affeciſſent, ita verba fecit: *Poſſe quidem ſe vetuſto jure agere, quod, quum omnes Latini ab Albâ oriundi ſint, in eo (1) fœdere teneantur, quo ab Tullo res omnis Albana cum colonis ſuis in Romanum ceſſerit imperium. Ceterùm ſe utilitatis id magis omnium causâ cenſere, ut renovetur id fœdus: ſecundâque potiùs fortunâ populi Romani ut participes Latini fruantur, quàm urbium excidia vaſtationeſque agrorum, quas Anco priùs, patre deindè ſuo regnante, perpeſſi ſint, ſemper aut exſpectent, aut patiantur.* Haud difficulter perſuaſum Latinis, quanquam in eo fœdere ſuperior Romana res erat. ceterùm & capita nominis Latini ſtare ac ſentire cum rege videbant, & Turnus ſui cuique periculi, ſi adverſatus eſſet, recens erat documentum. Ita renovatum fœdus, indictumque junioribus Latinorum, ut ex fœdere die certâ ad lucum Ferentinæ armati frequentes adeſſent. Qui ubi ad edictum Romani regis ex omnibus populis convenere; ne ducem ſuum, neve ſecretum (2) imperium, propriave ſigna haberent, miſcuit manipulos ex Latinis Romaniſque, ut (3) ex binis ſingulos faceret, binoſque ex ſingulis. ita geminatis manipulis centuriones (4) impoſuit. *Fœdus cum Latinis.*

LIII. Nec, ut injuſtus in pace rex, ita dux belli pravus fuit. quin eâ arte æquaſſet ſuperiores reges, ni (1) degeneratum in aliis huic quoque decori offeciſſet. Is primus Volſcis bellum in (2) ducentos ampliùs poſt ſuam ætatem annos movit, Sueſſamque Pometiam ex his vi cepit. *Bellum cum Volſcis.*

C. 52. (1) Vid. ſuprà c. 24. & ſeq. (2) Separatum. (3) *Ex binis ſingulos fecit*, cum ex duobus manipulis, altero Latinorum, Romanorum altero, partes dimidias ſumeret, & unum miſtum componeret. *Ex ſingulis binos fecit*, cum duas unius manipuli partes in duos manipulos diſtribueret. (4) Centuriones Romanos. Porro florente republicâ manipulus duas centurias continebat; & centuria LX. aut LXII. milites.

C. 53. (1) Ipſius animus ac vita degener. *Degeneratum* eſt in recto caſu, & refertur ad verbum *offeciſſet*. Similem loquendi formam vid. infrà l. 4. c. 49. l. 28. c. 26. & alibi. (2) i. e. tamdiu duraturum. Γ. (3) Alii

cepit. ubi (3) quum divendendâ prædâ quadraginta (4) talenta argenti [aurique] recepiſſet; concepit animo eam amplitudinem Jovis templi, quæ digna Deûm hominumque rege, quæ Romano imperio, quæ ipſius etiam loci majeſtate eſſet. Captivam pecuniam in ædificationem ejus templi ſepoſuit. Excepit deinde eum lentius ſpe bellum, quo Gabios, propinquam urbem, nequicquam vi adortus, quum obſidenti quoque urbem ſpes pulſo a mœnibus adempta eſſet, poſtremò minimè arte Romanâ, fraude ac dolo, aggreſſus eſt. nam quum, velut poſito bello, fundamentis templi jaciendis aliiſque urbanis operibus intentum ſe eſſe ſimularet, Sextus filius ejus, qui minimus (5) ex tribus erat, transfugit ex compoſito Gabios, patris in ſe ſævitiam intolerabilem conquerens; *Jam ab alienis in ſuos vertiſſe ſuperbiam: & liberorum quoque eum frequentiæ tædere; ut, quam in curiâ ſolitudinem fecerit, domi quoque faciat: ne quam ſtirpem, ne quem hæredem regni relinquat. Se quidem, inter tela & gladios patris elapſum, nihil uſquam ſibi tutum, niſi apud hoſtes L. Tarquinii, crediдiſſe. Nam, ne errarent, manere his bellum, quod poſitum ſimuletur; & per occaſionem eum incautos invaſurum. Quòd ſi apud eos ſupplicibus locus non ſit, pererraturum ſe omne Latium: Volſcoſque ſe inde, & Æquos, & Hernicos petiturum; donec ad eos perveniat, qui a patrum crudelibus atque impiis ſuppliciis tegere liberos ſciant. Forſitan (6) etiam ardoris aliquid ad bellum armaque ſe adverſùs ſuperbiſſimum regem ac ferociſſimum populum inventurum.* Quum, ſi (7) nihil

Gabios fraude aggreditur.

(3) Alii, inter quos Drakenborchius, edunt, *quum dividendâ prædâ quadringenta talenta argenti aurique refeciſſet.* Plurimi certè manuſcripti habent *dividendo prædam*, vel *dividendâ prædâ*. At, ipſo Drakenborchio teſte, *divendere* & *dividere* ſæpius in codicibus ſcriptis commutantur. Nec veriſimile videtur Tarquinium Superbum prædam inter milites diviſiſſe. *Divendendâ prædâ*, pro, *divendendo prædam*, genus eſt loquendi Livio admodum frequens: ſiç ſuprà c. 19. *menſibus intercalaribus interponendis.* Porro *recepiſſet* plures habent codices: & *recipere* hîc ſignificat *reſervare.* vid. Gell. noct. Att. l. 17. c. 6. *Reficere* quidem pro *colligere* aliquando ponitur; ut apud Cic. Paradox. 6. §. 1. & forſitan apud noſtrum, infrà l. 35. c. 1. frequentiùs tamen notionem *reparandi* includit. Denique vocem *aurique* bene omittunt duo codices manuſcripti. E. (4) Hîc etiam diſſentiunt codices. Plures habent *quadraginta*, at nonnulli *quadringenta.* Hoc tuetur Dionyſius: qui etiam dicit hanc ſummam fuiſſe decimam partem Pometinarum manubiarum; quod vix credibile. v. not. 7. ad cap. 55. infrà. (5) Maximus, ſecundùm Dionyſium. (6) Forſitan inventurum non

(7) nihil morarentur, infenſus irâ porro inde abiturus videretur, benignè ab Gabinis excipitur. vetant mirari, ſi, qualis in cives, qualis in ſocios, talis ad ultimum in liberos eſſet. In ſe ipſum poſtremò ſaeviturum, ſi alia deſint. Sibi verò gratum adventum ejus eſſe: futurumque credere brevi, ut, illo adjuvante, ab portis Gabinis ſub Romana moenia bellum transferatur.

LIV. Inde in concilia publica adhiberi. ubi, quum de aliis rebus aſſentire ſe veteribus Gabinis diceret, quibus hae notiores eſſent, ipſe identidem belli auctor eſſe, in eo ſibi præcipuam (1) prudentiam aſſumere, quòd utriuſque populi vires noſſet, ſciretque, inviſam profectò ſuperbiam regiam civibus eſſe, quam ferre ne liberi quidem potuiſſent. Ita quum ſenſim ad (2) rebellandum primores Gabinorum incitaret, ipſe cum promptiſſimis juvenum prædatum atque in expeditiones iret, & dictis factiſque omnibus ad fallendum inſtructis vana accreſceret fides; dux ad ultimum belli legitur. Ibi quum, inſciâ multitudine (3) quid ageretur, prœlia parva inter Romam Gabioſque fierent, quibus plerumque Gabina res ſuperior eſſet; tum certatim ſummi infimique Gabinorum Sex. Tarquinium dono Deûm ſibi miſſum ducem credere. Apud milites verò obeundo pericula ac labores, pariter prædam munificè largiendo, tantâ caritate eſſe, ut non pater Tarquinius potentior Romæ, quàm filius Gabiis eſſet. Itaque, poſtquam ſatis virium collectum ad omnes conatus videbat, tum e ſuis unum ſciſcitatum Romam ad patrem mittit, quidnam ſe facere vellet? quandoquidem ut omnia unus Gabiis poſſet, ei Dii dediſſent. Huic nuncio, quia, credo, dubiæ fidei videbatur, nihil voce reſponſum eſt. rex, velut deliberabundus, in hortum ædium tranſit, ſequente nuncio filii: ibi, inambulans tacitus, ſumma papaverum capita dicitur baculo decuſſiſſe. Interrogando exſpectandoque reſponſum nuncius feſſus, ut re imperfectâ, redit

Sex. Tarquinii doli.

non modò qui eum tegerent a patris crudelitate, ſed & quos ad bellum gerendum adverſùs Tarquinium Romanoſque excitare poſſet. E. (7) Si eum non detinerent.

C. 54. (1) Majorem, quàm ceteri haberent, notitiam rerum. (2) Ideo hoc dictum putat Crevierius, quòd Gabini ſub ditione Romanâ jam pridem fuiſſent. At cenſeo quòd *rebellare* hîc, ut alibi ſæpius, eſt *bellum inſtaurare*, quod velut poſitum a Tarquinio fuerat. E. (3) Quid conſilii

redit Gabios; quæ dixerit ipſe, quæque viderit, refert: ſeu irâ, ſeu odio, ſeu ſuperbiâ inſitâ ingenio, nullam eum vocem emiſiſſe. Sexto ubi, quid vellet parens, quidve præciperet tacitis ambagibus, patuit; primores civitatis, criminando alios apud populum, alios ſuâ ipſos invidiâ (4) opportunos, interemit. multi palam; quidam, in quibus minùs ſpecioſa criminatio erat futura, clam interfecti. Patuit quibuſdam volentibus fuga, aut in exſilium acti ſunt, abſentiumque bona juxtà atque interemptorum diviſui (5) fuere. Largitionis inde prædæque & dulcedine privati commodi ſenſus malorum publicorum adimi; donec, orba conſilio auxilioque, Gabina res regi Romano ſine ullâ dimicatione in manum traditur.

Gabii recepti.

LV. Gabiis (1) receptis, Tarquinius pacem cum Æquorum gente fecit; fœdus cum Tuſcis renovavit. Inde ad negotia urbana animum convertit. quorum erat primum, ut Jovis (2) templum in monte (3) Tarpejo, monumentum regni ſui nominiſque, relinqueret: Tarquinios reges ambos, patrem voviſſe, filium perfeciſſe. Et, ut libera a ceteris religionibus area eſſet tota Jovis templique ejus, quod inædificaretur; exaugurare (4) fana ſacellaque ſtatuit, quæ aliquot ibi a Tatio rege, primùm in ipſo diſcrimine adverſùs Romulum pugnæ vota, conſecrata inaugurataque poſtea fuerant. Inter principia condendi hujus operis moviſſe (5) numen ad indicandam tanti imperii molem traditur Deos: nam quum omnium ſacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini (6) fano non addixere. Id omen auguriumque ita acceptum eſt; non motam Termini ſedem, unumque, eum Deorum non

Ædificatur Capitolini Jovis ædes.

conſilii lateret. (4) Qui faciliùs opprimi poterant, propter odium pridem in ipſos conceptum. (5) Sic infrà l. 33. c. 36. Vulgò, *diviſa fuere.*

C. 55. (1) Recuperatam dicit hanc urbem, quòd e numero Latinarum eſſet quæ in Romanum ceſſerant imperium. (2) Tres fuiſſe ædes traditur; media Jovis, a dextrâ Minervæ, a ſiniſtrâ Junonis. (3) Sic dicto a Tarpejâ virgine illic ſepultâ. Ceterùm a Tarquinio oſſa Tarpejæ aliò delata ſunt, nomenque ejus exolevit: niſi quòd Tarpeji ſaxi nomen ſemper retinuit ea rupes ex quâ dejicere damnatos ſolebant. (4) *Exaugurare* eſt locum vel hominem religione eâ liberare, cui auguratò deſtinatus fuerat. (5) Traditur deos exſeruiſſe potentiam & providentiam ſuam ad &c. Numen eſt propriè dei nutus, potentia, & voluntas. (6) Et Juventutis, ipſo teſte Livio, l. 5. c. 54. & Dionyſio. Terminus, deus

non evocatum ſacratis ſibi finibus, firma ſtabiliaque cuncta portendere. Hoc perpetuitatis auſpicio accepto, ſecutum aliud, magnitudinem imperii portendens, prodigium eſt. caput humanum integrâ facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuiſſe. Quæ viſa ſpecies, haud per ambages, arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat. idque ita cecinere vates, quique in urbe erant, quoſque ad eam rem conſultandam ex Etruriâ acciverant. Augebatur ad impenſas regis animus. Itaque Pometinæ manubiæ, quæ perducendo ad culmen operi deſtinatæ erant, vix in fundamenta ſuppeditavere. eò magis Fabio, præterquam quòd antiquior eſt, crediderim, quadraginta (7) ea ſola talenta fuiſſe, quàm Piſoni (8), qui quadraginta millia pondo argenti ſepoſita in eam rem ſcribit, ſummam pecuniæ neque ex unius tum urbis prædâ ſperandam, & (9) nullius, ne horum quidem magnificentiæ operum, fundamenta non exſuperaturam. Intentus perficiendo templo, fabris undique ex Etruriâ accitis, non pecuniâ ſolùm ad id publicâ eſt uſus, ſed operis (10) ex plebe. qui quum haud parvus & ipſe militiæ adderetur labor, minùs tamen plebs gravabatur, ſe templa Deum exædificare manibus ſuis. quæ poſthac & ad alia, ut ſpecie minora, ſic laboris aliquanto majoris, traducebatur opera; foros (11) in circo faciendos, cloacamque maximam, receptaculum omnium purgamentorum urbis, ſub terram agendam: quibus duobus operibus vix nova hæc magnificentia quicquam adæquare potuit. His laboribus exercitâ plebe, quia et urbi multitudinem, ubi uſus non eſſet, oneri rebatur eſſe, & colonis mittendis occupari latiùs imperii fines volebat; Signiam Circejoſque

Fori in circo: cloaca maxima.

†

deus cujus in tutelâ erant agrorum fines, lapide deſignabatur: colebatur ex inſtituto Numæ cibis & primitiis frugum. (7) Omnes fere codices hîc, & ſuprà c 53. habent *quadraginta*. Gronovius primus *quadringenta* edidit: eumque Drakenborchius temerè (ut mihi videtur) ſecutus eſt. Etenim ſi *quadraginta millia pondo argenti* ſumma ſit tam immodica quàm Livius innuit, nimia quoque foret *quadringenta talenta*. Hæc enim ſumma rationem habet ad illam, quam numerus ternarius ad quinarium. E. (8) L. Calpurnius Piſo Frugi, ſcriptor hiſtoricus, floruit tempore belli Punici tertii. (9) Majorem quàm ut impenderetur in fundamenta ullius operis, cujuſcunque tandem ſit magnificentiæ; ne ſi foret quidem ejus magnificentiæ, quam in hodiernis ædificiis conſpicimus. (10) *Operæ* dicuntur homines *operarii*. Sic Cic. pro Sext. *Erat mihi contentio cum operis conductis, & ad diripiendam urbem concitatis.* & alibi ſæpius. E. (11) Vid. ſuprà

Circejosque colonos misit, præsidia urbi futura terrâ (12) marique.

Tarquinios portenti causâ Delphos mittit.

LVI. Hæc agenti portentum terribile visum. anguis, ex columnâ ligneâ elapsus, quum terrorem fugamque in regiam fecisset, ipsius regis non tam subito (1) pavore perculit pectus, quàm anxiis implevit curis. Itaque quum ad publica prodigia Etrusci tantùm vates adhiberentur, hoc velut domestico exterritus visu, Delphos ad maximè inclytum in terris oraculum mittere statuit. neque responsa sortium (2) ulli alii committere ausus, duos filios per ignotas eâ tempestate terras, ignotiora maria, in Græciam misit. Titus & Aruns profecti, comes his additus L. Junius Brutus, Tarquiniâ sorore (3) regis natus, juvenis (4) longè alius ingenio, quàm cujus simulationem induerat. Is, quum (5) primores civitatis, in quibus fratrem suum ab avunculo interfectum audisset, neque in animo suo quicquam regi timendum, neque in fortunâ concupiscendum relinquere statuit, contemptuque tutus esse, ubi in jure parum præsidii esset. Ergo ex industriâ factus ad imitationem stultitiæ, quum se suaque prædæ esse regi sineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen: ut sub ejus obtentu cognominis liberator ille populi Romani animus latens opperiretur (6) tempora sua. Is tum ab Tarquiniis ductus Delphos, ludibrium veriùs, quàm comes, aureum baculum, inclusum corneo (7) cavato ad id baculo, tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem (8) ingenii sui. Quò postquam ventum est, perfectis patris mandatis, cupido (9) incessit animos juvenum sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. Ex infimo specu vocem redditam ferunt: *imperium summum Romæ habebit qui vestrûm primus, o ju-*

L. Junius Brutus.

suprà c. 35. (12) Signia in mediterraneâ Latii regione sita est, Circeii ad oram maris.

C. 56. (1) Quali regis famuli perculsi fuere. (2) Multa fuere oracula, a quibus responsa per *sortes* dabantur. Inde *sortium* nomen commune factum est quibuslibet oraculorum responsis. (3) Secundùm Dionysium, amitâ regis, & Tarquinii Prisci filiâ. (4) Ei duo dicuntur esse adolescentes filii infrà l. 2. c. 4. Sed juniores dicti usque ad annum ætatis 45. (5) Quum audisset primores civitatis interfectos esse ab avunculo, inque iis fratrem suum interfectum. E. (6) Expectaret tempus sibi opportunum. (7) E corno arbore. (8) Hoc baculo Brutus obscurè significavit ingenium suum, eximium quidem, at sub specie stultitiæ tectum. (9) *Incessit* hìc ab *incesso*.

venes,

venes, osculum matri tulerit. Tarquinii, ut Sextus, qui Romæ relictus fuerat, ignarus responsi expersque imperii esset, rem summâ ope taceri jubent; ipsi inter se, uter prior, quum Romam redissent, matri osculum daret, sorti permittunt. Brutus aliò ratus spectare Pythicam vocem, velut si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit: scilicet, quòd ea communis mater omnium mortalium esset. Reditum inde Romam, ubi adversùs Rutulos bellum summâ vi parabatur.

Bellum cum Rutulis.

LVII. Ardeam Rutuli habebant, gens, ut in eâ regione atque in eâ ætate, divitiis præpollens. eaque ipsa causa belli fuit, quòd rex Romanus tum ipse ditari, exhaustus magnificentiâ publicorum operum, tum prædâ delinire popularium animos studebat; præter (1) aliam superbiam, regno infestos etiam quòd se in fabrorum ministeriis ac servili tamdiu habitos opere ab rege indignabantur. Tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset. ubi id parum processit, obsidione munitionibusque cœpti premi hostes. In iis stativis, ut fit longo magis quàm acri bello, satis liberi commeatus (2) erant: primoribus tamen magis, quàm militibus. Regii quidem juvenes interdum otium conviviis comessationibusque inter se terebant. Fortè potantibus his apud Sex. Tarquinium, ubi & Collatinus cœnabat Tarquinius, Egerii (3) filius, incidit de uxoribus mentio: suam quisque laudare miris modis. inde certamine accenso, Collatinus negat, *verbis opus esse; paucis id quidem horis posse sciri, quantùm ceteris præstet Lucretia sua. Quin, si vigor juventæ inest, conscendimus equos, invisimusque præsentes nostrarum ingenia? Id (4) cuique spectatissimum sit, quod necopinato viri adventu occurrerit oculis.* Incaluerant vino. *age sanè,* (5) omnes. citatis equis avolant Romam. Quò quum, primis se intendentibus tenebris, pervenissent, pergunt inde Collatiam: ubi Lucretiam, haudquaquam ut regias nurus, quas in convivio luxuque cum æqualibus viderant tempus te-

Contentio regiorum juvenum de uxoribus.

C. 57. (1) Animi popularium infesti erant regno Tarquinii, quòd, præter aliam ejus superbiam, indignabantur &c. (2) *Commeatus* est facultas quam præbet militi imperator, recedendi ad tempus a militiâ. (3) Nepos, secundùm Dionysium. (4) Id pro certissimo documento ingenii cujusque habeatur, quod occurrerit oculis, viro inopinato superveniente. *Necopinatus* pro *inopinatus* Livius frequentissimè adhibet. Sic l. 4. c. 27. (5) Verba sunt omnium assentientium.

Lucretia præfertur.

rentes, sed nocte serâ deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inveniunt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. adveniens vir Tarquiniique excepti benignè. victor maritus comiter invitat regios juvenes. Ibi Sex. Tarquinium mala libido Lucretiæ per vim stuprandæ capit. tum forma, tum spectata castitas incitat. Et tum quidem ab nocturno juvenili ludo in castra redeunt.

Ei vim infert Tarquinius.

LVIII. Paucis interjectis diebus, Sex. Tarquinius, inscio Collatino, cum comite uno Collatiam venit. ubi exceptus benignè ab ignaris consilii, quum post cœnam in hospitale cubiculum deductus esset, amore ardens, postquam satis tuta circà, sopitique omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit, sinistrâque manu mulieris pectore oppresso, *Tace, Lucretia,* inquit; *Sex. Tarquinius sum; ferrum in manu est: moriere, si emiseris vocem.* Quum pavida ex somno mulier nullam opem propè, mortem imminentem, videret; tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum. ubi obstinatam videbat, & ne mortis quidem metu inclinari, addit ad metum dedecus: cum mortuâ jugulatum servum nudum positurum, aït, ut in sordido adulterio necata dicatur. Quo terrore quum vicisset obstinatam pudicitiam velut (1) victrix libido, profectusque inde Tarquinius, (2) ferox expugnato decore muliebri, esset; Lucretia, mœsta tanto malo, nuncium Romam eundem ad patrem, Ardeamque ad virum mittit, ut cum (3) singulis fidelibus amicis veniant: ita (4) facto maturatoque opus esse; rem atrocem incidisse. Sp. Lucretius cum P. Valerio Volesi filio, Collatinus cum L. Junio Bruto venit; cum quo forte Romam rediens ab nuncio uxoris erat conventus. Lucretiam sedentem mœstam in cubiculo inveniunt. adventu suorum lacrimæ obortæ. quærentique viro, *Satin' salvæ (5)? Minimè,* inquit; *quid enim salvi est mulieri, amissâ pudicitiâ? Vestigia viri alieni, Collatine, in lecto sunt tuo. Ceterùm corpus est tantùm violatum, animus insons. mors testis erit. Sed date dextras*

Vocat illa patrem & virum.

C. 58. (1) Sibi tanquam de egregiâ scilicet victoriâ plaudens. (2) Gaudio elatus. (3) Singulus cum singulo amico. (4) Opus esse ut venirent, idque maturatò. (5) Supple, res essent. Formula salutandi.

(6) Mentem

dextras fidemque, haud impunè adultero fore. Sex. est Tarquinius, qui hostis pro hospite priore nocte vi armatus, mihi, sibique si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium. Dant ordine omnes fidem: consolantur ægram animi, avertendo noxam ab coactâ in auctorem delicti. mentem (6) peccare, non corpus: & unde consilium abfuerit, culpam abesse. † *Vos*, inquit, *videritis, quid illi debeatur: ego me, etsi peccato absolvo, supplicio non libero. nec ulla deinde impudica Lucretiæ exemplo vivet.* Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit: prolapsaque in vulnus, moribunda cecidit. Conclamant vir paterque. *Se occidit.*

LIX. Brutus, illis luctu occupatis, cultrum, ex vulnere Lucretiæ extractum, manantem cruore præ se tenens, *Per hunc*, inquit, *castissimum ante regiam injuriam sanguinem juro, vosque, Dii, testes facio, me L. Tarquinium Superbum, cum sceleratâ conjuge & omni liberorum stirpe, ferro, igni, quâcunque dehinc vi possim, exsecuturum (1). nec illos, nec alium quenquam regnare Romæ passurum.* Cultrum deinde Collatino tradit; inde Lucretio ac Valerio, stupentibus miraculo rei, unde novum in Bruti pectore ingenium. Ut præceptum erat, jurant: totique ab luctu versi in iram, Brutum, jam inde ad expugnandum regnum vocantem, sequuntur ducem. Elatum domo Lucretiæ corpus in forum deferunt, concientque miraculo, ut fit, rei novæ atque indignitate homines. pro se quisque scelus regium ac vim queruntur. Movet tum patris mœstitia, tum Brutus, castigator lacrimarum atque inertium querelarum, auctorque, quod viros, quod Romanos deceret, arma capiendi adversùs hostilia ausos. Ferocissimus quisque juvenum cum armis voluntarius adest. sequitur & cetera juventus. Inde, pari (2) præsidio relicto Collatiæ ad portas, custodibusque datis, ne quis eum motum regibus (3) nunciaret, ceteri armati, duce Bruto, Romam profecti. Ubi eò ventum est, quâcunque incedit, armata multitudo pavorem ac tumultum facit. rursus, ubi anteire primores civitatis vident, quicquid sit, haud (4) temere *Conjuratio in Tarquinium.*

(6) Mentem, non corpus, esse peccati sedem.

C. 59. (1) i. e. persecuturum. (2) Præsidium par numero fuit iis qui Romam profecti. Gronovius aliique malunt, *pars præsidio relicti.* (3) Regi & regiis

(4) temere eſſe rentur. Nec minorem motum animorum Romæ tam atrox res facit, quàm Collatiæ fecerat. Ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur. Quò ſimul ventum eſt, præco ad tribunum (5) Celerum, in quo tum magiſtratu fortè Brutus erat, populum advocavit. Ibi oratio habitâ, nequaquam ejus pectoris ingeniique, quod ſimulatum ad eam diem fuerat, de vi ac libidine Sex. Tarquinii, de ſtupro infando Lucretiæ & miſerabili cæde, de orbitate (6) Tricipitini, cui morte filiæ cauſa mortis indignior ac miſerabilior eſſet. addita ſuperbia ipſius regis, miſeriæque & labores plebis, in foſſas cloacaſque exhauriendas demerſæ. *Romanos homines, victores omnium circà populorum, opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos.* Indigna Ser. Tullii regis memorata cædes, & invecta corpori patris nefando vehiculo filia; invocatique ultores parentum Dii. His atrocioribuſque, credo, aliis, quæ (7) præſens rerum indignitas haudquaquam relatu ſcriptoribus facilia ſubjicit, memoratis, incenſam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret, exſuleſque eſſe juberet L. Tarquinium cum conjuge ac liberis. Ipſe, junioribus, qui ultro nomina dabant, lectis armatiſque, ad concitandum inde adversùs regem exercitum, Ardeam in caſtra eſt profectus; imperium in urbe Lucretio, præfecto (8) urbis jam antè ab rege inſtituto, relinquit. Inter hunc tumultum Tullia domo profugit, exſecrantibus, quâcunque incedebat, invocantibuſque parentum (9) furias viris mulieribuſque.

Pop. Rom. in Tarquinios concitatur.

LX. Harum rerum nunciis in caſtra perlatis, quum re novâ trepidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam Brutus, (ſenſerat enim adventum) ne obvius fieret; èodemque fere tempore, diverſis itineribus, Brutus Ardeam, Tarquinius Romam, venerunt. Tar-

& regiis juvenibus. (4) Putant, quicquid tandem illud ſit, haud ſine cauſâ fieri. (5) Præfectum equitum quos *celeres* vocabant. Vid. ſuprà. c. 15. (6) Sp. Lucretii Tricipitini. (7) Quæ præſentibus quidem ſuggerit rerum indignitas, at nequaquam ſunt relatu ſcriptoribus facilia. (8) *Præfectus urbis* fuit magiſtratus extraordinarius, qui per abſentiam regis conſulumve rempublicam adminiſtraret. Id ſervatum, donec prætores creari cœpti ſunt: tum enim, abſentibus conſulibus, *prætor urbanus* omnia eorum munia obibat; niſi quòd, Feriarum Latinarum cauſâ profectis in montem Albanum conſulibus, præfectus urbi conſtituebatur. Vid. Tac. Ann. 6. 11. (9) Furias ultrices ſcelerum a liberis in parentes commiſſorum.

quinio

quinio clausæ portæ, exsiliumque indictum: liberatorem urbis læta castra accepere; exactique inde liberi regis. Duo patrem secuti sunt, qui exsulatum Cære in Etruscos ierunt. Sex. Tarquinius, Gabios, tanquam in suum regnum, profectus, ab ultoribus veterum simultatum, quas sibi ipse cædibus rapinisque conciverat, est interfectus. L. Tarquinius Superbus regnavit annos quinque & viginti. Regnatum Romæ ab conditâ urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quatuor. Duo consules inde comitiis centuriatis a præfecto urbis ex (1) commentariis Ser. Tullii creati sunt, L. Junius Brutus & L. Tarquinius Collatinus.

Expelluntur.

U. c. 245.
A. C. 507.
Primi Coss.

C. 60. (1) Hoc vel ad comitia centuriata respicit; vel ad formam consularis imperii a Servio descriptam, quum in animo haberet regiam deponere potestatem. Vid. suprà c. 48.

EPITOME

EPITOME LIBRI SECUNDI.

BRUTUS jurejurando populum adstrinxit, neminem regnare Romæ passuros: Tarquinium Collatinum, collegam suum, propter affinitatem Tarquiniorum suspectum, coëgit consulatu se abdicare, & civitate cedere. bona regum diripi jussit; agrum Marti consecravit, qui campus Martius nominatus est. adolescentes nobiles, in quibus suos quoque & (1) sororis filios, quia conjuraverant de recipiendis regibus, securi percussit. servo indici, cui Vindicio nomen fuit, libertatem dedit: ex cujus nomine vindicta est appellata. Quum adversùs reges, qui, contractis Vejentium & Tarquiniensium copiis, bellum intulerant, exercitum duxisset, in acie cum Arunte, filio Superbi, commortuus est; eumque matronæ annum luxerunt. P. Valerius consul legem de provocatione ad populum tulit. Capitolium dedicatum est. Porsena, rex Clusinorum, bello pro Tarquiniis suscepto, quum ad Janiculum venisset, ne Tiberim transiret, virtute Coclitis Horatii prohibitus est; qui, dum alii pontem sublicium rescindunt, solus Etruscos sustinuit: &, ponte rupto, armatus se in flumen misit, & ad suos tranavit. Alterum accessit virtutis exemplum a Mucio: qui, quum ad feriendum Porsenam castra hostium intrasset, occiso scribâ, quem regem esse putabat, comprehensus, impositam altaribus manum, in quibus sacrificatum erat, exuri passus est; dixitque, tales trecentos esse conjuratos in mortem ipsius regis. quorum admiratione coactus Porsena pacis conditiones ferre, bellum omisit, acceptis obsidibus. ex quibus virgo una Clœlia, deceptis custodibus, per Tiberim ad suos tranavit: &, quum reddita esset, a Porsenâ honorificè remissa, equestri statuâ donata est. Ap. Claudius ex Sabinis Romam transfugit: ob hoc Claudia tribus adjecta est. Numerus tribuum ampliatus est, ut essent viginti una. Adversùs Tarquinium Superbum, cum Latinorum exercitu bellum inferentem, A. Postumius dictator prospere pugnavit apud lacum Regillum. Plebs, quum

(1) Alii habent *fratris.* Utraque lectio mendosa. Vitellii erant fratres uxoris Bruti. vid. c. 4. infrà. Aquillii nati fuere ex sorore Collatini. Fortasse probanda lectio quam unus codex manuscriptus præfert, *suos quoque fratres & filios.* *Fratrem* aliquando absolutè poni pro *fratre uxoris* testatur Drakenborchius.

propter

propter nexos ob æs alienum in Sacrum montem secessisset, consilio Menenii Agrippæ a seditione revocata est. Idem Agrippa, quum decessisset, propter paupertatem publico impendio elatus est. Tribuni plebis quinque creati sunt. Oppidum Volscorum Corioli captum est virtute & operâ C. Marcii. qui ob hoc Coriolanus vocatus est. Ti. Atinius, vir de plebe, quum in visu admonitus esset, ut de quibusdam religionibus ad senatum perferret, & neglexisset, amisso filio debilis factus, postquam, delatus ad senatum lecticâ, eadem illa indicaverat, usu pedum recepto domum reversus est. Quum C. Marcius Coriolanus, qui in exsilium erat pulsus, dux Volscorum factus, exercitum hostium urbi Romæ admovisset, & missi ad eum primùm legati, postea sacerdotes frustra deprecati essent, ne bellum patriæ inferret; Veturia mater & Volumnia uxor impetraverunt ab eo, ut recederet. Lex agraria primùm lata est. Sp. Cassius consularis regni crimine damnatus est necatusque. Oppia, virgo Vestalis, ob incestum viva defossa est. Quum vicini hostes Vejentes incommodi magis, quàm graves, essent, familia Fabiorum id bellum gerendum depoposcit; misitque in id trecentos sex armatos, qui ad Cremeram ad unum ab hostibus cæsi sunt, uno impubere domo relicto. Ap. Claudius consul, quum adversùs Volscos contumaciâ exercitûs malè pugnatum esset, decimum quemque militum fuste percussit. Res præterea adversùm Volscos, & Aequos, & Vejentes, & seditiones inter Patres plebemque continet.

T. LIVII

U. c. 245.
A. C. 507.
L. Junio
Bruto, L.
Tarquinio
Collatino,
Cofs.

T. LIVII PATAVINI

LIBER SECUNDUS.

Libertas pop. Rom. tempeſtivè conſtituta.

I. LIBERI jam hinc populi Romani res, pace belloque geſtas, annuos magiſtratus, imperiaque legum potentiora quàm hominum, peragam. Quæ libertas ut lætior eſſet, proxima regis ſuperbia fecerat. nam priores ita regnarunt, ut haud immeritò omnes deinceps conditores (1) partium certè urbis, quas novas ipſi ſedes ab ſe auctæ (2) multitudini addiderunt, numerentur: neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriæ, Superbo exacto rege meruit, peſſimo (3) publico id facturus fuerit, ſi libertatis immaturæ cupidine priorum regum alicui regnum extorſiſſet. Quid enim futurum fuit, ſi illa paſtorum convenarumque plebs, transfuga ex ſuis populis, ſub tutelâ inviolati (4) templi, aut libertatem, aut certè impunitatem adepta, ſoluta regio metu, agitari cœpta eſſet tribuniciis procellis? & in alienâ urbe cum Patribus ſerere certamina, priuſquam pignora conjugum ac liberorum, caritaſque ipſius ſoli, cui longo tempore aſſueſcitur, animos eorum conſociaſſet (5)? Diſſipatæ res nondum adultæ diſcordiâ forent: quas (6) fovit tranquilla moderatio imperii, eòque nutriendo perduxit, ut bonam frugem libertatis maturis jam viribus ferre poſſent. Libertatis autem originem inde magis, quia annuum imperium conſulare factum eſt, quàm quòd (7) deminutum quicquam ſit ex regiâ

C. I. (1) Ita regnarunt, ut conditores, non quidem urbis, at partium ſaltem a ſe additarum, haberi poſſent. (2) Vox *multitudini* referenda non ad verbum *addiderunt*, ſed ad *ſedes*. (3) Maximo reipublicæ damno. ſic Varro, *peſſimo publico ædificatus*. & Tac. Ann. 3. 70. *egregium publicum*. (4) Sc. aſyli. (5) *Conſociaſſet*, pro, *conſociaſſent*; quia proximè præcedit *caritas*. E. (6) Tranſlatio ducta ab arboribus ſenſim adoleſcentibus. (7) *Diminuere* proprie eſt *in minores particulas diſpergendo minuere*; *deminuere* eſt

regiâ poteſtate, numeres. Omnia jura, omnia (8) inſignia primi conſules tenuere. id modò cautum eſt, ne, ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior concedente collegâ, faſces habuit: qui non acrior vindex libertatis fuerat, quàm deinde cuſtos fuit. Omnium primùm avidum novæ libertatis populum, ne poſtmodum flecti precibus aut donis regiis poſſet, jurejurando adegit, neminem Romæ paſſuros regnare. Deinde, quo plus virium in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis deminutum Patrum numerum, primoribus equeſtris gradûs lectis ad (9) trecentorum ſummam explevit. traditumque inde fertur, ut (10) in ſenatum vocarentur, qui patres, quique conſcripti eſſent. conſcriptos, videlicet, in novum ſenatum appellabant (11) lectos. Id mirum quantùm (12) profuit ad concordiam civitatis, jungendoſque Patribus (13) plebis animos.

P. R. jurat ſe regnari Romæ non paſſurum.

II. Rerum deinde divinarum habita cura. &, quia quædam publica ſacra per ipſos reges factitata erant, ne (1) ubiubi regum deſiderium eſſet, regem ſacrificulum creant. Id ſacerdotium pontifici ſubjecere, ne (2) additus nomini honos aliquid libertati, cujus tunc prima erat cura, officeret. ac neſcio (3) an, nimis undique eam minimis quoque rebus muniendo, modum exceſſerint. Conſulis enim alterius, quum nihil aliud offenderit, nomen inviſum civitati fuit. *Nimiùm Tarquinios regno aſſueſſe. initium a Priſco factum. Regnaſſe deinde Ser. Tullium. ne (4) intervallo quidem facto, oblitum, tanquam alieni, regni Superbum*

Rex ſacrificulus.

Collatinus ob Tarquinii nomen inviſus.

eſt *de re auferre ut minor fiat.* Librarii ſæpe has voces confundunt; nec conſtat annon & ipſi auctores. (8) Præter coronam, ſceptrum, & trabeam. Quanquam hâc quidem uſi conſules, ſed raró. vid. not. 4. ad. c. 41. l. 1. (9) Vid. not. 3. ad. c. 35. l. 1. (10) In curiam citarentur per præconem. (11) Poſtea obtinuit ut ſenatores omnes promiſcuè Patres conſcripti appellarentur.. (12) Vid. not. 7. ad c. 16. l. 1. (13) Livius jam dixerat *primores equeſtris gradûs* in ſenatum lectos eſſe. Dionyſius ſcribit omnes fuiſſe de plebe. Hinc conjicere licet eos fuiſſe quidem de plebe, at qui *cenſum equeſtrem* haberent. E.

C. 2. (1) i. e. in ullâ parte officii. Sic *qualiſqualis, quantuſquantus, undeunde,* pro, *qualiſcunque* &c. (2) Ne, ſi nomini per ſe magnifico adderetur aliquis honos, id officeret libertati. Porro ſcivere, ne regi ſacrificulo aut magiſtratum gerere, aut orationem habere ad populum liceret. (3) *Neſcio an* affirmativè pro *fortaſſe* haud raró uſurpatur. (4) Ne intervallum quidem illud, quo regnaverit Serv. Tullius, efficere potuiſſe ut Superbus Tarquinius obliviſceretur regni tanquam alieni, nec quicquam jam ad ſe pertinentis;

Superbum Tarquinium; velut hæreditatem gentis ſcelere ac vi repetiſſe. Pulſo Superbo, penes Collatinum imperium eſſe. Neſcire Tarquinios privatos vivere. non placere nomen. periculoſum libertati eſſe. Hic primò ſenſim tentantium animos ſermo per totam civitatem eſt datus, ſollicitamque ſuſpicione plebem Brutus ad concionem vocat. Ibi omnium primùm jusjurandum populi recitat. *Neminem regnare paſſuros, nec eſſe Romæ unde periculum libertati foret. Id ſummâ ope tuendum eſſe: neque ullam rem, quæ eò pertineat, contemnendam. Invitum ſe dicere hominis causâ: nec dicturum fuiſſe, ni caritas reipublicæ vinceret. Non credere populum Romanum, ſolidam libertatem recuperatam eſſe. Regium* (5) *genus, regium nomen, non ſolùm in civitate, ſed etiam in imperio eſſe. Id officere, id obſtare libertati. Hunc tu*, inquit, *tuâ voluntate, L. Tarquini, remove metum. Meminimus, fatemur, ejeciſti reges. Abſolve beneficium tuum. Aufer hinc regium nomen. Res tuas tibi non ſolùm reddent cives tui, auctore me; ſed, ſi quid deeſt, munificè* (6) *augebunt. Amicus abi. exonera civitatem vano forſitan metu. Ita perſuaſum eſt animis, cum gente Tarquiniâ regnum hinc abiturum.* Conſuli primò tam novæ rei ac ſubitæ admiratio incluſerat vocem. Dicere deinde incipientem primores civitatis circumſiſtunt, eadem multis precibus orant. Et ceteri quidem movebant minùs. poſtquam Sp. Lucretius, major (7) ætate ac dignitate, ſocer præterea ipſius, agere variè, rogando alternis ſuadendoque, cœpit, ut vinci ſe conſenſu civitatis pateretur; timens conſul, ne poſtmodum privato ſibi eadem illa cum bonorum amiſſione, additâque aliâ inſuper ignominiâ, acciderent, abdicavit ſe conſulatu: rebuſque ſuis omnibus Lavinium tranſlatis, civitate ceſſit. Brutus ex ſenatusconſulto ad populum tulit, ut omnes Tarquiniæ gentis exſules eſſent: collegam ſibi

Abdicat ſe conſulatu.

pertinentis; ſed illum, velut hæreditatem paternam, regnum repetiſſe etiam per vim & ſcelus. (5) At Brutus ipſe genus maternum a Tarquiniis traxit. Verius igitur videtur quod Dionyſius & Plutarchus narrant; Collatinum non pulſum urbe, niſi poſtquam Aquillios ſororis filios merito ſupplicio eripere conatus, in ſuſpicionem civibus ſuis venerit propenſioris in tyrannos animi. (6) Quod quidem fecerunt, teſte Dionyſio. (7) Major dicitur reſpectu ceterorum, qui Collatinum minùs movebant. Quidam volunt eum majorem dici quàm Collatinus ætate ac dignitate: quod quidem ferri poteſt; nam *dignitas* notat quamvis auctoritatem aut amplitudinem.

comitiis

comitiis centuriatis creavit P. Valerium, quo adjutore reges ejecerat. *Sufficitur P. Valerius.*

III. Quum haud cuiquam in dubio esset, bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem spe omnium serius fuit. ceterùm, id quod non timebant, per dolum ac proditionem propè libertas amissa est. Erant in Romanâ juventute adolescentes aliquot, nec ii tenui loco orti, quorum in regno libido solutior fuerat, æquales sodalesque adolescentium Tarquiniorum, assueti more regio vivere. Eam tum, æquato jure omnium, licentiam quærentes, libertatem aliorum in suam vertisse servitutem inter se conquerebantur. *Regem hominem esse, a quo impetres, ubi jus, ubi injuria opus sit: esse (1) gratiæ locum, esse beneficio; & irasci & ignoscere posse: inter amicum atque inimicum discrimen nosse. Leges rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem melioremque inopi, quàm potenti: nihil laxamenti nec veniæ habere, si modum excesseris. periculosum esse, in tot humanis erroribus solâ (2) innocentiâ vivere.* Ita, jam suâ sponte ægris animis, legati ab regibus superveniunt, sine mentione reditûs bona tantùm repetentes. eorum verba postquam in senatu audita sunt, per aliquot dies ea consultatio tenuit: ne non reddita, belli causa; reddita, belli materia & adjumentum essent. Interim legati alii alia moliri, apertè bona repetentes, clam recuperandi regni consilia struere. &, tanquam (3) ad id quod agi videbatur, ambientes nobilium adolescentium animos pertentant. a quibus placidè oratio accepta est, his literas ab Tarquiniis reddunt; & de accipiendis clam nocte in urbem regibus colloquuntur. † † *Conjuratio de regibus revocandis.*

IV. Vitelliis Aquilliisque fratribus primò commissa res est. Vitelliorum soror consuli nupta Bruto erat: jamque ex eo matrimonio adolescentes erant liberi, Titus Tiberiusque. eos quoque in societatem consilii avunculi assumunt. præterea & nobiles aliquot adolescentes conscii assumpti, quorum vetustate memoria abiit. Interim quum in senatu vicisset sententia, quæ censebat reddenda bona; eamque ipsam causam moræ in urbe haberent legati, quòd spatium ad vehicula comparanda a consulibus sumpsissent, quibus regum asportarent res; omne id tempus cum con-

C. 3. (1) Regem gratiâ flecti, & beneficio conciliari posse. (2) Solius innocentiæ præsidio tutus esse. (3) Et, per speciem ejus negotii quod curare credebantur, circumeuntes domos.

juratis consultando absumunt; evincuntque instando, ut literæ sibi ad Tarquinios darentur: nam aliter quî credituros eos, non vana ab legatis super rebus tantis afferri? Datæ literæ, ut pignus fidei essent, manifestum facinus fecerunt. nam quum pridie quàm legati ad Tarquinios proficiscerentur, & (1) cœnatum forte apud Vitellios esset, conjuratique ibi, remotis arbitris, multa inter se de novo, ut fit, consilio egissent; sermonem eorum ex servis unus excepit, qui jam antea id senserat agi: sed eam occasionem, ut literæ legatis darentur, quæ deprehensæ rem coarguere possent, exspectabat. postquam datas sensit, rem ad consules detulit. Consules, ad deprehendendos legatos conjuratosque profecti domo, sine tumultu rem omnem oppressere: literarum in primis habita cura, ne interciderent. proditoribus extemplò in vincula conjectis, de legatis paullulum addubitatum est: & quanquam visi sunt commisisse (2) ut hostium loco essent, jus tamen gentium valuit.

Opprimitur.

Bona Tarquiniorum diripiuntur, aut consecrantur.

V. De bonis regiis, quæ reddi antè censuerant, res integra (1) refertur ad Patres. illi victi irâ vetuere reddi, vetuere in publicum redigi. Diripienda plebi sunt data; ut, (2) contacta regiâ prædâ, spem in perpetuum cum his pacis amitteret. Ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius (3) deinde campus fuit. Fortè ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi. quem campi fructum quia religiosum (4) erat consumere, desectam cum stramento segetem magna vis hominum simul immissa (5) corbibus fudere in Tiberim, tenui fluentem aquâ, ut mediis caloribus solet. ita in vadis hæsitantis frumenti acervos sedisse illitos limo. Insulam (6) inde paullatim, & aliis, quæ fert temere flumen, eódem

C. 4. (1) Crevierius aliique malunt abesse copulam *&*; ac ille quidem, quum Livium formâ minore edidit, eam prorsus delevit: at contra fidem codicum. Fortasse lectio vulgaris sic defendi potest; *quum pridie* [esset] *ejus diei quo legati* &c. E. (2) *Committere ut*, pro, *præbere occasionem ad rem aliquam*, frequenter occurrit apud Ciceronem.

C. 5. (1) Tanquam si nihil unquam de eo statutum esset. (2) Ut, plebs particeps facta regiæ prædæ, culpam apud reges contraheret. Sic infrà l. 31. c. 8. *multis in Italiâ contactis gentibus Punici belli societate.* & l. 38. c. 55. *ut omnia contacta societate peculatûs viderentur.* (3) Dionysius narrat hunc agrum jam olim Marti sacratum fuisse, sed a Tarquinio consitum. (4) Religio vetuit. (5) Immissa sc. in segetem, fudere corbibus in Tiberim. *Corbis* vas est satis amplum viminibus contextum. (6) *Sacram*

dem invectis, factam. poſtea credo additas moles, manuque (7) adjutam, ut tam eminens area, firmaque templis quoque ac porticibus ſuſtinendis eſſet. Direptis bonis regum, damnati proditores, ſumptumque ſupplicium, conſpectius eò, quòd pœnæ capiendæ miniſterium patri de liberis conſulatus impoſuit; &, qui ſpectator erat amovendus, eum ipſum fortuna exactorem ſupplicii dedit. Stabant deligati ad palum nobiliſſimi juvenes. ſed a ceteris, velut ab ignotis capitibus, conſulis liberi omnium in ſe averterant oculos; miſerebatque non pœnæ magis homines, quàm ſceleris, quo pœnam meriti eſſent; illos, eo potiſſimùm anno patriam liberatam, patrem liberatorem, conſulatum ortum ex domo Juniâ, Patres, plebem, quicquid Deorum hominumque Romanorum eſſet, induxiſſe in animum, ut ſuperbo quondam regi, tum infeſto exſuli, proderent. Conſules in ſedem proceſſere ſuam, miſſique lictores ad ſumendum ſupplicium nudatos virgis cædunt, ſecurique feriunt: quum inter omne tempus pater, vultuſque, & os ejus, ſpectaculo eſſet, eminente (8) animo patrio inter publicæ pœnæ miniſterium. Secundùm pœnam nocentium, ut in utramque partem arcendis ſceleribus exemplum nobile eſſet, præmium indici, pecunia ex ærario, libertas & civitas, data. Ille primùm dicitur vindictâ (9) liberatus. quidam vindictæ quoque nomen tractum

Proditores pœnas dant.

ceram dictam. (7) Solum operâ humanâ firmatum. (8) Erumpentibus paterni in liberos affectûs indiciis, inter triſte illud ſupplicii de iis exigendi miniſterium, quod ipſi conſulatus imponebat. Sic rectè Crevierius. *Patrium* id ſæpe dicitur, quod patrem decet; & *eminere* id, quod inſigne & conſpicuum eſt: ut, *animus eminet maximè in contemnendis doloribus*. Cic. Sed Drakenborchius *animum patrium* capit ſimpliciter pro *animo patris*; & Livium indicaſſe putat quod conſtans animus Bruti, licet patris, *eminebat* ſupra ſpectaculum vultûs & oris, i. e. magis ſpectaculo erat quàm vultûs & oris conſtantia. At quî, quæſo, conſpicua fieret conſtantia animi, niſi ex conſtantiâ vultûs? Qui illa magis quàm hæc ſpectaculo eſſe poſſet? Scio equidem alios retuliſſe Brutum animo & vultu conſtanti filiorum ſupplicium conſpexiſſe. Id verò parum curo; nam hujuſmodi narrationis circumſtantiæ non tam ex fide hiſtoricâ pendent, quàm ex ingenio narrantis: Liviique ingenium in hâc re magis laudo, quàm Dionyſii & aliorum. Filios ſuos neci tradere, conſulem ac civem Romanum decuit; at ſupplicium eorum animo vultuque immoto ſpectare, id verò neque conſulem neque civem neque hominem deceret. E. (9) Virgâ quæ capiti ſervi manumittendi imponebatur. De ſolenni

tractum ab illo putant; Vindicio ipsi nomen fuisse. Post illum observatum, ut, qui ita (10) liberati essent, in civitatem accepti viderentur.

Tarquinii bellum moliuntur.

VI. His, sicut acta erant, nunciatis, incensus Tarquinius non dolore solùm tantæ ad irritum cadentis spei, sed etiam odiò irâque, postquam dolo viam obseptam vidit, bellum apertè moliendum ratus, circumire supplex Etruriæ urbes; orare maximè Vejentes Tarquinienses que, *ne* (1) *se ortum, ejusdem sanguinis, extorrem egentem ex tanto modò regno, cum liberis adolescentibus ante oculos suos perire sinerent. Alios peregre in regnum Romam accitos: se regem, augentem bello Romanum imperium, a proximis sceleratâ conjuratione pulsum. eos inter se, quia nemo unus satis dignus regno visus sit, partes regni rapuisse; bona sua diripienda populo dedisse, ne quis expers sceleris esset. Patriam se regnumque suum repetere, & persequi ingratos cives velle. Ferrent opem, adjuvarent; suas quoque veteres injurias ultum irent, toties cæsas legiones, agrum ademptum.* Hæc moverunt Vejentes: ac pro se quisque, Romano saltem duce, ignominias demendas, belloque amissa repetenda, minaciter fremunt. Tarquinienses (2) nomen ac cognatio movet. pulchrum videbatur, suos Romæ regnare. Ita duo duarum civitatium exercitus, ad repetendum regnum belloque persequendos Romanos, secuti Tarquinium. Postquam in agrum Romanum ventum est, obviàm hosti consules eunt. Valerius quadrato agmine peditem ducit: Brutus ad explorandum cum equitatu antecessit. Eodem modo primus (3) eques hostium agminis fuit; præerat Aruns Tarquinius, filius regis: rex ipse cum legionibus sequebatur. Aruns, ubi ex lictoribus procul consulem esse; deinde jam propiùs ac certiùs facie quoque Brutum cognovit, inflammatus irâ, *Ille est vir*, inquit, *qui nos extorres expulit patriâ. Ipse, en, ille, nostris decoratus insignibus, magnificè incedit. Dii regum ultores adeste.* Con-

solenni more servos manumittendi consulant tirones Rosinum, aut alium quemvis de antiq. Rom. scriptorem. (10) Æque ac ii qui, ex Servii instituto, per *censum* manumittebantur; quod fiebat, quum servi nomen, consentiente aut jubente domino, in tabulas census referretur.

C. 6. (1) *Ne ortum* ex *se*, sc. ex Etruscis. *Se* in casu sexto est. Sic suprà l. 1. c. 32. *filiâ ortus*; & alibi sæpe. (2) Vid. l. 1. c. 34. (3) Equitatus etiam in hostium agmine primum locum tenuit. *Eques* pro equitatu Tacitus usurpat. Ann. 1. 60.

citat

citat calcaribus equum, atque in ipſum infeſtus conſulem dirigit. Senſit in ſe iri Brutus. Decorum erat tum ipſis capeſſere pugnam ducibus: avidè itaque ſe certamini offert. adeòque infeſtis animis concurrerunt, neuter, dum hoſtem vulneraret, ſui protegendi corporis memor, ut, *Bruti mors.* contrario ictu per parmam uterque transfixus, duabus hærentes haſtis moribundi ex equis lapſi ſint. ſimul & cetera equeſtris pugna cœpit; neque ita multo pòſt & pedites ſuperveniunt. Ibi variâ victoriâ, & velut æquo Marte *Pugna dubia.* pugnatum eſt. dextra utrinque cornua vicere, læva ſuperata. Vejentes, vinci ab Romano milite aſſueti, fuſi fugatique. Tarquinienſis, novus hoſtis, non ſtetit ſolùm, ſed etiam ab ſuâ parte Romanum pepulit.

VII. Ita quum pugnatum eſſet, tantus terror Tarquinium atque Etruſcos inceſſit, ut, omiſsâ irritâ re, nocte ambo exercitus, Vejens Tarquinienſiſque, ſuas quiſque abirent domos. Adjiciunt miracula huic pugnæ: ſilentio proximæ noctis ex ſilvâ Arſiâ ingentem editam vocem; Silvani vocem eam creditam; hæc dicta, *Uno plus Etruſcorum cecidiſſe in acie; vincere bello Romanum.* Ita certè inde abiere Romani, ut victores; Etruſci pro victis. Nam, poſtquam illuxit, nec quiſquam hoſtium in conſpectu erat, P. Valerius conſul ſpolia legit, triumphanſque inde Romam rediit. collegæ funus, quanto tum potuit apparatu, fecit. ſed multo majus morti decus publica fuit mœſtitia, eò ante omnia inſignis, quia matronæ annum (1), ut parentem, eum luxerunt, quòd tam acer ultor violatæ pudicitiæ fuiſſet. Conſuli deinde, qui ſuperfuerat, ut ſunt mutabiles vulgi animi, ex (2) favore non in- *Valerius affectati regni inſimulatus.* vidia modò, ſed ſuſpicio etiam cum atroci crimine, orta. Regnum eum affectare, fama ferebat: quia nec collegam ſubrogaverat in locum Bruti, & ædificabat in ſummâ (3) Veliâ. ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore. Hæc dicta vulgò creditaque quum indignitate angerent conſulis animum, vocato ad concilium populo, ſummiſſis

C. 7. (1) Annum *decem menſium* hìc intelligendum eſſe quidam contendunt. Tamdiu certè, ex inſtituto Numæ, viros ſuos viduæ lugebant. (2) Favore vulgi ſe vertente in invidiam ac ſuſpicionem. (3) Editiore parte

Submittit fasces populo. summissis (4) fascibus in concionem (5) escendit. Gratum id multitudini spectaculum fuit; summissa sibi esse imperii insignia: confessionemque factam, populi, quàm consulis, majestatem vimque majorem esse. Ubi audire jussi, *Se purgat.* consul *laudare fortunam collegæ, quòd, liberatâ patriâ, in summo honore, pro republicâ dimicans, maturâ gloriâ, necdum se vertente in invidiam, mortem occubuisset. se superstitem gloriæ suæ ad crimen atque invidiam superesse: ex liberatore patriæ, ad (6) Aquillios se Vitelliosque recidisse. Nunquamne ergo,* inquit, *ulla adeò a (7) vobis spectata virtus erit, ut suspicione violari nequeat? Ego me, illum acerrimum regum hostem, ipsum cupiditatis regni crimen subiturum timerem? Ego, si in ipsâ arce Capitolioque habitarem, metui me crederem posse a civibus meis? tam levi (8) momento mea apud vos fama pendet? Adeóne est fundata leviter fides, ut, ubi sim, quàm qui sim, magis referat? Non obstabunt P. Valerii ædes libertati vestræ, Quirites; tuta erit vobis Velia. Deferam non in planum modò ædes, sed colli etiam subjiciam: ut vos supra suspectum me civem habitetis. In Veliâ ædificent, quibus meliùs, quàm P. Valerio, creditur libertas (9).* Delata confestim materia omnis infra Veliam; &, ubi nunc Vicæpotæ (10) est, domus in infimo clivo ædificata.

Leges ab eo latæ. VIII. Latæ deinde leges, non solùm quæ regni suspicione consulem absolverent, sed quæ adeò in contrarium (1) verterent, ut popularem (2) etiam facerent. inde cognomen factum Publicolæ est. ante omnes de provocatione adversùs magistratus ad populum, sacrandoque (3) cum bonis

parte montis Palatini. (4) Tunc etiam fascibus secures demptos narrat Dionysius, atque inde institutum mansisse, ut fasces cum securibus nunquam in urbe consulibus præferrentur. (5) Verbum *escendere*, apud optimos auctores usurpatum, librarii indocti sæpissime immutarunt. (6) Eò recidisse, ut cum Aquilliis Vitelliisque compararetur. (7) Meliùs abesset præpositio *a*; nec habent tres codices manuscripti. (8) Observandum est quod omnes fere scripti habent, *tam levi momentaneaque apud vos fama pendere*: neque ulla videtur esse causa cur huic vulgata lectio præferatur, nisi quòd vox *momentaneus* sequioris Latinitatis esse censetur. (9) Superiora omnia miro artificio composita mihi videntur; atque optimè hominem dolentem, indignantem, ac sibi conscium recti, repræsentare. E. (10) Ædes Vicæpotæ, i. e. Victoriæ; sic dictæ a *vincendo* & *potiundo*.

C. 8. (1) Supple rem, aut quid simile. (2) Populo acceptum. Cicero dicit, *duo semper genera fuisse eorum qui versari in republicâ statuerunt*, nempe, *populares* & *optimates*. Pro Sext. (3) Diris devovendo. Eum, cujus caput hoc

bonis capite ejus, qui regni occupandi consilia iniisset, gratæ in vulgus leges fuere. Quas quum solus pertulisset, ut sua unius in his gratia esset, tum deinde comitia collegæ subrogando habuit. Creatus Sp. Lucretius consul, qui magno natu, non sufficientibus jam viribus ad consularia munera obeunda, intra paucos dies moritur. Suffectus in Lucretii locum M. Horatius Pulvillus. Apud quosdam veteres auctores non invenio Lucretium consulem: Bruto statim Horatium suggerunt. credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoriâ (4) intercidisse. Nondum dedicata erat in Capitolio Jovis ædes. Valerius Horatiusque consules sortiti, uter dedicaret. Horatio sorte evenit. Publicola ad Vejentium bellum profectus. Aegriùs quàm dignum erat tulere Valerii necessarii, dedicationem tam inclyti templi Horatio dari. id omnibus modis impedire conati, postquam alia frustra tentata erant, postem (5) jam tenenti consuli fœdum inter precationem Deûm nuncium incutiunt; *mortuum ejus filium esse, funestâque (6) familiâ dedicare eum templum non posse.* Non (7) crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. Nihil (8) aliud ad eum nuncium a proposito aversus, quàm ut cadaver efferri (9) juberet, tenens postem, precationem peragit, & dedicat templum. Hæc post exactos reges domi militiæque gesta primo anno. Inde P. Valerius iterum, T. Lucretius consules facti.

Suffectus Bruto Lucretius; huic Horatius.

Capitolium dedicatur.

U. c. 246. A C. 506. P. Valerio. II. T. Lucretio Coss.

IX. Jam Tarquinii ad Lartem (1) Porsenam, Clusinum regem, perfugerant. ibi, miscendo consilium precesque, nunc orabant, *ne se, oriundos ex Etruscis, ejusdem sanguinis*

hoc sensu sacrum esset, cuivis impunè occidere licebat. (4) Latini dicunt, tam, *memoriam rei intercidisse*, quàm, *rem memoriâ intercidisse*. (5) Nempe templi. *Postem teneri opertere in dedicatione templi* testis est Cicero, pro domo. (6) *Funesta familia* dicebatur tantisper, dum cadaver humatum non esset. vid. Virg. Æn. l. 6. v. 150. (7) An nuncio nihil fidei habuerit, an tantum roboris animo fuerit ut, licet crediderit, nullum tamen perturbationis indicium daret; id nec certo traditur, nec facile est est ex merâ conjecturâ decernere. (8) Eatenus tantùm aversus a proposito ut juberet &c. (9) Nimirum Consul illud omen non accepit. Nam *oblativa* auguria, i. e. quæ incogitantibus offerebantur, licebat repudiare: non item *impetrativa*, quæ quis a diis petita impetrasset.

C. 9. (1) *Lartem* quidam volunt esse nomen honoris, nempe principis e duodecim Lucumonibus Etruriæ: at Dionysius accipit pro nomine viri,

nis nominisque, egentes exsulare pateretur : nunc monebant etiam, *ne orientem morem pellendi reges inultum sineret. Satis libertatem ipsam habere dulcedinis. Nisi, quantâ vi civitates eam expetant, tantâ regna reges defendant, æquari summa infimis. nihil excelsum, nihil, quod supra cetera emineat, in civitatibus fore. Adesse finem regnis, rei inter Deos hominesque pulcherrimæ.* † Porsena, tum regem esse Romæ, tum Etruscæ gentis regem, amplum (2) Tuscis ratus, Romam infesto exercitu venit. Non unquam aliàs antè tantus terror senatum invasit. Adeò valida res tum Clusina erat, magnumque Porsenæ nomen. nec hostes modò timebant, sed suosmet ipsi cives, ne Romana plebs, metu perculsa, receptis in urbem regibus, vel cum servitute pacem acciperet. Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab senatu data. annonæ inprimis habita cura, & ad frumentum comparandum missi, alii in Volscos, alii Cumas. Salis quoque vendendi (3) arbitrium, quia impenso pretio venibat, in publicum omne sumptum, ademptum privatis. Portoriisque (4) & tributo plebes liberata, ut divites conferrent, qui oneri ferendo essent : † pauperes satis stipendii pendere, si liberos educarent. Itaque hæc indulgentia Patrum, asperis postmodum rebus in obsidione ac fame, adeò concordem civitatem tenuit, ut regium nomen non summi magis, quàm infimi, horrerent : nec quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset, quàm tum bene imperando universus senatus fuit.

Porsena bellum infert P. Romano.

X. Quum hostes adessent, pro se quisque in urbem ex agris demigrant : urbem ipsam sepiunt præsidiis. alia muris, alia Tiberi objecto videbantur tuta. Pons sublicius iter penè hostibus dedit : ni unus vir fuisset, Horatius Cocles ; (id munimentum illo die fortuna urbis Romanæ habuit) qui, positus fortè in statione pontis, quum cap-

Hor. Coclitis fortitudo.

viri, *Porsenam* pro cognomine. (2) Honorificum & utile. (3) Jus vendendi salis, quia magno pretio venibat, actoribus publicis mandatum fuit, & ademptum privatis redemptoribus quibus antea locabatur. Hactenus editum *omni sumptu* ; quod sine dubio mendosum. Minima illa mutatio, quam, Gronovio auctore, in textum admisimus, sententiam expedit. Arbitrium non modò est jus & facultas permissa, sed & interdum merces ipsa quæ ob facultatem permissam solvitur. De salinis circa Ostiam ab Anco rege factis vid. l. I. c. 33. (4) Vectigalibus, quæ pro importatione & exportatione mercium solvebantur.

tum

tum repentino impetu Janiculum, atque inde citatos decurrere hostes vidisset, trepidamque turbam suorum arma ordinesque relinquere, reprehensans singulos, obsistens, obtestansque Deûm & hominum fidem, testabatur; *nequicquam deserto (1) præsidio eos fugere. Si transitum (2) pontem a tergo reliquissent, jam plus hostium in Palatio Capitolioque, quàm in Janiculo, fore. Itaque monere, prædicere, ut pontem ferro, igni, quâcunque vi possent, interrumpant. Se impetum hostium, quantum corpore uno posset obsisti, excepturum.* Vadit inde in primum aditum pontis: insignisque inter conspecta cedentium (3) pugnæ terga, obversis cominus ad ineundum prœlium armis, ipso miraculo audaciæ obstupefecit hostes. duos tamen cum eo pudor tenuit, Sp. Lartium ac T. Herminium, ambos claros genere factisque. Cum his primam periculi procellam, & quod tumultuosissimum pugnæ erat, parumper sustinuit. deinde eos quoque ipsos, exiguâ parte pontis relictâ, revocantibus qui rescindebant, cedere in tutum coëgit. Circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres Etruscorum, nunc singulos provocare, nunc increpare omnes, *Servitia regum superborum, suæ libertatis immemores, alienam oppugnatum venire.* Cunctati aliquamdiu sunt, dum alius alium, ut prœlium incipiat, circumspectant. pudor deinde commovit aciem, &, clamore sublato, undique in unum hostem tela conjiciunt. Quæ quum in objecto cuncta scuto hæsissent, neque ille minus obstinatus ingenti pontem obtineret gradu, jam impetu conabantur detrudere virum; quum simul fragor rupti pontis, simul clamor Romanorum, alacritate perfecti operis sublatus, pavore subito impetum sustinuit. Tum Cocles, *Tiberine* (4) *pater,* inquit, *te sancte precor, hæc arma & hunc militem propitio flumine accipias.* Ita sic (5) armatus in Tiberim desiluit: multisque superincidentibus telis incolumis ad suos tranavit, rem ausus plus famæ habituram ad posteros, quàm fidei. Grata erga tantam virtutem civitas fuit: statua (6) in †

C. 10. (1) Deserto Janiculo, ubi præsidii causâ constituti fuerant. (2) Pontem, postquam eum ipsi transiissent. sic, *Alpes transitæ.* l. 21. c. 43. & *transito amne.* l. 23. c. 28. (3) Mallemus cum Gronovio, *pugnâ.* (4) Numen invocat Fluvii. vid. Virg. Æn. 8. 31. (5) Sicut erat armatus. [Simili modo οὕτως usurpatur apud Græcos. vid. Evang. sec. Joh. c. 4. v. 6. & quæ

(6) in comitio poſita; agri quantum uno die (7) circumaravit, datum. Privata quoque inter publicos honores ſtudia eminebant. nam in magnâ inopiâ, pro domeſticis copiis, unuſquiſque ei aliquid, fraudans ſe ipſe victu ſuo, contulit.

Porſena urbem obſidet.

XI. Porſena, primo conatu repulſus, conſiliis ab oppugnandâ urbe ad obſidendam verſis, præſidio in Janiculo locato, ipſe in plano ripiſque Tiberis caſtra poſuit; navibus undique accitis, & ad cuſtodiam, ne quid Romam frumenti ſubvehi ſineret, & ut prædatum milites trans flumen per occaſiones aliis atque aliis locis trajiceret: brevique adeò infeſtum omnem Romanum agrum reddidit, ut non cetera ſolùm ex agris, ſed pecus quoque omne in urbem compelleretur, neque quiſquam extra portas propellere auderet. Hoc tantum licentiæ Etruſcis, non metu magis, quàm conſilio, conceſſum. namque Valerius conſul, intentus in occaſionem multos ſimul & effuſos improviſò adoriundi, in parvis rebus negligens ultor, gravem ſe ad majora vindicem ſervabat. Itaque, ut eliceret prædatores, edicit ſuis, poſtero die frequentes portâ Eſquilinâ, quæ averſiſſima ab hoſte erat, expellerent pecus; ſcituros id hoſtes ratus, quòd in obſidione & fame ſervitia infida transfugerent. Et ſciere perfugæ indicio; multóque plures, ut in ſpem univerſæ prædæ, flumen trajiciunt. P. Valerius inde T. Herminium cum modicis copiis ad ſecundum (1) lapidem Gabinâ viâ occultum conſidere jubet: Sp. Lartium cum expeditâ juventute ad portam Collinam ſtare, donec hoſtis prætereat; deinde ſe objicere, ne ſit ad flumen reditus. Conſulum alter T. Lucretius portâ Næviâ (2) cum aliquot manipulis militum egreſſus: ipſe Valerius Cœlio monte cohortes delectas (3) educit. hique primi apparuere hoſti. Herminius, ubi

& quæ ad illum locum notavit Elſnerus. E.] (6) Eam poſtea de cælo tactam eſſe, & in Ædem Vulcani tranſlatam, narrat Gellius, l. 4. c. 5. (7) Uno ſulco circumduxit. Eundem honorem Mucio habitum refert Dionyſius.

C. 11. (1) In viis publicis milliaria lapidibus ſignari notum eſt. (2) Hæc erat inter Tiburtinam & Eſquilinam. E. (3) Portâ ſc. Cælimontanâ, quæ inter Næviam & Collinam erat. Sic hoſtes, quum portam Collinam prætcriiſſent, ex omni parte incluſi fuere, a fronte & a tergo, dextrâ

ubi tumultum sensit, concurrit (4) ex insidiis, versisque in Valerium Etruscis terga cædit. dextrâ lævâque, hinc a portâ Collinâ, illinc ab Næviâ, redditus clamor. ita cæsi in medio prædatores, neque ad pugnam viribus pares, & ad fugam septis omnibus viis. finisque ille tam effusè evagandi Etruscis fuit.

XII. Obsidio erat nihilominus & frumenti cum summâ caritate inopia; sedendoque expugnaturum se urbem spem Porsena habebat: quum C. Mucius, adolescens nobilis, cui indignum videbatur, populum Romanum servientem, quum sub regibus esset, nullo bello nec ab hostibus ullis obsessum esse; liberum eundem populum ab iisdem Etruscis obsideri, quorum sæpe exercitus fuderit; (1) itaque, magno audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus, primò suâ sponte penetrare in hostium castra constituit. dein metuens, ne, si consulum injussu & ignaris omnibus iret, fortè deprehensus a custodibus Romanis retraheretur ut transfuga, fortunâ (2) tum urbis crimen affirmante, senatum adiit: *Transire Tiberim*, inquit, *Patres*, & *intrare*, *si possim*, *castra hostium volo*; *non prædo*, *nec populationum in vicem ultor*. *majus*, *si Dii juvant*, *in animo est facinus*. Approbant Patres: abdito intra vestem ferro, proficiscitur. Ubi eò venit, in confertissimâ turbâ prope regium tribunal constitit. Ibi quum stipendium fortè militibus daretur, & scriba, cum rege sedens pari ferè ornatu, multa ageret, eum milites vulgò adirent; timens sciscitari, uter Porsena esset, ne ignorando regem semet ipse aperiret quis esset, quò (3) temerè traxit fortuna facinus, scribam pro rege obtruncat. Vadentem inde, quâ per trepidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat viam, quum, concursu ad clamorem facto, comprehensum

C. Mucii facinus.

dextrâ lævâque. E. (4) Ex insidiis consurgens in hostem irruit. Crevierius jubet legi *consurgit;* credo quia putavit verbum concurrere non dici absolutè de milite invadente hostem. At fallitur. Cic. ad Fam. 10. 30. *Antonius in aciem suas copias de vico produxit*, & *sine morâ concurrit*. E.

C. 12. (1) Nescio quid sibi voluit Crevierius, explicans *itaque* per "*adeoque*, & *idcirco*." Suspensa fuit oratio, uti recte observavit Gronovius, & illud *itaque* valet perinde ac si pleniùs dixisset, *is itaque*, *ut occepi dicere*, *Mucius constituit* &c. (2) Statu in quo tum erat urbs criminationem illam verisimilem reddente. sic infrà l. 32. c. 35. *opinionem affirmare*, i. e. stabilire. (3) Scribam obtruncat, in quem temerario fortunæ impulsu

prehensum regii satellites retraxissent, ante tribunal regis destitutus (4), tum quoque, inter tantas fortunæ minas, metuendus magis, quàm metuens; *Romanus sum*, inquit, *civis. C. Mucium vocant. hostis hostem occidere volui. nec ad mortem minus animi est, quàm fuit ad cædem. Et facere & pati (5) fortia, Romanum est. Nec unus in te ego hos animos gessi: longus post me ordo est idem petentium decus. Proinde in hoc discrimen, si juvat, accingere, ut in singulas horas capite (6) dimices tuo; ferrum hostemque in vestibulo habeas regiæ. Hoc tibi juventus Romana indicimus bellum. Nullam aciem, nullum prœlium timueris. Uni tibi, & cum singulis, res erit.* Quum rex, simul irâ incensus, periculoque conterritus, circumdari ignes minitabundus juberet, nisi expromeret properè, quas insidiarum sibi minas per ambages jaceret (7): *En tibi*, inquit, *ut sentias, quàm vile* † *corpus sit iis, qui magnam gloriam (8) vident:* dextramque accenso ad sacrificium foculo injicit. quam quum velut alienato ab sensu torreret animo; propè (9) attonitus miraculo rex, quum ab sede suâ prosiluisset amoverique ab altaribus juvenem jussisset, *Tu vero abi*, inquit, *in te magis, quàm in me, hostilia ausus. Juberem macte (10) virtute esse, si pro meâ patriâ ista virtus staret. Nunc jure belli (11) liberum te, intactum inviolatumque hinc dimitto.* Tum Mucius, quasi remunerans meritum, *Quandoquidem*, inquit, *est apud te virtuti honos, ut beneficio tuleris a me, quod minis*

pulsu actus est. (4) Verbum in illâ re sollenne. Sic infrà l. 23. c. 10. *ante pedes* destitutum *causam dicere jussit. Destituere* propriè est *defigere*; ut *furcas destituere.* Varr. (5) Pati fortiter. (6) Periculum capitis tui adeas. Dukerus & Crevierius addere volunt præpositionem *de.* At nil opus. Cic. ad Att. 10. 9. *Utinam meo solùm capite decernerem*, h. e. utinam ego solus in periculo versarer. Quare Dukerus dicit quòd in hoc loco Ciceronis "longe alia sententia est", prorsus ignoro. Contrà, eandem omnino sententiam esse patet vel ex verbis Mucii mox secuturis, *uni tibi res erit.* E. (7) Sic *jacere contumelias, convicia, injuriam, querimoniam, terrores.* (8) Quibus magna gloria est ante oculos animi. Sic Cic. pro Sext. *qui dignitatem, qui rempublicam, qui gloriam spectant.* Eodem modo Græci usurpant verbum ὁρᾷν. Lucian. Ο'υ γαρ ὄτε χρυσιον ἔτι, ὀυτε ἡδονας, ὄτε δοξας ὁρωσιν, ὡς διαφερεσθαι περι ἀυτων. (9) Attonitus propriè dicitur is qui fulmine afflatus est, qui proinde corpore & animo immobilis stupet. [Eodem sensu Anglicè dicimus *thunder-struck.* E.] (10) *Macte virtute esto*, & apud poetas, *macte virtutis*, sollennis est forma gratulandi ac hortandi. item, *macti virtute este.* Sic infrà l. 7. c. 36. *Mactus*, quasi *magis auctus*: & *macte* vel vocativus est, vel interjectio inde orta. (11) Liberatus a pænâ quam jure

minis nequisti; trecenti conjuravimus principes juventutis Romanæ, ut in te hâc viâ grassaremur. Mea prima sors fuit. ceteri, ut cuique ceciderit (12) primo, quoad (13) te opportunum fortuna dederit, suo quisque tempore, aderunt.

XIII. Mucium dimissum, cui postea Scævolæ (1) a clade dextræ manûs cognomen inditum, legati a Porsenâ Romam secuti sunt. Adeò moverat eum & primi periculi casus, quo nihil se præter errorem insidiatoris texisset, & subeunda dimicatio toties, quot conjurati superessent, ut pacis conditiones ultro ferret Romanis. Jactatum in conditionibus nequicquam de Tarquiniis in regnum restituendis, magis quia id negare ipse nequiverat Tarquiniis, quàm quod negatum iri sibi ab Romanis ignoraret. De agro (2) Vejentibus restituendo impetratum: expressaque (3) necessitas obsides dandi Romanis, si Janiculo præsidium deduci vellent. His conditionibus compositâ pace, exercitum ab Janiculo deduxit Porsena, & agro Romano excessit. Patres C. Mucio virtutis causâ trans Tiberim agrum dono dedere, quæ postea sunt Mucia prata appellata. Ergo, ita honoratâ virtute, feminæ quoque ad publica decora excitæ. Et Clœlia virgo, una ex obsidibus, quum castra Etruscorum fortè haud procul ripâ Tiberis locata essent, frustrata custodes, dux agminis virginum inter tela hostium Tiberim tranavit: sospitesque omnes Romam ad propinquos restituit. Quod ubi regi nunciatum est, primò incensus irâ oratores Romam misit ad Clœliam obsidem deposcendam; alias haud magni facere: deinde in admirationem versus, *supra Coclites Muciosque* dicere *id facinus esse*, & præ se ferre, *quemadmodum, si non dedatur obses, pro rupto se fœdus habiturum; sic deditam, inviolatam ad suos remissurum.* Utrinque constitit fides: & Romani pignus pacis ex fœdere restituerunt: & apud regem

Porsena de pace agit.

Clœlia.

jure belli a te exigere possem. Sic infrà l. 4. c. 33. *liberi frenis equi.* (12) Resecanda videtur vox *primo.* At quoniam eam codices constanter servant, videndum annon vera sit lectio quam plures habeant manuscripti, *utcunque ceciderit primo*, h. e. *utcunque* res *ceciderit* mihi *primo*, quicunque fuerit exitus mihi cujus prima fuit sors. (13) Donec, magis commodam quàm ego nactus sum, occasionem te interficiendi fortuna dederit.

C. 13. (1) Scæva is dicitur qui manu sinistrâ pro dextrâ utitur: a Græco σκαιός. (2) Dionysius narrat quòd Porsena hunc agrum non Veientibus restitui postulavit, sed sibi pretium quasi pacis dari; quod verius videtur, nam Livius eum a Porsenâ restitutum Romanis narrat, infrà c. 15. (3) Fateor me in hoc loco valde hærere. Interpretes silent, & codices

gem Etrufcum non tuta folùm, fed honorata etiam, virtus fuit: laudatamque virginem parte (4) obfidum fe donare dixit: ipfa, quos vellet, legeret. Productis omnibus, elegiffe impubes dicitur: quod & virginitati decorum, & confenfu obfidum ipforum probabile (5) erat, eam ætatem potiffimùm liberari ab hofte, quæ maximè opportuna injuriæ effet. Pace redintegratâ, Romani novam in feminâ virtutem novo genere honoris ftatuâ equeftri, donavere. in fummâ Sacrâ viâ fuit pofita virgo infidens equo.

XIV. Huic tam pacatæ profectioni ab urbe regis Etrufci abhorrens mos, traditus ab antiquis, ufque ad noftram ætatem inter cetera follennia manet (1) bonis vendendis, bona Porfenæ regis vendendi. Cujus originem moris, neceffe eft, aut inter bellum natam effe, neque omiffam in pace; aut a mitiore creviffe principio, quàm (2) hic præ fe ferat titulus bona hoftiliter vendendi. Proximum vero eft ex iis quæ traduntur, Porfenam, difcedentem ab Janiculo, caftra opulenta, convecto ex propinquis ac fertilibus Etruriæ arvis commeatu, Romanis dono dediffe, inopi tum urbe ab longinquâ obfidione. ea deinde, ne populo immiffo diriperentur hoftiliter, veniffe, bonaque Porfenæ appellata, gratiam muneris magis fignificante titulo, quàm auctionem fortunæ regiæ, quæ ne in (3) poteftatem

& codices confentiunt. *Exprimi* dicitur id quod vi, neceffitate, aut metu extorquetur. Sic infrà l. 3. c. 28. l. 4. c. 55. l. 42. c. 46. & 47. Pleniùs etiam dicitur res *vi, neceffitate, aut metu exprimi.* Sic infrà l. 3. c. 30. l. 8. c. 2. Tac. Ann. 1. 19. Suet. in Aug. c. 57. Ter. Eun. 1. 1. 23. Plin. Paneg. c. 2. At locutio hæc, *expreffa neceffitas*, mihi & infolita & parum Latina videtur. Quid fi legamus, *expreffitque?* Tum conftructio erit, *neceffitafque obfides dandi, fi Janiculo præfidium deduci vellent, expreffit* eos *Romanis.* E. (4) Dimidiâ. Simile exemplum vid. infrà l. 8. c. 4. (5) Quod ipfi obfides non poterant quin probarent.

C. 14. (1) Manet inter cetera follennia quæ ufurpantur in fectionibus, quum venderentur bona quæ effent *publici* juris, ut docet Plutarchus. (2) Aut ortam effe a mitiore principio quàm præ fe ferunt hæc verba follennia, ex quibus bona hoftiliter vendi videntur. [*Titulus* eft formula verborum ad aliquid indicandum. Sic *tituli* imaginum, fepulcrorum, librorum &c. Hinc fimpliciter fumitur pro *indicium*, ut *ciconia* titulus *tepidi temporis.* Petron. Et *titulum prætendere rei*, idem eft ac *prætexere*, quafi quis rem infcriptione falfâ fignaret: ut apud noftrum l. 37. c. 54. Hic igitur *titulus bona hoftiliter vendendi*, eft formula verborum quâ *indicatur*, aut *indicari* videtur, bona hoftiliter vendi. In editionibus Crevierianis malè interpungitur poft *titulus*. E.] (3) Ita fæpe nofter aliique fcriptores

ſtatem quidem populi Romani eſſet. Omiſſo Romano bello, Porſena, ne fruſtra in ea loca exercitus adductus videretur, cum parte copiarum filium Aruntem Ariciam oppugnatum mittit. Primò Aricinos res necopinata perculerat. arceſſita deinde auxilia, & a Latinis populis, & a Cumis, tantum ſpei fecere, ut acie decernere auderent. Prœlio inito adeò concitato impetu ſe intulerant Etruſci, ut funderent ipſo incurſu Aricinos. Cumanæ cohortes, arte adversùs vim uſæ, declinavere paullulum; effuſéque (4) prælatos hoſtes converſis ſignis ab tergo adortæ ſunt. Ita in medio propè jam victores cæſi Etruſci: pars perexigua, duce omiſſo, quia nullum propius perfugium erat, Romam inermes & fortunâ & ſpecie ſupplicum delati ſunt. ibi benignè excepti diviſique in hoſpitia. Curatis vulneribus, alii profecti domos, nuncii hoſpitalium beneficiorum Multos Romæ hoſpitum urbiſque caritas tenuit. his locus ad habitandum datus, quem deinde *Tuſcum vicum* appellarunt.

XV. (1) P. Lucretius inde & P. Valerius Publicola U. c. 247.
conſules facti. Eo anno poſtremùm legati a Porſenâ de A. C. 505.
reducendo in regnum Tarquinio venerunt. quibus quum P. Lucretio, P. Valerio
reſponſum eſſet, miſſurum ad regem ſenatum legatos; III. Coſs.
miſſi confeſtim honoratiſſimus quiſque ex Patribus. *Non, quin breviter reddi reſponſum potuerit, non recipi reges, ideo potiùs delectos Patrum ad eum miſſos, quàm legatis ejus Romæ daretur reſponſum: ſed ut in perpetuum mentio ejus rei finiretur, neu in tantis mutuis beneficiis in vicem animi ſollicitarentur: quum ille peteret, quod contra libertatem populi Romani eſſet; Romani, niſi in perniciem ſuam faciles eſſe vellent, negarent, cui nihil negatum vellent. Non (2) in regno populum*

ſcriptores optimi locuti ſunt, pro, *in poteſtate.* Sic etiam, *in amicitiam eſſe, in cuſtodiam habere,* & ſimilia. Græci quoque, & in primis Attici, pariter εἰς pro ἐν uſurpant. (4) Effuſo curſu prætervectos locum in quo Cumani ſubſederant.

C. 15. (1) In Livio unius anni conſules deſiderari conſtat; & vitium vel hoc loco latere, vel in fine hujus aut in initio ſequentis capitis. Conſules omiſſos, librariorum (uti videtur) incuriâ, revocare tentarunt Gronovius & Drakenborchius ex codicum veſtigiis; & hunc locum ſic fere legendum putant. *M. Horatius & P. Valerius Publicola; inde Sp. Lartius & T. Herminius conſules facti.* Sic certè recenſentur conſules a Dionyſio & ſcriptoribus faſtorum. (2) His verbis, ni fallor, ratio redditur

populum Romanum, sed in libertate esse. Ita induxisse in animum, hostibus potiùs, quàm regibus, portas patefacere. Eam esse voluntatem omnium, ut qui libertati erit in illâ urbe finis, idem urbi sit. Proinde, si salvum esse vellet Romam, ut patiatur liberam esse, orare. Rex verecundiâ victus, *Quando id certum atque obstinatum est*, inquit, *neque ego obtundam sæpius eadem nequicquam agendo: nec Tarquinios spe auxilii, quod nullum in me est, frustrabor. Alium hinc, seu bello opus est, seu quiete, exsilio quærant locum, ne quid meam vobiscum pacem distineat.* Dictis facta amiciora adjecit. obsidum quod reliquum erat, reddidit. agrum Vejentem, fœdere ad Janiculum icto ademptum, restituit. Tarquinius, spe omni reditûs incisâ, exsulatum ad generum Mamilium Octavium Tusculum abiit. Romanis pax fida ita cum Porsenâ fuit.

Tarquinius Tusculum in exsilium abit.

U. c. 249. A. C. 503. M. Valerio, P. Postumio Coss.

XVI. Consules M. Valerius, P. Postumius. Eo anno bene pugnatum cum Sabinis: consules triumpharunt. Majore inde mole Sabini bellum parabant. adversùs eos, & ne quid simul ab Tusculo (unde, etsi non apertum, suspectum tamen bellum erat,) repentini periculi oriretur, P. Valerius quartùm, T. Lucretius iterum consules facti. Seditio, inter belli pacisque auctores orta in Sabinis, aliquantum inde virium transtulit ad Romanos. namque Attus Clausus, cui postea Ap. Claudio fuit Romæ nomen, cum pacis ipse auctor a (1) turbatoribus belli premeretur, nec par factioni esset, ab Regillo, magnâ clientium comitatus manu, Romam transfugit. His civitas data agerque trans Anienem. vetus (2) Claudia tribus, additis postea novis

U. c. 250. A. C. 502. P. Valerio IV. T. Lucretio II. Coss.

Attus Clausus Romam transfugit.

tur ejus quod jam dixerant, *nisi in perniciem suam faciles esse vellent*: & ratio hujusmodi est: *in regno*, h. e. sub rege, *non esse populum Romanum*, h. e. nullum esse, sive nullius in republicâ ponderis; at non sic in liberâ civitate: in eâ *esse populum Romanum*, h. e. esse aliquam civitatis partem. Quid reliqui interpretes de hoc loco senserint, nescio; alto enim silentio eum prætermiserunt. hoc solum scio quod per hæc verba non intelligendum est id quod primo intuitu præ se ferre videntur, nempe, *populum Romanum liberum esse exactis regibus.* Hoc quidnam foret nisi doctum docere? Modóne hoc demum rescivit Porsena? Alteram tamen interpretationem in medium relinquam, quæ fortasse & verior est, & quibusdam magis placebit. Porsena *de reducendo in regnum Tarquinio* egerat: legati Romani respondent, *regiam potestatem* Romæ jam fuisse abolitam; Romanosque non modò *Tarquinium*, sed ne omnino quidem *regem*, recepturos. E.

C. 16. (1) Ab iis qui per turbas ac violentas actiones bellum concitabant. (2) Verisimile est Claudiam tribum non hoc statim tempore formatam

novis tribulibus, qui ex eo venirent agro, appellata. Appius, inter Patres lectus, haud ita multo pòst in (3) principum dignationem pervenit. Consules, infesto exercitu in agrum Sabinum profecti, quum ita vastatione, dein prœlio, afflixissent opes hostium, ut diu nihil inde rebellionis timere possent, triumphantes Romam redierunt. P. Valerius, omnium consensu princeps belli pacisque artibus, anno pòst, Agrippâ Menenio, P. Postumio consulibus, moritur, gloriâ ingenti, copiis familiaribus adeò exiguis, ut funeri sumptus deesset: de publico est elatus. Luxere matronæ, ut Brutum. Eodem anno duæ coloniæ (4) Latinæ, Pometia & Cora, ad Auruncos deficiunt. cum Auruncis bellum initum: fusoque ingenti exercitu, qui se ingredientibus fines consulibus ferociter obtulerat, omne Auruncum bellum Pometiam compulsum est. Nec magis post prœlium, quàm in prœlio, cædibus temperatum est. et cæsi aliquanto plures erant, quàm capti; & captos passim trucidaverunt. ne ab obsidibus quidem, qui trecenti accepti numero erant, iram belli hostis (5) abstinuit. Et hoc anno Romæ triumphatum.

P. Valerii mors. U. c. 251. A. C. 501. Agr. Menenio, P. Postumio II. Coss.

XVII. Secuti consules, Opiter Virginius & Sp. Cassius, Pometiam primò vi, deinde vineis (1) aliisque operibus, oppugnaverunt. in quos Aurunci, magis jam inexpiabili odio, quàm spe aliquâ aut occasione, coorti, quum plures igni quàm ferro armati excucurrissent, cæde incendioque cuncta complent. vineis incensis, multis hostium vulneratis & occisis, consulum quoque alterum, (sed utrum, nomen auctores non adjiciunt) gravi vulnere ex equo dejectum, propè interfecerunt. Romam inde, malè gestâ re, reditum. inter multos saucios consul spe incertâ vitæ (2) relictus. Interjecto deinde haud magno spatio

U. c. 252. A. C. 500. Op. Virginio, Sp. Cassio Coss.

formatam fuisse, sed novennio pòst, ipso Ap. Claudio consule. vid. infrà c. 21. (3) Ad eam amplitudinem quam principes senatorum obtinebant. *Dignatio* est quod Græci ἀξίωμα dicunt. (4) De coloniis illis vid. suprà l. 1. c. 3. (5) *Hostis* intelligendus est populus Romanus bellans cum Auruncis. [Plures autem manuscripti habent, *ira belli hostilis abstinuit*: & fateor hoc mihi magis placere; non quin alterum illud elegans sit dicendi genus & prorsus Livianum, sed quia *hostis* pro *Romanus* durius videtur. E.]

C. 17. (1) Vineæ erant machinæ cratibus contextæ, ac terrâ adopertæ, quæ subjectis rotis impellebantur. Harum tecto muniti obsidentes muros subruebant. (2) In castris ad Pometiam.

(3) Locutio

ſpatio, quod vulneribus curandis ſupplendoque exercitui ſatis eſſet, tum irâ majore belli, tum viribus etiam auctis, Pometiæ arma illata. & quum, vineis refectis aliâque mole belli, jam in eo eſſet, ut in muros evaderet miles, deditio eſt facta. ceterùm nihilo minùs fœdè, deditâ urbe, quàm ſi capta foret, Aurunci paſſim principes ſecuri percuſſi, ſub (3) corônâ venierunt coloni (4) alii; oppidum (5) dirutum, ager veniit. Conſules, magis ob iras graviter ultas, quàm ob magnitudinem perfecti belli, triumpharunt.

U. c. 253. A. C. 499. Poſt. Cominio, T. Lartio Coſs.

XVIII. Inſequens annus Poſtumum Cominium & T. Lartium conſules habuit. Eo anno Romæ, quum per ludos ab Sabinorum juventute per laſciviam ſcorta raperentur, concurſu hominum rixa ac propè prœlium fuit; parvâque ex re ad rebellionem ſpectare res videbatur. Supra belli (1) Latini metum id quoque acceſſerat, quòd triginta jam conjuraſſe populos, concitante (2) Octavio Mamilio, ſatis conſtabat. In hâc tantarum expectatione rerum ſollicitâ civitate, dictatoris primùm creandi mentio orta. ſed nec quo anno, nec (3) quibus conſulibus, quia ex factione

(3) Locutio orta vel ex eo quòd captivi coronati venderentur; vel quòd milites, cuſtodiæ causâ, captivorum venalium greges circumſtarent. Gell. 7. 4. (4) *Alii*, nempe *coloni* Pometini; nam Auruncos principes etiam colonos Pometinos fuiſſe, veriſimile non videtur. Tamen hæc interpretatio Crevierio dura videtur nec prorſus admittenda: at immeritò, ni plurimum fallor. immo audacter affirmare auſim conſtructionem quam damnat eſſe apud optimos auctores, tam Græcos quàm Latinos, uſitatiſſimam. Sic noſter infrà l. 17. c. 19. *ex ingenti captivorum numero trecenti quinquaginta octo delecti nobiliſſimus quiſque, qui Romam mitterentur: vulgus* aliud *trucidatum.* Quis unquam putavit Livium per *vulgus aliud* ſignificare nobiliſſimos illos in numero vulgi fuiſſe? Sic etiam Homerus Odyſſ. 1. v. 132. *παρ δ' αυτος κλισμον θετο ποικιλον, ἐκτοθεν ἀλλων μνηϛηρων*: licet nec Minerva certè nec Telemachus fuerit in procorum numero. Sic denique Evang. Luc. c. 23. v. 32. *ἠγοντο δε ἑτεροι δυο κακȣργοι συν ἀυτω ἀναιρεθηναι.* h. e. *duo alii*, iique *malefici.* Temere igitur, cum Doujatio, pronunciat Drakenborchius vulgatum ſervari non poſſe. E. (5) Infrà tamen c. 22. de Pometiâ & Corâ mentio fit; ut & de Sueſsâ Pometiâ obſidione captâ & direptâ c. 25. Veriſimile videtur Livium, diverſos annalium ſcriptores ſecutum, bellum idem bis variis locis narraſſe. Dionyſius de bello cum Auruncis omnino ſilet.

C. 18. (1) Legendum *belli Sabini:* triginta enim illi populi, qui conjuraſſe mox dicuntur, alii ſunt quàm Latini. Etiam *ſuper* pro *ſupra* reponendum videtur, nam Livius ita loqui ſolitus eſt. vid. infrà c. 27. & 51. l. 22. c. 61. l. 25. c. 20. (2) Ad quem Tarquinium ſe Tuſculum contuliſſe jam dictum eſt, c. 15. ſuprà. (3) *Nec quibus conſulibus parum creditum*

factione Tarquiniâ essent, (id quoque enim traditur) parum creditum sit, nec quis primùm dictator creatus sit, satis constat. apud veterrimos tamen auctores T. Lartium dictatorem primum, Sp. Cassium magistrum equitum, creatos invenio. Consulares (4) legêre: ita lex (5) jubebat, de dictatore creando lata. Eò magis adducor, ut credam, Lartium, qui consularis (6) erat, potiùs, quàm Manium Valerium, M. filium, Volesi nepotem, qui nondum consul fuerat, moderatorem, & magistrum consulibus appositum. qui (7), si maximè ex eâ familiâ legi dictatorem vellent, patrem multò potiùs M. Valerium, spectatæ virtutis & consularem virum legissent. Creato dictatore primùm Romæ, postquam (8) præferri secures viderunt, magnus plebem metus incessit, ut intentiores essent ad dicto parendum. neque enim, ut in consulibus, qui pari potestate essent, alterius auxilium, neque (9) provocatio erat; neque ullum usquam, nisi in curâ parendi, auxilium. Sabinis etiam creatus Romæ dictator (eò magis quòd propter se creatum crediderant) metum incussit. itaque legatos de pace mittunt. quibus, orantibus dictatorem senatumque, ut veniam erroris hominibus adolescentibus darent, responsum; *ignosci adolescentibus posse, senibus non posse, qui bella ex bellis sererent.* actum tamen est de *Primus dictator.*

tum sit, quia ex factioni Tarquiniâ essent. Traditum est primum dictatorem ideo creatum fuisse, quia consules ex factione Tarquiniâ essent, ac proinde iis parum fidei haberetur. Observandum autem quòd Dionysius primi dictatoris creationem rejicit in quartum abhinc annum, quo T. Lartius iterum consul fuit cum Q. Clœlio: ideoque creatum dicit, ut plebs nomina dare in bellum Latinum cogeretur, quod per consules effici non posset ob legem Valeriam. Dictator alio nomine vocabatur *magister populi.* Ejus potestas, sollennibus magistratibus abrogatis, maxima erat; at semestris tantùm. (4) *Consulares* rectè accipit Drakenborchius casu primo, namque inde argumentum petit Livius, quòd verisimilius sit consulares sui potiùs, quàm inferioris ordinis, virum ad dictaturam evexisse. Crevierius aliique vocem *consulares* accipiunt casu quarto, & subintelligunt *patres.* At tum *certo certius* foret Manium Valerium non fuisse primum dictatorem; Livius autem *verisimilitudinem* tantùm ostendit. E. (5) Lex illa postea immutata. Dictator enim ab alterutro consule, vel ab uno ex tribunis militum consulari potestate, nominabatur. (6) Immo consul, secundùm Dionysium. Sic autem loquitur Livius, quia de anno quo creatus est nil pro certo affirmat. (7) Nempe *consulares*, quorum mentio præcessit. (8) Consulibus enim non præferebantur in urbe secures. vid. not. 4. ad c. 7. suprà. (9) At postea provocatio

de pace; impetrataque foret, si, quod impensæ factum in bellum erat, præstare Sabini (id enim postulatum erat) in animum induxissent. Bellum indictum. tacitæ (10) induciæ quietum annum tenuere.

U. c. 254. A. C. 498. Ser. Sulpicio, Man. Tullio Cofs. U. c. 255. A. C. 497. T. Æbutio, C. Vetusio Cofs. *Bellum cum Latinis.*

XIX. Consules Ser. Sulpicius, Manius Tullius. nihil dignum memoriâ actum. T. Æbutius deinde & C. Vetusius. His consulibus Fidenæ obsessæ, Crustumeria capta, Præneste ab Latinis ad Romanos descivit. nec ultrà bellum Latinum, gliscens (1) jam per aliquot annos, dilatum. A. Postumius (2) dictator, T. Æbutius magister equitum, magnis copiis peditum equitumque profecti, ad lacum Regillum in agro Tusculano agmini hostium occurrerunt. &, quia Tarquinios esse in exercitu Latinorum auditum est, sustineri ira non potuit, quin extemplo confligerent. Ergo etiam prœlium aliquanto (3), quàm cetera, gravius atque atrocius fuit. non enim duces ad regendam modò consilio rem affuere, sed suismet ipsis (4) corporibus dimicantes, miscuere certamina. nec quisquam procerum ferme aut (5) hâc aut illâ ex acie sine vulnere, præter dictatorem Romanum, excessit. In Postumium, primâ in acie suos adhortantem instruentemque, Tarquinius Superbus, quanquam jam ætate (6) & viribus erat gravior, equum infestus (7) admisit: ictusque ab latere, concursu suorum receptus in tutum est. Et ad alterum cornu Æbutius magister equitum in Octavium Mamilium impetum dederat. nec fefellit veniens Tusculanum ducem: contra quem (8) & ille concitat equum. tantaque vis in-

Pugna ad Regillum lacum.

catio ab ipso dictatore data. vid. l. 3. c. 55. (10) Induciæ, in quas tamen non disertè consensum est.

C. 19. (1) *Gliscere* propriè significat vires colligere ut *ignis.* (2) At Postumius nondum consul fuerat, quod repugnat argumento quo Livius ipse utitur cap. præc. (3) Haud paullo. *Aliquantum* medium est inter *paullum* & *multum*, ut *aliquot* inter *multos* & *paucos.* (4) Si ullius codicis auctoritas accederet, libenter cum Gronovio *ipsi* legeremus; ubique enim apud optimi ævi scriptores receptissimum est, ut pronomen *ipse*, alteri pronomini additum, ab eo *casu* differat. (5) Particulam *aut* in hoc loco reposui, quam Drakenborchius vel typographus ejus inconsultò, uti videtur, omisit. Eam enim ipse testatur omnes codices manuscriptos habere, omnesque editiones ante Gruterum. (6) Ætate quidem fere nonagenarius: quamobrem negat Dionysius eum huic adfuisse pugnæ. At vid. not. 3. ad c. 46. l. 1. (7) *Admittere equum*, pro *immittere*, utitur noster infrà l. 25. c. 19. & Cic. de fin. l. 2. c. 19. (8) *Quem* sc. Æbutium; *ille* sc. Mamilius.

festis

festis venientium hastis fuit, ut brachium Æbutio trajectum sit, Mamilio pectus percussum. Hunc quidem in secundam aciem Latini recepere. Æbutius, quum saucio brachio tenere telum non posset, pugnâ excessit. Latinus dux, nihil deterritus vulnere, prœlium ciet; &, quia suos perculsos videbat, arcessit cohortem exsulum Romanorum, cui L. Tarquinii filius præerat. ea, quòd majore pugnabat irâ ob erepta bona patriamque ademptam, pugnam parumper restituit.

XX. Referentibus jam pedem ab eâ parte Romanis, M. Valerius, Publicolæ frater, conspicatus ferocem juvenem Tarquinium, ostentantem se in primâ exsulum acie, domesticâ etiam gloriâ accensus, ut, cujus familiæ decus ejecti reges erant, ejusdem interfecti forent, subdit calcaria equo, & Tarquinium infesto spiculo petit. Tarquinius retro in agmen suorum infenso cessit hosti. Valerium, temere invectum in exsulum aciem, ex transverso quidam adortus transfigit: nec quicquam equitis vulnere equo retardato, moribundus Romanus, labentibus super corpus armis, ad terram defluxit. Dictator Postumius, postquam cecidisse talem virum, exsules ferociter citato agmine invehi, suos perculsos cedere animadvertit; cohorti suæ, quam delectam manum præsidii causâ circa se habebat, dat (1) signum, ut, quem suorum fugientem viderint, pro hoste habeant. ita metu ancipiti versi a fugâ Romani in hostem, & restituta acies. Cohors dictatoris tum primùm prœlium iniit. integris corporibus animisque fessos adorti exsules cædunt. Ibi alia inter proceres coorta pugna. Imperator Latinus, ubi cohortem exsulum a dictatore Romano propè circumventam vidit, ex subsidiariis manipulos aliquot in primam aciem secum rapit. hos agmine venientes T. Herminius legatus conspicatus, interque eos insignem veste armisque Mamilium noscitans, tanto vi majore, quàm paullò ante magister equitum, cum hostium duce prœlium iniit, ut & uno ictu transfixum per latus occiderit Mamilium, & ipse inter spoliandum corpus hostis veruto percussus, quum victor in castra esset relatus, inter primam curationem exspiraverit. Tum ad equites dictator advolat, obtestans, ut, fesso jam pedite, descendant ex

C. 20. (1) Per totam cohortem perferri hoc imperium suum jubet. Sic infrà

ex equis, & pugnam capeſſant. Dicto paruere : deſiliunt ex equis, provolant in primum, & pro (2) anteſignanis parmas objiciunt. Recipit extemplo animum pedeſtris acies, poſtquam juventutis proceres æquato genere pugnæ ſecum partem periculi ſuſtinentes vidit. Tum demum impulſi Latini, perculſaque inclinavit acies. Equiti admoti equi, ut perſequi hoſtem poſſet. ſecuta & pedeſtris acies. Ibi, nihil nec divinæ nec humanæ opis Dictator prætermittens, ædem Caſtori voviſſe fertur : ac pronunciaſſe militi præmia, qui primus, qui ſecundus, caſtra hoſtium intraſſet. tantuſque ardor fuit, ut eodem impetu, quo fuderant hoſtem, Romani caſtra caperent. Hoc modo ad lacum Regillum pugnatum eſt. Dictator & magiſter equitum triumphantes in urbem rediere.

U. c. 256. XXI. Triennio deinde nec certa pax, nec bellum fuit.
A. C. 496. Conſules Q. Clœlius & T. Lartius. Inde A. Sempronius
U. c. 257. & M. Minucius. His conſulibus ædes Saturno (1) dedi-
A. C. 495. cata : Saturnalia (2) inſtitutus feſtus dies. A. deinde Poſ-
U. c. 258. tumius & T. Virginius conſules facti. Hoc (3) demum
A. C. 494. anno ad Regillum lacum pugnatum, apud quoſdam inve-
nio ; A. Poſtumium, quia collega dubiæ fidei fuerit, ſe
conſulatu abdicaſſe ; dictatorem inde factum. Tanti er-
rores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis
U. c. 259. magiſtratibus, ut, nec qui conſules ſecundùm (4) quoſ-
A. C. 493. dam, nec quid quoque anno actum ſit, in tantâ vetuſtate,
Ap. Claudio, P. Servilio Coſs. non rerum modò, ſed etiam auctorum, digerere poſſis.
Ap. Claudius deinde & P. Servilius conſules facti. Inſignis

infrà l. 5. c. 36. & l. 21. c. 14. (2) Anteſignani erant milites *ante ſigna* pugnantes, juvenes, celeres, fortes tamen viri, & pilis armati, non levis armaturæ ſive velites. Lipſius cenſet anteſignanorum nomine intelligi totam primam aciem, ſive haſtatos legionum.

C. 21. (1) Hæc ædes fuit ærarium populi Romani, in quo tum pecunia, tum acta publica aſſervabantur. [Crevierius cenſet legendum eſſe *Saturni ;* notatque locutionem *dedicare templum alicui*, tanquam parum Latinam. Mirum autem quantum vir doctiſſimus fallitur : ſæpius eam Cicero uſurpat. vid. Cic. de leg. 1. 3. de nat. Deor. 3. 13. pro Arch. 19. 8. Sic etiam *alicui conſecrare* Latini dicunt. E.] (2) Saturnalibus mos fuit convivia agitare, dona miſſitare, ſervos ut æquales tractare. Hæ feriæ celebrabantur ad diem XIV. Kal. Januar. ac primò uno die abſolvebantur; poſtea plures additæ. Phraſis autem illa, *Saturnalia inſtitutus feſtus dies*, frequens eſt apud noſtrum. ſic infrà l. 30. c. 39. *Cerealia ludos fecerunt*. & l. 34. c. 54. & l. 39. c. 22. Sic etiam Pauſan. l. 8. c, 14. *ἀγωνα ἀγουσιν Ἑρμαια.* (3) Ita narrat Dionyſius. (4) Poſt : ut ſenſus ſit, quoſdam eſſe

ſignis hic annus eſt nuncio Tarquinii mortis. Mortuus eſt Cumis, quò ſe poſt fractas opes Latinorum ad Ariſtodemum tyrannum contulerat. Eo nuncio erecti Patres, erecta plebes. ſed Patribus nimis (5) luxurioſa ea fuit lætitia: plebi, cui ad eam diem ſummâ ope inſervitum erat, injuriæ a primoribus fieri cœpere. Eodem anno Signia colonia, quam rex Tarquinius deduxerat, ſuppleto numero colonorum, iterum deducta eſt. Romæ tribus (6) una & viginti factæ. Ædes Mercurii (7) dedicata eſt idibus Maiis. *Mors Tarquinii.*

XXII. Cum Volſcorum gente, Latino bello, neque pax neque bellum fuerat. nam & Volſci comparaverant auxilia, quæ mitterent Latinis, ni maturatum ab dictatore Romano eſſet: & maturavit Romanus, ne prœlio uno cum Latino Volſcoque contenderet. Hâc irâ conſules in Volſcum agrum legiones duxere. Volſcos, conſilii pœnam non metuentes, necopinata res perculit. Armorum immemores, obſides dant trecentos principum a Corâ atque Pometiâ liberos. ita ſine certamine inde abductæ legiones. Nec ita multò pòſt Volſcis levatis metu ſuum rediit ingenium: rurſus occultum parant bellum, Hernicis in ſocietatem armorum aſſumptis. Legatos quoque ad ſollicitandum Latium paſſim dimittunt. Sed recens ad Regillum lacum accepta clades (1) Latinos, irâ odioque ejus quicunque arma ſuaderet, ne ab legatis quidem violandis abſtinuit. Comprehenſos Volſcos Romam duxere. Ibi traditi conſulibus; indicatumque eſt, Volſcos Hernicoſque parare bellum Romanis. Relatâ re ad ſenatum, adeò fuit gratum patribus, ut & captivorum ſex millia Latinis remitterent, & de fœdere, quod propè in perpetuum negatum fuerat, rem ad novos magiſtratus rejicerent. Enimvero tum Latini gaudere facto, pacis auctores in ingenti gloriâ eſſe. Coronam auream Jovi donum in Capitolium mittunt. cum legatis donoque, qui (2) captivorum *Bellum cum Volſcis.*

eſſe conſules, quibus quinam ſucceſſerint definiri non poſſit. (5) Non ſatis moderata. (6) Additâ, ut videtur, tribu Claudiâ. vid. not. 2. ad c. 16. ſuprà. (7) Vid. infrà c. 27.

C. 22. (1) h. e. cladis memoria effecit ut ne ab legatis quidem violandis abſtinerent Latini. Eo ſenſu *abſtinere aliquem* Livio frequens, pro *efficere ut abſtineat.* ſic infrà l. 4. c. 59. l. 8. c. 24. l. 40. c. 14. (2) *Cum legatis venit magna circumfuſa multitudo*, nempe captivi *qui remiſſi fuerant ad*

tivorum remiſſi ad ſuos fuerant, magna circumfuſa multitudo venit. Pergunt domos eorum, apud quem quiſque ſervierant: gratias agunt, liberaliter habiti cultique in calamitate ſuâ. inde hoſpitia jungunt. Nunquam aliàs antè publicè privatimque Latinum nomen Romano imperio conjunctius fuit.

Turbæ ob æs alienum.

XXIII. Sed & bellum Volſcum imminebat, & civitas, ſecum ipſa diſcors, inteſtino inter Patres plebemque flagrabat odio, maximè propter (1) nexos ob æs alienum. Fremebant, *ſe, foris pro libertate & imperio dimicantes, domi a civibus captos & oppreſſos eſſe; tutioremque in bello, quàm in pace, inter hoſtes, quàm inter cives libertatem plebis eſſe.* invidiamque eam, ſuâ ſponte gliſcentem, inſignis unius calamitas accendit. Magno natu quidam cum omnium malorum ſuorum inſignibus ſe in forum projecit. obſita erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti. Ad hoc, promiſſa barba & capilli efferaverant ſpeciem oris. Noſcitabatur tamen in tantâ deformitate, & ordines (2) duxiſſe aiebant, aliaque militiæ decora vulgò, miſerantes eum, jactabant. ipſe, teſtes honeſtarum aliquot locis pugnarum, cicatrices adverſo pectore oſtentabat. Sciſcitantibus *unde ille habitus? unde deformitas?* quum circumfuſa turba eſſet propè in concionis modum, *Sabino bello,* aït, *ſe militantem, quia propter populationes agri non fructu modò caruerit, ſed villa incenſa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo (3) ſuo tempore imperatum, æs alienum feciſſe: id, cumulatum uſuris, primò ſe agro paterno avitoque exuiſſe, deinde fortunis aliis: poſtremò, velut (4) tabem, perveniſſe ad corpus. Ductum ſe ab creditore, non in ſervitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe.* Inde oſtentare tergum, fœdum recentibus veſtigiis

ſuos. Magis tamen probo ordinem verborum, quem, teſte Drakenborchio, codices quidam habent, *captivorum qui remiſſi* &c. eo ſenſu quòd *magna multitudo captivorum* illorum venit cum legatis. Neque enim veriſimile videtur omnes captivos, qui ad *ſex millia* remiſſi fuerant, tunc Romam veniſſe. F.

C. 23. (1) *Nexos* vocatos, ait Varro, liberos qui ſuas operas in ſervitute, pro pecuniâ quam debebant, domino, dum ſolverent, præſtarent. (2) *Ordo* erat altera pars manipuli: *dux ordinis*, centurio. Vid. infrà l. 8. c. 8. (3) Minimè ſibi opportuno. Duas cauſas aſſignat, cur æs alienum fecerit; inopiam nempe ex bello ortam, & tributum eo tempore imperatum. (4) Sic infrà l. 7. c. 38. *influentem tabem creſcentis in dies fœnoris.* Uſuras

tigiis verberum. Ad hæc visa auditaque clamor ingens oritur. Non jam foro se tumultus continet, sed passim totam urbem pervadit. Nexu (5) vincti solutique se undique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem. Nullo loco deest seditionis voluntarius (6) comes. multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur. Magno cum periculo suo, qui fortè Patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt. nec temperatum manibus foret, ni propere consules, P. Servilius & Ap. Claudius, ad comprimendam seditionem intervenissent. In eos multitudo versa, ostentare vincula sua deformitatemque aliam. Hæc se meritos dicere, exprobrantes suam quisque alius alibi militiam. Postulare multò minaciter magis, quàm suppliciter, ut senatum vocarent: curiamque ipsi, futuri arbitri moderatoresque publici consilii, circumsistunt. Pauci admodum Patrum, quos casus obtulerat, contracti ad consules: ceteros metus non curiâ modò, sed etiam foro arcebat. nec agi quicquam per (7) infrequentiam poterat senatûs. Tum verò eludi atque (8) extrahi se multitudo putare; &, Patrum qui abessent, non casu, non metu, sed impediendæ rei causâ abesse, & consules ipsos tergiversari; nec dubiè ludibrio esse miserias suas. Jam prope erat, ut ne consulum quidem majestas coërceret iras hominum. quum, incerti, morando, an veniendo, plus periculi contraherent, tandem in senatum veniunt: frequentique tandem curiâ, non modò (9) inter Patres, sed ne inter consules quidem ipsos, satis conveniebat. Appius, vehementis ingenii vir, imperio consulari rem agendam censebat: uno aut altero arrepto, quieturos alios. Servilius, lenibus remediis aptior, concitatos animos flecti, quàm frangi, putabat quum tutius, tum facilius, esse.

Usuras tabi comparat, quòd similiter utræque proserpant & proxima trahant. (5) *Nexu vincti* sunt ii qui tum nexi erant: *nexu soluti*, qui, quum olim quidem in vincula dati fuissent, dissoluto ære alieno liberati fuerant. *Nexus* est genus obligationis civilis, quâ corpus etiam ut pignus afficitur. (6) Qui nullâ injuriâ ipse lacessitus est. Sic Cic. pro Sext. *Voluntarios fortissimis atque optimis civibus periculum moliri.* E. (7) Ut senatusconsultum ritè fieret, certum quendam senatorum numerum adesse oportebat. (8) Se diferri sive in aliud tempus rejici. Sæpius autem dicitur *tempus extrahi*, aut *res extrahi*, quàm *persona.* At simili modo usurpat Livius verbum *diferri*, infrà l. 26. c. 51. & alibi. E. (9) Vid. not. 1. ad c. 40. l. 1. suprà.

XXIV. Inter hæc major alius terror. Latini equites cum tumultuoſo advolant nuncio: *Volſcos infeſto exercitu ad urbem oppugnandam venire.* quæ audita (adeò duas ex unâ civitate diſcordia fecerat) longè aliter Patres ac plebem affecere. † Exſultare gaudio plebes; *ultores ſuperbiæ Patrum adeſſe* dicere *Deos.* alius alium confirmare, ne (1) nomina darent: *cum omnibus potiùs, quàm ſolos, perituros. Patres militarent, Patres arma caperent, ut penes eoſdem pericula belli, penes quos præmia, eſſent.* † At verò curia, mœſta ac trepida ancipiti metu & ab cive & ab hoſte, Servilium conſulem, cui ingenium magis populare erat, orare, ut tantis circumventam terroribus expediret rempublicam. Tum conſul, miſſo ſenatu, in concionem prodit. ibi *curæ eſſe Patribus*, oſtendit, *ut conſulatur plebi; ceterùm deliberationi de (2) maximâ quidem illâ, ſed tamen parte civitatis, metum pro univerſâ republicâ interveniſſe. nec poſſe, quum hoſtes prope ad portes eſſent, bello (3) prævertiſſe quicquam: nec, ſi ſit laxamenti (4) aliquid, aut plebi honeſtum eſſe, niſi (5) mercede priùs acceptâ, arma pro patriâ non cepiſſe; (6) neque Patribus ſatis decorum, per metum potiùs, quàm poſtmodo voluntate, afflictis civium ſuorum fortunis conſuluiſſe.* Concioni (7) deinde edicto addidit fidem, quo edixit, *Ne quis civem Romanum vinctum aut clauſum teneret, quo minus ei nominis edendi apud conſules poteſtas fieret. Ne quis militis, donec in caſtris eſſet, bona poſſideret, aut venderet: liberos (8) nepoteſve ejus moraretur.* Hoc propoſito edicto, & qui aderant nexi profiteri extemplo nomina; & undique ex totâ urbe proripientium ſe ex privato, quum retinendi jus creditori non eſſet, concurſus in forum, ut (9) ſacramento dicerent, fieri. Magna ea manus fuit; neque aliorum magis in Volſco bello

Metu hoſtis compoſitæ.

C. 24. (1) Ne darent nomina ad militiam, i. e. ut militiam detrectarent. (2) De plebe, quæ maxima quidem eſſet pars civitatis, ſed tamen pars tantùm, non tota civitas. (3) Nihil poſſe bello anteponi. (4) *Laxamenti* ſc. a bello; h. e. ſi hoſtis non tantopere urgeat. In eodem ſenſu hoc vocabulo utitur Livius infrà l. 5. c. 5. l. 9. c. 41. & alibi. (5) Poſtulatis priùs impetratis. (6) Obſervat Crevierius hîc requiri particulam *aut*, potiùs quàm *neque*. At vir doctiſſimus fallitur. *nec aut plebi honeſtum eſſe*, &c. idem eſt ac ſi dixiſſet, *& neque plebi honeſtum eſſe*. Simili modo, *et* reſpondere *τῷ neque*, nemo neſcit. E. (7) Edicto confirmavit ea quæ in concione dixerat. (8) Neu quis retineret in vinculis cujuſquam civis Romani liberos nepoteſve, qui ob æs alienum patrium aut avitum nexi eſſent. (9) Ut ſacramento militari ſe obligarent.

virtus

virtus atque opera enituit. Conſul copias contra hoſtem educit. parvo dirimente intervallo caſtra ponit.

XXV. Proximâ inde nocte Volſci, diſcordiâ Romanâ freti, ſi qua nocturna tranſitio (1) proditiove fieri poſſit, tentant caſtra. Senſere vigiles: excitatus exercitus: ſigno dato concurſum eſt ad arma. Ita fruſtra id inceptum Volſcis fuit. reliquum noctis utrinque quieti datum. Poſtero die primâ luce Volſci, foſſis repletis, vallum invadunt. Jamque ab omni parte munimenta vellebantur, quum conſul, quanquam cuncti undique, & nexi ante omnes, ut ſignum daret, clamabant, experiendi animos militum causâ parumper moratus, poſtquam ſatis apparebat ingens ardor, dato tandem ad erumpendum ſigno, militem avidum certaminis emittit. Primo ſtatim in- *Victi Volſci.* curſu pulſi hoſtes: fugientibus, quoad inſequi pedes potuit, terga cæſa: eques uſque ad caſtra pavidos egit. mox ipſa caſtra, legionibus circumdatis, quum Volſcos inde etiam pavor expuliſſet, capta direptaque. Poſtero die ad Sueſſam Pometiam, quò confugerant hoſtes, legionibus ductis, intra paucos dies oppidum capitur: captum prædæ datum. inde paullum recreatus egens miles. Conſul cum maximâ gloriâ ſuâ victorem exercitum Romam reducit. decedentem Romam Ecetranorum (2) Volſcorum legati, rebus ſuis timentes poſt Pometiam captam, adeunt. His ex ſenatuſconſulto data pax, ager ademptus.

XXVI. Confeſtim & Sabini Romanos territavere: *Tumultus* tumultus (1) enim fuit veriùs, quàm bellum. Nocte in *Sabinus.* urbe nunciatum eſt, exercitum Sabinum prædabundum ad Anienem amnem perveniſſe. ibi paſſim diripi atque incendi villas. Miſſus extemplo eò cum omnibus copiis equitum A. Poſtumius, qui dictator bello Latino fuerat. ſecutus conſul Servilius cum delectâ peditum manu. Pleroſque palantes eques circumvenit. nec advenienti peditum agmini reſtitit Sabina legio. Feſſi, tum itinere, tum populatione nocturnâ, magna pars in villis repleti cibo vinoque, vix fugæ quod ſatis eſſet virium habuere.

C. 25. (1) *Tranſitio* & *tranſire* paſſim de transfugis uſurpantur. (2) Græcè ſcribitur hoc nomen, per aſpirationem, Ἐχετρανοί.

C. 26. (1) Hîc *tumultus* levius eſt quàm bellum. at contrà ubi de *Gallico tumultu* agitur, aut decretus tumultus dicitur, vid. infrà l. 7. c. 9.

Nocte

Nocte unâ audito perfectoque bello Sabino, postero die, in magnâ jam spe undique partæ pacis, legati Aurunci senatum adeunt; ni decedatur Volsco agro, bellum indicentes. Cum legatis simul exercitus Auruncorum domo profectus erat; cujus fama, haud procul jam ab Ariciâ visi, tanto tumultu concivit Romanos, ut nec consuli ordine Patres, nec pacatum responsum arma inferentibus arma ipsi capientes dare possent. Ariciam infesto agmine itur: nec procul inde cum Auruncis signa collata, prœlioque uno debellatum est.

Bellum cum Auruncis.

XXVII. Fusis Auruncis, victor tot intra paucos dies bellis Romanus promissa consulis fidemque senatûs exspectabat: quum Appius, & insitâ superbiâ animo, & ut collegæ vanam faceret fidem, quàm asperrimè poterat, jus de creditis pecuniis dicere. deinceps &, qui antè nexi fuerant, creditoribus tradebantur, & nectebantur alii. Quod ubi cui militi inciderat, collegam appellabat: concursus ad Servilium fiebat, illius promissa jactabant, illi exprobrabant sua quisque belli merita cicatricesque acceptas. postulabant, ut aut referret ad senatum, aut ut auxilio esset consul civibus suis, imperator militibus. Movebant consulem hæc; sed tergiversari res cogebat. adeò in alteram causam non collega solum præceps ierat, sed omnis factio nobilium. ita, medium se gerendo, nec plebis vitavit odium, nec apud Patres gratiam iniit. Patres mollem consulem & (1) ambitiosum rati; plebes fallacem. brevique apparuit, æquasse (2) eum Appii odium. Certamen consulibus inciderat, uter (3) dedicaret Mercurii ædem. Senatus a se rem ad populum rejecit: utri eorum dedicatio jussu populi data esset, eum præesse annonæ, mercatorum (4) collegium instituere, sollennia (5) pro pontifice jussit suscipere. Populus dedicationem ædis dat M. Lætorio, primi pili (6) centurioni: quod facile appareret, non

Turbæ ob nexos recrudescunt.

C. 27. (1) Aucupandi favoris popularis cupidum. *Ambitio* est intempestiva captatio gratiæ ac favoris. (2) Eum non minùs invisum esse populo, quàm Appium. (3) Dedicati templi paucis suprà jam meminit, c. 21. (4) Illos indicat noster quos Cicero l. 2. ad Q. Fratr. Ep. 5. vocat *mercuriales*. Mercurium mercibus præesse notum est. (5) Solennia dedicationis templi, vel etiam institutionis collegii, peragere, pontificis vice; sive, ut alii exponunt, præsente ac præeunte pontifice. (6) *Primi pili* centurio, vel primopilus, erat centurio primi triariorum ordinis, adeóque

non tam ad honorem ejus, cui curatio altior (7) faſtigio ſuo data eſſet, factum, quàm ad conſulum ignominiam. Sævire inde utique conſulum (8) alter Patreſque. ſed plebi creverant animi; & longè aliâ, quàm primò inſtituerant, viâ graſſabantur. Deſperato enim conſulum ſenatûſque auxilio, quum in jus duci debitorem vidiſſent undique convolabant. neque decretum exaudiri conſulis præ ſtrepitu & clamore poterat: neque, quum (9) decreſſet, quiſquam obtemperabat. Vi agebatur, metuſque omnis & periculum (10) libertatis, quum in conſpectu conſulis ſinguli a pluribus violarentur, in creditores a debitoribus (11) verterant. Super hæc timor inceſſit Sabini belli; delectuque decreto, nemo nomen dedit, furente Appio, & inſectante ambitionem (12) collegæ; qui populari ſilentio rempublicam proderet, & ad id, quòd de creditâ pecuniâ jus non dixiſſet, adjiceret, ut ne delectum quidem ex ſenatuſconſulto haberet. *non eſſe tamen deſertam omnino rempublicam, neque projectum conſulare imperium. Se unum & ſuæ & Patrum majeſtatis vindicem fore.* Quum circumſtaret quotidiana (13) multitudo licentiâ accenſa, arripi unum inſignem ducem ſeditionum juſſit. Ille, quum a lictoribus jam traheretur, provocavit: nec ceſſiſſet provocationi conſul, quia non dubium erat populi judicium, niſi ægre victa pertinacia foret, conſilio magis & auctoritate principum, quàm populi clamore. adeò (14) ſupererant animi ad ſuſtinendam invidiam. Creſcere inde malum in dies, non clamoribus modo apertis, ſed, quod multò perniciofius erat, ſeceſſione occultiſque colloquiis. Tandem inviſi plebi conſules magiſtratu abeunt, Servilius neutris, Appius Patribus mirè gratus.

XXVIII. A. Virginius inde & T. Vetuſius conſulatum ineunt. Tum vero plebes, incerta quales habitura conſu- U. c. 260 A. C. 492. A. Virginio. T. Vetuſio Coſſ.

adeòque primus totius legionis centurio, aquilæ præpoſitus; inde dictus, quòd triarii, quia antiquitus proprium ipſorum telum pilum erat, Pilani vocabantur. vid. infrà l. 8. c. 8. (7) Negotium illud hominem altioris dignitatis poſtulavit. E. (8) Nempe Appius. Servilius enim mitioris erat ingenii. (9) Pro *decreviſſet*; contractio Livio ſollennis. (10) Tantum abfuit ut debitores amittendæ libertatis periculum ſubirent, ut contrà creditores jam ſibi timerent, ne captivi ipſi a debitoribus abducerentur. (11) Sc. *metus & periculum verterant.* *Vertere* ſæpe apud Livium habet ſignificationem paſſivam; ut ſuprà c. 3. infrà c. 62. & alibi. (12) Vid. not. 1. ſuprà. (13) Multitudo ſolita, quæ quotidie concurrere ſolebat. (14) Adeò plus etiam illi viro quàm ſatis eſſet, animorum erat ad reſiſtendum odiis popularibus.

les esset, cœtus nocturnos, pars Esquiliis, pars in Aventino, facere; ne (1) in foro subitis trepidaret consiliis, & omnia temere ac fortuitò ageret. Eam rem consules rati, ut erat, perniciosam, ad Patres deferunt: sed delatam (2) consulere ordine non licuit. adeò tumultuosè excepta est clamoribus undique & indignatione Patrum, si, quod imperio consulari exsequendum (3) esset, invidiam ejus consules ad senatum rejicerent. *Profectò si essent in republicâ magistratus, nullum futurum fuisse Romæ, nisi publicum, concilium. Nunc in mille curias concionesque (quum alia in Esquiliis, alia in Aventino fiant concilia) dispersam & dissipatam esse rempublicam. Unum, Hercule, virum, (id (4) enim plus esse, quàm consulem) qualis Ap. Claudius fuerit, momento temporis discussurum illos cœtus fuisse.* Correpti consules quum, quid ergo se facere vellent, (nihil enim segnius molliusve, quàm Patribus placeat, acturos) percunctarentur, decernunt, ut delectum quàm acerrimum habeant: otio lascivire plebem. Dimisso senatu, consules in tribunal ascendunt. citant nominatim juniores. Quum ad nomen nemo responderet, circumfusa multitudo in concionis modum negare, *Ultrà decipi plebem posse. Nunquam unum militem habituros, ni (5) præstaretur fides publica. libertatem unicuique priùs reddendam esse, quàm arma danda: ut pro patriâ civibusque, non pro dominis, pugnent.* Consules, quid mandatum esset a senatu, videbant: sed eorum, qui intra parietes curiæ ferociter loquerentur, neminem adesse, invidiæ suæ participem: & apparebat atrox cum plebe certamen. Priùs itaque, quàm ultima experirentur, senatum iterum consulere placuit. tum verò ad sellas consulum (6) propè convolavere minimus quisque natu Patrum, abdicare consulatum jubentes, & deponere imperium, ad quod tuendum animus deesset.

C. 28. (1) Ne quum in forum conveniret plebs, incerta trepidaret; aliis alia consilia e re natâ sequentibus. (2) i. e. de re delatâ patres consulere non licuit. Sic Plaut. Men. 4. 3. 26. *consulam hanc rem amicos.* & Cic. Att. 7. 20. *nec te id consulo.* (3) Vindicandum. (4) h. e. ingenium virile plus esse quàm consulare imperium. (5) Ni id, quod fide publicâ promissum erat, præstaretur. (6) Propemodum ad ipsas sellas consulum convolavere juniores patrum, ut quibus calebat sanguis. Alii habent *propere.* [Mallem interpretari, *propè unà omnes* advolavere. E.]

XXIX. Utrâque

XXIX. Utrâque (1) re ſatis expertâ, tum demum conſules: *Ne prædictum negetis, Patres conſcripti, adeſt ingens ſeditio. Poſtulamus, ut ii, qui maximè ignaviam increpant, adſint nobis habentibus delectum. Acerrimi cujuſque arbitrio, quando ita placet, rem agemus.* Redeunt in tribunal; citari nominatim unum ex iis, qui in conſpectu erant, deditâ operâ (2) jubent. Quum ſtaret tacitus, & circa eum aliquot hominum, ne fortè violaretur, conſtitiſſet globus, lictorem ad eum conſules mittunt. quo repulſo, tum verò, *indignum facinus eſſe*, clamitantes qui Patrum conſulibus aderant, devolant de tribunali, ut lictori auxilio eſſent. Sed ab lictore, nihil (3) aliud quàm prehendere prohibito, quum converſus in Patres impetus eſſet, conſulum intercurſu rixa ſedata eſt: in quâ tamen, ſine lapide, ſine telo, plus clamoris atque irarum, quàm injuriæ, fuerat. Senatus, tumultuosè vocatus, tumultuoſiùs conſulitur, quæſtionem (4) poſtulantibus iis qui pulſati fuerant, decernente ferociſſimo quoque, non ſententiis magis, quàm clamore & ſtrepitu. Tandem, quum iræ reſediſſent, exprobrantibus conſulibus, nihilo plus ſanitatis in curiâ, quàm in foro, eſſe, ordine conſuli cœpit. Tres fuere ſententiæ. P. Virginius rem non (5) vulgabat: *de iis tantùm, qui, fidem ſecuti P. Servilii conſulis, Volſco, Aurunco, Sabinoque militaſſent bello, agendum* cenſebat. T. Lartius, *Non id tempus eſſe, ut merita tantummodo exſolverentur. totam plebem ære alieno demerſam eſſe: nec (6) ſiſti poſſe, ni omnibus conſulatur. quin (7), ſi alia aliorum ſit conditio, accendi magis diſcordiam, quàm ſedari.* Ap. Claudius, & naturâ immitis, & efferatus hinc plebis odio, illinc Patrum laudibus, *Non miſeriis*, aït, *ſed licentiâ tantum concitum turbarum; & laſcivire magis plebem, quàm ſævire. Id adeò malum ex provocatione natum. quippe* (8) *minas eſſe conſulum, non imperium; ubi ad*

Variæ ſententiæ in ſenatu.

C. 29. (1) Et ſenatûs & plebis pertinaciâ. (2) Sc. ut contumaciam hominis ipſi ſenatores, qui aderant, viderent. E. (3) Quem tantummodo prohibuerunt hominem prehendere. (4) Poſtulantibus ut inquireretur in auctores injuriæ. (5) Nolebat omnibus indulgeri. (6) Nec poſſe rem ſuſtineri quominus ad perniciem feratur. *Siſtere* eſt facere ut aliquid ſtet. Virg. Æn. 6. 858. *Hic rem Romanam .... ſiſtet. Siſti non poteſt* formula eſt negantis remedium eſſe mali imminentis. (7) *Quin* eleganter pro particulâ adverſativâ ponitur, & explet vicem τῶν *immo potius*. (8) Conſules tantum minas jactare, nullum autem imperium in plebem

ad eos, qui unà peccaverint, provocare liceat. Agedum, inquit, *dictatorem, a quo provocatio non est, creemus. Jam hic, quo nunc omnia ardent* (9), *conticescet furor. Pulset tum mihi lictorem, qui sciet, jus de tergo vitâque suâ penes unum illum esse, cujus majestatem violarit* (10).

XXX. Multis, ut erat, horrida & atrox videbatur Appii sententia: rursus Virginii Lartiique exemplo (1) haud salubres; utique (2) Lartii putabant sententiam, quæ totam fidem tolleret. medium maximè & moderatum (3) utroque consilium Virginii habebatur. Sed factione respectuque rerum privatarum, quæ semper † offecere officientque publicis consiliis, Appius vicit: ac propè fuit, ut dictator ille idem crearetur. quæ res utique alienasset plebem periculosissimo tempore, quum Volsci Æquique & Sabini fortè unà omnes in armis essent. Sed curæ fuit consulibus & senioribus Patrum, ut (4) † imperium, suo vehemens, mansueto permitteretur ingenio. Manium Valerium dictatorem Volesi filium creant. *Man. Valerius dictator.* Plebes, etsi adversùs se creatum dictatorem videbat, tamen, quum provocationem fratris lege haberet, nihil ex eâ familiâ triste nec superbum timebat. Edictum deinde, a dictatore propositum, confirmavit animos, Servilii ferè consulis edicto conveniens. sed (5) & homini & potestati meliùs rati credi, omisso certamine nomina dedere. Quantus (6) nunquam antè exercitus, legiones decem effectæ: ternæ (7) inde datæ consulibus, quatuor dictator usus. Nec poterat jam bellum differri. Æqui Latinum agrum invaserant.

plebem habere; quum per legem Valeriam cuivis liceret provocare ad eos, qui culpæ ipsi participes fuerunt. (9) Quæri potest annon durior sit duplex illa metaphora, in verbis *ardent* & *conticescet*. E. (10) Sic cum Crevierio edidi, suffragantibus etiam aliquot codicibus. Drakenborchius aliique habent *violavit*; quod stare non potest. Unus codex præfert *violavīt*, i. e. *violaverit*; unde natus error videtur.

C. 30. (1) Aliquid per seditionem impetrari, boni exempli non erat. (2) Lartii sententia præcipuè videbatur perniciosa, ut quæ omnino fidem tolleret, liberando debitores omnes a necessitate solvendi. (3) Ex utroque, Appii nempe & Lartii, consilio temperatum. (4) *Ut imperium suo* ingenio, i. e. naturâ suâ, *vehemens, permitteretur mansueto ingenio*, i. e. viro mansueti ingenii. (5) Rati Valerium digniorem esse cui fidem haberent, tum propter ingenium hominis, tum propter summam ejus potestatem. (6) Legiones decem effectæ, qui exercitus major erat quàm unquam antea scriptus fuisset. (7) h. e. unicuique consulum tres.

invaserant. oratores Latinorum a senatu petebant, ut aut mitterent subsidium, aut se ipsos tuendorum finium causâ capere arma finerent. Tutius visum est, defendi inermes Latinos, quàm pati retractare arma. Vetusius consul missus est. is finis populationibus fuit. Cessere Æqui campis: locoque magis, quàm armis, freti, summis se jugis montium tutabantur. Alter consul, in Volscos profectus, ne (8) & ipse tereret tempus, vastandis (9) maximè agris hostem ad conferenda propiùs castra dimicandumque acie excivit. Medio inter castra campo, ante suum quisque vallum, infestis signis constitere. multitudine aliquantùm Volsci superabant. Itaque effusi & contemptim pugnam iniere. Consul Romanus nec promovit aciem, nec clamorem reddi passus, defixis pilis stare suos jussit: ubi ad manum venisset hostis, tum (10) coortos totâ vi gladiis rem gerere. Volsci, cursu & clamore fessi, quum se velut stupentibus metu intulissent Romanis, postquam impressionem sensere ex adverso factam, & ante oculos micare gladios, haud secus quàm si in insidias incidissent, turbati vertunt terga; & ne ad fugam quidem satis virium fuit, quia cursu in prœlium ierant. Romani contrà, quia principio pugnæ quieti steterant, vigentes corporibus, facilè adepti fessos, & castra impetu ceperunt, &, castris exutum hostem Velitras persecuti, uno agmine victores cum victis in urbem irrupere. plusque ibi sanguinis, promiscuâ omnium generum cæde, quàm in ipsâ dimicatione, (11) factum. paucis data venia, qui inermes in deditionem venerunt.

Bellum cum Æquis, Latinorum causâ.

Bellum cum Volscis.

XXXI. Dum hæc in Volscis geruntur, dictator Sabinos, ubi longè plurimum belli fuerat, fundit, fugatque, exuitque castris. Equitatu immisso mediam turbaverat hostium aciem, quâ (1), dum se cornua latiùs pandunt, parum

Bellum cum Sabinis.

tres. (8) Quemadmodum nempe collega. (9) *Vastandis agris*, eleganter pro *vastando agros*; ut suprà l. 1. c. 53. *divendendâ prædâ.* (10) Rectè coortos dicit, quos ante pugnam *defixis pilis stetisse* dixerat. Similiter de triariis pugnam inceptantibus, passim usurpat verbum *consurgere*; quia hostem expectabant *sinistro crure porrecto*, ut fusiùs exponitur infrà l. 8. c. 8. (11) *Facere sanguinem*, pro, *fundere sanguinem*, occurrit infrà l. 9. c. 13. & l. 35. c. 51. Similiter locutus est Ovidius, Ep. 14. Her. v. 82.

C. 31. (1) Quâ parte aciem infirmiorem reliquerant, dum cornua latiùs pandunt. Gronovio aliisque displicet repetitio vocis *aciem*: igitur

parum aptè introrſum ordinibus aciem firmaverant. turbatos pedes invaſit. eodem impetu caſtra capta, (2) debellatumque eſt. Poſt pugnam ad Regillum lacum non alia illis annis pugna clarior fuit. dictator triumphans urbem invehitur. Super ſolitos honores locus in circo ipſi poſteriſque ad ſpectaculum datus; ſella in eo loco curulis poſita. Volſcis devictis Veliternus ager ademptus: Velitras coloni ab urbe miſſi, & (3) colonia deducta. Cum Æquis pòſt aliquanto pugnatum eſt, invito quidem conſule, quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes: ſed milites, extrahi rem criminantes, ut dictator, priuſquam ipſi redirent in urbem, magiſtratu abiret, irritaque, ſicut antè conſulis, promiſſa ejus caderent, perpulere, ut fortè temere in adverſos montes agmen erigeret. Id malè

Æqui victi. commiſſum ignaviâ hoſtium in bonum (4) vertit: qui, priuſquam ad conjectum teli veniretur, obſtupefacti audaciâ Romanorum, relictis caſtris, quæ munitiſſimis tenuerant locis, in (5) adverſas valles deſiluere: (6) ubi ſatis prædæ & victoria incruenta fuit. Ita trifariam re bello benè geſtâ, de domeſticarum rerum eventu nec Patribus

Turbæ domeſticæ. nec plebi cura deceſſerat. tantâ quum gratiâ, tum arte præparaverant fœneratores, quæ non modò plebem, ſed ipſum etiam dictatorem fruſtrarentur. Namque Valerius, poſt Vetuſii conſulis reditum, omnium (7) actionum in ſenatu primam habuit pro victore populo, retulitque, quid nexis fieri placeret. quæ quum rejecta relatio eſſet, *Non*

tur eam delendam cenſent, & pro *quâ* legi jubent *quam*. At Drakenborchius plurimis exemplis oſtendit Livium a ſimilibus repetitionibus non abſtinuiſſe. (2) Bellum ad finem perductum eſt. Sic infrà, l. 8. c. 36. *debellari eo die cum Samnitibus potuiſſe.* E. (3) Obſervent tirones, colonos aliquando mitti, nec tamen coloniam deduci. e. gr. Cicero, Phil. 2. negat *in eam coloniam quæ eſſet auſpicatò deductam, coloniam novam jure deduci*; at *colonos novos adſcribi poſſe*, affirmat. In deducendâ coloniâ ſollennes ſervabantur ritus. auſpicatò fiebat, & ex ſenatusconſulto aut plebiſcito. curatores creabantur qui coloniam deducerent; atque hi colonos ſub vexillo, quaſi exercitum aliquem, deducebant: urbem & agrum aratro circumſcribebant. E. (4) i. e. verſum eſt. vid. not. 11. ad c. 27. ſuprà. (5) Lege *averſas*; quæ videlicet ipſis a tergo eſſent. Nam frons caſtrorum ad alteram partem in Romanos vergebat. (6) Lege *ibi*; non enim in vallibus ſed in caſtris. (7) Ante quàm ullâ aliâ de re ageret in ſenatu, retulit de fide victori populo præſtandâ. *Actio* deſignat quicquid *agit* magiſtratus ſive apud ſenatum, ſive apud populum

Non placeo, inquit, *concordiæ auctor. optabitis*, (8) *me Dius fidius, propediem, ut mei ſimiles Romana plebes patronos habeat. Quod ad me attinet, neque fruſtrabor ultrà cives meos, neque ipſe fruſtra dictator ero. Diſcordiæ inteſtinæ, bellum externum fecere, ut hoc magiſtratu egeret reſpublica. Pax foris parta eſt, domi impeditur. privatus potiùs, quàm dictator, ſeditioni interero.* ita, curiâ egreſſus, dictaturâ ſe abdicavit. Apparuit cauſa plebi, ſuam vicem indignantem magiſtratu abiſſe. itaque, velut perſolutâ fide, quoniam per eum non ſtetiſſet, quin præſtaretur, decedentem domum cum favore ac laudibus proſecuti ſunt.

XXXII. Timor inde Patres inceſſit, ne, ſi dimiſſus exercitus foret, rurſus cœtus occulti conjurationeſque fierent. itaque, quanquam per dictatorem delectus habitus eſſet, tamen, quoniam in conſulum verba juraſſent, ſacramento teneri militem rati, per (1) cauſam renovati ab Æquis belli educi ex urbe legiones juſſere. quo facto maturata eſt ſeditio. Et primò agitatum dicitur de conſulum cæde, ut ſolverentur ſacramento: doctos deinde, nullam ſcelere religionem (2) exſolvi, Sicinio quodam auctore, injuſſu conſulum in Sacrum (3) montem ſeceſſiſſe (trans Anienem amnem eſt) tria ab urbe millia paſſuum. ea (4) frequentior fama eſt, quàm cujus Piſo auctor eſt, in Aventinum ſeceſſionem factam eſſe. Ibi ſine ullo duce, vallo foſsâque communitis caſtris, quieti, rem nullam niſi neceſſariam ad victum ſumendo, per aliquot dies, neque laceſſiti neque laceſſentes, ſeſe tenuere. Pavor ingens in urbe, metuque

Seceſſio plebis in Sacrum montem.

lum. (8) Formula jurandi. Sic *me Hercule. me Caſtor* &c. Quidam putant orationem eſſe ellipticam, pro, *ita* me *juvet* Dius Fidius, Hercules, &c. Veriſimilior autem videtur Voſſii ſententia, *me* hîc adverbium eſſe, atque idem ſignificans quod *per*, a Græco *μὰ* deſumptum. Etiam de *Dius Fidius* duplex eſt ſententia; altera eorum qui *τὸ Fidius* interpretantur *fidei præſidem*; & *τὸ Dius, a Jove ortum*: altera, eaque veriſimilior, eorum qui *Fidius* pro *filius* poni exiſtimant; ut *Dius Fidius* ſignificet *Jovis filium*, i. e. Herculem. Sæpe antiqui pro L literâ D utebantur.

C. 32. (1) Eleganter, pro, prætextu renovati belli. Eodem modo *cauſari* eſt prætextum afferre, *προφασίζεσθαι*. infrà l. 3. c. 64. (2) Alias dicitur aliquis *religione exſolvi*, i. e. liberari eo officio, quo per religionem tenebatur. Sic etiam æquè dicitur *ſolvere obſidionem*, & *ſolvere obſidione*. infrà l. 44. c. 30. (3) Ita dictum, quia eum locum plebes, quum rediret in urbem, Jovi conſecravit. Feſt. & Dion. (4) Sententiam Piſonis Salluſtius ſecutus eſt, qui Romanos bis per ſeceſſionem armatos Aventinum

tuque mutuo ſuſpenſa erant omnia. Timere relicta (5) ab ſuis plebes violentiam Patrum; timere Patres reſidem in urbe plebem, incerti, manere eam an abire mallent. quàm diu autem tranquillam, quæ ſeceſſerit, multitudinem fore? quid futurum deinde, ſi quod externum interim bellum exſiſtat? nullam profectò, niſi in concordiâ civium, ſpem † reliquam ducere. eam per æqua, per iniqua, reconciliandam civitati eſſe. Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum, &, quòd inde (6) oriundus erat, plebi carum. Is, intromiſſus in caſtra, priſco illo dicendi & (7) horrido modo nihil aliud, quàm hoc, narraſſe fertur: *Tempore, quo in homine non, ut nunc, omnia in unum conſentiebant, ſed ſingulis membris ſuum cuique conſilium, ſuus ſermo fuerat, indignatas reliquas partes, ſuâ curâ, ſuo labore ac miniſterio ventri omnia quæri: ventrem, in medio quietum, nihil aliud, quàm datis voluptatibus frui: conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. hâc irâ, (8) dum ventrem fame domare vellent, ipſa unà membra totumque corpus ad extremam tabem veniſſe. Inde apparuiſſe, ventris quoque haud ſegne miniſterium eſſe: nec magis ali, quàm alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus vigemuſque, diviſum pariter in venas maturum, confecto cibo, ſanguinem.* Comparando hinc, quàm (9) inteſtina corporis † ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis in Patres, flexiſſe mentes hominum.

Plebs reducta. XXXIII. Agi deinde de concordiâ cœptum, conceſſumque in conditiones, ut plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilii latio adversùs conſules eſſet; neve cui Patrum capere eum magiſtratum liceret. Ita

Aventinum occupaſſe narrat, in Jugurth. c. 31. (5) Qui relicti ab ſuis in urbe manſerant, quoſque mox dicit *reſidem in urbe plebem. Reſides* ſunt qui quieti manent. (6) Nimirum ex plebe. Attamen conſulatum geſſerat, qui tunc temporis ſolis patriciis patebat. Igitur Menenius vel per paternum genus ex patriciis fuit, per maternum ex plebe; vel ex eorum fuit numero quos ex equeſtri gradu in ſenatum Brutus allegiſſe dicitur, initio hujus libri. (7) h. e. inculto, parum polito. Sic Cic. in Brut. c. 31. *oratione durus, incultus, horridus.* & alibi. (8) Optimè conjicit Drakenborchius legendum eſſe *quum*: nam particula *dum*, quoties temporis præſentis actum indicat, non ſubjunctivum, ſed indicativum requirit. (9) *Quàm ſimilis*, i. e. quantopere ſimilis.

tribuni plebei (1) creati duo, C. Licinius & L. Albinus. hi (2) tres collegas sibi creaverunt. in his Sicinium fuisse, seditionis auctorem; de duobus, qui fuerint, minùs convenit. Sunt, qui duos tantùm (3) in Sacro monte creatos tribunos esse dicant, ibique sacratam (4) legem latam. Per (5) secessionem plebis Sp. Cassius & Postumus Cominius consulatum inierunt. his consulibus cum Latinis populis ictum fœdus. ad id feriendum consul alter Romæ mansit; alter, ad Volscum bellum missus, Antiates Volscos fundit fugatque; compulsos in oppidum Longulam persecutus, mœnibus potitur. Inde Poluscam, item Volscorum, cepit: tum magnâ vi adortus est Coriolos. Erat tum in castris inter primores juvenum C. Marcius, adolescens & consilio & manu promptus, cui cognomen postea Coriolano fuit. Quum subitò exercitum Romanum, Coriolos obsidentem, atque in oppidanos, quos intus clausos habebat, intentum, sine ullo metu extrinsecus imminentis belli, Volscæ legiones, profectæ ab Antio, invasissent, eodemque tempore ex oppido erupissent hostes; fortè in statione Marcius fuit. Is, cum delectâ militum manu, non modò impetum erumpentium retudit, sed per patentem portam ferox irrupit: cædeque in (6) proxima urbis factâ, ignem, temere arreptum, imminentibus muro ædificiis injecit. Clamor inde oppidanorum, mixtus mulie-bri

Tribuni Pl. creati.
U. c. 261.
A. C. 491.
Sp. Cassio II. Post. Cominio II. Coss.

Volsci victi.

C. Marcii operâ Corioli capti.

C. 33. (1) *Tribuni* dicti, teste Varrone, quòd ex tribunis militum facti essent. *Plebei* casus secundus vocis *plebes*. (2) Hæc ita accipi possunt, hos duos, primùm a plebe creatos, deinde præfuisse concilio plebis, quo, præter eos, tres alii creati sunt. nam *creare magistratum* etiam dicitur, qui comitia habet. l. 25. c. 41. & l. 28. c. 10. Quinque a populo curiatis comitiis creatos fuisse tribunos plebis tradit Dionysius, eorumque nomina recenset. (3) Reliquos tres in urbe, post reditum plebis. (4) Quâ tribuni *sacrosancti* facti sunt, h. e. quos violare nefas esset. In genere autem *sacratæ* leges sunt, quibus sancitum est, qui quid adversùs eas fecerit, sacer alicui Deorum sit cum familiâ pecuniâque. Legum sacratarum mentio identidem apud Livium occurrit; ut l. 3. c. 32. l. 4. c. 26. l. 7. c. 41. Porro præter tribunos, duos quoque tum ædiles plebis creaverunt, qui tribunorum administri & adjutores essent. (5) Dionysius rem ultra trium mensium spatium extractam auctor est; quod parum verisimile. (6) Usque in loca urbis quæ portæ proxima erant. Hanc autem expositionem a mente Livii alienam esse Drakenborchius affirmat, quia Livius *in ipsâ urbe* cædem factam fuisse indicat. Certè; neque contrarium indicat hæc Livii verborum expositio. Cædes facta est, non modò usque ad portas, sed & usque in loca ipsius urbis quæ prope

bri puerilique ploratu, ad terrorem, ut solet, (7) primo ortu, & Romanis auxit animum, & turbavit Volscos, utpote captâ urbe, cui ad ferendam opem venerant. Ita fusi Volsci Antiates; Corioli oppidum captum. tantumque suâ laude obstitit famæ consulis Marcius, ut, nisi fœdus cum Latinis, columnâ æneâ insculptum, monumento esset, ab Sp. Cassio uno, quia collega abfuerat, ictum, Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis, memoriâ cessisset. Eodem anno (8) Agrippa Menenius moritur, vir omni vitâ pariter Patribus ac plebi carus; post secessionem carior plebi factus. Huic (9) interpreti arbitroque concordiæ civium, legato Patrum ad plebem, reductori plebis Romanæ in urbem, sumptus funeri defuit. extulit eum plebs (10) sextantibus collatis in (11) capita.

Agr. Menenii mors.

U. c. 262.
A. C. 490.
T. Geganio, P. Minucio Coss.
Caritas annonæ.

XXXIV. Consules deinde T. Geganius, P. Minucius facti. Eo anno, quum & foris quieta omnia a bello essent, & domi sanata discordia, aliud multo gravius malum civitatem invasit: caritas primùm annonæ, ex incultis per secessionem plebis agris; fames deinde, qualis (1) clausis solet. ventumque ad interitum servitiorum utique & plebis esset, ni consules providissent, dimissis passim ad frumentum coëmendum, non in Etruriam modò dextris ab Ostiâ litoribus, lævoque per Volscos mari usque ad Cumas, sed quæsitum (2) in Siciliam quoque. adeò finitimorum odia longinquis coëgerant indigere auxiliis. Frumentum Cumis quum coëmptum esset, naves pro bonis Tarquiniorum ab Aristodemo tyranno, qui hæres erat, retentæ sunt. in Volscis (3) Pomptinoque ne emi quidem potuit: periculum quoque ab impetu hominum ipsis frumentatoribus fuit. Ex Tuscis frumentum Tiberi venit: eo sustentata est plebs. Incommodo bello in tam arctis commeatibus vexati forent, ni Volscos, jam moventes

prope portas erant. E. (7) Lege ex certissimâ Gronovii conjecturâ, *ad terrorem....primum ortus*. Certè *ortus* habent aliquot codices manuscripti. (8) Cap. præc. dicitur, inverso ordine, *Menenius Agrippa*. Sic Quintus Fabius dicitur *Fabius Quintus*, infrà l. 3. c. 1. Agrippa autem propriè prænomen est. (9) *Interpres* est qui in aliquâ re agendâ medius est, qui inter duos loquitur, efficitque ut inter ipsos convenire possit. (10) Sextans est sexta pars assis Romani. (11) i. e. viritim. Sic Virg. Æn. 5. 61.

C. 34. Qualis solet clausam & obsessam urbem fatigare. (2) Dimissis quoque in Siciliam, *quæsitum*, i. e. ad quærendum frumentum. (3) *Pomptinus*

tes arma, peſtilentia ingens invaſiſſet. eâ clade conterritis hoſtium animis, ut etiam, ubi ea (4) remiſiſſet, terrore aliquo tenerentur, & (5) Velitris auxere numerum colonorum Romani, & (6) Norbæ in montes novam coloniam, quæ arx in Pomptino eſſet, miſerunt. M. Minucio deinde & A. Sempronio conſulibus, magna vis frumenti ex Siciliâ advecta: agitatumque in ſenatu, quanti plebi daretur. Multi veniſſe tempus premendæ plebis putabant, recuperandique jura, quæ extorta ſeceſſione ac vi Patribus eſſent: in primis Marcius Coriolanus, hoſtis tribuniciæ poteſtatis, *Si annonam*, inquit, *veterem volunt, jus priſtinum reddant Patribus. Cur ego plebeios magiſtratus, cur Sicinium potentem video, ſub (7) jugum miſſus, tanquam a latronibus redemptus? Egone has indignitates diutius patiar, quàm neceſſe eſt? Tarquinium regem qui non (8) tulerim, Sicinium feram? ſecedat nunc, avocet plebem: patet via in Sacrum montem aliosque colles. Rapiant frumenta ex agris noſtris, quemadmodum tertio (9) anno rapuere. Utantur (10) annonâ, quam furore ſuo fecere. Audeo dicere, hoc malo domitos ipſos potiùs cultores agrorum fore, quàm ut armati per ſeceſſionem coli prohibeant.* Haud (11) tam facile dictu eſt, faciendumne fuerit, quàm potuiſſe arbitror fieri, ut, conditionibus laxandi annonam, & tribuniciam poteſtatem, & omnia invitis jura impoſita Patres demerent ſibi.

U. c. 263. A. C. 489. M. Minucio II. A. Sempronio II. Coſſ.

tinus campus ita vocatur ſecundum Cluverium, ab urbe Sueſsâ Pometiâ. Dionyſius Πωμεντινον πεδιον vocat. (4) Eſt locutio elliptica, pro, *remiſiſſet ſe*, frequens apud optimos ſcriptores. (5) Eò coloniam deductam jam dixit Livius, ſuprà c. 31. (6) Dukerus aliique *Norbam* reponendum cenſent. Sed codices nil mutant, nec mihi vulgatum diſplicet. Et *Norbæ* ſimile quid fecerunt Romani, ac *Velitris* eos feciſſe jam dictum eſt, nempe *in montes novam coloniam miſerunt*. E. (7) Conditiones patriciis in ſacro monte impoſitas comparat cum jugo ſub quo mittebantur victi bello; & cum pretio quo redimuntur homines qui in latronum manus inciderint. De jugo vid. infrà l. 3. c. 28. ad fin. (8) De hoc loco tres ſunt ſententiæ: vel *tulerim* ſumendum eſſe pro *ferrem* aut *tuliſſem*; vel, Coriolanum loqui ex perſonâ potiùs totius patriciorum ordinis, quàm ſuâ; vel denique, eum circiter quadragenarium jam eſſe, licet *adoleſcens* vocetur cap. præc. Vid. not. 2. ad cap. 43. l. 1. (9) Tertio antè anno. (10) Utantur annonâ arctâ qualem ipſi ſibi fecere per ſeditionis furorem, incultos relinquendo agros. (11) Haud tam facile dictu eſt utrùm debuerit fieri, quàm conſtat (meâ certè ſententiâ) potuiſſe fieri, ut Patres ſeſe liberarent ab omnibus legibus quas ſibi invitis imponi tulerant in Sacro monte, ſi hanc conditionem exegiſſent pro laxandâ annonâ.

XXXV. Et senatui nimis atrox visa sententia est, & plebem ira propè armavit. *Fame se jam, sicut hostes, peti; cibo victuque fraudari: peregrinum frumentum, quæ sola alimenta ex insperato fortuna dederit, ab ore rapi, nisi C. Marcio vincti dedantur tribuni, nisi (1) de tergo plebis Romanæ satisfiat. Eum sibi carnificem novum exortum, qui aut mori, aut servire jubeat.* In exeuntem e curiâ impetus factus esset, ni peropportunè tribuni diem dixissent. (2) Ibi ira est suppressa. se judicem quisque, se dominum vitæ necisque inimici factum videbat. Contemptim primò Marcius audiebat minas tribunicias: *auxilii, non pœnæ jus datum illi potestati; plebisque, non Patrum, tribunos esse.* sed adeò infensa erat coorta plebs, ut (3) unius pœnâ defungendum esset Patribus. Restiterunt tamen (4) adversâ invidiâ, usique sunt, quà suis quisque, quà totius ordinis viribus. Ac primò tentata res est, si, dispositis clientibus, absterrendo singulos a coïtionibus conciliisque, (5) disjicere rem possent. Universi deinde processere, (quicquid erat Patrum, reos diceres) precibus plebem exposcentes; *unum sibi civem, unum senatorem, si innocentem absolvere nollent, pro nocente (6) donarent.* Ipse quum die dictâ non adesset, preseveratum in irâ est. Damnatus (7) absens in Volscos exsulatum abiit, minitans patriæ, hostilesque jam tum spiritus gerens. Venientem Volsci benignè excepere; benigniúsque in dies colebant, quo major ira in suos eminebat, crebræque nunc querelæ, nunc minæ percipiebantur. Hospitio utebatur Attii (8) Tulli. Longè is tum princeps Volsci nominis erat, Romanisque semper infestus. ita quum alterum vetus odium, alterum ira recens

C. Marcius accusatus.

Damnatus in Volscos exsulatum abiit.

C. 35. (1) Nisi satisfiat odio ejus in plebem, sæviendo verberibus in terga civium. Hoc ideo dicunt, quia tribunorum erat tutela plebis. (2) i. e. *tum*: ut suprà c. 20. & alibi sæpe. (3) Uno ad pœnam tradito, totus ordo periculo imminenti eximendus. Eodem sensu verbum *defungi* occurrit infrà l. 4. c. 52. & l. 10. c. 29. Similiter Græcos ἀπαλλάττεσθαι & ἀπαλλάττειν usurpare ostendit Budæus. (4) Quamvis luctandum illis esset adversùs odium publicum, quo flagrabat quisquis Coriolanum defenderet. (5) Sic *disjicere consilium*, infrà l. 25. c. 14. (6) Sic infrà l. 8. c. 35. *noxæ damnatus, donatur populo Romano.* idem *condonare* dixit, infrà l. 3. c. 12. *sibi ut condonarent filium orabat.* (7) Et quidem comitiis *tributis*, secundùm Dionysium, in quibus primores minus pollebant quàm in comitiis centuriatis. Eorum autem Livius non meminit, nisi ad vigesimum abhinc annum. vid infrà c. 56. (8) Non Tullii. *Tullus* est prænomen. Τύλλος Ἄττιος dicitur a Dionysio.

stimularet,

ſtimularet, conſilia conferunt de Romano bello. Haud facilè credebant plebem ſuam impelli poſſe, ut toties infeliciter tentata arma caperent. multis ſæpe bellis, peſtilentiâ poſtremò amiſsâ juventute, fractos ſpiritus eſſe: arte agendum in exoleto jam vetuſtate odio, ut recenti aliquâ irâ exacerbarentur animi.

XXXVI. Ludi (1) fortè, ex inſtauratione, magni Romæ parabantur. inſtaurandi hæc cauſa fuerat. (2) Ludis manè ſervum quidam pater familiæ, nondum (3) commiſſo ſpectaculo, ſub (4) furcâ cæſum medio egerat circo. cœpti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuiſſet. Haud ita multo pòſt Ti. Antinio, de plebe homini, ſomnium fuit. Viſus Jupiter dicere, *Sibi ludis præſultatorem diſplicuiſſe: niſi magnificè inſtaurarentur hi ludi, periculum urbi fore. iret, ea conſulibus nunciaret.* Quanquam haud ſanè liber erat religione animus, verecundia tamen majeſtatis magiſtratuum timorem (5) vicit, ne (6) in ora hominum pro ludibrio abiret. Magno illi ea cunctatio ſtetit. filium namque intra paucos dies amiſit. cujus repentinæ cladis ne cauſa dubia eſſet, ægro animi eadem illa in ſomnis obverſata ſpecies viſa eſt rogitare, *Satin' magnam ſpreti numinis haberet mercedem? majorem inſtare, ni eat propere, ac nunciet conſulibus.* Jam præſentior (7) res erat: cunctantem tamen ac prolatantem ingens vis morbi adorta eſt debilitate ſubitâ. Tum enimvero Deorum ira admonuit. feſſus igitur malis præteritis inſtantibuſque, conſilio propinquorum adhibito quum viſa atque audita, & obverſatum toties ſomno Jovem, minas iraſque cœleſtes, (8) repræſentatas caſibus ſuis, expoſuiſſet; conſenſu

Ingratus Jovi præſultator.

C. 36. (1) Vid. ſuprà l. 1. c. 35. (2) i. e. die ludorum. Similiter *gladiatoribus*, apud Ciceronem, pro tempore quo ludi gladiatorii edebantur: & apud noſtrum, *Latinis*, pro tempore quo feriæ Latinæ celebrabantur; infrà l. 32. c. 1. & l. 44. c. 22. (3) Nondum cœpto ſpectaculo. *committi* verbum ſollenne in hâc re eſt. (4) Furca duplex fuit. alia, quam geſtare tantummodo jubebantur ſervi nequam, ignominiæ causâ; unde *furciferi* appellatio: alia inſtrumentum fuit ſupplicii, aliquando capitalis. (5) *Timorem* ſc. irarum cœleſtium. vid. not. 4. ad c. 16. l. 1. (6) Ne in ſermones hominum incideret, ac ludibrio haberetur. (7) i. e. *certior*; nam de eo qui *præſens* eſt, dubitari nequit utrùm ſit. periculum jam præſens adfuit, quod priùs, tanquam e longinquo, metuerat. (8) *Repræſentari* dicuntur, quæ non differuntur, ſed mox in opus & effectum adducuntur. Sic *repræſentare pretium* dicuntur, qui præſenti pecuniâ, non in diem ſolvunt.

inde haud dubio omnium, qui aderant, in forum ad consules lecticâ adfertur. inde in curiam jussu consulum delatus, eadem illa quum Patribus ingenti omnium admiratione enarrasset; ecce aliud miraculum: qui captus omnibus membris delatus in curiam esset, eum functum officio pedibus suis domum rediisse, traditum memoriæ est.

Attii Tulli Volsci dolus.

XXXVII. Ludi quàm amplissimi ut fierent, senatus decrevit. Ad eos ludos, auctore Attio Tullo, vis magna Volscorum venit. Priusquam committerentur ludi, Tullus, ut domi compositum cum Marcio fuerat, ad consules venit. dicit esse, quæ secretò agere de republicâ velit. Arbitris remotis, *Invitus*, inquit, *quod* (1) *sequius sit, de meis civibus loquor. Non tamen admissum quicquam ab iis criminatum venio; sed cautum, ne admittant. Nimio plus, quàm velim, nostrorum ingenia sunt mobilia. Multis id cladibus sensimus: quippe qui non nostro merito, sed vestrâ patientiâ, incolumes simus. Magna hîc nunc Volscorum multitudo est. ludi sunt. spectaculo intenta civitas erit. Memini quid* (2) *per eandem occasionem ab Sabinorum juventute in hâc urbe commissum sit. horret animus, ne quid inconsultè ac temere fiat. Hæc, nostrâ vestrâque causâ, priùs dicenda vobis, consules, ratus sum. Quod ad me attinet, extemplo hinc domum abire in animo est,* (3) *ne cujus facti dictive contagione præsens violer.* Hæc locutus abiit. Consules quum ad Patres rem dubiam sub auctore certo detulissent, auctor magis, ut fit, quàm res, † ad præcavendum vel ex supervacuo movit. factoque senatusconsulto, ut urbem excederent Volsci, præcones dimittuntur, qui omnes eos proficisci ante noctem juberent.

Volsci urbe exacti.

Ingens pavor primò discurrentes ad suas res tollendas in hospitia perculit. Proficiscentibus deinde indignatio oborta: *Se, ut consceleratos contaminatosque, ab ludis, festis diebus, cœtu quodammodo hominum Deorumque, abactos esse.*

C. 37. (1) Quod civibus meis labem aliquam aspergat. *Sequius* idem quod *deterius*. A *secius* non magis differre videtur, quàm *coquus* a *cocus*. Similiter etiam *secus* usurpatur, ubi rem mollire oratione opus est; ut infrà l. 8. c. 33. Tac. Ann. 2. 50. Observandum autem est primam syllabam in *sequior*, *sequius*, *secius*, semper longam esse; brevem in *secus*. (2) Vid. suprà c. 18. (3) Ne si præsens adsim, in me transeat, velut ex contagione, labes ac suspicio alicujus inconsulti dicti factive.

XXXVIII. Quum

XXXVIII. Quum propè continuato agmine irent, prægressus Tullus ad (1) caput Ferentinum, ut quisque veniret, primores eorum excipiens, querendo indignandoque, & eos ipsos (2) sedulò audientes secunda iræ verba, & per eos multitudinem aliam in subjectum viæ campum deduxit. Ibi in concionis modum orationem exorsus, (3) *Veteres populi Romani injurias, cladesque gentis Volscorum, ut omnia,* inquit, *oblivifcamini alia, hodiernam hanc contumeliam quo tandem animo fertis, quâ per nostram ignominiam ludos commisere? An non sensistis, triumphatum hodie de vobis esse? vos omnibus, civibus, peregrinis, tot finitimis populis, spectaculo abeuntes fuisse? vestras conjuges, vestros liberos traductos (4) per ora hominum? Quid eos, qui audivere vocem præconis? quid, qui vos videre abeuntes? quid eos, qui huic ignominioso agmini fuere obvii, existimasse putatis? nisi aliquod profectò nefas esse, quo, si intersimus spectaculo, violaturi simus ludos, (5) piaculumque merituri: ideo nos ab sede piorum, cœtu, concilioque abigi. Quid, deinde? illud non succurrit, vivere nos, quòd maturarimus proficisci? si hoc profectio, & non fuga est. Et hanc urbem vos non hostium ducitis, ubi, si unum diem morati essetis moriendum omnibus fuit? Bellum vobis indictum est; magno eorum malo, qui indixere, si viri estis.* Ita & suâ sponte irarum pleni, & incitati, domos inde digressi sunt; instigandoque suos quisque populos effecere, ut omne Volscum nomen deficeret.

A Tullo concitati.

XXXIX. Imperatores ad id bellum de omnium populorum sententiâ lecti Attius Tullus & C. Marcius exsul Romanus, in quo aliquanto plus spei repositum. Quam spem nequaquam fefellit: ut facilè appareret, ducibus validiorem, quàm exercitu, rem Romanam esse. Circejos profectus, primùm colonos inde Ro-

Volsci deficiunt, ducibus Attio Tullo & C. Marcio.

C. 38. (1) *Lucum Ferentinæ*, &c, *caput aquæ Ferentinæ*, dixit suprà l. 1. c. 50 & 51. (2) Deduxit & ipsos primores sedulò audientes verba ejus quæ iræ favebant, ei affectui concitando accommodata erant. (3) Displicent hæc Gronovio, qui legendum censet, *oratione exorsus veteres pop. Rom. injurias* &c. verbaque Tulli incipere demum ab *Ut omnia.* Alii quoque scabram esse orationem pronunciant, manumque admovent emendatricem. Ego contrà sentio, abruptum hoc & ellipticum dicendi genus optimè cum homine irato convenire. *Veteres pop. Rom. injurias, cladesque gentis Volscorum,* ut oblivifcamini; *ut omnia oblivifcamini alia* &c. E. (4) Alludit ad triumphum, in quo captivi traducebantur in oculis populi victoris, eique spectaculo erant. (5) Id commissuri, quod sit piaculo dignum.

manos

manos expulit, liberamque eam urbem Volſcis tradidit. Inde, (1) in Latinam viam tranſverſis tramitibus tranſgreſſus, Satricum, Longulam, Poluſcam, Coriolos, (2) novella hæc Romanis oppida ademit. Inde Lavinium (3) recepit: tunc deinceps Corbionem, Vitelliam, Trebiam, Lavicos, Pedum cepit. Poſtremum ad urbem a Pedo ducit; &, ad (4) foſſas Cluilias quinque ab urbe millia paſſuum caſtris poſitis, populatur inde agrum Romanum; cuſtodibus inter populatores miſſis, qui patriciorum agros intactos ſervarent: ſive infenſus plebi magis, ſive ut diſcordia inde inter Patres plebemque oriretur. Quæ profectò orta eſſet, adeò tribuni jam ferocem per ſe plebem criminando in primores civitatis inſtigabant. ſed externus timor, † maximum concordiæ vinculum, quamvis ſuſpectos infenſoſque inter ſe jungebat animos. Id modò non conveniebat; quòd ſenatus conſuleſque nuſquam alibi ſpem, quàm in armis, ponebant: plebes omnia, quàm bellum, malebat. (5) Sp. Nautius jam & Sex. Furius conſules erant. Eos, recenſentes legiones, præſidia per muros aliaque, in quibus ſtationes vigiliaſque eſſe placuerat, loca diſtribuentes, multitudo ingens pacem poſcentium primùm ſeditioſo clamore conterruit: deinde vocare ſenatum, referre de legatis ad C. Marcium mittendis coëgit. Acceperunt relationem Patres; poſtquam apparuit, labare plebis animos; miſſique de pace ad Marcium oratores atrox reſponſum retulerunt: *Si Volſcis ager redderetur, poſſe agi de pace: ſi prædâ belli per otium frui velint, memorem ſe & civium injuriæ, & hoſpitum beneficii, adniſurum ut appareat, exſilio ſibi irritatos, non fractos, animos eſſe.* Iterum deinde iidem miſſi non recipiuntur in caſtra. Sa-

U. c. 266. A. C. 486. Sp. Nautio, Sex. Furio Coſſ.

Legationes virorum ad Coriolanum.

C. 39. (1) Non rectâ Romam, ſed obliquo itinere versùs viam Latinam contendit. (2) Nuper ab Romanis acquiſita. vid. ſuprà c. 33. Plerique autem codices habent *Novellam;* ſub quâ voce alterius oppidi nomen latere videtur. (3) In fidem accepit. Lavinium enim nunquam Volſcis paruit, ut, iis olim ademptum, nunc *recipi* dicatur. [Ita Drakenborchius. at quidni verbum *recipere*, pro ſimplici *capere*, hîc, ut alibi ſæpe, intelligeretur? Sic infrà l. 3. c. 29. *caſtris hoſtium receptis.* Nam Lavinium, etſi nunquam Volſcis ademptum, tamen ſub Romanâ ditione fuerat. E.] (4) De foſsâ Cluiliâ vid. ſuprà l. 1. c. 23. (5) Ante hos conſules duplex par conſulum inſerit Dionyſius: in annum 264. Q. Sulpicium & Sp. Lartium, quorum in conſulatu ludi vitio facti: in annum 265. C. Julium & P. Pinarium, qui ludos inſtauravere. Eorum quoque in numerandis annis rationem habuiſſe Livius ipſe videtur, l. 3. c. 30.

cerdotes

cerdotes quoque, suis insignibus velatos, isse supplices ad castra hostium, traditum est; nihilo magis quàm legatos flexisse animum.

XL. Tum matronæ ad Veturiam, matrem Coriolani, Volumniamque uxorem frequentes coëunt. id publicum consilium, an muliebris timor fuerit, parum invenio. Pervicere certè, ut & Veturia, magno natu mulier, & Volumnia, duos parvos ex Marcio ferens filios, secum in castra hostium irent: &, quam armis viri defendere urbem non possent, mulieres precibus lacrimisque defenderent. Ubi ad castra ventum est, nunciatumque Coriolano, adesse ingens mulierum agmen, (1) in primo (ut qui nec publicâ majestate in legatis, nec in sacerdotibus tantâ offusâ oculis animoque religione motus esset) multo obstinatior adversùs lacrimas muliebres erat. Dein familiarium quidam, qui insignem mœstitiâ inter ceteras cognoverat Veturiam, inter nurum nepotesque stantem, *Nisi me frustrantur*, inquit, *oculi, mater tibi conjuxque & liberi adsunt.* Coriolanus, (2) propè ut amens consternatus, ab sede suâ quum ferret matri obviæ complexum, mulier in iram ex precibus versa, *Sine, priusquam complexum accipio, sciam*, inquit, *ad hostem, an ad filium, venerim: captiva materne in castris tuis sim? In hoc me vita longa & infelix senecta traxit, ut exsulem te, deinde hostem viderem? Potuisti populari hanc terram, quæ te genuit atque aluit? Non tibi, quamvis infesto animo & minaci perveneras, ingredienti fines ira cecidit? non, quum in conspectu Roma fuit, succurrit, intra illa mœnia domus ac penates mei sunt, mater, conjux, liberique? Ergo ego nisi peperissem, Roma non oppugnaretur; nisi filium haberem, libera in liberâ patriâ mortua essem.* (3) *Sed ego nihil jam pati,*

Mulierum legatio.

C. 40. (1) i. e. in principio. Pari modo, *a primo* est a principio, ab initio. Cic. Att. 8. 11. (2) Turbatus animo, nec jam potens sui. [συνταραχθεὶς πρὸς τὴν ὄψιν. Plut. Totam rem graphicè depingit Livius. Ex longo temporis intervallo, mater, conjux, liberique Coriolano se obviàm ferunt. Congressus improvisus est; atque caritatibus domesticæ necessitudinis animus ejus obstinatus nec opinatò de statu suo dejicitur. At Veturia non verbis supplicibus, sed jure materno agit; amplexum filii indignatur, exprobrat, instatque victo. Si quis hæc conferat cum narrationibus Dionysii & Plutarchi, apud quos Veturia rhetoris in modum concionatur, mecum mirabitur has doctissimo Crevierio visas fuisse *colorem quemdam historiæ magis retinere.* E.] (3) Sed ego nec quicquam jam pati possum, quod non magis turpe tibi sit, quàm miserum mihi; nec etiamsi

pati, nec tibi turpius quàm mihi miserius, possum : nec, (4) *ut sim miserrima, diu futura sum. De his videris : quos, si pergis, aut immatura mors, aut longa servitus manet.* Uxor deinde ac liberi amplexi : fletusque ab omni turbâ mulierum ortus, & comploratio sui patriæque, fregere tandem virum. complexus inde suos dimittit : ipse retro ab urbe castra movit. Abductis deinde legionibus ex agro Romano, invidiâ rei oppressum perisse tradunt ; alii alio leto. apud Fabium (5), longè antiquissimum auctorem, usque ad senectutem vixisse eundem invenio. Refert certè, hanc
† sæpe eum exactâ ætate usurpasse vocem, *Multo miserius seni exsilium esse.* Non inviderunt laudes suas mulieribus viri Romani. adeò sine obtrectatione gloriæ alienæ vivebatur. Monumento quoque quod esset, templum Fortunæ Muliebri ædificatum dedicatumque est. Rediere deinde Volsci, adjunctis Æquis, in agrum Romanum. sed Æqui Attium Tullum haud ultrà tulere ducem. Hinc ex certamine, Volsci Æquine imperatorem conjuncto exercitui darent, seditio, deinde atrox prœlium ortum. Ibi fortuna populi Romani duos hostium exercitus, haud minùs pernicioso quàm pertinaci certamine confecit. Consules T. Sicinius & C. Aquillius. Sicinio Volsci, Aquillio Hernici (nam ii quoque in armis erant) provincia evenit. Eo anno Hernici devicti : (6) cum Volscis æquo Marte discessum est.

U. c. 267. A. C. 485. T. Sicinio, C. Aquillio, Coss.

XLI. Sp. Cassius deinde & Proculus Virginius consules facti. cum Hernicis fœdus ictum : agri (1) partes duæ ademptæ. inde dimidium Latinis, dimidium plebi divisurus consul Cassius erat. Adjiciebat huic muneri agri aliquantum, quem publicum possideri a privatis criminabatur. Id multos quidem Patrum, ipsos possessores, periculo rerum suarum terrebat. sed & (2) publica Patribus sollicitudo inerat, largitione consulem periculosas libertati opes struere.

U. c. 268. A. C. 484. Sp. Cassio III. Proc. Virginio Coss.

etiamsi miserrima sim, diu futura misera sum, ut quæ ob senectam haud procul a morte absim. At de liberis tuis, qui hîc se sistunt tibi, vide quid agas. Unus codex manuscriptus, is verò recentior, præfert *nec tibi turpius*, nec *mihi miserius* ; cujus lectionis vestigia etiam in aliis duobus apparent. (4) Licet sim. (5) De quo vid. suprà l. 1. c. 44. (6) Est elliptica locutio, pro, *ex prœlio cum Volscis.*

C 41. (1) Agri bello capti duæ tertiæ partes ademptæ ; tertia Hernicis reddita, quod mox Cassio objicietur a collegâ. (2) Metus & cura pro

ſtruere. Tum primùm lex (3) agraria promulgata eſt; nunquam deinde uſque ad hanc memoriam ſine maximis motibus rerum agitata. Conſul alter largitioni reſiſtebat, auctoribus Patribus, nec omni plebe adverſante: quæ primò cœperat (4) faſtidire, munus vulgatum a civibus (5) iſſe in ſocios. ſæpe deinde & Virginium conſulem in concionibus velut vaticinantem audiebat, *Peſtilens collegæ munus eſſe. Agros illos ſervitutem iis, qui acceperint, laturos. regno viam fieri. Quid ita enim aſſumi ſocios & nomen Latinum? Quid attinuiſſe, Hernicis, paullo antè hoſtibus, capti agri partem tertiam reddi, niſi ut hæ gentes pro Coriolano duce Caſſium habeant?* Popularis jam eſſe diſſuaſor & interceſſor legis agrariæ cœperat. uterque deinde conſul certatim plebi indulgere. Virginius dicere, paſſurum ſe aſſignari agros, dum ne cui, niſi civi Romano, aſſignentur. Caſſius, quia in agrariâ largitione ambitioſus (6) in ſocios, eòque civibus vilior erat, ut alio munere ſibi reconciliaret civium animos, jubere, pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. Id verò haud ſecus, quàm præſentem mercedem regni, aſpernata plebes. adeò propter ſuſpicionem inſitam regni, velut abundarent omnia, munera ejus in animis hominum reſpuebantur. Quem, ubi primùm magiſtratu abiit, damnatum necatumque conſtat. Sunt, qui patrem auctorem ejus ſupplicii ferant: eum, cognitâ domi causâ, verberaſſe ac necaſſe, (7) peculiumque filii Cereri conſecraviſſe. ſignum inde factum eſſe, & inſcriptum, EX CASSIA FAMILIA DATUM. Invenio apud quoſdam, idque (8) propiùs fidem eſt,

Lex agraria.

Caſſius necatur.

pro republicâ. (3) De agro, qui ex hoſtibus captus ac proinde publicus erat, aut adimendo privatis qui eum occupaverant, aut inopibus dividundo. (4) Contemptui habere munus quod non proprium eſſet civium; ſed, communicatum ſociis quoque, jam vile & vulgare videretur. (5) Vocem *iſſe* delendam Gronovius cenſet; at invitis codicibus, qui omnes vel *iſſe*, vel *eſſe*, vel denique *egiſſe* præferunt. Quid ſi, interpunctione tantùm mutatâ, legamus *faſtidire munus vulgatum; a civibus iſſe in ſocios*, ſc. dictitans. E. (6) Ambiendæ ſociorum gratiæ ſtudioſus. (7) *Peculium* propriè eſt id quod ſervus concedente domino poſſidet. Similiter uſurpatur pro eo quod filius poſſidet conceſſu patris; quia nempe quemadmodum ſervi in domini poteſtate, ita & liberi in poteſtate patris erant. At laxiore ſenſu *peculium* ſæpe dicuntur quæcunque facultates etiam patrumfamiliæ. (8) Credibilius. Vox *fidem* regitur a præpoſitione *ad*

U. c. 269. A. C. 483. Ser. Cornelio, Q. Fabio Coss.

est, a quæstoribus (9) K. Fabio & L. Valerio diem dictam perduellionis, damnatumque populi judicio: dirutas publicè ædes. ea est area ante Telluris ædem. Ceterùm sive illud domesticum, sive publicum fuit judicium, damnatur Ser. Cornelio, Q. Fabio consulibus.

XLII. Haud diuturna ira populi in Cassium fuit. Dulcedo agrariæ legis ipsa per se, dempto auctore, subibat animos: accensaque ea cupiditas est malignitate Patrum; qui, devictis eo anno Volscis Æquisque, militem prædâ

U. c. 270. A. C. 482. L. Æmilio, Kæsone Fabio Coss.

fraudavere. quicquid captum ex hostibus est, vendidit Fabius consul, ac redegit in publicum. Invisum erat Fabium nomen plebi propter novissimum consulem: tenuere tamen Patres, ut cum L. Æmilio K. Fabius consul crearetur. Eo infestior facta plebes seditione domesticâ bellum externum excivit: bello deinde civiles discordiæ intermissæ, uno animo Patres ac plebes rebellantes Volscos & Æquos, duce Æmilio, prosperâ pugnâ vicere. Plus tamen hostium fuga, quàm prœlium, absumpsit: adeò pertinaciter fusos insecuti sunt equites. Castoris ædes eodem anno Idibus Quinctilibus dedicata est. vota erat Latino bello, (1) Postumio dictatore. filius ejus, duumvir ad id ipsum creatus, dedicavit. Sollicitati & eo anno sunt dulcedine agrariæ legis animi plebis. Tribuni plebis (2) popularem potestatem lege populari celebrabant. Patres, satis superque (3) gratuiti furoris in multitudine credentes esse, largitiones temeritatisque invitamenta horrebant.

† U. c. 271. A. C. 481. M. Fabio, L. Valerio Coss.

acerrimi Patribus duces ad resistendum consules fuere. Ea igitur pars reipublicæ vicit, nec in præsens modò; sed in venientem etiam annum M. Fabium (4) Kæsonis fratrem, & magis invisum alterum plebi, accusatione Sp. Cassii, L. Valerium consules dedit. Certatum eo quoque anno cum tribunis est. vana lex, vanique legis auctores, jactando

ad suppressâ. Sic infrà c. 48. *proximè formam latrocinii.* (9) i. e. *Kæsone*, seu *Cæsone*, cujus prænominis litera K antiqua nota est. Porro hæc prima apud Livium mentio quæstorum occurrit. Quæstores a *quærendo* dicti sunt, quòd conquirerent pecunias publicas, atque etiam maleficia, quæ postea triumviri capitales conquisivere.

C. 42. (1) Vid. suprà c. 20. (2) Potestatem suam, quæ per se grata populo erat, lege illâ celebrabant, i. e. celebratiorem favore hominum & magno circa se civium concursu efficiebant. (3) Spontanei, etiam sine ulla proposita mercede. (4) Et Q. Fabii quoque, qui tertio antè anno consul

tando irritum munus, facti. Fabium inde nomen ingens, post tres continuos consulatus, unoque velut tenore omnes expertos tribuniciis certaminibus, habitum. itaque, ut bene locatus, mansit in eâ familiâ aliquamdiu honos. Bellum inde Vejens initum; & Volsci rebellarunt. sed ad bella externa propè superant vires: abutebanturque iis inter semet ipsos certando. Accessere ad ægras jam omnium mentes prodigia cœlestia, propè quotidianas in urbe agrisque ostentantia minas. (5) motique irâ numinis causam nullam aliam vates canebant, publicè privatimque nunc extis, nunc per aves (6) consulti, quàm haud ritè sacra fieri. qui terrores tamen eò evasere, ut Oppia, virgo Vestalis, damnata incesti pœnas dederit.

XLIII. Q. Fabius inde & C. Julius consules facti. Eo anno non segnior discordia domi, & bellum foris atrocius fuit. Ab Æquis arma sumpta. Vejentes agrum quoque Romanorum populantes inierunt. quorum bellorum crescente curâ, K. Fabius & Sp. Furius consules fiunt. Ortonam, Latinam urbem, Æqui oppugnabant. Vejentes, pleni jam populationum, Romam ipsam se oppugnaturos minabantur. Qui terrores, quum compescere deberent, auxere insuper animos plebis: redibatque non suâ sponte plebi mos detrectandi militiam. sed Sp. Licinius tribunus plebis, venisse tempus ratus per ultimam necessitatem legis agrariæ Patribus injungendæ, susceperat rem militarem impediendam. Ceterùm tota invidia tribuniciæ potestatis versa in (1) auctorem est: nec in eum consules acriùs, quàm ipsius (2) ejus collegæ, coorti sunt: auxilioque eorum delectum consules habent. Ad duo simul bella exercitus scribitur. ducendus Fabio in Æquos, in Vejentes Furio datur. Et in Vejentibus quidem nihil dignum memoriâ gestum est. Fabio aliquanto plus negotii cum civibus, quàm cum hostibus, fuit. unus ille vir ipse consul rempublicam sustinuit, quam exercitus odio consulis, quantum

U. c. 272. A. C. 480. Q. Fabio II. C. Julio Coss.

U. c. 273. A. C. 479. Kæsone Fabio II. Sp. Furio Coss.

Romani milites nolunt vincere.

consul fuit. (5) Et vates nullam aliam causam efferebant, cur irati dii numen suum per illa prodigia exererent. (6) *Consulti* ut rescirent per exta & per aves quid Dii vellent. Quæritur an dici possint vates *consuli extis*, quum ipsi ex extis fata prædicunt. Drakenborchius jungenda putat *numinis consulti nunc extis* &c. quod, fateor, mihi durius videtur.

C. 43. (1) In ipsum auctorem hujus turbulenti conaminis. (2) Muretus aliique monent hìc legendum esse *ipsi*: at *ipsi* is Livio frequens est. (3) Nec

quantum in ſe fuit, prodebat. Nam quum conſul, præter ceteras imperatorias artes, quas parando gerendoque bello edidit plurimas, ita inſtruxiſſet aciem, ut, ſolo equitatu emiſſo, exercitum hoſtium funderet, inſequi fuſos pedes noluit. nec illos, (3) etſi non adhortatio inviſi ducis, ſuum ſaltem flagitium & publicum in præſentia dedecus, poſtmodo periculum, ſi animus hoſti rediſſet, cogere potuit gradum accelerare; aut, ſi aliud nihil, (4) inſtare inſtructos. Injuſſu ſigna referunt, mœſtique, (crederes victos) exſecrantes nunc imperatorem, nunc navatam ab equite operam, redeunt in caſtra. Nec huic tam peſtilenti exemplo remedia ulla ab imperatore quæſita ſunt. † adeò excellentibus ingeniis citiùs defuerit ars, quâ civem regant, quàm quâ hoſtem ſuperent. Conſul Romam rediit, non tam belli gloriâ auctâ, quàm irritato exacerbatoque in ſe militum odio. Obtinuere tamen Patres, ut in Fabiâ gente conſulatus maneret. M. Fabium conſulem creant: Fabio collega Cn. Manlius datur.

U. c. 274. A. C. 478. M. Fabio II. Cn. Manlio Coſſ.

XLIV. Et hic annus tribunum auctorem legis agrariæ habuit. (1) Ti. Pontificius fuit. is, eandem viam, velut (2) proceſſiſſet Sp. Licinio, ingreſſus, delectum paullisper impediit. Perturbatis iterum Patribus, Ap. Claudius, (3) *Victam tribuniciam poteſtatem*, dicere, *priore anno; in præſentia re ipsâ, exemplo in perpetuum: quando inventum ſit, ſuis ipſam viribus diſſolvi. Neque enim unquam defuturum, qui & ex collegâ victoriam ſibi, & gratiam melioris partis bono publico velit quæſitam. Et plures, ſi pluribus opus ſit, tribunos ad auxilium conſulum paratos fore; & unum vel adversùs omnes ſatis eſſe. Darent modò & conſules & primores Patrum operam, ut, ſi minùs omnes, aliquos tamen ex tribunis reipublicæ ac ſenatui conciliarent.* Præceptis Appii moniti Patres, & univerſi comiter ac benignè tribunos appellare;

Interceſſio tribunicia.

(3) Nec gradum accelerare cogi potuerunt dedecore aut periculo, quorum *ſaltem* conſideratio eos movere debuit, *etſi non* moviſset adhortatio inviſi ducis. E. (4) Muretus legi vult *ſtare.* At vulgatum, quod omnes codices ſervant, defendi poteſt. *inſtare* eſt *ibidem ſtare.* Similiter *immunire* pro *ibidem munire.* Tac. Ann. 11. 19. & *incœnare* pro *ibidem cœnare.* Suet. Tib. 39.

C. 44. (1) h. e. *Tiberius*; illud enim prænomen duobus literis ſcribebatur *Ti.* (2) *Procedere* ſimpliciter, pro proſpere procedere, ex voto evenire, Livio & aliis frequens eſt. Et ita *parum procedere*, pro parum proſpere procedere, Salluſtius dixit in Jugurth. c. 35. Pariter etiam ſimplex *cedere* pro proſpere cedere ſæpe occurrit. (3) Tribuniciam poteſtatem

appellare; & conſulares, (4) ut cuique privatim aliquid juris adversùs ſingulos erat, partim gratiâ, partim auctoritate, obtinuere, ut tribuniciæ poteſtatis vires ſalubres vellent reipublicæ eſſe. quatuorque tribunorum adversùs unum moratorem publici commodi auxilio delectum conſules habent. Inde ad Vejens bellum profecti; quò undique ex Etruriâ auxilia convenerant, non tam Vejentium gratiâ concitata, quàm quòd in ſpem ventum erat, diſcordiâ inteſtinâ diſſolvi rem Romanam poſſe. Principeſque in omnium Etruriæ populorum conciliis fremebant, *Æternas opes eſſe Romanas, niſi inter ſemet ipſi ſeditionibus ſæviant. id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia eſſent. Diu ſuſtentatum id malum, partim Patrum conſiliis, partim patientiâ plebis, jam ad extrema veniſſe. Duas civitates ex unâ factas: ſuos cuiquè parti magiſtratus, ſuas leges eſſe. Primùm in delectibus ſævire ſolitos; eoſdem in bello tamen paruiſſe ducibus. qualicunque urbis ſtatu, manente diſciplinâ militari,* (5) *ſiſti potuiſſe: jam* (6) *non parendi magiſtratibus morem in caſtra quoque Romanum militem ſequi. Proximo bello in ipsâ acie, in ipſo certamine, conſenſu exercitûs traditam ultro victoriam victis Æquis: ſigna deſerta, imperatorem in acie relictum, injuſſu in caſtra reditum. Profectò, ſi inſtetur, ſuo milite vinci Romam poſſe. Nihil aliud opus eſſe, quàm indici oſtendique bellum: cetera ſuâ ſponte fata & Deos geſturos.* Ea ſpes Etruſcos armaverat, multis in vicem caſibus victos victoreſque.

Bellum Veiens.

XLV. Conſules quoque Romani nihil præterea aliud, quàm ſuas vires, ſua arma, horrebant: memoria peſſimi proximo bello exempli terrebat, ne rem committerent eò, ubi duæ ſimul acies timendæ eſſent. Itaque caſtris ſe tenebant, (1) tam ancipiti periculo averſi. *diem tempuſque forſitan ipſum leniturum iras, ſanitatemque animis allaturum.* Vejens hoſtis Etruſcique eo magis præpropere agere; laceſſere

Coſſ. caſtris ſe tenent.

teſtatem non modò victam eſſe ſemel & in præſentia, tribunis re ipsâ victis priore anno, ſed & exemplo rei victam eſſe in perpetuum. (4) Ut quiſque privatim apud ſingulos valebat. *Jus* ſæpe pro poteſtate dici notum eſt; ideoque *jus* ac *ditio*, *arbitrium*, *poteſtas*, ſæpe junguntur. *Adversùs* etiam non ſemper *nocendi* vim habere conſtat. ſic infrà l. 5. c. 35. *adversùs Romanos nullum iis jus ſocietatis amicitiæque erat.* & Ter. Andr. 1. 1. 15. (5) Vid. not. 6. ad c. 29. ſuprà. (6) Morem detrectandi imperium magiſtratuum.

C. 45. (1) i. e. *a* tam ancipiti periculo averſi. Sic *averſus mercaturi*. Hor.

laceſſere ad pugnam: primò obequitando caſtris provocandoque; poſtremò, ut nihil movebant, quà conſules ipſos, quà exercitum increpando: *Simulationem inteſtinæ diſcordiæ (2) remedium timoris inventum: & conſules (3) magis non confidere, quàm non credere, ſuis militibus. Novum ſeditionis genus, ſilentium otiumque inter armatos.* ad hæc in novitatem generis originiſque, quà falſa, quà vera, jacere. Hæc, quum ſub ipſo vallo portiſque ſtreperent, haud ægre conſules pati. at imperitæ multitudinis nunc indignatio, nunc pudor, pectora verſare, & (4) ab inteſtinis avertere malis: nolle inultos hoſtes; (5) nolle ſucceſſum, non Patribus, non conſulibus: externa & domeſtica odia certare in animis. Tandem ſuperant externa; adeò ſuperbè inſolenterque hoſtis eludebat. frequentes in prætorium conveniunt, poſcunt pugnam, poſtulant ut ſignum detur. Conſules, velut deliberabundi, capita conferunt, diu colloquuntur. pugnare cupiebant; ſed (6) retro revocanda & abdenda cupiditas erat, ut adverſando remorandoque incitato ſemel militi adderent impetum. Redditur reſponſum, immaturam rem agi, nondum tempus pugnæ eſſe: caſtris ſe tenerent. Edicunt inde, ut abſtineant pugnâ. ſi quis injuſſu pugnaverit, ut in hoſtem animadverſuros. Ita dimiſſis, quo minùs conſules velle credunt, (7) creſcit ardor pugnandi. accedunt inſuper hoſtes ferociùs multo, ut ſtatuiſſe non pugnare conſules cognitum eſt. Quippe *impunè ſe inſultaturos. non credi militi arma. rem ad ultimum ſeditionis erupturam, finemque veniſſe Romano imperio.* His freti occurſant portis, ingerunt probra, ægre abſtinent quin caſtra oppugnent. Enimvero non ultrà contumeliam pati Romanus poſſe: totis caſtris undique ad conſules curritur. non jam ſenſim, ut antè, per (8) centurionum principes poſtulant; ſed paſſim omnes clamoribus agunt. Matura res erat;

Pugnam poſcit miles Rom.

Hor. Serm. 2. 3. 107. (2) Artificium diſſimulando timori. (3) Magis non confidere virtuti militum, quàm non credere voluntati. Mirum cur hanc interpretationem rejecerit Drakenborchius. (4) Senſim avocare a civilibus odiis. (5) Nolle rem proſpere cedere aut patribus aut conſulibus. (6) Inhibenda ac diſſimulanda. (7) Eo magis milites pugnare geſtiunt. E. (8) *Principes centurionum* ſunt qui alio nomine vocantur *principes ordinum*, vel *centuriones primorum ordinum*, vel ſimpliciter *primi ordines*; id eſt, primi centuriones haſtatorum, principum, & triariorum cujuſque

erat; tergiverſantur tamen. Fabius deinde, (9) ad creſcentem tumultu jam metum ſeditionis collegâ concedente, quum ſilentium claſſico feciſſet; *Ego (10) iſtos, Cn. Manli, poſſe vincere ſcio; velle ne ſcirem, ipſi fecerunt. Itaque certum atque decretum eſt, non dare ſignum, niſi, victores ſe redituros ex hâc pugnâ, jurant. Conſulem Romanum miles ſemel in acie feſellit; Deos nunquam fallet.* Centurio erat M. Flavolejus, inter primores pugnæ flagitator. *Victor*, inquit, *M. Fabi, revertar ex acie.* Si fallat, Jovem patrem, Gradivumque Martem, alioſque iratos invocat Deos. Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque jurat. Juratis datur ſignum, arma capiunt; eunt in pugnam, irarum ſpeique pleni. Nunc jubent Etruſcos probra jacere, nunc armatis ſibi quiſque linguâ promptum hoſtem offerri. Omnium illo die, quà plebis, quà Patrum, eximia virtus fuit. Fabium nomen, Fabia gens maximè enituit. multis civilibus certaminibus infenſos plebis animos illâ pugnâ ſibi reconciliare ſtatuunt. Inſtruitur acies: nec Vejens hoſtis Etruſcæque legiones detrectant.

XLVI. Propè certa ſpes erat, non magis ſecum pugnaturos, quàm pugnaverint cum Æquis. majus quoque aliquod, in tam irritatis animis & (1) occaſione ancipiti, haud deſperandum eſſe facinus. Res aliter longè evenit. nam non alio antè bello infeſtior Romanus (adeò hinc contumeliis hoſtes, hinc conſules morâ exacerbaverant) prœlium iniit. Vix explicandi (2) ordinis ſpatium Etruſcis fuit, quum, pilis inter primam trepidationem abjectis temere magis, quàm emiſſis, pugna jam in manus, jam ad gladios, ubi Mars eſt atrociſſimus, venerat. Inter primores genus Fabium inſigne ſpectaculo exemploque civibus erat. ex his Q. Fabium, (tertio hic anno antè conſul fuerat) principem in confertos Vejentes euntem, ferox viribus & armorum arte Tuſcus, incautum inter multas verſantem hoſtium manus, gladio per pectus tranſfigit. *Prœlium committitur*

cujuſque legionis. (9) Collegâ concedente rem militibus, propter creſcentem metum ſeditionis &c. (10) Scio quòd iſti *poſſunt* vincere hoſtes; at ipſi fecerunt ut dubitem an *velint*.

C. 46. (1) Ubi victoria adhuc incerta erat. Romani certam ex Æquis victoriam deſeruerant. Quid fiet igitur, inquiebant Veientes, hac in occaſione, ubi certamen anceps futurum eſt? (2) Potius *ordines*, vel

transfigit. telo extracto, (3) præceps Fabius in vulnus abiit. Senſit utraque acies unius viri caſum, cedebatque inde Romanus: quum M. Fabius conſul tranſiluit jacentis corpus, objectâque parmâ, *Hoc juraſtis*, inquit, *milites, fugientes vos in caſtra redituros? adeò ignaviſſimos hoſtes magis timetis, quàm Jovem Martemque, per quos juraſtis? At ego injuratus aut victor revertar, aut prope te hîc, Q. Fabi, dimicans cadam.* Conſuli tum K. Fabius prioris anni conſul, *Verbiſne iſtis, frater, ut pugnent, te impetraturum credis? Dii impetrabunt, per quos juravere. Et nos, ut decet proceres, ut Fabio nomine eſt dignum, pugnando potiùs, quàm adhortando, accendamus militum animos.* Sic in primum infeſtis haſtis provolant duo Fabii, totamque moverunt ſecum aciem.

XLVII. Prœlio ex parte unâ reſtituto, nihilo ſegniùs in altero cornu Cn. Manlius conſul pugnam ciebat: ubi propè ſimilis fortuna eſt verſata. nam ut altero in cornu Q. Fabium, ſic in hoc ipſum conſulem Manlium, jam velut fuſos agentem hoſtes, & impigre milites ſecuti ſunt; &, ut ille gravi vulnere ictus ex acie ceſſit, interfectum rati, gradum retulere. ceſſiſſentque loco, ni conſul alter, cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo advectus, vivere clamitans collegam, ſe victorem fuſo altero cornu adeſſe, rem inclinatam ſuſtinuiſſet. *Vincuntur Veientes.* Manlius quoque ad reſtituendam aciem ſe ipſe coràm offert. Duorum conſulum cognita ora accendunt militum animos. ſimul & (1) vanior jam erat hoſtium acies, dum, abundante multitudine freti, ſubtracta ſubſidia mittunt ad caſtra oppugnanda. In quæ haud magno certamine impetu facto, dum, prædæ magis quàm pugnæ memores, (2) terunt tempus; triarii Romani, qui primam irruptionem ſuſtinere non potuerant, miſſis ad conſules nunciis, quo loco res eſſent, conglobati ad (3) prætorium redeunt, & ſuâ ſponte ipſi prœlium renovant: & Manlius

vel etiam *explicandis ordinibus.* (3) Quum Tuſcus gladium extraxiſſet, Fabius cecidit pronus in pectus, in quo mortiferum vulnus acceperat. Verbum *abiit* notat impetum, quo Fabius in terram decidit. Similiter *prolabi in vulnus* Livius ſuprà dixit l. 1. c. 58.

C. 47. (1) Minus denſa. Eodem ſenſu occurrit apud Curtium l. 4. c. 14. (2) Alii *tererent*; at malè. vid not. 8. ad c. 32. ſuprà (3) Ad eam regionem caſtrorum,

lius conful, revectus in caftra, ad omnes portas milite oppofito, hoftibus viam claufcrat. Ea defperatio Tufcis rabiem magis, quàm audaciam, accendit. nam quum incurfantes, quâcunque exitum oftenderet fpes, vano aliquoties impetu iffent; globus juvenum unus in ipfum confulem infignem armis invadit. Prima excepta a circumftantibus tela. fuftineri deinde vis nequit. Conful mortifero vulnere ictus cadit, fufique circà omnes. Tufcis crefcit audacia. Romanos terror per tota caftra trepidos agit. & ad extrema ventum foret, ni legati, rapto confulis corpore, patefeciffent unâ portâ hoftibus viam. Eâ erumpunt; confternatoque agmine abeuntes in victorem alterum incidunt confulem. ibi iterum cæfi fufique paffim. Victoria egregia parta, triftis tamen duobus tam claris funeribus. Itaque conful, decernente fenatu triumphum, *Si exercitus fine imperatore triumphare poffit, pro eximiâ eo bello operâ facilè paffurum*, refpondit: *fe, familiâ funeftâ Q. Fabii fratris morte, republicâ ex parte orbâ confule altero amiffo, publico privatoque deformem luctu lauream non accepturum.* Omni acto triumpho depofitus triumphus clarior fuit. adeò fpreta in tempore gloria interdum cumulatior redit. Funera deinde duo (4) deinceps collegæ fratrifque ducit. (5) idem in utroque laudator, quum, concedendo illis fuas laudes, ipfe maximam partem earum ferret. Neque immemor ejus, quod initio confulatûs (6) imbiberat, reconciliandi animos plebis, faucios milites curandos dividit Patribus. Fabiis plurimi dati: nec alibi majore curâ habiti. Inde populares jam effe Fabii: nec hoc ullâ, nifi falubri reipublicæ, arte. †

XLVIII. Igitur non Patrum magis, quàm plebis, ftudiis K. Fabius cum T. Virginio conful factus, neque bella, neque delectus, neque ullam aliam priorem curam agere, quàm ut, jam aliquâ ex parte inchoatâ concordiæ fpe, primo quoque tempore cum Patribus coalefcerent animi plebis. Itaque principio anni cenfuit, priufquam

U. c. 275. A. C. 477. Kæfone Fabio III. T. Virginio Coff.

trorum, in quâ tentoria confulum erant. (4) Vox *deinceps* notat duo funera non fimul ducta, fed unum poft alterum; & prius quidem funus collegæ, tanquam confulis, pofterius fratris funus. (5) Idem Conful Fabius, oratione funebri, & collegam Manlium, & fratrem laudavit. (6) h. e. fibi propofuerat, ita in mente fuâ defixerat ut evelli non poffet. Eundem ufum verbi *imbibere* vid. apud Cic. pro P. Quinct. c. 6. & Act. pr. in Verr. c. 14.

quisquam agrariæ legis auctor tribunus exsisteret, (1) occuparent Patres ipsi suum munus facere: captivum agrum plebi quàm maximè æqualiter darent. (2) *verum esse, habere eos, quorum sanguine ac sudore partus sit.* Aspernati Patres sunt: questi quoque quidam, nimiâ gloriâ luxuriare & evanescere vividum quondam illud Kæsonis ingenium. Nullæ deinde urbanæ factiones fuere. Vexabantur incursionibus Æquorum Latini. eò cum exercitu Kæso missus, in ipsorum Æquorum agrum (3) depopulandum transit. Æqui se in oppida receperunt, murisque se tenebant: eo nulla pugna memorabilis fuit. At a Vejente hoste clades accepta temeritate alterius consulis. actumque de exercitu foret, ni K. Fabius in tempore subsidio venisset. Ex eo tempore neque pax neque bellum cum Vejentibus fuit; res (4) proximè formam latrocinii venerat. Legionibus Romanis cedebant in urbem. ubi abductas senserant legiones, agros incursabant; bellum quiete, quietem bello in vicem eludentes. Ita neque omitti tota res, nec perfici poterat. & alia bella aut præsentia instabant, ut ab Æquis Volscisque, non diutiùs, quàm recens dolor proximæ cladis transiret, quiescentibus: aut mox moturos se apparebat Sabinos semper infestos, Etruriamque omnem. sed Vejens hostis, assiduus magis, quàm gravis, contumeliis sæpiùs, quàm periculo, animos agitabat: quod nullo tempore negligi poterat, aut averti aliò sinebat. Tum Fabia gens senatum adiit. consul pro gente loquitur: *Assiduo magis, quàm magno, præsidio, ut scitis, Patres conscripti, bellum Vejens eget. Vos alia bella curate: Fabios hostes Vejentibus date. Auctores sumus, tutam ibi majestatem Romani nominis fore. Nostrum id nobis velut familiare bellum, privato sumptu gerere in animo est. Respublica & milite illic & pecuniâ vacet.* Gratiæ ingentes actæ. Consul e curiâ egressus, comitante Fabiorum agmine, qui in vestibulo curiæ, senatusconsultum exspectantes, steterant, domum rediit. Jussi armati postero die ad limen consulis adesse, domos inde discedunt.

Fabii suscipiunt bellum cum Vejentibus.

C. 48. (1) Darent priùs operam patres, ut hoc munus ab ipsorum benignitate plebs haberet. vid. not. 4. ad c. 38. l. 1. (2) i. e. æquum. Sic Hor. l. 1. Epist. 7. v. 98. Virg. Æn. 12. v. 696. Cæs. l. 4. Bell. Gall. c. 8. infrà l. 3. c. 40. & alibi sæpe. (3) Plusquam verisimilis conjectura Heumanni, legendum esse *depopulatum*, i. e. ad depopulandum. (4) Vid. not. 8. ad c. 41. suprà.

XLIX. Manat

XLIX. Manat totâ urbe rumor: Fabios ad cœlum laudibus ferunt. *Familiam unam ſubiſſe civitatis onus: Vejens bellum in privatam curam, in privata arma verſum. Si ſint duæ roboris ejuſdem in urbe gentes; depoſcant, hæc Volſcos ſibi, illa Aequos: populo Romano tranquillam pacem agente, omnes finitimos ſubigi populos poſſe.* Fabii poſtero die arma capiunt. quò juſſi erant, conveniunt. Conſul, (1) paludatus egrediens, in veſtibulo gentem omnem ſuam inſtructo agmine videt. acceptus in medium, ſigna ferri jubet. Nunquam exercitus neque minor numero, neque clarior famâ & admiratione hominum, per urbem inceſſit. (2) Sex & trecenti milites, omnes patricii, omnes unius gentis, (3) quorum neminem ducem ſperneret egregius quibuſlibet temporibus ſenatus, ibant, unius familiæ viribus Vejenti populo peſtem minitantes. Sequebatur turba, propria alia cognatorum ſodaliumque, nihil medium, nec ſpem, nec curam, ſed immenſa omnia volventium animo; alia (4) publica, ſollicitudine excitata, favore & admiratione ſtupens; (5) *ire fortes, ire felices* jubent, *inceptis eventus pares reddere: conſulatus inde ac triumphos, omnia præmia ab ſe, omnes honores ſperare.* Prætereuntibus Capitolium arcemque

C. 49. (1) Vid. not. 1. ad c. 26. l. 1. (2) Perizonius, Anim. Hiſt. c. 5. probare nititur, longè minimam in hoc agmine partem e Fabiâ gente, pleroſque ſodales & clientes Fabiorum fuiſſe. [Attamen ſi Fabia gens Romæ fuerit indigena, ut ipſe Perizonius teſtatur, annon facile credi poteſt eam tot numero militaris ætatis viros, triceſimo fere poſt urbem conditam anno, protuliſſe; præſertim ſi tam affines quàm conſanguinei numerentur? Nam quod urget Perizonius Tarquinium Superbum primores civitatis interfeciſſe, id intelligendum ſentio, non de patriciis omnibus, ſed de iis qui inter patricios opibus jam tum inſignes fuere. Quod autem Valerius conſul e plebe allegiſſe dicitur CLXIV. in numerum ſenatorum; id non propter inopiam patriciorum factum puto, ſed (ut Livius ipſe innuit) quo jungerentur patribus plebis animi. Denique de uno impubere relicto, ſtirpe genti Fabiæ, mox ſuo loco noſtram ſententiam proferemus. Certè omnes hiſtorici de utrâque re æquè conſentiunt. E.] (3) Quorum ſingulos incorruptiſſimus quibuſlibet temporibus ſenatus dignos exiſtimaret, qui magnorum exercituum duces eſſent. (4) Eorum ſc. quibus cum Fabiis nulla privata neceſſitudo fuit. Turba *publica* opponitur τῷ *propria*. Crevierius vocem *publica* jungit cum ſollicitudine: *alia, publicâ ſollicitudine excitata.* (5) Eleganter *fortes* & *felices* jungit Livius, utpote qui quemque Fabiorum in præcedentibus ut *ducem* conſideraverat. Namque imperatorum, eorumve quorum auſpiciis res geritur, *virtus* & *felicitas* ſollenniter prædicantur; ſociorum, legatorum, militum, *virtus* & *fides*. Itaque illorum *fortis* & *felix*, horum *fortis* & *fidelis*

cemque & alia templa, quicquid Deorum oculis, quicquid animo occurrit, precantur, ut illud agmen fauſtum atque felix mittant, ſoſpites brevi in patriam ad parentes reſtituant. Incaſſum miſſæ preces. Infelici viâ (6) dextro Jano portæ Carmentalis profecti, ad Cremeram flumen perveniunt. is opportunus viſus locus communiendo præſidio. L. Æmilius inde & C. Servilius conſules facti. &, donec nihil aliud quàm in populationibus res fuit, non ad præſidium modò tutandum Fabii ſatis erant, ſed totâ regione, quâ Tuſcus ager Romano adjacet, ſua tuta omnia, infeſta hoſtium, vagantes per utrumque finem, fecere. Intervallum deinde haud magnum populationibus fuit: dum & Vejentes, accito ex Etruriâ exercitu, præſidium Cremeræ oppugnant; & Romanæ legiones, ab L. Æmilio Conſule adductæ, cominus cum Etruſcis dimicant acie. quanquam vix dirigendi aciem ſpatium Vejentibus fuit. adeò inter primam trepidationem, (7) dum poſt ſigna ordines introëunt, ſubſidiaque locant, invecta ſubitò ab latere Romana equitum ala, non pugnæ modò incipiendæ, ſed conſiſtendi, ademit locum. Ita, fuſi retro ad ſaxa Rubra, (ibi caſtra habebant) pacem ſupplices petunt. cujus impetratæ, ab inſitâ animis levitate, ante deductum Cremerâ Românum præſidium, pœnituit.

U. c. 276. A. C. 476. L. Æmilio II. C. Servilio Coſſ.

Fabii Vejentium victores.

L. Rurſus cum Fabiis erat Vejenti populo, ſine ullo (1) majoris belli apparatu, certamen: nec erant incurſiones modò in agros, aut ſubiti impetus incurſantium, ſed aliquoties

fidelis, opera. (6) Per dextrum Janum, ſive tranſitum, portæ Carmentalis. Janus enim interdum ſumitur pro quodam quaſi fornice, per quem via pateat. Cic. l. 2. de nat. Deor. n. 67. *Tranſitiones perviæ Jani nominantur.* Suet. Aug. c. 31. *Pompeii ſtatuam marmoreo Jano ſuperpoſuit.* In hoc genere *Janorum*, unus foro proximus in primis nobilis, in quo fœneratores conſiſterent, præcipuè mediâ illius parte, cum videatur fuiſſe tranſitus longior. Hinc Hor. Serm. 2. 3. 18. *Poſtquam omnis res mea Janum ad medium fracta eſt.* & Epiſt. 1. 1. 54. *Hoc Janus ſummus ab imo prodocet.* *Janus ſummus, medius, imus* ſunt partes ſumma, media, ima unius illius Jani negotiatoribus aſſignati. Carmentalis igitur porta duos treſve tales Janos, ſive tranſitus habuit: per dextrum profecti ſunt Fabii. (7) Dum ordines, ſequentes ſigna, prodeunt in locum pugnæ deſtinatum. [Vox *ordines*, ni fallor, potiùs ſumenda in caſu quarto. *dum* Vejentes *introëunt ordines poſt ſigna*, i. e. dum aciem dirigunt. E.]

C. 50. (1) Pro *majore belli apparatu*: ut ſuprà l. 1. c. 1. *majora initia rerum*, pro *majorum rerum initia*. & infrà c. 51. *proximam pugnæ cladem*, pro *proximæ pugnæ cladem*; *heſternâ felicitate pugnæ*, pro *heſternæ pugnæ felicitate*.

(2) Eas

aliquoties æquo campo collatiſque ſignis certatum. genſque una populi Romani ſæpe ex opulentiſſimâ, ut tum res erant, Etruſcâ civitate victoriam tulit. Id primò acerbum indignumque Vejentibus viſum. inde conſilium ex re natum inſidiis ferocem hoſtem captandi: gaudere etiam, multo ſucceſſu Fabiis audaciam creſcere. Itaque & pecora prædantibus aliquoties, velut caſu incidiſſent, obviàm acta: & agreſtium fugâ vaſti relicti agri: & ſubſidia armatorum, ad arcendas populationes miſſa, ſæpius ſimulato, quàm vero, pavore refugerunt. Jamque Fabii adeò contempſerant hoſtem, ut ſua invicta arma neque loco neque tempore ullo crederent ſuſtineri poſſe. hæc ſpes provexit, ut ad conſpecta procul a Cremerâ magno campi intervallo pecora (quanquam rara hoſtium apparebant arma) decurrerent. & quum inprovidi effuſo curſu inſidias circa ipſum iter locatas ſuperaſſent (2), palatique paſſim vaga, ut fit pavore injecto, raperent pecora; ſubitò ex inſidiis conſurgitur, & adverſi & undique hoſtes erant. Primò clamor circumlatus exterruit, dein tela ab omni parte (3) accidebant. coëuntibuſque Etruſcis, jam continenti agmine armatorum ſepti, quo magis ſe hoſtis inferebat, cogebantur breviore ſpatio & ipſi orbem colligere. quæ res & paucitatem eorum inſignem, & multitudinem Etruſcorum, (4) multiplicatis in arcto ordinibus, faciebat. Tum, omiſsâ pugnâ, quam in omnes partes parem intenderant, in unum locum ſe omnes inclinant. (5) eò niſi corporibus armiſque, (6) rupere cuneo viam. Duxit via in editum leniter collem. inde primò reſtitere. mox, ut reſpirandi ſuperior locus ſpatium dedit, recipiendique a pavore tanto animum, pepulere etiam ſubeuntes: vincebatque auxilio loci paucitas, ni jugo circummiſſus Vejens in verticem collis evaſiſſet. ita ſuperior rurſus hoſtis factus. Fabii cæſi ad unum omnes, præſidiumque expugnatum. trecentos ſex periſſe ſatis convenit: (7) unum propè puberem ætate relictum,

Victi à Vejentibus.

(2) Eas prætergreſſi eſſent, a tergo reliquiſſent. ſic Virg. Æn. 1. v. 244. *fontem ſuperare Timavi.* (3) Sic dicuntur tela *accidere*, apud Cæs. Bell. Gall. c. 14. & c. 25. (4) Quum ordines, ſive orbes illi quibus Romanos cingebant, plures fierent, propterea quòd in arctum cogerentur. (5) In eam partem nitentes. (6) In cuneum formatâ acie, viam ſibi per vim aperuerunt. Verbum *rupere* notat rei difficultatem. (7) Nempe Q. Fabium Vibulanum, Marci filium, decennio pòſt conſulem factum. vid. infrà

reliĉtum, (8) ſtirpem genti Fabiæ, dubiiſque rebus populi Romani ſæpe domi bellique vel maximum futurum auxilium.

U. c. 277. A. C. 475. C. Horatio, T. Menenio Coſſ.

LI. Quum hæc accepta clades eſſet (1), jam C. Horatius & T. Menenius conſules erant. Menenius adversùs Tuſcos victoriâ elatos confeſtim miſſus. Tum quoque malè pugnatum eſt, & Janiculum hoſtes occupavere: obſeſſaque urbs foret, ſuper bellum annonâ premente, (tranſierant enim Etruſci Tiberim) ni Horatius conſul ex Volſcis eſſet revocatus: adeòque id bellum ipſis inſtitit mœnibus, ut primò pugnatum (2) ad Spei ſit æquo Marte, iterum ad portam Collinam. Ibi quanquam (3) parvo momento ſuperior Romana res fuit, meliorem tamen militem, recepto priſtino animo, in futura prœlia id certamen fecit.

U. c. 278. A. C. 474. A. Virginio, Sp. Servilio Coſſ.

A. Virginius & Sp. Servilius conſules fiunt. poſt acceptam (4) proximam pugnæ cladem Vejentes abſtinuere acie. populationes erant, & velut (5) ab arce Janiculi paſſim in Romanum agrum impetus dabant. non uſquam pecora tuta, non agreſtes erant. Capti deinde eâdem arte ſunt, quâ ceperant Fabios. ſecuti (6) deditâ operâ paſſim ad illecebras propulſa pecora, præcipitavere in inſidias. quo (7) plures erant, major cædes fuit. Ex hâc clade atrox ira majoris cladis cauſa atque initium fuit. trajecto enim

Vejentes victi.

noĉte Tiberi, caſtra Servilii conſulis adorti ſunt oppugnare.

infrà l. 3. c. 1. Hunc unum genti ſuæ ſuperfuiſſe, Dionyſius nec verum eſſe nec veriſimile contendit; cui equidem, potius quàm Perizonio, aſſentior. Inde enim natam opinionem credi facile poteſt, quòd hic unus *è trium conſularium fratrum filiis* Romæ relictus fuerit, & ab hoc uno orti qui multo pòſt Fabium nomen celebre fecere. De ratione quâ Perizonius difficultatem tollere conatur, vid. not. 2. ad cap. præc. E. (8) Propagaturum, & vetiturum interire gentem Fabiam; futurum & per ſe, & multo magis per poſteros, vel maximum dubiis & labantibus populi Romani rebus auxilium.

C. 51. (1) Crevierius monet quòd legendum videtur, *quum hæc accepta clades eſt.* At contrà mihi videtur. Livii verba innuunt Horatium & Menenium non antè conſulatum iniiſſe, quàm clades hæc accepta fuit: at ſi reciperetur lectio quæ Crevierio placuit, hæc ſententia evaneſceret. E. (2) Ad ædem Spei, ſtadio ab urbe octavo. ſic ſuprà l. 1. c. 41. *ad Jovis Statoris.* & Hor. l. 1. Sat. 9. v. 35. *ventum erat ad Veſtæ.* (3) Quanquam haud magno &c. (4) Vid. not. 1. ad cap. præc. (5) E Janiculo tanquam ex arce. (6) Secuti pecora quæ, deditâ operâ, propulſa erant paſſim ad illecebras, præcipitati ſunt in inſidias. Simili modo verbum *præcipitare* uſurpatur infrà l. 5. c. 18. & l. 6. c. 30. (7) Quo plures erant

nare. inde fusi magnâ cæde in Janiculum se ægre recepere. Confestim consul & ipse transit Tiberim, castra sub Janiculo communit. postero die, luce ortâ, nonnihil & hesternâ felicitate pugnæ ferox, magis tamen, quòd inopia frumenti, (8) quamvis in præcipitia, dum celeriora essent, agebat consilia, temere adverso Janiculo ad castra hostium aciem erexit, fœdiúsque inde pulsus, quàm pridie pepulerat, interventu collegæ ipse exercitusque ejus est servatus. inter duas acies Etrusci, quum in vicem his atque illis terga darent, occidione occisi. Ita oppressum temeritate felici Vejens bellum.

LII. Urbi cum pace laxior etiam annona rediit, & advecto ex Campaniâ frumento, &, postquam timor sibi cuique futuræ inopiæ abiit, eo, quod abditum fuerat, prolato. Ex copiâ deinde otioque lascivire rursus animi; & pristina mala, postquam foris deerant, domi quærere. tribuni plebem agitare suo veneno, agrariâ lege; in resistentes incitare Patres, nec in universos modò, sed in singulos. Q. Considius & T. Genucius, auctores agrariæ legis, T. Menenio diem dicunt. invidiæ erat amissum Cremeræ præsidium, quum haud procul inde stativa consul habuisset. (1) Eum oppresserunt. Quum & Patres haud minùs, quàm pro Coriolano, annisi essent, & patris Agrippæ favor haud dum exolevisset; in mulctâ temperarunt tribuni. quum (2) capitis anquisissent, duo millia æris damnato mulctam dixerunt. (3) ea in caput vertit. Negant tulisse ignominiam ægritudinemque: inde morbo absumptum esse. Alius deinde reus Sp. Servilius, ut consulatu abiit, C. Nautio & P. Valerio consulibus, initio statim anni, ab L. Cædicio & T. Statio tribunis die dictâ, non, ut Menenius, precibus suis aut Patrum, sed cum multâ fiduciâ innocentiæ gratiæque, tribunicios impetus tulit. Et huic prœlium cum Tuscis ad Janiculum erat crimini. sed fervidi animi vir, ut in publico periculo antè, sic

U. c. 279. A. C. 473. C. Nautio, P. Valerio Coss.

erant quàm Fabii, eo major cædes fuit. (8) Inopia frumenti agebat eum in consilia, quantumvis præcipitia, dummodo celeriora essent.

C. 52. (1) Gronovius legi vult, *ea oppressit*, nempe invidia Menenium. Certè scripti quidam habent *oppressit*. Porro ante Gronovium ita distinguebatur, *eum oppresserunt; quum......exolevisset. In mulctâ temperarunt tribuni.* Nec malè. (2) *Capitis anquirere*, est litem capitalem intendere. (3) Ea mulcta

ſic tum in ſuo, non tribunos modò, ſed plebem, oratione feroci refutando, exprobrandoque T. Menenii damnationem mortemque, (cujus patris munere reſtituta quondam plebs eos ipſos, quibus tum ſæviret, magiſtratus, eas leges haberet) periculum audaciâ diſcuſſit. juvit & Virginius collega, teſtis productus, (4) participando laudes: magis tamen Menenianum (adeò mutaverant (5) animum) profuit judicium.

Bellum Vejens & Sabinum.

LIII. Certamina domi finita. Vejens bellum exortum; quibus Sabini arma conjunxerant. P. Valerius conſul, accitis Latinorum Hernicorumque auxiliis, cum exercitu Vejos miſſus, caſtra Sabina, quæ pro mœnibus ſociorum locata erant, confeſtim aggreditur; tantamque trepidationem injecit, ut, dum diſperſi alii aliâ manipulatim excurrunt ad arcendam hoſtium vim, ea porta, cui ſigna primùm intulerat, caperetur. intra vallum deinde cædes magis, quàm prœlium, eſſe. tumultus e caſtris & in urbem penetrat; tanquam Vejis captis, ita pavidi Vejentes ad arma currunt. pars Sabinis eunt ſubſidio; pars Romanos, toto impetu intentos in caſtra, adoriuntur. Paullifper (1) averſi turbatique ſunt. deinde & ipſi utròque verſis ſignis reſiſtunt: & eques, ab conſule immiſſus, Tuſcos fundit fugatque. eâdemque horâ duo exercitus, duæ potentiſſimæ & maximæ finitimæ gentes ſuperatæ ſunt. Dum hæc ad Vejos geruntur, Volſci Æquique in Latino agro poſuerant caſtra, populatique fines erant. eos per ſe ipſi Latini, aſſumptis Hernicis, ſine Romano aut duce aut auxilio, caſtris exuerunt. Ingenti prædâ, præter ſuas recuperatas res, potiti ſunt. miſſus tamen ab Româ conſul in Volſcos C. Nautius. Mos, credo, non placebat, ſine Romano duce exercituque ſocios propriis viribus conſiliiſque bella gerere. nullum genus calamitatis contumeliæque non editum in Volſcos eſt: nec tamen perpelli potuere, ut acie dimicarent.

Bellum cum Volſcis & Æquis.

U. c. 280. A. C. 472. L. Furio, C. Manlio Coſſ.

LIV. L. Furius inde & C. Manlius conſules. Manlio Vejentes provincia evenit. non tamen bellatum. induciæ in annos quadraginta petentibus datæ, frumento ſtipendioque

mulcta mortis cauſa illi fuit. (4) Participando cum Servilio laudes ſuas ob Tuſcos victos. (5) Magis Livianum eſſet, *adeò mutaverant* animi.

C. 53. (1) *Averſi*, nempe ab oppugnatione caſtrorum, ad Vejentes, qui Romanos adoriebantur.

dioque imperato. Paci externæ confeftim (1) continuatur difcordia domi. agrariæ legis tribuniciis ftimulis plebs furebat. Confules, nihil Menenii damnatione, nihil periculo deterriti Servilii, fummâ vi refiftunt. abeuntes magiftratu (2) Cn. Genucius tribunus plebis arripuit (3). L. Æmilius & Opiter Virginius confulatum ineunt. Vopifcum Julium pro Virginio in quibufdam annalibus confulem invenio. Hoc anno (quofcunque confules habuit) rei ad populum Furius & Manlius circumeunt fordidati non plebem magis, quàm juniores Patrum. fuadent, monent, *Honoribus & adminiftratione reipublicæ abftineant, confulares verò fafces, prætextam, curulemque fellam, nihil aliud, quàm pompam funeris, putent. claris infignibus* (4) *velut infulis velatos ad mortem deftinari. Quòd fi confulatûs tanta dulcedo fit, jam nunc ita in animum inducant, confulatum captum & oppreffum ab tribuniciâ poteftate effe; confuli, velut apparitori tribunicio, omnia ad nutum imperiumque tribuni agenda effe. Si fe commoverit, fi refpexerit Patres, fi aliud, quàm plebem, effe in republicâ crediderit, exfilium C. Marcii, Menenii damnationem & mortem, fibi proponat ante oculos.* His accenfi vocibus Patres confilia inde, non publica, fed in privato, (5) feductaque a plurium confcientiâ, habere. ubi quum id modò conftaret, jure an injuriâ eripiendos effe reos, atrociffima quæque maximè placebat fententia. nec auctor quamvis audaci facinori deerat. Igitur judicii die, quum plebs in foro erecta expectatione ftaret, mirari primò, quòd non defcenderet tribunus: deinde, quum jam mora fufpectior fieret, deterritum a primoribus credere, & defertam ac proditam caufam publicam queri. Tandem, qui obverfati veftibulo tribuni fuerant, nunciant, domi mortuum effe inventum. quod ubi in totam concionem pertulit rumor; ficut acies funditur duce occifo, ita dilapfi paffim alii aliò. Præcipuus pavor tribunos

Romæ difcordia.

U. c. 281. A. C. 471. L. Æmilio III. Opit. Virginio Coff.

Furius & Manlius ad populum rei.

Tribunus occifus.

C. 54. (1) Sine ullo intervallo fuccedit. (2) Ita locum, ex duobus codicibus, rectè emendavit Drakenborchius. Vulgò edebatur, *abeuntes magiftratu* confules *Genucius* &c. voce *confules* malè repetitâ, quum modò præcefferit. Error autem inde ortus quòd *Cn.* quâ notâ prænomen *Cnæus* exaratur, facili lapfu librariorum dedit *Conf.* compendium per quod *Confules* fcribitur. (3) *Arripi* dicitur qui fubitò accufatur. fic infrà l. 3. c. 58. & Suet. in Cæs. c. 23. (4) Elegans fimilitudo ducta a victimis, quæ infulis ac vittis velatæ mactabantur. Vid. not. 5. ad c. 32. l. 1. (5) Quorum

nos invaserat, quàm nihil auxilii sacratæ leges haberent, morte collegæ monitos. Nec Patres satis moderatè ferre lætitiam. adeòque neminem (6) noxiæ pœnitebat, ut etiam insontes fecisse videri vellent, palamque ferretur, malo domandam tribuniciam potestatem.

LV. (1) Sub hâc pessimi exempli victoriâ delectus edicitur: paventibusque tribunis, sine intercessione ullâ consules rem peragunt. Tum vero irasci plebes, tribunorum magis silentio, quàm consulum imperio, & dicere, *Actum esse de libertate suâ; rursus ad antiqua reditum; cum Genucio unà mortuam ac sepultam tribuniciam potestatem. aliud agendum, ac cogitandum, quomodo resistatur Patribus. Id autem unum consilium esse, ut se ipsa plebs, quando aliud nihil auxilii habeat, defendat.* (2) *Quatuor & viginti lictores* (3) *apparere consulibus, & eos ipsos plebis homines. Nihil contemptius, neque infirmius, si sint, qui contemnant. Sibi quemque ea magna atque horrenda facere.* His vocibus alii alios quum incitassent, ad Voleronem Publilium, de plebe hominem, quia, quòd ordines duxisset (4), negaret, se militem fieri debere, lictor missus est a consulibus. Volero appellat tribunos. Quum auxilio nemo esset, consules spoliari hominem, & virgas expediri jubent. *Provoco*, inquit, *ad populum*, Volero, *quoniam tribuni civem Romanum in conspectu suo virgis cædi malunt, quàm ipsi in lecto suo a vobis trucidari.* quo ferociùs clamitabat, eo infestiùs circumscindere & spoliare lictor. Tum Volero, & prævalens ipse, & adjuvantibus advocatis (5), repulso lictore, ubi indignantium pro se acerrimus erat clamor, eò se in turbam confertissimam recipit, clamitans, *Provoco, & fidem plebis imploro. adeste cives! adeste commilitones!*

Discordiæ.

Voleronis audacia.

rum multos conscios esse non finerent. (6) *Noxia* substantive dicitur non minùs quàm noxa. Utraque vox culpam, delictum notat. *Noxiæ* hìc præferunt integerrimi codices. Occurrit infrà l. 10. c. 19.

C. 55. (1) Statim post hanc victoriam. sic infrà l. 45. c. 10. *sub adventu Romanorum.* (2) Livius jam dixit cautum esse ne ambo consules simul *fasces* haberent. suprà c. 1. Discimus autem ex Suetonio, in Cæs. c. 20. lictores consulem pone sequi solitos, quo mense fasces non haberet. Unde patet *viginti quatuor* lictores consulum rectè memorari; nempe duodecim qui alteri consuli fasces præferebant, & totidem qui alterum pone sequebantur. (3) Vid. not. 3. ad c. 8. l. 1. (4) Vid. not. 2. ad c. 23. suprà. (5) Fautoribus ejus causæ, quorum auxilium imploraverat.

(6) Quum

tones! nihil est, quòd exspectetis tribunos, quibus ipsis vestro auxilio opus est. Concitati homines, veluti ad prœlium, se expediunt: apparebatque omne discrimen adesse; nihil cuiquam sanctum, non publici fore, non privati juris. Huic tantæ tempestati quum se consules obtulissent, facilè experti sunt, parum tutam majestatem sine viribus esse. violatis lictoribus, fascibus fractis, e foro in curiam compelluntur; incerti, quatenus Volero exerceret victoriam. Conticescente deinde tumultu, quum (6) in senatum vocari jussissent, queruntur injurias suas, vim plebis, Voleronis audaciam. Multis promociter dictis sententiis, vicere seniores, quibus irâ Patrum adversus temeritatem plebis certari, non placuit. †

LVI. Voleronem amplexa favore plebs proximis comitiis tribunum (1) plebi creat in eum annum, qui L. Pinarium, P. Furium consules habuit. contraque omnium opinionem, qui eum vexandis prioris anni consulibus (2) permissurum tribunatum credebant, (3) post publicam causam privato dolore habito, ne verbo quidem violatis consulibus, rogationem tulit ad populum, ut plebeii magistratus (4) tributis comitiis fierent. Haud parva res sub titulo primâ specie minimè atroci ferebatur; sed (5) quæ patriciis omnem potestatem per clientium suffragia creandi, quos vellent, tribunos auferret. Huic actioni, gratissimæ plebi,

Fit trib. plebis.
U. c. 282.
A. C. 470.
L. Pinario, P. Furio Coss.

Lex Publilia.

(6) Quum consules jussissent patres vocari in senatum. Vocare *in senatum* locutio est Livio frequens. sic etiam *vocare ad consilium*, & *advocare ad concionem*; infrà l. 44. c. 37. & l. 26. c. 48.

C. 56. (1) *Plebi* hìc & alibi dicitur pro *plebeï*, a *plebes*. Vocem delendam censet Gronovius, quòd modò præcesserit *plebs*. Livium autem ab hujusmodi repetitionibus non abstinere, plurimis exemplis collatis, ostendit Drakenborchius. (2) i. e. tribunatui frena laxaturum, potestate impotenter usurum, ad vexandos consules. Metaphora sumpta ab illis qui *permittere equum* dicuntur, h. e. incitare, & ei frenos immittere ad liberum cursum. (3) Publicæ causæ postponens privatum dolorem. (4) Quos priùs comitiis *curiatis* factos Dionysius docet. Ex comitiis autem *tributis* Patres submovebantur. infrà c. 60. & leges in iis latæ *plebiscita* nuncupabantur. Iisdem comitiis necessarium non fuit ut senatus auctor fieret; & nihil opus fuit sacris aut auspiciis, quorum arbitri Patres erant. (5) Quomodo per clientium suffragia minùs valerent Patres tributis comitiis quàm curiatis, Crevierius se non intelligere profitetur. Hoc autem inde ortum censeo, quòd comitiis curiatis ii tantùm suffragium ferebant qui in *curias* descripti erant, nempe cives illi qui *in urbe* habitarunt. Qui autem extra urbem domicilium habuerunt, in *tribus* quidem referebantur, non autem in *curias*. Hinc qui comitiis *curiatis* interessent, & pauciores numero

plebi, quum ſummâ vi reſiſterent Patres; nec, quæ una vis ad reſiſtendum erat, ut intercederet, aliquis ex collegio auctoritate aut conſulum aut principum adduci poſſet; (6) res tamen, ſuo ipſa molimine gravis, certaminibus in annum extrahitur.

U. c. 283. A. C. 469. Ap. Claudio, T. Quinctio Coſſ.

Plebs Voleronem tribunum reficit. Patres, ad ultimum dimicationis rati rem venturam, Ap. Claudium, Appii filium, jam inde a paternis certaminibus inviſum infeſtumque plebi, conſulem faciunt. Collega ei T. Quinctius datur. Principio ſtatim anni nihil prius, quàm de lege, agebatur. ſed ut inventor legis Volero, ſic Lætorius, collega ejus, (7) auctor quum recentior, tum acrior erat.

Lætorii Tr. Pl. certamina cum Appio coſ.

Ferocem faciebat belli gloria ingens; quòd ætatis ejus haud quiſquam manu promptior erat. Is, quum Volero nihil, præterquam de lege, loqueretur, inſectatione abſtinens conſulum, ipſe (8) in accuſationem Appii, familiæque ſuperbiſſimæ ac crudeliſſimæ in plebem Romanam, exorſus, quum a Patribus non conſulem, ſed carnificem ad vexandam & lacerandam plebem, creatum eſſe contenderet; (9) rudis in militari homine lingua non ſuppetebat libertati animoque. Itaque, deficiente oratione, *Quandoquidem non* (10) *facilè loquor*, inquit, *Quirites, quàm, quod locutus ſum, præſto; craſtino die adeſte. Ego hîc aut in conſpectu veſtro moriar, aut perferam legem.* Occupant tribuni (11) templum poſtero die. conſules nobilitaſque ad impediendam legem in concione conſiſtunt. (12) Submoveri Lætorius jubet, præterquam qui ſuffragium ineant. Adoleſcentes nobiles ſtabant, nihil cedentes viatori (13). tum ex his prehendi quoſdam Lætorius

numero, & patriciis magis obnoxii erant. E. (6) Res per ſe gravis, & quæ ad exitum perduci ſine magno & proinde lento molimine non poſſet. (7) *Auctor* ſæpe ponitur pro ſuaſore, qui auctoritatem rei præſtet. ſic ſuprà c. 44. & 48. (8) Crevierius cenſet aut delendam præpoſitionem, aut legendum *incuſationem*. At mihi vir doctiſſimus Livii mentem parum aſſequi videtur. *Exorſus* in *accuſationem* Appii, plus eſt quàm *exorſus accuſationem*; indicatque Lætorium ſtatim ab initio ſermonis in accuſationem Appii erupiſſe. E. (9) Libere loqui non potuit, pro animi ſententiâ. *Suppetere* id dicitur, cujus copia ſufficiens in promptu eſt. (10) Particula *tam* ſubintelligitur. ellipſis apud optimos ſcriptores uſitata. (11) Auſpicatò agi cum populo non poterat, niſi in loco inaugurato. Hinc Comitium ipſum *templum* dicitur; ut & ſuggeſtum ex quo ad populum concionabantur. infrà l. 8. c. 14. & apud Cic. paſſim. (12) In ſacro monte conceſſum erat plebi, ut quoties tribuni concionem advocaſſent, ei ſe patricii ne miſcerent. (13) Tribunis viatores

torius jubet. Conful Appius negare, jus effe tribuno in quemquam, nifi in plebeium: non enim (14) populi, fed plebis, eum magiftratum effe. nec illum ipfum fubmovere pro imperio poffe more majorum; quia ita dicatur, *Si vobis videtur, difcedite, Quirites.* Facilè & contemptim de jure differendo perturbare Lætorium poterat. Ardens igitur irâ tribunus viatorem mittit ad confulem: conful lictorem ad tribunum, (15) privatum effe clamitans, fine (16) imperio, fine magiftratu; violatufque effet tribunus, ni & concio omnis atrox coorta pro tribuno in confulem effet; & concurfus hominum in forum ex totâ urbe concitatæ multitudinis fieret. Suftinebat tamen Appius pertinaciâ tantam tempeftatem: certatumque haud incruento prœlio foret, ni Quinctius, conful alter, confularibus negotio dato, ut collegam vi, fi aliter non poffent, de foro abducerent, ipfe nunc plebem fævientem precibus leniffet, nunc oraffet tribunos, ut concilium dimitterent. *Darent iræ fpatium. non vim fuam illis tempus ademturum; fed confilium viribus additurum. & Patres in populi, & confulem in Patrum fore poteftate.*

LVII. Ægre fedata ab Quinctio plebs, multo ægriùs conful alter a Patribus. Dimiffo tandem concilio plebis, fenatum confules habent. ubi quum timor atque ira in vicem fententias variaffent; quo magis, fpatio interpofito, (1) ab impetu ad confultandum advocabantur, eo plus abhorrebant a certatione animi. adeò ut Quinctio gratias agerent, quòd ejus operâ mitigata difcordia effet. Ab Appio petitur, (2) *Ut tantam confularem majeftatem effe vellet*

tores, non lictores, apparebant. (14) *Populus* eft tota natio, & Patres plebemque complectitur. (15) *Auxilii* tantùm causâ creatos tribunos Livius jam dixit. fuprà c. 35. Et Plutarchus obfervat eos neque prætextâ uti, neque ex fellâ jus dicere, neque principio anni magiftratum inire; nec denique, creato dictatore, defiftere uti poteftate & jure fuo. Livium tamen ipfum eos revera pro magiftratibus habuiffe, & fæpius *magiftratus* vocaffe, conftat. (16) Imperium duplex; civile, quo aufpiciorum jus, & juris dicundi poteftas continebatur; ac militare, quod ad rem bellicam fpectabat. Horum neutrum competebat tribuno. Notandum autem quòd ordnariè *imperium* de poteftate militari dicitur; *magiftratus*, de civili. Suet. in Cæs. c. 54.

C. 57. (1) Fervido irarum æftu paullatim refidente, ad rem tranquillo & fedato animo infpiciendam invitati tranfibant. (2) Ne majorem

vellet, quanta esse in concordi civitate posset. (3) *Dum tribuni consulesque ad se quisque omnia trahunt, nihil relictum esse virium in medio:* (4) *distractam laceratamque rempublicam, magis quorum in manu sit, quàm ut incolumis sit, quæri.* Appius contrà testari Deos atque homines, *rempublicam prodi per metum ac deseri. non consulem senatui, sed senatum consuli deesse. graviores accipi leges, quàm in Sacro monte acceptæ sint.* Victus tamen Patrum consensu quievit. lex silentio perfertur.

Tribuni tributis comitiis creati.

LVIII. Tum primùm tributis comitiis creati tribuni sunt: (1) numero etiam addito, tres, perinde ac duo antea fuerint, Piso auctor est. Nominat quoque tribunos, C. Sicinium, L. Numitorium, M. Duilium, Sp. Icilium, L. Mæcilium. Volscum Æquicumque inter seditionem Romanam est bellum coortum. vastaverant agros, ut, si qua secessio plebis fieret, ad se receptum haberet. Compositis deinde rebus, castra retro movere. Ap. Claudius in Volscos missus. Quinctio Æqui provincia evenit. Eadem in militiâ sævitia Appii, quæ domi, (2) esse liberior, quòd sine tribuniciis vinculis erat. Odisse plebem plus quàm paterno odio: *se victum ab eâ:* (3) *se unico consule objecto adversùs tribuniciam potestatem, perlatam legem esse; quam minore conatu, nequaquam tantâ Patrum spe, priores impedierint consules.* Hæc ira indignatioque ferocem animum ad vexandum sævo imperio exercitum stimulabat. nec ullâ vi domari poterat (4). tantum certamen animis imbiberant. Segniter, otiosè, negligenter, contumaciter omnia agere. nec pudor, nec metus coërcebat.

Appio cos. infensus exercitus.

rem esse vellet quàm &c. (3) Eandem sententiam vide apud Sallust. Jugurth. c. 41. (4) Est enallage accusativi pro nominativo. Sic infrà l. 31. c. 27. *hic metus Codrionem, satis validum & munitum oppidum, sine certamine ut dederetur Romanis, effecit:* pro, effecit ut Codrio dederetur. Terent. in Eun. 4. 3. 11. *eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit.* & alibi sæpe.

C. 58. (1) Numerum etiam tum auctum fuisse Piso auctor est, tribus additis, perinde quasi duo tantùm antea fuerint. Constructio autem durior & obscura videtur; ac vulgatùm, *numero etiam* additos *tres* multo libentiùs reciperem, ni Drakenborchius testaretur omnes codices pro altero stare. (2) Eadem sævitia Appii quæ domi fuerat, cœpit liberior esse in militiâ. Mox *odisse plebem*, pro, cœpit odio habere plebem &c. (3) Quum ipse consul factus esset, tanquam unus supra omnes idoneus ad retundendos tribunicios impetus, tamen perlatam legem esse. (4) Nempe exercitus.

(5) Quum

bat. Si citiùs agi vellet agmen, tardiùs sedulò incedere: si adhortator operis adesset, omnes (5) suâ sponte motam remittere industriam. (6) præsenti vultus demittere, tacitè prætereuntem exsecrari: ut invictus ille odio plebeio animus interdum moveretur. Omni nequicquam acerbitate promptâ, nihil jam cum militibus agere: a centurionibus corruptum exercitum dicere: *tribunos plebei* cavillans interdum & *Volerones* vocare.

LIX. Nihil eorum Volsci nesciebant, instabantquè eo magis, sperantes, idem certamen animorum adversùs Appium habiturum exercitum Romanum, quod adversùs Fabium consulem habuisset (1). Ceterùm multo Appio, quàm Fabio, violentior fuit. Non enim vincere tantùm noluit, ut Fabianus exercitus, sed vinci voluit. Productus in aciem turpi fugâ petit castra; nec antè restitit, quàm signa inferentem Volscum munimentis vidit fœdamque extremi agminis cædem. (2) Tum expressa vis ad pugnandum, ut victor jam a vallo submoveretur hostis: satis tamen appareret, capi tantùm castra militem Romanum noluisse. (3) alii gaudere suâ clade atque ignominiâ. Quibus nihil infractus ferox Appii animus, quum insuper sævire vellet, concionemque advocaret, concurrunt ad eum legati tribunique, monentes, ne utique (4) experiri vellet imperium, cujus vis omnis in consensu obedientium esset. *Negare vulgò milites, se ad concionem ituros; passimque exaudiri voces postulantium, ut castra ex Volsco agro moveantur. Hostem victorem paullo antè propè in portis ac vallo fuisse; ingentisque mali non suspicionem modò, sed apertam speciem obversari ante oculis.* Victus tandem, (quandoquidem nihil præter tempus (5) noxæ lucrarentur) remissâ concione, iter in insequentem diem pronunciari quum jussisset, primâ luce classico signum profectionis dedit.

Vinci vult.

†

(5) Quum milites suâ sponte manum operi admovissent, si hortaturus Appius supervenisset, omnes consultò segniùs agere. (6) Ubi præsens Appius esset.

C. 59. (1) Vid. suprà c. 43. (2) Tum milites coacti vires exerere ad arcendum munimentis hostem. (3) Crevierius conjicit legendum *aliâ*, nempe, quod attineret ad *reliquam* cladem suam atque ignominiam, eâ gavisum fuisse militem Romanum. Huic autem mutationi codices reclamant; &, ni fallor, vulgatum defendi potest. Vulgò milites vinci *voluerunt*, eosque clades sua nullo dolore affecit; quosdam autem *alios*, etiam gaudio. E. (4) Periclitari & tentare. (5) Per vocem

dedit. Quum (6) maximè agmen e caſtris explicaretur, Volſci, ut eodem ſigno excitati, noviſſimos adoriuntur. A quibus perlatus ad primos tumultus, eo pavore ſignaque & ordines turbavit, ut neque imperia exaudiri, neque inſtrui acies poſſent. nemo ullius, niſi fugæ, memor. Ita effuſo agmine per (7) ſtragem corporum armorumque evaſere; ut priùs hoſtis deſiſteret ſequi, quàm Romanus fugere. Tandem, collectis ex diſſipato curſu militibus, conſul, quum revocando nequicquam ſuos perſecutus eſſet, in pacato agro caſtra poſuit; advocatâque concione, invectus haud falsò in proditorem exercitum militaris diſciplinæ, deſertorem ſignorum; ubi ſigna, ubi arma eſſent, ſingulos rogitans; inermes milites, ſigno amiſſo ſigniferos, ad hoc centuriones duplicarioſque (8), qui reliquerant ordines, virgis cæſos ſecuri percuſſit. cetera multitudo ſorte decimus quiſque ad ſupplicium lecti.

Fugit.

LX. Contra ea in Æquis inter conſulem ac militem comitate ac beneficiis certatum eſt. & naturâ Quinctius erat lenior, & ſævitia infelix collegæ, quo is magis gauderet ingenio ſuo, effecerat. Huic tantæ concordiæ ducis exercitûſque non auſi offerre ſe Æqui, vagari populabundum hoſtem per agros paſſi. Nec ullo antè bello latiûs inde actæ prædæ. omnis militi data eſt. Addebantur & laudes, quibus, haud minùs quàm præmio, gaudent militum animi. Tum duci (1), tum propter ducem

Quinctius coſ. victor.

†

cem *noxæ* Crevierius intelligit *milites qui in noxâ erant*; ut *ſervitia* pro *ſervis*, *operæ* pro *operariis*, dicuntur. At ne unum quidem exemplum ex claſſico auctore protulit, quo hanc interpretationem tueretur. Ego potiùs per *tempus noxæ* intelligendum puto dilationem pœnæ. *Noxa* pro *pœna delicti* ſæpe uſurpatur. Sic *dedere aliquem noxæ*, eſt *permittere puniendum*; ut apud noſtrum l. 26. c. 29. E. (6) Eo præcipuè tempore quo agmen &c. E. (7) Per corpora commilitonum fugientium impetu proſtratorum, cumulumque armorum in trepidatione temere projectorum. Eodem modo *ſtrages*, de rebus inanimatis ſubverſis, uſurpatur infrà l. 35. c. 30. & l. 40. c. 2. (8) Qui duplicia cibaria ob virtutem acciperent. Uſitatum fuit apud Romanos hoc modo virtutem militarem remunerare. vid. infrà l. 7. c. 37. & l. 24. c. 47. [Obſervandum autem quòd Drakenborchius hunc locum ita diſtinxit—*ſingulos rogitans, inermes milites, ſigno amiſſo ſigniferos; ad hoc* &c. quaſi voces *inermes milites* & *ſigniferos* jungendæ eſſent, non cum verbo *percuſſit*, ſed per appoſitionem cum *ſingulos*. At Crevierianam interpunctionem prætuli; quòd certè ſigniferi qui ſigna amiſerant haud minore pœnâ digni haberentur, quàm centuriones & duplicarii qui reliquerant ordines. E.]

C. 60. (1) Duci nempe *addictus*, Patribus placatior: namque exercitus

ducem Patribus quoque placatior exercitus rediit; sibi parentem, alteri exercitui dominum datum ab senatu, memorans. Variâ fortunâ belli, atroci discordiâ domi forisque annum exactum, insignem maximè comitia tributa efficiunt; (2) res major victoriâ suscepti certaminis, quàm usu. plus enim dignitatis comitiis ipsis detractum est, Patribus ex concilio submovendis, quàm virium aut plebi additum est, aut demptum Patribus.

U. c. 284.
A. C. 468.

L. Valerio II. Ti. Æmilio Coss.

LXI. Turbulentior inde annus excepit, L. Valerio, Ti. Æmilio consulibus, cùm propter certamina ordinum de lege agrariâ, tum propter judicium Ap. Claudii: cui, acerrimo adversario legis, causamque possessorum publici agri, (1) tanquam tertio consuli, sustinenti, M. Duilius & C. Sicinius diem dixere (2). Nunquam ante tam invisus plebi reus ad judicium vocatus populi est, (3) plenus suarum, plenus paternarum irarum. Patres quoque non temere (4) pro ullo æquè annisi sunt: *propugnatorem senatûs, majestatisque vindicem suæ, ad omnes tribunicios plebeiosque* (5) *oppositum tumultus, modum duntaxat in certamine egressum,*

Accusatur Appius.

tus Quinctio nunquam fuerat iratus. De hâc specie ellipseos vid. Sanct. Min. l. 4. c. 8. E. (2) Crevierius censet hæc non facilè conciliari posse cum iis quæ suprà dixerat Livius, cap. 56. nempe hanc rem *haud parvam* esse, & *patriciis omnem potestatem creandi quos vellet tribunos auferre.* At mihi videtur Livius sibi satis constare: nam etsi Patres ex comitiis tributis submoverentur, id parvi retulit; quicunque enim tribuni fierent, unus aut alter fere inventus est qui intercessione suâ reliquorum actiones impediret. E.

C. 61. (1) Consules quidem legi favebant: Appius autem, tanquam tertius erat consul, tribunis resistebat. (2) Crimini dantes, quòd iniquas adversùs plebem in senatu sententias diceret; quòd seditionem excitasset, sacrosancto tribuni corpori violentas intulisset manus; quòd denique exercitui præpositus, cum magnâ clade atque ignominiâ reversus esset. (3) Crevierius intelligit iras quibus plebs in Appium ipsum & patrem flagraret. Et fatendum quidem est quòd *ira rei alicujus* plerumque usurpatur, pro *ira ob rem aliquam:* ut apud nostrum, *ira uxoris corruptæ*, i. e. ob uxorem corruptam; *ira ereptæ provinciæ*, i. e. ob ereptam provinciam. At utrùm *sua paternaque ira* unquam usurpetur pro *ira in se atque patrem*, vehementer dubito. Ceterùm procul dubio phrasis illa, *plenus iræ*, semper usurpatur de homine flagrante irâ, non autem in quem ira aliorum flagrat. sic infrà l. 6. c. 18. & l. 27. c. 40. *Invisus* hîc sumi potest in sensu activo, pro eo qui invidet, qui odit; ut infrà l. 4. c. 53. & l. 5. c. 8. E. (4) i. e. vix, raró. (5) *Opponi* dicitur de aggere aliisve molibus, quæ exundationibus maris fluminumque prohibendis exstructæ sunt. Hinc metaphoricè *opponi* dicuntur tumultibus qui eos repellunt, arcere conantur. Eodem sensu mox usurpatur verbum *objicere*, & suprà c. 58.

egressum, iratæ objici plebi. Unus e Patribus, ipse Ap. Claudius, & tribunos, & plebem, & suum judicium pro nihilo habebat. Illum non minæ plebis, non senatûs preces perpellere unquam potuere, non modò ut vestem mutaret (6), aut supplex prensaret homines; sed ne ut ex consuetâ quidem asperitate orationis (quum ad populum agenda causa esset) aliquid leniret atque submitteret. Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione spiritus erat: adeò ut magna pars plebis Appium non minùs reum timeret, quàm consulem timuerat. Semel causam dixit, quo semper agere omnia solitus erat, accusatorio spiritu. adeòque constantiâ suâ & tribunos obstupefecit & plebem, ut (7) diem ipsi suâ voluntate prodicerent: (8) trahi deinde rem finerent. Haud ita multum interim temporis fuit. antè tamen, quàm prodicta dies veniret, morbo moritur. cujus quum (9) laudationem tribuni plebis impedire conarentur, plebs fraudari sollenni honore supremum diem tanti viri noluit; & laudationem tam æquis auribus mortui audivit, quàm vivi accusationem audierat; & exsequias frequens celebravit.

Ante judicium morbo moritur.

LXII. Eodem anno Valerius consul, cum exercitu in Æquos profectus, quum hostem ad prœlium elicere non posset, castra oppugnare est adortus. Prohibuit fœda tempestas, cum grandine ac tonitribus cœlo dejecta. Admirationem deinde auxit, signo receptui dato, adeò tranquilla serenitas reddita: ut, velut numine aliquo defensa castra oppugnare iterum, religio fuerit. omnis ira belli ad populationem agri vertit (1). Alter consul Æmilius in Sabinis bellum gessit. & ibi, quia hostis mœnibus se tenebat, vastati agri sunt. Incendiis deinde, non villarum modò, sed etiam vicorum, (2) quibus frequenter habitabatur, Sabini exciti, quum prædatoribus occurrissent, ancipiti

c. 58. (6) Reis morem esse sordidam togam induere, notum est; quam etiam cognati eorum & affines sumebant. (7) Diem longiorem præstarent, quo in judicio adesset. sic infrà l. 6. c. 20. & alibi. (8) Velut languescere: nec enim res in longum extracta, ut ex sequentibus liquet. [Ita Crevierius. Mihi potius videtur locum interepretari, non de eo quod re evenit, sed de eo quod tribunis in animo fuit. Non modò diem prodixere; sed etiam rem ulterius trahi finere statuerunt. E.] (9) *Laudatio* est oratio funebris, laudandi defuncti causâ habiti. sic surprà c. 47.

C. 62. (1) Vid. not. 11. ad cap. 27. suprà. (2) Plutarch. in Rom. Οἱ δὲ Σαβῖνοι πολλοὶ μὲν ἦσαν καὶ πολεμικοὶ, κώμας δὲ ᾤκουν ἀτειχίστους, ὡς πρέπον αὐτοῖς μέγα φρονεῖν, καὶ μὴ φοβεῖσθαι, Λακεδαιμονίων ἀποίκοις οὖσι.

(3) Nondum

cipiti prœlio digressi, postero die retulere castra in tutiora loca. Id satis consuli visum, cur pro victo relinqueret hostem, (3) integro inde decedens bello. U. c. 285. A. C. 467.

LXIII. Inter hæc bella, manente discordiâ domi, T. Numicius Priscus, A. Virginius consules facti. Non ultrà videbatur latura plebes dilationem agrariæ legis, ultimaque vis parabatur; quum, Volscos adesse, fumo ex incendiis villarum fugâque agrestium cognitum est. ea res maturam jam seditionem ac propè erumpentem repressit. Consules, (1) coacti extemplo ab senatu ad bellum, eductâ ex urbe juventute, tranquilliorem ceteram plebem fecerunt. Et hostes quidem, (2) nihil aliud quàm perfusis vano timore Romanis, citato agmine abeunt. Numicius Antium adversùs Volscos, Virginius contra Æquos profectus. ibi ex insidiis propè magnâ acceptâ clade, virtus militum rem, prolapsam negligentiâ consulis, restituit. Meliùs in Volscis imperatum est. Fusi primo prœlio hostes, fugâque in urbem Antium, ut tum res erant, opulentissimam acti. quam consul oppugnare non ausus, Cenonem, aliud oppidum, nequaquam tam opulentum, ab Antiatibus cepit. Dum Æqui Volscique Romanos exercitus tenent, Sabini usque ad portas urbis populantes incessere (3). deinde ipsi paucis post diebus ab duobus exercitibus, utroque per iram consule ingresso in fines, plus cladium, quàm intulerant, acceperunt.

T. Numicio, A. Virginio Coss.

Bellum cum Æquis & Volscis.

LXIV. Extremo anno pacis aliquid fuit; sed, ut semper aliàs, sollicitæ certamine Patrum & plebis. Irata plebs interesse consularibus comitiis noluit. Per Patres clientesque Patrum consules creati T. Quinctius, Q. Servilius. similem annum priori consules habent, seditiosa initia, bello deinde externo tranquilla. Sabini, Crustuminos campos citato agmine transgressi, quum cædes & incendia circum Anienem flumen fecissent, a portâ propè Collinâ mœnibusque pulsi, ingentes tamen prædas homi-

U. c. 286. A. C. 466. T. Quinctio II. Q. Servilio Coss.

Bellum Sabinum.

(3) Nondum perfecto. Sic res *integra*, *peractæ* opponitur. vid. not. 1. ad c. 5. suprà. E.

C. 63. (1) Coacti senatusconsulto extemplo ad bellum proficisci. (2) Quum *nihil aliud* fecissent *quàm* ut Romanos vano timore perfunderent. sic suprà c. 8. Eodem modo usurpatur, *nec quicquam aliud quàm*, infrà l. 31. c. 24. *nihil prius quàm*, l. 35. c. 12. *nihil amplius quàm*, Suet. in Calig. c. 44. (3) Ut hîc *populantes incedere*, sic infrà *populantes ire*, l. 3. c. 48.

num pecorumque egere. quos Servilius conſul infeſto exercitu inſecutus, ipſum quidem agmen adipiſci æquis locis non potuit; populationem adeò effusè fecit, ut nihil bello intactum relinqueret, (1) multiplicique captâ prædâ rediret. Et in Volſcis reſpublica egregiè geſta, quum ducis, tum militum operâ. Primùm æquo campo ſignis collatis pugnatum, (2) ingenti cæde utrinque, plurimo ſanguine. & Romani, quia paucitas damno ſentiendo propior erat, gradum retuliſſent; ni ſalubri mendacio conſul, fugere hoſtes ab cornu altero clamitans, concitaſſet aciem. impetu facto, dum ſe putant vincere, vicere. Conſul, metuens ne nimis inſtando renovaret certamen, ſignum receptui dedit. Interceſſere pauci dies, velut tacitis induciis utrinque quiete ſumptâ: per quos ingens vis hominum ex omnibus Volſcis Æquiſque populis in caſtra venit, haud dubitans, ſi ſenſerint, Romanos nocte abituros. Itaque (3) tertiâ fere vigiliâ ad caſtra oppugnanda veniunt. Quinctius, ſedato tumultu, quem terror ſubitus exciverat, quum manere in tentoriis quietum militem juſſiſſet, Hernicorum cohortem in ſtationem educit; cornicines tibicineſque, in equos impoſitos, canere ante vallum jubet, ſollicitumque hoſtem ad lucem tenere. reliquum noctis adeò tranquilla omnia in caſtris fuere, ut ſomni quoque Romanis copia eſſet. Volſcos ſpecies armatorum peditum, quos & plures eſſe, & Romanos putabant, fremitus hinnituſque equorum, qui, & inſueto ſedente equite, & inſuper aures agitante ſonitu, ſæviebant, intentos velut ad impetum hoſtium tenuit.

Volſcum.

LXV. Ubi illuxit, Romanus, integer ſatiatuſque ſomno productus in aciem, feſſum ſtando & vigiliis Volſcum primo impetu perculit. quanquam ceſſere magis, quàm pulſi hoſtes ſunt: quia ab tergo erant clivi, in

C. 64. (1) Multis partibus majore prædâ, quàm quantam priùs ceperant Sabini. (2) Plures interpretes cenſent voces *ingenti cæde* delendas eſſe, ut gloſſema. Quum autem omnes codices eas conſtanter ſervent; potius eſt, ut *ingenti cæde* de occiſis, & *plurimo ſanguine* de vulneratis accipiamus. Et ita fere junguntur hæc eadem vocabula, infrà l. 9. c. 13. & l. 27. c. 49. (3) Diſtinguebatur tempus noctis in quatuor vigilias, quarum unaquæque trium horarum erat. Tertia vigilia a mediâ nocte incipiebat. Singulis autem vigiliis ſigno buccinâ dato, vigiles mutabantur.

quos

quos poſt (1) principia integris ordinibus tutus receptus fuit. Conſul, ubi ad iniquum locum ventum eſt, ſiſtit aciem. miles ægre teneri; clamare & poſcere, ut perculſis inſtare liceat. Ferociùs agunt equites: circumfuſi duci vociferantur, ſe ante ſigna ituros. Dum cunctatur conſul, virtute militum fretus, loco parum fidens, conclamant, ſe ituros: clamoremque res eſt ſecuta. Fixis in terram pilis, quo leviores ardua evaderent, curſu ſubeunt. Volſcus, effuſis ad primum impetum miſſilibus telis, ſaxa objacentia pedibus ingerit in ſubeuntes, turbatoſque ictibus crebris urget ex ſuperiore loco. ſic propè oneratum eſt ſiniſtrum Romanis cornu, ni referentibus jam gradum conſul, increpando ſimul temeritatem, ſimul ignaviam, pudore metum excuſſiſſet. Reſtitere primò obſtinatis animis: deinde, (2) ut in obtinentes locum vires ferebant, audent ultro gradum inferre; &, clamore renovato, commovent aciem. tum rurſus, impetu (3), capto enituntur, atque exſuperant iniquitatem loci. Jam propè erat, ut in ſummum clivi jugum evaderent, quum terga hoſtes dedere: effuſoque curſu penè agmine uno fugientes ſequenteſque caſtris incidêre. In eo pavore caſtra capiuntur. qui Volſcorum effugere potuerunt, Antium petunt. Antium & Romanus exercitus ductus: paucos circumſeſſum dies deditur, (4) nullâ oppugnantium novâ vi; ſed quòd jam inde ab infelici pugnâ caſtriſque amiſſis ceciderant animi.

C. 65. (1) Poſt primam aciem. A tergo primæ aciei, ordines integri & ſalvi tutum in clivos receptum habuere. (2) Poſtquam vires dabant invadere hoſtem, qui ſuperiorem locum obtinebat. (3) h. e. impetu facto. ſic etiam infrà l. 22. c. 5. (4) Non quòd vires Romanorum majores tunc eſſent quàm priore anno, quo Antium oppugnare auſi non fuerant. [Ita Crevierius. at dubito utrùm Livius illuc reſpexerit. Sic potiùs locum interpretor: Antium deditur, non quòd novum ullum impetum in Volſcos fecerint Romani, ſed quòd &c. E.]

EPITOME

EPITOME LIBRI TERTII.

SEDITIONES de agrariis legibus factæ. Capitolium, ab exsulibus & servis occupatum, cæsis iis receptum est. Census bis actus est. priore lustro censa sunt civium capita centum quatuor millia ducenta quatuordecim, præter orbos orbasque. sequenti, centum septemdecim millia ducenta novemdecim. Quum adversùs Æquos res malè gesta esset, L. Quinctius Cincinnatus dictator factus, quum rure intentus rustico operi esset, ad id bellum gerendum arcessitus est. Is victos hostes sub jugum misit. Tribunorum plebis numerus ampliatus est, ut essent decem, trigesimo sexto anno a primis tribunis plebis. Petitis per legatos, & allatis Atticis legibus, ad constituendas eas proponendasque decemviri pro consulibus sine ullis aliis magistratibus creati, altero & trecentesimo anno, quàm Roma condita erat: &, ut a regibus ad consules, ita a consulibus ad decemviros translatum imperium. Hi, decem tabulis legum positis, quum modestè se in eo honore gessissent, & ob id in alterum quoque annum eundem esse magistratum placuisset, duabus tabulis ad decem adjectis, quum complura impotenter fecissent, magistratum noluerunt deponere, & in tertium annum retinuerunt: donec inviso eorum imperio finem attulit libido Ap. Claudii. Qui, quum in amorem virginis incidisset, submisso qui eam in servitutem peteret, necessitatem patri ejus Virginio imposuit, rapto ex tabernâ proximâ cultro, ut filiam interimeret; quum aliter eam tueri non posset, ne in potestatem stuprum illaturi veniret. Hoc tam magnæ luxuriæ exemplo plebs incitata montem Aventinum occupavit, coëgitque decemviros abdicare se magistratu. ex quibus Appius & unus collegarum, qui præcipuè pœnam meruerant, in carcerem conjecti; ceteri in exsilium acti. Res præterea contra Sabinos, & Volscos, & Æquos prosperè gestas continet, & parum honestum populi Romani judicium: qui, judex inter Ardeates & Aricinos sumptus, agrum, de quo ambigebatur, sibi adjudicavit.

T. LIVII

T. LIVII PATAVINI

LIBER TERTIUS.

U. c. 287.
A. C. 465.
Tib. Æmilio II. Q. Fabio Coss.

I. ANTIO capto, Ti. Æmilius & Q. Fabius consules fiunt. Hic erat Fabius Quintus, (1) qui unus exstinctæ ad Cremeram genti superfuerat. Jam priore consulatu Æmilius dandi agri plebi fuerat auctor. Itaque secundo quoque consulatu ejus & (2) agrarii se in spem legis erexerant, & tribuni rem, contra consules sæpe tentatam, adjutore utique consule, obtineri posse rati, suscipiunt; & consul manebat in sententiâ suâ. Possessores & magna pars Patrum, (3) tribuniciis se jactare actionibus principem civitatis, & largiendo de alieno popularem fieri querentes, totius invidiam rei a tribunis in consulem averterant. Atrox certamen aderat, ni Fabius consilio neutri parti acerbo rem expedisset. *T. Quinctii ductu & auspicio agri capti priore anno aliquantum a Volscis esse: Antium, propinquam, opportunam, & maritimam urbem, coloniam deduci posse: ita sine querelis possessorum plebem in agros ituram, civitatem in concordiâ fore.* Hæc sententia accepta est. *Antium colonia deducitur.* Triumviros agro dando creat (4) T. Quinctium, A. Virginium, P. Furium. jussi nomina dare, qui agrum accipere vellent. Fecit statim (ut fit) fastidium copia; adeóque pauci nomina dedere, ut ad explendum numerum coloni Volsci adderentur: cetera multitudo poscere Romæ agrum malle, quàm alibi accipere. † Æqui a Q.

C. 1. (1) Vid. not. 7. ad c. 50. l. 2. Clades illa decennio solùm ante ejus consulatum accidit, & tum *prope puberem ætatem* fuit. Sed & M. Valerium Corvum viginti tres annos natum consulatum obtinuisse, auctor est Livius, infrà l. 7. c. 26. (2) Fautores legis agrariæ. sic infrà l. 27. c. 21. & Cic. Catil. 4. c. 2. (3) Tribuniciis actionibus favendo, auram popularem captare eum qui principem locum in civitate teneret. sic Cic. Catil. 4. c. 5. (4) Creandos curat Consul.

Fabio

Fabio (is eò cum exercitu venerat) pacem petiere, irritamque eam ipsi subitâ incursione in agrum Latinum fecere.

U. c. 288. A. C. 464. Q. Servilio II. Sp. Postumio Coss.

II. Q. Servilius, insequenti anno (is enim cum Sp. Postumio consul fuit) in Æquos missus, in Latino agro stativa habuit. intra castra quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit. Extractum in tertium annum bellum est, Q. Fabio & T. Quinctio consulibus. Fabio extra ordinem, quia is victor pacem Æquis dederat, ea provincia data. qui, haud dubiâ spe profectus, famam nominis sui pacaturam Æquos, legatos in concilium gentis missos nunciare jussit; *Q. Fabium consulem dicere, se ex Æquis pacem Romam tulisse, ab Româ Æquis bellum afferre, eâdem dextrâ armatâ, quam pacatam illis antea dederat. quorum id perfidiâ & perjurio fiat, Deos nunc testes esse, mox fore ultores* (1). *Se tamen, utcunque sit, etiam nunc, pœnitere suâ sponte Æquos, quàm pati hostilia, malle. Si pœniteat, tutum receptum ad expertam clementiam fore: sin perjurio gaudeant,* (2) *Diis magis iratis, quàm hostibus, gesturos bellum.*

U. c. 289. A. C. 463. Q. Fabio II. T. Quinctio III. Coss.

Æquicum bellum.

Hæc dicta adeò nihil moverunt quemquam, ut legati propè violati sint, exercitusque in Algidum adversùs Romanos missus. Quæ ubi Romam sunt nunciata, indignitas rei, magis quàm periculum, consulem alterum ab urbe excivit. ita duo consulares exercitus ad hostem accessere acie instructâ, ùt confestim dimicarent. Sed quum fortè haud multum diei superesset, unus ad statione hostium exclamat: *Ostentare hoc est, Romani, non gerere bellum. in noctem imminentem aciem instruitis. longiore luce ad id certamen, quod instat, nobis opus est. Crastino die oriente sole redite in aciem: erit copia pugnandi, ne timete.* His vocibus irritatus miles in diem posterum in castra reducitur, (3) longam venire noctem ratus, quæ moram certamini faceret. Tum quidem corpora cibo somnoque curant. ubi illuxit postero die, prior aliquanto constitit Romana acies; tandem & Æqui processere. Prœlium fuit utrinque vehemens; quòd & Romanus irâ odioque

C. 2. (1) *Ultor* perinde ac verbum *ulciscor*, ponitur dupliciter; vel pro eo qui injuriam inferentem punit, vel qui injuriâ affectum liberat. Priore sensu hìc usurpatur. (2) Magis contra iram deorum, quàm vim Romanorum. (3) Adeo avidus pugnæ, ut noctem, quæ adventaret, longam sibi fingeret, quia moram certamini esset factura.

pugnabat

pugnabat, & Æquos conscientia contracti culpâ periculi, & desperatio futuræ sibi postea fidei, ultima audere & experiri cogebat. Non tamen sustinuere aciem Romanam Æqui: pulsique quum in fines suos se recepissent, nihilo inclinatioribus ad pacem animis ferox multitudo increpare duces, quòd in aciem, quâ pugnandi arte Romanus excellat, commissa res sit. *Æquos populationibus incursionibusque meliores esse, & multas passim manus, quàm magnam molem unius exercitûs, rectiùs bella gerere.*

III. Relicto itaque castris præsidio, egressi tanto cum tumultu invasere fines Romanos, ut ad urbem quoque terrorem pertulerint. necopinata etiam res plus trepidationis fecit, quòd nihil minùs, quàm ne victus ac propè in castris obsessus hostis memor populationis esset, timeri poterat; agrestesque, pavidi incidentes portis, non populationem, nec prædonum parvas manus, sed, omnia vano augentes timore, exercitus & legiones adesse hostium, & infesto agmine ruere ad urbem, clamabant. Ab his proximi (1) audita incerta, eóque vaniora, ferre ad alios. cursus clamorque vocantium ad arma haud multum a pavore captæ urbis abesse. Fortè ab Algido Quinctius consul redierat Romam, (id remedium timori fuit) tumultuque sedato, victos timeri increpans hostes, præsidia portis imposuit. Vocato dein senatu, quum, ex auctoritate Patrum (2) justitio indicto, profectus ad tutandos fines esset, Q. Servilio (3) præfecto urbis relicto, hostem in agris non invenit. Ab altero consule res gesta egregiè est. qui, quâ venturum hostem sciebat, gravem prædâ, eóque impeditiore agmine incedentem aggressus, funestam ei populationem fecit. Pauci hostium evasere ex insidiis: præda omnis recepta est. sic finem justitio, quod quatriduum fuit, reditus Quinctii consulis in urbem fecit. (4) Census deinde actus, & conditum ab Quinctio lustrum. censa civium capita centum quatuor millia & ducenta

C. 3. (1) Incerta, quia audierant tantùm, non viderant; adeóque mendaciis auctiora. (2) *Justitium* indici solebat in luctu, vel metu publico. Quid sit, fusiùs explicat noster, infrà c. 27. Dicebatur *justitium* ex eo quod *jus sisteretur*, sive jurisdictio intermitteretur. (3) Vid. not. 8. ad c. 59. l. 1. (4) Vid. l. 1. c. 42. not. 8. & c. 44. not. 3. Censum quater actum fuisse a Servio Tullio narrat Valer. Max. Regnante Tarquinio Superbo intermissus. quater deinde ante hunc annum actus, secundùm Dionysium.

centa quatuordecim dicuntur, præter orbos orbasque. In Æquis nihil deinde memorabile actum. in oppida sua se recepere, uri sua popularique passi. Consul, quum aliquoties per omnem hostium agrum infesto agmine populabundus isset, cum ingenti laude prædâque Romam rediit.

U. c. 290. A. C. 462. A. Postumio, Sp. Furio Coss.

IV. Consules inde A. Postumius Albus, Sp. Furius Fusus. (1) Furios Fusios scripsere quidam. id admoneo, ne quis immutationem virorum ipsorum esse, quæ nominum est, putet. Haud dubium erat, quin cum Æquis alter consulum bellum gereret. Itaque Æqui ab Ecetranis Volscis præsidium petiere. quo cupidè oblato, (adeò civitates hæ perpetuo in Romanos odio (2) certavere) bellum summâ vi parabatur. Sentiunt Hernici, & prædicunt Romanis, Ecetranum ad Æquos descisse. suspecta &

Antium colonia suspecta.

colonia Antium fuit, quòd magna vis hominum inde, quum oppidum captum esset, confugisset ad Æquos; isque miles per bellum Æquicum vel acerrimus fuit. Compulsis deinde in oppida Æquis, ea multitudo dilapsa quum Antium redisset, suâ sponte jam infidos colonos Romanis abalienavit. Necdum maturâ re, quum defectionem parari delatum ad senatum esset, datum negotium est consulibus, ut, principibus coloniæ Romam excitis (3), quærerent, quidnam rei esset. qui quum haud gravati venissent, introducti a consulibus ad senatum ita responderunt ad interrogata, ut magis suspecti, quàm venerant, dimitterentur. Bellum inde haud dubium haberi. Sp. Furius, consulum alter, cui ea provincia evenerat, profec-

Furius Cos. malè rem gerit.

tus in Æquos, Hernicorum in agro populabundum hostem invenit; ignarusque multitudinis, quia nusquam universa conspecta fuerat, imparem copiis exercitum temere pugnæ commisit. primo concursu pulsus se in castra recepit. neque is finis perculi fuit. namque & proximâ nocte &

Obsidetur in castris.

postero die tantâ vi castra sunt circumsessa atque oppugnata, ut ne nuncius quidem inde mitti Romam posset. Hernici,

C. 4. (1) Livius indicat eos qui antea *Fusii* dicebantur, postea *Furios* dictos esse. Id testatur etiam Quinctil. l. 1. c. 4. *Valesii & Fusii in Valerios & Furios venerunt.* Olim litera *R.* in nullo vel parcissimo usu erat apud Romanos, ejusque loco adhibebatur litera *S.* (2) Certatim flagrarunt. (3) Nempe ex patriâ. Est autem eodem modo dictum, quo *evolare Romam*, suprà l. 1 c. 57. *evocare ad colloquium*, infrà l. 4. c. 10. *emittere in*

Hernici, & malè pugnatum, & conſulem exercitumque obſideri, nunciaverunt. tantumque terrorem incuſſere Patribus, ut (quæ forma ſenatuſconſulti ultimæ ſemper neceſſitatis habita eſt) Poſtumio alteri conſulum negotium daretur, (4) *Videre, ne quid reſpublica detrimenti caperet.* Ipſum conſulem Romæ manere ad conſcribendos omnes, qui arma ferre poſſent, optimum viſum eſt; (5) pro conſule T. Quinctium ſubſidio caſtris cum ſociali exercitu mitti. ad eum explendum Latini, Hernicique, & colonia Antium dare Quinctio ſubitarios milites (ita tum repentina auxilia appellabant) juſſi.

V. Multi per eos dies motus multique impetus hinc atque illinc facti, quia, ſuperante multitudine, hoſtes carpere multifariam vires Romanas, ut non ſuffecturas ad omnia, aggreſſi ſunt. ſimul caſtra oppugnabantur, ſimul pars exercitûs ad populandum agrum Romanum miſſa, urbemque ipſam, ſi qua fortuna daret, tentandam. L. Valerius ad præſidium urbis relictus; conſul Poſtumius ad arcendas populationes finium miſſus. Nihil remiſſum ab ullâ parte curæ aut laboris. vigiliæ in urbe, ſtationes ante portas, præſidiaque in muris diſpoſita, &, quod neceſſe erat in tanto tumultu, juſtitium per aliquot dies ſervatum. Interim in caſtris Furius conſul, quum primò quietus obſidionem paſſus eſſet, in incautum hoſtem (1) decumanâ portâ erupit, &, quum perſequi poſſet, metu ſubſtitit, ne qua, ex parte alterâ, in caſtra vis fieret. Furium legatum (frater idem conſulis erat) longiùs extulit curſus: nec ſuos ille redeuntes, perſequendi ſtudio, neque hoſtium ab tergo incurſum vidit. ita excluſus, multis ſæpe fruſtra conatibus captis, ut viam ſibi ad caſtra faceret, acriter dimicans cecidit. Et conſul, nuncio circumventi fratris converſus ad pugnam, dum ſe temere magis,

in hoſtem, l. 28. c. 14. (4) Eo ſenatuſconſulto ſumma rerum omnium poteſtas conſulibus permittebatur. Porro *negotium videre*, eodem modo dictum eſt, quo ſæpe Livius vocibus *tempus*, *conſilium*, ſimilibuſque infinitivum ſubjunxit. (5) Hæc prima proconſulis mentio occurrit apud Livium.

C. 5. (1) Caſtra Romana quadrata, ut plurimum, fuere; iiſque quatuor erant portæ: nempe *prætoria*, quæ *Prætorio* proxima, & verſa in hoſtem (alio nomine *extraordinaria* dicta, vid. infrà 40. c. 27.); in lateribus *principales* duæ, dextra & ſiniſtra, vid. infrà l. 34. c. 46. denique ea quæ averſiſſima

magis, quàm ſatis cautè, in mediam dimicationem infert, vulnere accepto, ægre ab circumſtantibus ereptus, & ſuorum animos turbavit, & ferociores hoſtes fecit. qui, cæde legati & conſulis vulnere accenſi, nullâ deinde vi ſuſtineri potuere, quum compulſi in caſtra Romani rurſus obſiderentur, nec ſpe, nec viribus pares. veniſſetque in periculum ſumma rerum, ni T. Quinctius peregrinis copiis (2) cum Latino Hernicoque exercitu ſubveniſſet. Is, intentos in caſtra Romana Æquos legatique caput ferociter oſtentantes ab tergo adortus, ſimul ad ſignum a ſe procul editum ex caſtris eruptione factâ, magnam vim hoſtium circumvenit. Minor cædes, fuga effuſior Æquorum in agro fuit Romano. in quos palatos, prædam agentes, Poſtumius aliquot locis, quibus opportuna impoſuerat præſidia, impetum dedit. ii vagi, diſſipato agmine fugientes, in Quinctium victorem, cum ſaucio conſule revertentem, incidêre. Tum conſularis exercitus egregiâ pugnâ conſulis vulnus, legati & cohortium ultus eſt cædem. magnæ clades ultro citroque illis diebus & illatæ & acceptæ. Difficile ad fidem eſt in tam antiquâ re, quot pugnaverint ceciderintve, exacto affirmare numero. audet tamen (3) Antias Valerius concipere ſummas. Romanos cecidiſſe in Hernico agro quinque millia ac trecentos: ex prædatoribus Æquorum, qui populabundi in finibus Romanis vagabantur, ab A. Poſtumio conſule duo millia & quadringentos cæſos: ceteram multitudinem, prædam agentem, quæ inciderit in Quinctium, nequaquam pari defunctam eſſe cæde. interfecta inde quatuor millia, &, exſequendo ſubtiliter numerum, ducentos, aït, & triginta.

A T. Quinctio liberatur.

Ut

averſiſſima erat ab hoſte, *decumana*, quæ & *quæſtoria* dicitur, quia quæſtorium, primis ſaltem temporibus, in inferiore parte caſtrorum erat, vid. infrà l. 10. c. 32. & l. 34. c. 27. *Decumana* autem dicta, ſecundùm Lipſium, a decimis cohortibus juxta eam tendentibus. Unaquæque enim legio in decem cohortes dividebatur. Primæ autem cujuſque legionis cohortes juxta Prætorium tendebant; ceteræ deinde ex ordine uſque ad decimas eaſdemque poſtremas, quæ in poſtremâ caſtrorum parte, adeóque prope portam *Decumanam* locabantur. (2) Vel tranſponendæ ſunt voces hoc modo, *cum peregrinis copiis, Latino Hernicoque exercitu;* vel dicendum has voces *cum Latino Hernicoque exercitu* eſſe gloſſema librariorum. nam peregrinæ copiæ nullæ aliæ fuere quàm Latinus Hernicuſque exercitus, ut liquet ex cap. præc. (3) Hiſtoriarum ſcriptor, qui vixit Syllanis temporibus. Suſpecta ejus fides eſt Livio. vid. infrà l. 26. c. 49. & l. 36.

Ut Romam reditum & justitium remissum est, cœlum visum est ardere plurimo igni; portentaque alia aut observata oculis, aut vanas exterritis ostentavere species. His avertendis terroribus in triduum feriæ indictæ, per quas omnia delubra pacem Deûm exposcentium virorum mulierumque turbâ implebantur. Cohortes inde Latinæ Hernicæque ab senatu, gratiis ob impigram militiam actis, remissæ domos. Antiates, (4) mille milites, quia serum auxilium post prœlium venerant, propè cum ignominiâ dimissi.

U. c. 291. A. C. 461.

VI. Comitia inde habita. creati consules L. Æbutius, P. Servilius, Kalendis Sextilibus, ut tunc principium (1) anni agebatur, consulatum ineunt. (2) Grave tempus & fortè annus pestilens erat urbi agrisque, nec hominibus magis, quàm pecori; & auxere vim morbi, terrore populationis pecoribus agrestibusque in urbem acceptis. Ea colluvio mixtorum omnis generis animantium & odore insolito urbanos, & agrestem, confertum in arcta tecta, æstu ac vigiliis angebat; ministeriaque in vicem ac (3) contagio ipsa vulgabant morbos. Vix instantes sustinentibus clades repentè legati Hernici nunciant, in agro suo Æquos Volscosque conjunctis copiis castra posuisse. inde exercitu ingenti fines suos depopulari. Præterquam quòd infrequens senatus indicio erat sociis, afflictam civitatem pestilentiâ esse, mœstum etiam responsum tulere: *ut per se ipsi Hernici cum Latinis res suas tutarentur. Urbem Romanam subitâ Deûm irâ morbo populari. Si qua ejus mali quies veniat, ut anno antè, ut semper aliàs, sociis opem laturos.* Discessere socii, pro tristi nuncio (4) tristiorem domum referentes; quippe quibus per se sustinendum bellum erat, quod vix Romanis fulti viribus sustinuissent. Non diutiùs se in Hernico hostis continuit. pergit inde infestus in agros Romanos, etiam sine belli injuriâ vastatos (5). Ubi quum obvius nemo, ne inermis quidem, fieret, perque

L. Æbutio, P. Servilio Coss.

Pestis Romæ.

Æqui & Volsci prædantur.

& l. 36. c. 38. (4) Hæc per appositionem accipienda; quemadmodum *Galli, magna hominum vis*, infrà l. 38. c. 16.

C. 6. (1) Anni consularis; non civilis, cujus initium post Numæ tempora semper a Januario. Tempus autem sollenne ineundis magistratibus multùm variavit, usque ad annum urbis 599. quo statutum, ut Kal. Jan. consules inirent. (2) Ipsum tempus anni, nempe autumnus, grave, i. e. νοσερον. hinc initio cap. 8. infrà dicitur, *graviore tempore anni jam circumacto.* (3) Contactus. (4) Quem Romam attulerant. (5) Nempe pestilentiâ.

(6) Circuibant

que omnia, non præsidiis modò deserta, sed etiam cultu agresti, transirent; pervenere ad tertium lapidem Gabinâ viâ. Mortuus Æbutius erat Romanus consul. collega ejus Servilius exiguâ in spe trahebat animam. affecti plerique principum, Patrum major pars, militaris fere ætas omnis: ut non modò ad expeditiones, quas in tanto tumultu res poscebat, sed vix ad quietas stationes viribus sufficerent. Munus vigiliarum senatores, qui per ætatem ac valetudinem poterant, per se ipsi obibant: (6) circuitio ac cura ædilium plebei erat. ad eos summa rerum ac majestas consularis imperii venerat.

VII. Deserta omnia, sine capite, sine viribus, Dii præsides ac fortuna urbis tutata est, quæ Volscis Æquisque, prædonum potiùs mentem, quàm hostium, dedit. adeò enim nulla spes non potiundi modò, sed ne adeundi quidem Romana mœnia, animos eorum cepit, tectaque procul visa atque imminentes tumuli avertêre mentes eorum; ut, totis passim castris fremitu orto, (1) *quid in vasto ac deserto agro inter tabem pecorum hominumque desides sine prædâ tempus tererent, quum integra loca, Tusculanum agrum, opimum copiis, petere possent?* signa repentè convellerent, transversisque itineribus per Lavicanos agros in Tusculanos colles transirent. eò vis omnis tempestasque belli conversa est. Interim Hernici Latinique, pudore etiam, non misericordiâ solùm, moti, si nec obstitissent communibus hostibus, infesto agmine Romanam urbem petentibus, nec opem ullam (2) obsessis sociis ferrent, conjuncto exercitu Romam pergunt. Ubi quum hostes non invenissent, secuti famam ac vestigia, obvii fiunt descendentibus ab Tusculano in Albanam vallem. ibi haudquaquam æquo prœlio pugnatum est, fidesque sua sociis parum felix in præsentia fuit. Haud minor Romæ fit morbo strages, quàm quanta ferro (3) sociorum facta erat. consul, qui unus supererat, moritur. mortui & alii clari viri, M. Valerius, T. Virginius Rutilus, augures; Ser. Sulpicius, (4) curio maximus.

Latinos vincunt.

(6) Circuibant vigilias, & eas rectè obeundas curabant ædiles plebei. Horum autem hîc prima mentio fit. vid. not. 4. ad c. 33. l. 2.

C. 7. (1) Fremitu orto rogitantium inter se quid &c. (2) Livius refert non quod factum est, sed quod socii factum esse opinati sunt: quamvis equidem Dionysius narrat Volscos Æquosque urbem tentasse, sed frustra ia conatos. (3) Quàm quanta cædes sociorum facta erat ferro. (4) Unicuique

maximus. & per ignota capita latè evagata eſt vis morbi: inopſque ſenatus auxilii humani, ad Deos populum ac vota vertit. juſſi cum conjugibus ac liberis ſupplicatum ire, pacemque expoſcere Deûm. Ad id, quod ſua quemque mala cogebant, auctoritate publicâ evocati, omnia delubra implent. ſtratæ paſſim matres, crinibus templa verrentes, veniam irarum cœleſtium, finemque peſti expoſcunt.

VIII. Inde paullatim, ſeu pace Deûm impetratâ, ſeu graviore tempore anni jam circumacto, defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe incipere: verſiſque animis jam ad publicam curam, quum aliquot (1) interregna exiſſent, P. Valerius Publicola tertio die, quàm interregnum inierat, conſules creat L. Lucretium Tricipitinum & T. Veturium Geminum; (2) ſive ille Vetuſius fuit. Ante diem tertium Idus Sextiles conſulatum ineunt, jam ſatis validâ civitate, ut non ſolùm arcere bellum, ſed ultro etiam inferre poſſet. Igitur nunciantibus Hernicis, in fines ſuos tranſcendiſſe hoſtes, impigre promiſſum auxilium. duo conſulares exercitus ſcripti. Veturius miſſus in Volſcos ad bellum ultro inferendum. Tricipitinus, (3) populationibus arcendis ſociorum agro oppoſitus, non ultra, quàm in Hernicos, procedit. Veturius primo prœlio hoſtes fundit fugatque. Lucretium, dum in Hernicis ſedet, prædonum agmen fefellit, ſupra montes Prænestinos ductum, inde demiſſum in campos. Vaſtavere agros Prænestinum Gabinumque: ex Gabino in Tuſculanos flexere colles. urbi quoque Romæ ingens præbitus terror, magis (4) in re ſubitâ, quàm quòd ad arcendam vim parum virium eſſet. Q. Fabius præerat urbi. is, armatâ juventute, diſpoſitiſque præſidiis, tuta omnia ac tranquilla fecit. Itaque hoſtes, prædâ ex proximis locis raptâ, appropinquare urbi non auſi, quum circumacto agmine redirent, quanto longiùs

U. c. 292. A. C. 460. L. Lucretio, T. Veturio Coſſ.

Volſci prædones.

cuique triginta curiarum, in quas diviſam fuiſſe urbem vidimus ſuprà l. 1. c. 13. ſuus fuit curio, qui rem divinam pro ſuis curialibus faceret. Curionibus omnibus moderator quidam impoſitus erat, curio maximus: qui quidem comitiis curiatis creabatur.

C. 8. (1) De interregni origine vid. ſuprà l. 1. c. 17. Et res & nomen manſit etiam poſt pulſos reges. Quando nullus erat curulis magiſtratus, patricii coibant, & prodebant interregem, cujus imperium quinque diebus finiebatur: & ſic deinceps donec comitia conſulibus aut tribunis militaribus conſulari poteſtate creandis haberentur. (2) Vid. not. 1. ad c. 4. ſuprà. (3) Oppoſitus populationibus hoſtium, ad arcendas eas agro ſociorum. E. (4) Magis quia ſubita res fuit.

ab

ab urbe hostium abscederent, eo solutiore curâ in Lucretium incidunt consulem, jam antè exploratis itineribus suis instructum, & ad certamen intentum. Igitur, præparatis animis, repentino pavore perculsos adorti, aliquanto pauciores multitudinem ingentem fundunt fugantque; & compulsos in cavas valles, quum exitus haud in facili essent, circumveniunt. Ibi Volscum nomen propè deletum est. tredecim millia quadringentos septuaginta cecidisse in acie ac fugâ, mille ducentos quinquaginta vivos captos, signa viginti septem militaria relata, in quibusdam annalibus invenio. ubi etsi adjectum aliquid numero sit, magna certè cædes fuit. Victor consul, ingenti prædâ potitus, eadem in stativa rediit. Tum consules castra conjungunt: & Volsci Æquique afflictas vires suas in unum contulere. Tertia illa pugna eo anno fuit. eadem fortuna victoriam dedit. fusis hostibus, etiam castra capta.

Cæs.

IX. Sic res Romana in antiquum statum rediit: secundæque belli res extemplo urbanos motus excitaverunt. C. Terentillus Arsa tribunus plebis eo anno fuit. is, consulibus absentibus, ratus locum tribuniciis actionibus datum per aliquot dies Patrum superbiam ad plebem criminatus, maximè in consulare imperium, tanquam nimium, nec tolerabile liberæ civitati, invehebatur: *nomine enim tantùm minùs invidiosum, re ipsâ propè atrocius, quàm regium, esse. Quippe duos pro uno domino acceptos, immoderatâ, infinitâ potestate: qui, soluti atque effrenati ipsi, omnes metus legum omniaque supplicia verterent in plebem. Quæ ne æterna illis licentia sit,* (1) *legem se promulgaturum, ut quinque viri creentur legibus de imperio consulari scribendis. Quod populus in se jus dederit, eo consulem usurum: non ipsos libidinem ac licentiam suam pro lege habituros.* Quâ promulgatâ lege, quum timerent Patres, ne, absentibus consulibus, jugum acciperent, senatus a præfecto urbis Q. Fabio vocatur: qui adeò atrociter in rogationem latoremque ipsum est invectus, (2) ut nihil, si ambo consules infesti circumstarent tribunum, relictum minarum atque terroris sit: *insidiatum*

Lex Terentilla.

C. 9. (1) Huc usque perscripta non erant jura omnia quibus civitas regeretur; sed maximâ ex parte ad regem consulumve arbitrium lites dirimebantur. Terentillus igitur aliquod juris corpus fieri volebat, quo in omnibus negotiis, tum publicis, tum privatis, civitas uteretur. (2) Ut nihil superesset minarum ac terrorum, quod intentarent consules, si ambo infesti

diatum eum, & tempore capto adortum rempublicam. Si quem similem ejus priore anno, inter morbum bellumque, irati Dii tribunum dedissent, (3) *non potuisse sisti. Mortuis duobus consulibus, jacente ægrâ civitate in colluvione omnium rerum, ad tollendum e republicâ consulare imperium laturum leges fuisse; ducem Volscis Æquisque ad oppugnandam urbem futurum. Quid tandem? illi non licere, si quid consules superbè in aliquem civium aut crudeliter fecerint, diem dicere? accusare his ipsis judicibus, quorum in aliquem sævitum sit?* (4) *Non illud consulare imperium, sed tribuniciam potestatem invisam intolerandamque facere: quam pacatam reconciliatamque Patribus de integro in antiqua redigi mala. neque illum se deprecari, quo minus pergat, ut cœperit. Vos,* inquit Fabius, *ceteri tribuni, oramus, ut primum omnium cogitetis, potestatem istam ad singulorum auxilium, non ad perniciem universorum, comparatam esse. tribunos plebis vos creatos non hostes Patribus. Nobis miserum, invidiosum vobis est, desertam rempublicam invadi. non jus vestrum, sed invidiam, minueritis. Agite cum collegâ, ut rem integram in adventum consulum differat. ne Æqui quidem ac Volsci, morbo absumptis priore anno consulibus, crudeli superboque nobis bello institere.* Agunt cum Terentillo tribuni: dilatâque in speciem actione, (5) re ipsâ sublatâ, consules extemplo arcessiti.

X. Lucretius cum ingenti prædâ, majore multo gloriâ rediit. & auget gloriam adveniens, expositâ omni in campo Martio prædâ, ut suum quisque per triduum cognitum abduceret. reliqua vendita, quibus domini non exstitere. Debebatur omnium consensu consuli triumphus: sed dilata res est, tribuno de lege agente. id (1) antiquius consuli fuit. Jactata per aliquot dies quum in senatu res, tum ad populum est. cessit ad ultimum majestati consulis tribunus, & destitit. tum imperatori exercituique honos suus

Lucretius triumphat.

infesti circumstarent tribunum. (3) Vid. not. ad c. 29. l. 2. (4) Terentillum actionibus suis parare invidiam, non tam illi consulari imperio in quod invehebatur, quàm tribuniciæ potestati. E. (5) In præsentem annum. anno enim sequenti relata a toto collegio est. [Puto Livium potiùs loqui de vero Patrum consilio. Dilationem tantùm actionibus petere simulaverant, at re ipsâ prorsus sublationem volebant. E.]

C. 10. (1) Vid. not. ad c. 32. l. 1. Observat Dukerus, quæ hîc narrat Livius vix potuisse fieri, nisi consule ipso in urbe & senatu præsente: contrà autem sollenne institutum esse, ut qui triumphum petebant, in urbem

fuus redditus. Triumphavit de Volfcis Æquifque: triumphantem fecutæ fuæ legiones. alteri confuli datum, ut (2) ovans fine militibus urbem iniret. Anno deinde infequenti lex Terentilla, ab toto relata collegio, novos aggreffa confules eft. erant confules P. Volumnius, Ser. Sulpicius. Eo anno cœlum ardere vifum; terra ingenti concuffa motu eft. bovem locutam, cui rei priore anno fides non fuerat, creditum. Inter alia prodigia & (3) carnem pluit: quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuiffe fertur. quod intercidit, fparfum ita jacuiffe per aliquot dies, ut nihil odor mutaret (4). Libri (5) per duumviros facrorum aditi: pericula a conventu alienigenarum prædicta, ne (6) qui in loca fumma urbis impetus, cædefque inde fierent. inter cetera monitum, ut feditionibus abftineretur. Id factum ad impediendam legem, tribuni criminabantur, ingenfque aderat certamen. Ecce (ut (7) idem in fingulos annos orbis volveretur) Hernici nunciant, Volfcos & Æquos, etfi accifæ res fint, reficere exercitus; Antii fummam rei pofitam; (8) Ecetræ Antiates colonos palam concilia facere: id caput, eas vires belli effe. Ut hæc dicta in fenatu funt, delectus edicitur; confules belli adminiftrationem inter fe difpartiri

U. c. 293. A. C. 459. P. Volumnio, Ser. Sulpicio Coff.

Volfci & Æqui bellum inftaurant.

urbem ingredi non poffent. vid. infrà c. 63. (2) Ovatio, minor triumphus. Is cui ovatio decreta fuerat, pedibus urbem ingrediebatur; non togâ pictâ neque trabeâ indutus, fed prætextâ tantùm; coronatus myrto, non lauro; & ingenti agmine tibicinum cinctus. *Ovationis* nomen deducit Plutarchus ab *ove*, quæ tum mactabatur; quum in majore triumpho immolaretur taurus. (3) Verbum *pluere* conftruitur fæpius cum fexto cafu, nonnunquam autem cum quarto. (4) Verbum *mutare*, ficut plura alia, ἀδιαφόρως ufurpatur. (5) Nempe Sybillini; de quibus ad Tarquinium Superbum delatis a muliere quâdam externâ, fabula eft omnibus nota. Horum librorum mandata eft duumviris cura, qui eos affervare conditos in fellâ fubterraneâ in Capitolio, & in gravibus periculis, aut ob fœda & infolita prodigia, juffu fenatûs infpicere, eaque quæ in iis reperiffent, ad fenatum referre, & exfequenda curare deberent. Horum facerdotum poftea numerus ad decem primò excrevit, vid. infrà l. 6. c. 37. & c. 42. deinde ad quindecim, unde collegio quindecim virorum nomen in perpetuum adhæfit. (6) *Qui impetus* numero fingulari pofitum effe vult Rhenanus, pro *quis impetus*. Certè *qui* pro *quis*, *quinam* pro *quifnam*, & fimilia apud Livium frequenter occurrunt. fic infrà l. 6. c. 32. & l. 9. c. 17. (7) Ut eadem rerum converfio, eædem vices in fingulos annos redirent. (8) Antiates, ne fua confilia Romanis patefierent, non Antii, fed Ecetræ concilia de belli ratione habebant. vid. fuprà c. 4. Quod fequitur, *id caput* &c. de Antiatibus, non de Ecetranis intelligendum

tiri juſſi, alteri ut Volſci, alteri ut Æqui provincia eſſet. Tribuni coram in foro perſonare, *Fabulam compoſitam Volſci belli, Hernicos ad partes* (9) *paratos. jam ne virtute quidem premi libertatem populi Romani, ſed arte eludi.* (10) *quia, occidione propè occiſos Volſcos & Æquos movere ſuâ ſponte arma poſſe, jam fides abierit, novos hoſtes quæri. coloniam fidam, propinquam, infamem fieri. bellum innoxiis Antiatibus indici, geri cum plebe Romanâ. quam, oneratam armis, ex urbe præcipiti agmine acturi eſſent, exſilio & relegatione civium ulſciſcentes tribunos.* *Sic,* (11) *ne quid aliud actum putent, victam legem eſſe; niſi, dum in integro res ſit, dum domi, dum togati ſint, caveant, ne poſſeſſione urbis pellantur, ne jugum accipiant. Si animus ſit, non defore auxilium. conſentire omnes tribunos. nullum terrorem externum, nullum periculum eſſe.* (12) *Caviſſe Deos priore anno, ut tutò libertas defendi poſſet.* Hæc tribuni. *Contentiones domeſticæ.*

XI. At ex parte alterâ conſules in conſpectu eorum, poſitis ſellis, delectum habebant. eò decurrunt tribuni, concionemque ſecum trahunt. citati pauci, velut rei experiundæ causâ: & ſtatim vis coorta (1). Quemcunque lictor juſſu conſulis prehendiſſet, tribunus mitti jubebat. neque ſuum cuique jus modum faciebat, ſed virium ſpe & manu obtinendum erat, quod intenderes (2). Quemadmodum ſe tribuni geſſiſſent in prohibendo delectu, ſic Patres in lege, quæ per omnes (3) comitiales dies ferebatur, impediendâ gerebant. Initium erat rixæ, quum diſcedere (4) populum juſſiſſent tribuni, quòd Patres (5) ſe ſubmoveri haud ſinebant. nec fere ſeniores rei intererant; quippe

intelligendum eſt. (9) Voces *fabulam* & *partes* a ludis ſcenicis deſumptæ ſunt, in quibus hiſtrio dicitur partes agere. (10) Quia jam planè incredibile erat Volſcos &c. idcirco novos hoſtes quæri Antiates. (11) Ne quod aliud conſilium fuiſſe Patribus & conſulibus putent. (12) Volſcis nempe Æquiſque victis.

C. 11. (1) Indicatur hoc verbo omnes ſimul ad vim inferendam exortos eſſe. (2) i. e. quod quiſque intenderet. ſic ſuprà l. 2. c. 35. & c. 43. (3) Quibus comitia haberi poterant, ſive cum populo agi licebat. vid. ſuprà l. 1. c. 19. *Faſti* dies propriè dicti, erant quibus tantùm lege agi poſſet apud prætorem vel judices; & hi non erant *comitiales*. Sed & *comitialibus* lege agi licebat, ſi modò cum populo non ageretur. (4) Ad ſuffragia ferenda. In ſeptum quoddam, quod *ovile* dicebatur, unaquæque tribus ex ordine, prout vocabatur, per pontes, ſive anguſtas vias intrabat, ut ſuffragium daret. (5) Nimirum obſtinati in eodem veſtigio perſtabant

quippe quæ non consilio regenda, sed permissa temeritati audaciæque esset. (6) Multùm & consules se abstinebant, ne cui in colluvione rerum majestatem suam contumeliæ offerrent. Kæso erat Quinctius, ferox juvenis, quà nobilitate gentis, quà corporis magnitudine & viribus. ad ea munera data a Diis, & ipse addiderat multa belli decora, facundiamque in foro; ut nemo, non linguâ, non manu, promptior, in civitate haberetur. Hic, quum in medio Patrum agmine constitisset, eminens inter alios, velut omnes dictaturas consulatusque gerens in voce ac viribus suis, unus impetus tribunicios popularesque procellas sustinebat. Hoc duce, sæpe pulsi foro tribuni, fusa ac fugata plebs est. qui obvius fuerat, mulcatus nudatusque abibat: ut satis appareret, si sic agi liceret, victam legem esse. Tum, propè jam perculsis aliis tribunis, A. Virginius, ex collegio unus, Kæsoni capitis diem dicit. atrox ingenium accenderat eo facto magis, quàm conterruerat: eò acriùs obstare legi, agitare plebem, tribunos velut justo persequi bello. Accusator pati reum ruere, invidiæque flammam ac materiam (7) criminibus suis suggerere: legem interim, non tam ad spem perferendi, quàm ad lacessendam Kæsonis temeritatem, ferre. Ibi multa, sæpe ab juventute inconsultè dicta factaque, in unius Kæsonis suspectum incidunt ingenium: tamen legi resistebatur. Et A. Virginius identidem plebi: *Ecquid sentitis jam, vos, Quirites, Kæsonem simul civem & legem, quam cupitis, habere non posse? Quanquam quid ego legem loquor? libertati obstat, omnes Tarquinios superbiâ exsuperat. Exspectate, dum consul aut dictator fiat, quem privatum viribus & audaciâ regnantem videtis.* Assentiebantur multi, pulsatos se querentes, & tribunum ad rem peragendam ultro incitabant.

Kæso Quinctius.

Ei dies dicitur.

XII. Jam aderat judicio dies, apparebatque vulgò homines in damnatione Kæsonis libertatem agi credere. tum demum coactus cum multâ indignitate prensabat singulos. sequebantur necessarii, principes civitatis. T. Quinctius Capitolinus, qui ter consul fuerat, quum multa referret

perstabant, cum clientium manu, ne populus se in suas tribus digerere posset. (6) Crevierius exponit *multùm* per *magnâ curâ.* Magis mihi placeret *ut plurimùm*; ut sensus sit, raro admodum & consules intererant. Sic Cic. ad Fam. l. 7. Ep. 33. *vivamque tecum multùm.* E. (7) Materiam criminationibus tribuniciis.

sua

ſua familiæque decora, affirmabat: *Neque in Quinctiâ gente, neque in civitate Romanâ tantam indolem tam maturæ virtutis unquam exſtitiſſe.* (1) *Suum primùm militem fuiſſe, ſe ſæpe vidente pugnaſſe in hoſtem.* Sp. Furius, *miſſum ab Quinctio Capitolino ſibi eum in dubiis ſuis rebus veniſſe ſubſidio. neminem unum eſſe, cujus magis operâ putet rem reſtitutam* (2). L. Lucretius, conſul anni prioris, recenti gloriâ nitens, ſuas laudes participare cum Kæſone, memorare pugnas, referre egregia facinora, nunc in expeditionibus, nunc in acie: ſuadere & monere, *juvenem egregium, inſtructum naturæ fortunæque omnibus bonis,* (3) *maximum momentum rerum ejus civitatis, in quamcunque veniſſet, ſuum, quàm alienum, mallent civem eſſe. Quod offendat in eo, fervorem & audaciam, ætatem quotidie auferre; quod deſideretur conſilium, id in dies creſcere. Seneſcentibus vitiis, matureſcente virtute, ſinerent tantum virum ſenem in civitate fieri.* Pater inter hos L. Quinctius, cui Cincinnato cognomen erat, non iterando laudes, ne cumularet invidiam, ſed veniam errori atque adoleſcentiæ petendo, (4) ſibi, qui non dicto, non facto quemquam offendiſſet, ut condonarent filium, orabat. Sed alii (5) averſabantur preces, aut verecundiâ, aut metu: alii, ſe ſuoſque mulcatos querentes, atroci reſponſo judicium ſuum præferebant (6).

XIII. Premebat reum, præter vulgatam invidiam, crimen unum; quòd M. Volſcius Fictor, qui antè aliquot annos tribunus plebis fuerat, teſtis exſtiterat, *Se haud multo poſt, quàm peſtilentia in urbe fuerat, in juventutem, graſſantem in Suburâ* (1), *incidiſſe. ibi rixam natam eſſe, fratremque ſuum majorem natu, necdum ex morbo ſatis validum, pugno*

C. 12. (1) Se duce prima ſtipendia feciſſe Kæſonem. (2) Vid. ſuprà c. 4. & c. 5. (3) Qui in quamcunque civitatem veniſſet, ejus viribus magnum pondus eſſet adjecturus. (4) Ut in gratiam patris ignoſcerent filio. vid. not. 6. ad c. 35. l. 2. ſuprà. (5) Avertebant ſe a precibus Cincinnati, ac nihil reſpondebant; aut verecundiâ, ne tali viro negarent; aut metu, ne principem civitatis offenderent. Sic Tac. Ann. 6. 26. *averſatus ſermonem.* (6) Verbum *præferebant* doctiſſimus Drakenborchius interpretatur *præ ſe ferebant.* Et in hoc ſenſu verbum ſæpe uſurpari minime inficior. At mihi fere perſuaſum eſt hîc potius intelligendam eſſe *anticipationem* quandam judicii; nempe antequam ejus tempus veniret, atroci reſponſo judicium ſuum ferebant, i. e. palam faciebant ſe contra Kæſonem judicium laturos. E.

C. 13. (1) Vel *Suburra,* aliàs *Succuſa:* fuit regio urbis, a quâ prima tribus

pugno ictum ab Kæfone cecidiffe femianimem. Inter manus domum ablatum, mortuumque inde arbitrari, nec fibi rem exfequi tam atrocem per confules fuperiorum annorum licuiffe. Hæc Volfcio clamitante, adeò concitati homines funt, ut haud multum abfuerit, quin impetu populi Kæfo interiret. Virginius arripi jubet hominem, & in vincula duci. patricii contrà vi refiftunt. T. Quinctius clamitat, *Cui rei capitalis dies dicta fit, & de quo futurum prope diem judicium, eum indemnatum indictâ causâ non debere violari.* Tribunus *fupplicium* negat *fumpturum fe de indemnato; fervaturum tamen in vinculis effe ad judicii diem. ut, qui hominem necaverit, de eo fupplicii fumendi copia populo Romano fiat.* Appellati tribuni medio decreto jus auxilii fui expediunt (2): in vincula conjici vetant: (3) fifti reum, pecuniamque, nifi fiftatur, populo promitti, placere pronunciant. Summam pecuniæ quantam æquum effet promitti, veniebat in dubium: id ad fenatum rejicitur. Reus, dum confulerentur Patres, retentus in publico eft. vades dare placuit: (4) unum vadem tribus millibus æris obligarunt. quot darentur, permiffum tribunis eft. decem (5) finierunt. (6) tot vadibus accufator vadatus eft reum. Hic primus (7) vades publicos dedit. dimiffus e foro nocte proximâ in Tufcos in exfilium abiit. Judicii die quum excufaretur (8) folum vertiffe exfilii causâ, nihilo minus Virginio comitia habente, collegæ appellati dimifere concilium: pecunia (9) a patre exacta crudeliter, ut, divenditis omnibus bonis, aliquamdiu trans Tiberim, veluti relegatus, devio quodam tugurio viveret.

Kæfo in exfilium abit.

XIV. Hoc judicium & promulgata lex exercuit civitatem: ab externis armis otium fuit. Quum, velut victores, tribuni, perculfis Patribus Kæfonis exfilio, propè perlatam effe crederent legem, &, quod ad feniores Pa-

bus urbana *Suburrana* dicta. (2) Extricant decreto ejufmodi, quod & plebi aliquid, & Kæfoni concederet. (3) Judicio adeffe. (4) h. e. unumquemque. (5) *Finire* hîc pro *definire*, vel etiam modum ftatuere numero vadium. (6) Tot fponfores, nempe decem, exegit accufator ab reo. (7) Vades qui in publicum obligarentur, pecuniamque populo promitterent, nifi reus fifteretur. (8) *Solum vertere* dicebantur qui locum ac fedem mutabant. (9) Exacta a vadibus eft; a patre data vadibus.

trum

trum pertineret, (1) cessissent possessione reipublicæ; juniores, (2) id maxime quod Kæsonis sodalium fuit, auxere iras in plebem, non minuerunt animos. sed (3) ibi plurimum profectum est, quòd modo quodam temperavere impetus suos. Quum primò post Kæsonis exsilium lex cœpta ferri est, instructi paratique cum ingenti clientium exercitu sic tribunos, ubi primum summoventes præbuere causam, adorti sunt, (4) ut nemo unus inde præcipuum quicquam gloriæ domum invidiæve ferret; mille pro uno Kæsones exstitisse, plebes quereretur. Mediis diebus, quibus tribuni de lege non agerent, nihil eisdem illis placidius aut quietius erat. benignè salutare, alloqui plebis homines, domum invitare, (5) adesse in foro, tribunos ipsos cetera pati sine interpellatione concilia habere: nunquam ulli, neque publicè, neque privatim, truces esse, nisi quum de lege agi cœptum esset. Alibi popularis juventus erat. nec cetera modò tribuni tranquillo (6) peregere; sed refecti quoque in insequentem annum. ne voce quidem incommodâ, nedum ut ulla vis fieret, paullatim permulcendo

Sodalium Kæsonis temperata comitate ferocia.

C. 14. (1) A negotiis publicis se removissent. (2) Ita se maximè gerebant, ut sodalibus Kæsonis par fuit, viri vehementis atque obstinati ingenii. Clarissimus autem Perizonius ad Sanct. Minerv. l. 2. c. 9. ellipsin hoc modo supplet; *idque maximè negotium juniorum, quod negotium juniorum erat negotium sodalium Kæsonis.* laudatur etiam a Dukero ad hunc locum; cui Drakenborchius quoque & Crevierius tacitè assentire videntur: quàm rectè, alii judicent. Ego nihil fere in his subintelligendum arbitror, nisi verbum *agebant*, aut quid simile. Patres perculsi erant, & seniores Patrum omnino cesserant possessione reipublicæ; at *juniores, id maximè* agebant *quod fuit sodalium Kæsonis*, i. e. quod eorum personis convenit. E. (3) Pro *ibi* Perizonius censet legendum *eo.* contrà Drakenborchius observat quòd " nihil mutari opus est; potest enim *ibi* poni pro *tum.*" Mihi quoque nihil mutandum videtur; sed mallem interpretari vocem *ibi* pro *in eo*, nempe *quòd temperavere* &c. Sic Ter. Adel. 5. 4. 13. *Duxi uxorem: quam* ibi *miseriam vidi.* Similiter etiam *alibi* mox usurpatur pro aliis in rebus. E. (4) Ut, nemine ita inter ceteros insignem se præbente ut eorum dux videri posset, omnes domum referrent parem & gloriæ apud suos & apud plebem invidiæ modum. (5) Iis litigantibus; causas eorum sucipere, aut certè auctoritate & gratiâ, tanquam advocati, juvare. (6) *Tranquillum* propriè ponitur pro cœlo tranquillo & sine tempestate, quo sensu occurrit infrà l. 26. c. 51. & l. 31. c. 23. Eâdem formâ *sereno*, pro cœlo sereno, Livio aliisque in usu est; infrà l. 31. c. 12. & l. 37. c. 3. Hinc per metaphoram locutio transfertur ad rempublicam, quæ *tranquilla* esse dicitur, & aliquid *tranquillo* fieri, nullis turbis aut seditionibus

U. c. 294. A. C. 458. permulcendo tractandoque mansuefecerant (7) plebem. His per totum annum artibus lex elusa est.

C. Claudio, P. Valerio II. Coss.

XV. Accipiunt civitatem placidiorem consules C. Claudius, Appii filius, & P. Valerius Publicola. Nihil novi novus annus attulerat. legis ferendæ (1) aut accipiendæ cura civitatem tenebat. (2) Quantum juniores Patrum plebi se magis insinuabant, eo acriùs contrà tribuni tendebant, ut plebi suspectos eos criminando facerent. *Conjurationem factam, Kæsonem Romæ esse: interficiendorum tribunorum, trucidandæ plebis consilia inita. Id negotii datum ab senioribus Patrum, ut juventus tribuniciam potestatem e republicâ tolleret, formaque eadem civitatis esset, quæ ante Sacrum montem occupatum fuerat.* Et ab Volscis & Æquis statum jam ac propè sollenne in singulos annos bellum timebatur: propiusque aliud novum malum, necopinatò exortum. Exsules servique, ad quatuor millia hominum & quingenti (3), duce Ap. Herdonio Sabino, nocte Capitolium atque arcem occupavere. Confestim (4) in arce facta cædes eorum, qui conjurare & simul capere arma noluerant. alii inter tumultum præcipites pavore in forum devolant. alternæ voces, *Ad arma*, & *Hostes in urbe sunt*, audiebantur. Consules & armare plebem, & inermem pati timebant. Incerti, quod malum repentinum, externum an intestinum, ab odio plebis, an ab servili fraude, urbem invasisset, sedabant tumultus, sedando interdum movebant. nec enim poterat pavida & consternata multitudo regi imperio. Dant tamen arma, non vulgò; tantùm ut, incerto hoste, præsidium satis fidum ad omnia esset. Sollicití reliquum noctis, incertique, qui homines, quantus numerus hostium esset, in stationibus disponendis ad opportuna (5) omnis urbis loca, egere. Lux deinde aperuit

Herdonius Capitolium occupat.

†

ditionibus existentibus. sic infrà c. 40. & l. 4. c. 43. (7) Nempe juvenes patricii.

C. 15. (1) Tribuni legem *ferebant*, plebes *accipiebat*. (2) i. e. *quanto*. sic infrà l. 44. c. 7. *quantum procederet longiùs....eo majorem* &c. Similiter etiam componuntur *quantum* & *tanto*, licet cuique earum vocum addatur comparativus; ut apud nostrum infrà l. 5. c. 10. et Sallust. in Jugurth. c. 85. *quantum vita illorum præclarior, tanto horum socordia flagitiosior.* (3) Pro *quingentos*. ita Livius loqui amat. (4) Incolas Capitolii atque arcis potiùs, quàm excubitores, cæsos verisimile est. Ita enim narrat Dionysius; & hæc loca civium habitationi inserviisse constat ex nostro, infrà l. 5. c. 50. & l. 6. c. 20. (5) i. e. per totam urbem. sic infrà l. 5. c. 42

seu

aperuit bellum ducemque belli. Servos ad libertatem Ap. Herdonius ex Capitolio vocabat, *Se miſerrimi cujuſque ſuſcepiſſe cauſam, ut exſules injuriâ pulſos in patriam reduceret, & (6) ſervitiis grave jugum demeret. id malle populo Romano auctore fieri. Si ibi ſpes non ſit, ſe Volſcos, & Æquos, & omnia extrema tentaturum & concitaturum.*

XVI. Dilucere res magis Patribus atque conſulibus. præter ea tamen, quæ denunciabantur, ne Vejentium, neu Sabinorum id conſilium eſſet, timere: &, quum tantum in urbe hoſtium eſſet, mox Sabinæ Etruſcæque legiones ex compoſito adeſſent; tum æterni hoſtes Volſci & Æqui, non ad populandos, ut antè, fines, ſed ad urbem, ut ex parte captam, venirent (1). Multi & varii timores. inter ceteros eminebat terror ſervilis, ne ſuus cuique domi hoſtis eſſet: cui nec credere, nec, non credendo, ne infeſtior fieret, (2) fidem abrogare, ſatis erat tutum. Vixque concordiâ (3) ſiſti videbatur poſſe. tantùm ſuperantibus aliis ac (4) emergentibus malis, nemo tribunos aut plebem timebat. manſuetum id malum, & per aliorum quietem malorum ſemper exoriens, tumque eſſe peregrino terrore

ſeu non omnis *delendæ urbis libido erat.* Sic etiam *omni vitâ* pro totâ, ſuprà l. 2. c. 33. (6) Quemadmodum *ſervitia* pro ſervis apud Latinos, ſic etiam θεραπεια Græcis ſunt οἱ θεραποντες. Conſule Elſner. ad evangel. Luc. c. 24. v. 45. & Schleuſneri Lexicon. Hâc formâ *advocatio* pro advocatis infrà eſt c. 47. *remigium* pro remigibus l. 33. c. 48. *miniſterium* pro miniſtris, *dominatio* pro dominis, *ergaſtula* pro ſervis, & ſimilia.

C. 16. (1) Verba *adeſſent* ac *venirent* pendent ex præcedenti *ne.* (2) Crevierius interpretatur verba *fidem abrogare*, per, non habere fidem, non credere; ideoque recidendas cenſet, tanquam inane gloſſema, voces *non credendo.* Vim autem locutionis illius mihi videtur vir doctiſſimus parum ſenſiſſe. *Alicui fidem abrogare*, idem eſt ac *pronunciare indignum eſſe cui fides habeatur.* vid. Cic. pro Q. Roſc. n. 44. & l. 4. Acad. Quæſt. n. 36. Minimè igitur ſupervacaneum illud *non credendo:* quod & codices conſtanter ſervant. E. (3) Vid. not. 6. ad c. 29. l. 2. ſuprà. (4) Hoc vix ſanum videtur. Livius enim aliique aureæ latinitatis ſcriptores τὸ *ac* præponere non ſolent vocibus a *vocali* incipientibus: atque omnia loca, ubi talis compoſitio invenitur, mendæ ſuſpecta reddunt codices ſcripti aliter exhibentes. An igitur legendum *ac mergentibus?* nempe civitatem, rempublicam; quemadmodum aliquot codices exhibent. [*Mergentibus* legendum mihi perſuaſiſſimum eſt. Alio autem ſenſu id accipiendum judico, quàm Drakenborchius & Crevierius aſſignarunt. durius enim videtur ſupplere *rempublicam*, cujus ne mentio quidem occurrit vel antè vel poſt. Supplendum exiſtimo *malum illud tribunicium*, cui hæc *alia* mala opponuntur. Sic omnia plana fiunt; *aliis malis ſuperantibus ac mergentibus* malum tribunicium, h. e. deprimentibus id, neque emergere ſinentibus. Quemadmodum

rore sopitum videbatur. At id propè unum maximè inclinatis rebus incubuit. tantus enim tribunos furor tenuit, ut non bellum, sed vanam imaginem belli, ad avertendos ab legis curâ plebis animos, Capitolium insedisse contenderent: (5) patriciorum hospites clientesque, si perlatâ lege frustra tumultuatos esse se sentiant, majore, quàm venerint, silentio abituros. Concilium inde legi perferendæ habere, avocato populo ab armis. Senatum interim consules habent, alio se majore ab tribunis metu ostendente, quàm quem nocturnus hostis intulerat.

Tribuni vetant arma sumi in Herdonium.

Valerius cos. invehitur in tribunos.

XVII. Postquam arma poni, & discedere homines ab stationibus nunciatum est, P. Valerius, collegâ senatum retinente, se ex curiâ proripit, inde in (1) templum ad tribunos venit: *Quid hoc rei est*, inquit, *tribuni? Ap. Herdonii ductu & auspicio rempublicam eversuri estis? Tam felix vobis corrumpendis fuit, qui servitia vestra non commovit auctor? Quum hostes supra caput sint, discedi ab armis, legesque ferri placet?* Inde ad multitudinem oratione versâ: *Si vos urbis, Quirites, si vestri nulla cura tangit; at vos veremini Deos vestros, ab hostibus captos.* (2) *Jupiter optimus maximus, Juno regina, & Minerva, alii Dii Deæque obsidentur. castra servorum publicos vestros penates tenent. Hæc vobis forma sanæ civitatis videtur? Tantum hostium non solùm intra muros est, sed in arce suprà forum curiamque: comitia interim in foro sunt: senatus in curiâ est: velut quum otium superat* (3), *senator sententiam dicit; alii Quirites suffragium ineunt. Non, quicquid Patrum plebisque est, consules, tribunos,* (4) *Deos, hominesque omnes armatos opem ferre, in Capitolium currere, liberare ac pacare augustissimam illam domum Jovis optimi maximi decuit? Romule pater, tu mentem tuam, quâ quondam arcem, ab his iisdem Sabinis auro captam, recepisti, da stirpi tuæ. jube hanc ingredi viam, quam tu dux, quam tuus ingressus exercitus est. Primus, en, ego consul, quantum mortalis Deum possum, te ac tua vestigia sequar.*

admodum infrà dicitur *mergentibus semper sortem usuris.* l. 6. c. 14. E.]
(5) Quos nempe Capitolium occupasse tribuni finxerunt.

C. 17. (1) h. e. Comitium. vid. suprà not. 11. ad c. 56. l. 2. (2) Vid. not. 2. ad c. 55. l. 1. (3) *Superare* pro *superesse*, Livio est familiare. sic infrà l. 22. c. 40. & c. 49. (4) Vox *deos* suspecta est Gronovio, qui reponendum censet *cives*. Sicque non inconcinna est gradatio: *Consules, tribunos, cives, hominesque omnes.* Neque enim cives erant, quotquot in urbe

quar. Ultimum orationis fuit, *Se arma capere, vocare omnes Quirites ad arma. si quis impediat, jam se* (5) *consularis imperii, jam tribuniciæ potestatis sacratarumque legum oblitum, quisquis ille sit, ubicunque sit, in Capitolio, in foro, pro hoste habiturum. Juberent tribuni, quoniam in Ap. Herdonium vetarent, in P. Valerium consulem sumi arma. ausurum se in tribunis, quod* (6) *princeps familiæ suæ usus in regibus esset.* Vim ultimam apparebat futuram, spectaculoque seditionem Romanam hostibus fore. nec lex tamen ferri, nec ire in Capitolium consul potuit. nox certamina cœpta oppressit: tribuni cessere nocti, timentes consulum arma. Amotis inde seditionis auctoribus, Patres circumire plebem, inferentesque se in circulos, sermones tempori aptos serere: admonere, *Ut viderent, in quod discrimen rempublicam adducerent. Non inter Patres ac plebem certamen esse, sed simul Patres plebemque, arcem urbis, templa Deorum, penates publicos privatosque hostibus dedi.* Dum hæc in foro sedandæ discordiæ causâ aguntur, consules interim, ne Sabini, ne Vejens hostis moveretur, circa portas murosque discesserant.

XVIII. Eâdem nocte & Tusculum de arce captâ, Capitolioque occupato, & alio turbatæ urbis statu nuncii veniunt. (1) L. Mamilius Tusculi tum dictator erat. is, confestim convocato senatu, atque introductis nunciis, magno opere censet, *Ne exspectent, dum ab Româ legati, auxilium petentes, veniant: periculum ipsum discrimenque, ac* (2) *sociales Deos, fidemque fœderum id poscere. Demerendi beneficio tam potentem, tam propinquam civitatem, nunquam parem occasionem daturos Deos.* Placet ferri auxilium; juventus conscribitur, arma dantur. Romam primâ luce venientes, procul speciem hostium præbuere. Æqui aut Volsci venire visi sunt. deinde, ubi vanus terror abiit, accepti in urbem, agmine in forum descendunt. ibi

Tusculani Romanis auxilium ferunt.

urbe habitabant. (5) Oblitum quibus limitibus contineretur consulare imperium. (6) Publicola auctor sui cognominis, Bruti adjutor & collega. Illum hujus Valerii consulis patrem fuisse, constat ex Dionysio & Fastis Capitolinis.

C. 18. (1) *Mamiliorum* gens Tusculana fuit, quæ jam tempore regum, in patriâ summis honoribus functa est; ut constat ex Octavio Mamilio, cui Tarquinius Superbus filiam nuptum dedit, suprà l. 1. c. 49. (2) *Dii sociales* sunt, quos initæ societatis testes ac vindices socii invocarunt; quemadmodum

ibi jam P. Valerius, relicto ad (3) portarum præsidia collegâ, instruebat aciem. Auctoritas viri moverat, affirmantis, *Capitolio recuperato, & urbe pacatâ, si edoceri se sissent* (4), *quæ fraus ab tribunis occulta in lege ferretur, memorem se majorum suorum, memorem cognominis, quòd populi colendi velut hereditaria cura sibi a majoribus tradita esset, concilium plebis non impediturum.* Hunc ducem secuti, nequicquam reclamantibus tribunis, in clivum Capitolinum erigunt aciem. adjungitur & Tusculana legio. certare socii civesque, utri recuperatæ arcis suum decus facerent. dux uterque suos adhortatur. Trepidare tum hostes: nec ulli satis rei, præterquam loco, fidere. trepidantibus inferunt signa Romani sociique. Jam in vestibulum perruperant templi, quum P. Valerius, inter primores pugnam ciens, interficitur. P. Volumnius consularis vidit cadentem. is, dato negotio suis, ut corpus obtegerent, ipse in locum vicemque consulis provolat. Præ ardore impetuque, tantæ rei sensus non pervenit ad militem: priùs vicit, quàm se pugnare sine duce sentiret. Multi exsulum cæde suâ fœdavere templum; multi vivi capti; Herdonius interfectus. Ita Capitolium recuperatum. De captivis, ut quisque liber aut servus esset, (5) suæ fortunæ a quoque sumptum supplicium est. Tusculanis gratiæ actæ; Capitolium purgatum atque lustratum. In consulis domum plebes quadrantes (6), ut funere ampliore efferretur, jactasse fertur.

Pugna adversùs Herdonium.

Valerius cos. occiditur.

Recuperatur Capitolium.

XIX. Pace partâ, instare tum tribuni Patribus, *ut P. Valerii fidem exsolverent:* instare Claudio, (1) *ut collegæ Deos manes fraude liberaret, agi de lege sineret.* Consul, *antequam collegam sibi subrogasset,* negare, *passurum agi de lege.* Hæ tenuere contentiones usque ad comitia consulis subrogandi. Decembri mense, summo Patrum studio, L. Quinctius Cincinnatus, pater Kæsonis, consul creatur, qui magistratum statim occiperet. Perculsa erat plebes, consulem habitura iratum, potentem favore Patrum, virtute

Suffectus Valerio L. Quinctius.

quemadmodum *dii hospitales*, quibus testibus hospitium contractum est. (3) Apud eos qui erant præsidia portarum. (4) Si se sivissent edoceri, quænam in lege quam ferebant tribuni occulta fraus lateret. (5) Fortunæ cujusque conveniens. Servile supplicium, crux: liberi homines, ut plurimum, securi percutiebantur. (6) Quadrans est quarta pars assis.

C. 19. (1) Ut collegam mortuum fraudis crimine liberaret, præstando fidem

tute suâ, tribus liberis, quorum nemo Kæsoni cedebat magnitudine animi; consilium & modum adhibendo, ubi res posceret, priores erant. Is, ut magistratum iniit, assiduis concionibus pro tribunali, non in plebe coërcendâ, quàm senatu castigando, vehementior fuit: *cujus ordinis languore* (2) *perpetui jam tribuni plebis, non ut in republicâ populi Romani, sed ut in perditâ domo, linguâ criminibusque regnarent. Cum Kæsone filio suo virtutem, constantiam, omnia juventutis belli domique decora pulsa ex urbe Romanâ & fugata esse. loquaces, seditiosos, semina discordiarum, iterum ac tertiùm tribunos pessimis artibus regiâ licentiâ vivere. A.* inquit, *ille Virginius, quia in Capitolio non fuit, minus supplicii, quàm Ap. Herdonius, meruit? plus herculè aliquanto, qui verè rem æstimare velit. Herdonius, si nihil aliud, hostem se fatendo propè denunciavit, ut arma caperetis: hic, negando bella esse, arma vobis ademit, nudosque servis vestris & exsulibus objecit. Et vos (C. Claudii pace, & P Valerii mortui loquar) priùs in clivum Capitolinum signa intulistis, quàm hos hostes de foro tolleretis?* (3) *Pudet Deorum hominumque. quum hostes in arce, in Capitolio essent, exsulum & servorum dux, profanatis omnibus, in cellâ Jovis optimi maximi habitaret, Tusculi antè, quàm Romæ, sumpta sunt arma. In dubio fuit, utrùm L. Mamilius Tusculanus dux, an P. Valerius & C. Claudius consules Romanam arcem liberarent: & qui* (4) *antè Latinos, ne pro se quidem ipsis, quum in finibus hostem haberent, attingere arma passi sumus; nunc, nisi Latini suâ sponte arma sumpsissent, capti & deleti eramus. Hoc est, tribuni, auxilium plebi ferre, inermem eam hosti trucidandam objicere? Scilicet, si quis vobis humillimus homo de vestrâ plebe, (quam partem, velut abruptam a cetero populo, vestram patriam peculiaremque rempublicam fecistis) si quis ex his domum suam obsessam a* (5) *familiâ armatâ nunciaret, ferendum auxilium putaretis. Jupiter optimus maximus, exsulum atque servorum septus armis, nullâ humanâ ope dignus erat? & hi postulant, ut sacrosancti habeantur, quibus ipsi Dii neque* (6) *sacri, neque sancti*

Invehitur in tribunos.

fidem ab illo datam. (2) *Perpetuos* dicit, quòd iidem subinde reficerentur. (3) Pudore perfundor, quum cogito deos hominesque tanti flagitii nobis conscios esse. Sic Terent. Heaut. 2. 2. 18. (4) Vid. suprà l. 2. c. 30. (5) Famulos, servos armatos. (6) *Sacrum* est id quod religio consecravit;

ſancti ſunt? At enim, (7) *divinis humaniſque obruti ſceleribus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis? Tum hercule illo die, quo ego conſul ſum creatus, malè geſta reſpublica eſt, pejùs multo, quàm quum P. Valerius conſul periit, ſi* (8) *tuleritis. Jam primum omnium,* inquit, *Quirites, in Volſcos et Æquos mihi atque collegæ legiones ducere in animo eſt. Neſcio quo fato magis bellantes, quàm pacati, propitios habemus Deos. quantum periculum ab illis populis fuerit, ſi Capitolium ab exſulibus obſeſſum ſciſſent, ſuſpicari de præterito, quàm re ipsâ experiri, eſt melius.*

XX. Moverat plebem oratio conſulis: erecti Patres reſtitutam credebant rempublicam: conſul alter, comes animoſior, quàm auctor, ſuſcepiſſe collegam priorem actionem tam gravis rei facilè paſſus, (1) in peragendis conſularis officii partem ad ſe vindicabat. Tum tribuni, eludentes velut vana dicta, (2) perſequi quærendo, *quonam modo exercitum educturi conſules eſſent, quos delectum habere nemo paſſurus eſſet? Nobis vero,* inquit Quinctius, *nihil delectu opus eſt; quum, quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in verba juraverint, conventuros ſe juſſu conſulis, nec injuſſu abituros. Edicimus itaque, omnes, qui in verba juraſtis, craſtinâ die armati ad lacum Regillum adſitis.* Cavillari tum tribuni, & populum exſolvere religione velle: *privatum eo tempore Quinctium fuiſſe, quum ſacramento adacti ſint.* Sed nondum hæc, quæ nunc tenet ſeculum, negligentia Deûm venerat: nec interpretando ſibi quiſque jusjurandum & leges aptas faciebat, ſed ſuos potiùs mores ad ea accommodabat. igitur tribuni, ut impediendæ rei nulla ſpes erat, (3) de proferendo exercitu agere: eo magis quòd, & *augures*

vit; *ſanctum,* quod ne violetur ſanctione cautum eſt. (7) Tribuni & contra Deos & contra homines peccaverant. (8) Si vel *tuleritis,* nedum *pertuleritis.* Is *fert* legem qui eam proponit populo ſciſcendam; *perfert* is qui hoc aſſequitur, ut illa a populo accipiatur.

C. 20. (1) In iis quæ peragenda erant: ubi peragere opus foret ea, quorum auctor Quinctius erat, conſulem agebat Claudius; conſulis partes implebat. (2) Inſtare quærendo. Aliter dicitur *exſequi quærendo,* infrà l. 6. c. 14. & l. 9. c. 3. (3) Horum verborum ſenſus admodum obſcurus eſt: namque locutio *agere de proferendo exercitu,* pro *obniti ne exercitus ab urbe educeretur,* vix Latinum videtur; licet hoc ipſum tribunos egiſſe certum ſit. vid. cap. ſeq. Gronovius ſuſpicatur legendum *de perterrendo exercitu,*

augures jussos adesse ad Regillum lacum, fama exierat, *locumque inaugurari, ubi auspicatò cum populo agi posset; ut quicquid Romæ vi tribuniciâ rogatum esset, id comitiis ibi abrogaretur. Omnes id jussuros, quod consules vellent. neque enim provocationem esse longiùs ab urbe mille passuum: et tribunos, si eò adveniant, in aliâ turbâ Quiritium subjectos fore consulari imperio.* Terrebant hæc: sed ille maximus terror animos agitabat, quòd sæpius Quinctius dictitabat, *Se consulum comitia non habiturum. Non ita civitatem ægram esse, ut consuetis remediis sisti possit. dictatore opus esse reipublicæ, ut, qui se moverit ad sollicitandum statum civitatis, sentiat, sine provocatione dictaturam esse.*

XXI. Senatus in Capitolio erat. eò tribuni cum perturbatâ plebe veniunt. multitudo clamore ingenti, nunc consulum, nunc Patrum, fidem implorant. nec antè moverunt de sententiâ consulem, quàm tribuni, se in auctoritate Patrum futuros esse, polliciti sunt. Tunc, referente consule de tribunorum & plebis postulatis, senatusconsulta fiunt, *Neque tribuni legem eo anno ferrent, neque consules ab urbe exercitum educerent. In reliquum magistratus continuari, & eosdem tribunos refici, judicare senatum contra rempublicam esse.* Consules fuere (1) in Patrum potestate: tribuni, reclamantibus consulibus, refecti. Patres quoque, ne quid cederent plebi, & ipsi L. Quinctium consulem reficiebant (2). Nulla toto anno vehementior actio (3) consulis fuit. *Mirer*, inquit, *si vana vestra, Patres conscripti, auctoritas ad plebem est? Vos* (4) *elevatis eam. quippe, quia plebs senatusconsultum in continuandis magistratibus solvit, ipse quoque solutum vultis, ne temeritati multitudinis cedatis: tanquam id sit plus posse in civitate, plus levitatis ac licentiæ habere. levius enim vaniusque profectò est, sua decreta & consulta tollere, quàm aliorum. Imitamini, Patres conscripti, turbam inconsultam: et, qui exemplo aliis esse debetis, aliorum exemplo*

Quinctius senatum castigat.

†

exercitu: alii *de proferendâ agere*, vel *de proferendâ cum exercitu agere:* hoc sensu, quòd tribuni, quum *impedire* rem non possent, *differre* tamen tentabant.

C. 21. (1) Senatusconsulto obtemperare voluerunt. *Esse in potestate alicujus*, pro, ex ejus voluntate pendere, occurrit infrà l. 40. c. 46. & sæpe apud Cic. (2) Reficere voluerunt. (3) *Actio* & *agere* speciatim ad orationem referri notum est. (4) Vos eam imminuitis, pondus ei detrahitis

exemplo peccetis potiùs, quàm alii vestro rectè faciant ; (5) *dum ego ne imiter tribunos, nec me contra senatusconsultum consulem renunciari patiar. Te verò, C. Claudi, adhortor, ut & ipse populum Romanum hâc licentiâ arceas : & de me hoc tibi persuadeas, me ita accepturum, ut non honorem meum a te impeditum, sed* (6) *gloriam spreti honoris auctam, invidiamque, quæ ex continuato eo impenderet, levatam putem.* (7) Communiter inde edicunt, *Ne quis L. Quinctium consulem faceret. si quis fecisset, se id suffragium non observaturos.*

U. c. 295. A. C. 457. Q. Fabio III. L. Cornelio Coss.

XXII. Consules creati Q. Fabius Vibulanus tertiùm & L. Cornelius Maluginensis. Census actus eo anno. lustrum, propter Capitolium captum, consulem occisum, condi religiosum fuit. Q. Fabio, L. Cornelio consulibus, principio anni statim res turbulentæ. Instigabant plebem tribuni. bellum ingens a Volscis & Æquis Latini atque Hernici nunciabant. jam Antii Volscorum legiones esse : & ipsam coloniam ingens metus erat defecturam. ægreque impetratum a tribunis, ut bellum (1) præverti sinerent. Consules inde partiti provincias. Fabio, ut Antium legiones duceret, datum : Cornelio, ut Romæ præsidio esset ; ne qua pars hostium, qui Æquis mos erat, ad populandum veniret. Hernici & Latini jussi milites dare ex fœdere : duæque partes sociorum in exercitu, tertia civium fuit. Postquam ad diem præstitutum venerunt socii, consul extra portam Capenam castra locat. inde lustrato exercitu, Antium profectus, haud procul oppido stativisque hostium consedit. Ubi quum Volsci, quia nondum ab Æquis venisset exercitus, dimicare non ausi, quemadmodum quieti vallo se tutarentur, pararent ; postero die Fabius, non permixtam unam sociorum civiumque, sed trium populorum tres separatim acies circa vallum hostium instruxit. Ipse erat medius cum legionibus Romanis. inde signum observare jussit (2), ut pariter & socii rem inciperent, referrentque pedem, si receptui cecinisset.

detrahitis. (5) *Dum ne*, pro, dummodo non. sic infrà l. 33. c. 24. (6) Gloriam meam ob spretum honorem continuati magistratus. (7) Consules, ut qui comitiis centuriatis præessent, curare potuerunt ne senatusconsultum in creandis consulibus solveretur. At comitiis tributis, quibus tribuni creabantur, consules nec præerant, nec intererant. E.

C. 22. (1) Belli priorem curam geri quàm legis. (2) Subintelligendum *socios*. Similia sæpius apud Livium occurrunt. sic infrà l. 34. c. 39. l. 42.

ceciniſſet. equites item (3) ſuæ cuique parti poſt (4) principia collocat. Ita trifariam adortus caſtra circumvenit: &, quum undique inſtaret, non ſuſtinentes impetum Volſcos vallo deturbat. Tranſgreſſus inde munitiones, pavidam turbam inclinatamque in partem unam caſtris expellit. Inde effusè fugientes eques, cui ſuperare vallum haud facile fuerat, quum ad id ſpectator pugnæ adſtitiſſet, libero campo adeptus, parte victoriæ fruitur, territos cædendo. Magna & in caſtris & extra munimenta cædes fugientium fuit: ſed præda major; quia vix arma ſecum efferre hoſtis potuit. deletuſque exercitus foret, ni fugientes ſilvæ texiſſent.

XXIII. Dum ad Antium hæc geruntur, interim Æqui, robore juventutis præmiſſo, arcem Tuſculanam improvisò nocte capiunt: reliquo exercitu haud procul mœnibus Tuſculi conſidunt, ut (1) diſtenderent hoſtium copias. Hæc celeriter Romam, ab Româ in caſtra Antium perlata, movent Romanos haud ſecus, quàm ſi Capitolium captum nunciaretur. adeò & recens erat Tuſculanorum meritum, & ſimilitudo ipſa periculi repoſcere datum auxlium videbatur. Fabius, omiſſis omnibus, prædam ex caſtris raptim Antium convehit. Ibi modico præſidio relicto, (2) citatum agmen Tuſculum rapit. nihil præter arma, & quod cocti ad manum fuit cibi, ferre militi licuit. Commeatum ab Româ conſul Cornelius ſubvehit. aliquot menſes Tuſculi bellatum. parte exercitûs conſul caſtra Æquorum oppugnabat: partem Tuſculanis dederat ad arcem recuperandam. Vi nunquam eò ſubiri potuit. fames

Arx Tuſculana ab Æquis capta.

Auxilio Romanorum recepta.

l. 42. c. 24. (3) Gronovius legi jubet vel *ſua*, ut ad *principia* referatur, vel *ſuos*, vel denique, *ſuæ quemque* aut *ſuæ quoſque*, ut ad *equites* referatur. Et quemadmodum ille emendare voluit, certum eſt Livium ſæpe locutum eſſe. Attamen alterius quoque locutionis aliquot exempla apud optimos ſcriptores occurrunt, quæ omnia contra auctoritatem codicum ſollicitari nefas duco. ſic infrà l. 25. c. 17. Virg. Ecl. 7. v. 54. Cæs. l. 1. bell. Civ. c. 83. Suet. in Aug. c. 40. Utut ſit, certè Livius indicat equites Hernicos peditibus Hernicis ſubjectos fuiſſe, Latinos equites peditibus Latinis, & Romanos legionibus Romanis. (4) Poſt primam aciem. ut ſuprà c. 65. l. 2.

C. 23. (1) Ita *diſtendere* infrà l. 34. c. 29. Aliàs verbo *diſtinere* Livius ſæpe uſus eſt, pro dividere, in partes diſtrahere. (2) *Citatum agmen rapere* occurrit infrà l. 23. c. 36. Aliàs dicitur *citato agmine ducere, iter ingredi* &c.

ſames poſtremò inde detraxit hoſtem. (3) Quò poſtquam ventum ad extremum eſt, inermes nudique omnes ſub jugum ab Tuſculanis miſſi. hos, ignominioſâ fugâ domum ſe recipientes, Romanus conſul in Algido conſecutus, ad unum omnes occidit. Victor ad Columen (id loco nomen eſt) exercitu (4) relicto caſtra locat. Et alter conſul, poſtquam (5) mœnibus jam Romanis, pulſo hoſte, periculum eſſe deſierat, & ipſe ab Româ profectus. Ita bifariam conſules ingreſſi hoſtium fines, (6) ingenti certamine hinc Volſcos, hinc Æquos populantur. Eodem anno deſciſſe Antiates, apud pleroſque auctores invenio; L. Cornelium conſulem id bellum geſſiſſe, oppidumque cepiſſe. certum affirmare, quia nulla apud vetuſtiores ſcriptores ejus rei mentio eſt, non auſim.

Tribuniciæ contentiones.

XXIV. Hoc bello perfecto, tribunicium domi bellum Patres territat. Clamant, *fraude fieri, quòd foris teneatur exercitus : (1) fruſtrationem eam legis tollendæ eſſe, ſe nihilominus rem ſuſceptam peracturos.* Obtinuit tamen (2) P. Lucretius præfectus urbis, ut actiones tribuniciæ in adventum conſulum differrentur. Erat & nova exorta cauſa motûs. A. Cornelius & Q. Servilius quæſtores M. Volſcio, quòd falſus haud dubiè teſtis in Kæſonem exſtitiſſet, diem dixerant. multis enim (3) emanabat indiciis, neque fratrem Volſcii, ex quo ſemel fuerit æger, unquam non modò viſum in publico, ſed ne aſſurrexiſſe quidem ex morbo, multorumque tabe menſium mortuum : nec his temporibus, in quæ teſtis crimen conjeciſſet, Kæſonem Romæ viſum :

&c. (3) Poſtquam eò tandem ventum eſt, ut fames hoſtem ex arce Tuſculanâ detraheret. *Ad extremum*, pro tandem, frequenter apud optimos ſcriptores occurrit. (4) Legendum videtur *reducto*. Vox *relicto* procul dubio vitioſa eſt. (5) Conſtructio eſt *deſierat periculum eſſe mœnibus Romanis*. ſic Ter. Heaut. 5. 2. 27. *ut periculum etiam a fame mihi ſit*. & alibi. (6) Acriter inter ſe certantes, uter plus damni hoſtibus inferret.

C. 24. (1) Eâ fraude Patres legem tollere velle. *Eſſe alicujus rei faciendæ*, pro pertinere ad rem illam faciendam, elegans eſt locutio. ſic infrà c. 31. & c. 39. (2) Suſpectum eſt prænomen *Publius*, pro *Lucius*, qui triennio antè conſul fuerat. Nam omnes præfecti urbis ante hoc tempus conſulares fuerunt. Hanc conjecturam firmat unus codex manuſcriptus, cujus librarius utrumque prænomen jungere voluiſſe videtur. dedit enim *P. L.* Lucretius. (3) Sæpe Livius hoc verbo uſus eſt de illis quæ in vulgus exeunt, & nota fiunt. infrà l. 7. c. 39. l. 8. c. 3. l. 29. c. 24. & alibi.

visum: affirmantibus, (4) qui unà meruerant, secum eum tum (5) frequentem ad signa sine ullo commeatu fuisse. (6) ni ita esset, multi privatim ferebant Volscio judices. Quum ad judicium ire non auderet, omnes eæ res, in unum congruentes, haud magis dubiam damnationem Volscii, quàm Kæsonis (7) Volscio teste fuerat, faciebant. In morâ tribuni erant, qui comitia quæstores habere de reo, nisi priùs habita de lege essent, passuros negabant. ita extracta utraque res in consulum adventum est. Qui ubi triumphantes victore cum exercitu urbem inierunt, quia silentium de lege erat, perculsos magna pars credebant tribunos. At illi, (etenim extremum anni jam erat) quartum affectantes tribunatum, in comitiorum disceptationem ab lege certamen averterant. & quum consules nihilo minùs adversùs continuationem tribunatûs, quàm si lex minuendæ suæ majestatis causâ promulgata ferretur, tetendissent, victoria certaminis penes tribunos fuit. Eodem anno Æquis pax est petentibus data. Census, res priore anno inchoata, perficitur: idque lustrum ab origine urbis decimum conditum. Fuerunt censa civium capita centum septemdecim millia trecenta novemdecim. Consulum magna domi bellique eo anno gloria fuit: quòd & foris pacem peperere, & domi, etsi non concors, minùs tamen, quàm aliàs, (8) infesta civitas fuit.

Lustrum decimum.

XXV. L. Minucius inde & C. Nautius consules facti duas residuas anni prioris causas exceperunt. Eodem

U. c. 296. A. C. 456. L. Minucio, C. Nautio II. Coss.

& alibi. (4) Qui cum illo stipendia fecerant. (5) Assiduum fuisse ad signa, apud exercitum; nec ullum sumpsisse ab imperatore commeatum sive facultatem discedendi ab exercitu. (6) Præter quæstores, qui publicè & vi magistratûs sui Volscium accusabant, multi privatim & suo nomine eum in jus vocabant; spondendo se certam quandam pecuniæ summam daturos, ni probarent rem ita esse, quemadmodum contenderent. Hoc solenne erat in intentione litis. Porro quum actor *ferre judicem* reo dicitur, intelligendum est ab eo nominatim offerri ac proponi aliquem e judicibus, apud quem de jure utriusque disceptaretur: qui si probaretur reo, tùm *judex convenisse* dicebatur. Quum autem in singulas lites judicem, vel judices dari oporteret ab eo magistratu, cujus erat jurisdictio, nempe primis temporibus a consule, postea a prætore; actor & reus communiter ab eo postulabant, ut hic qui convenerat sibi judex daretur. Hâc autem phrasi *ferre judicem* utitur Livius infrâ c. 57. l. 8. c. 33. l. 9. c. 1. Nonnunquam actor reo dabat, ut ipse *judicem diceret*, i. e. eum e judicibus, quem ipsi videretur, eligeret & a magistratu postularet. Sic infrà c. 56. (7) Ob testimonium Volscii. (8) Minùs vexata discordiis.

modo consules legem, tribuni judicium de Volscio impediebant: sed in quæstoribus novis major vis, major auctoritas erat. Cum M. Valerio, (1) Valerii filio, Volesi nepote, quæstor erat T. Quinctius Capitolinus, qui ter consul fuerat. Is, quoniam neque Quinctiæ familiæ Kæso, neque reipublicæ (2) maximus juvenum restitui posset, falsum testem, qui dicendæ causæ innoxio potestatem ademisset, justo ac pio bello persequebatur. Quum Virginius maximè & tribuni (3) de lege agerent, duûm mensium spatium consulibus datum est ad inspiciendam legem: ut, quum edocuissent populum (4), quid fraudis occultæ ferretur, sinerent deinde suffragium inire. hoc intervalli datum res tranquillas in urbe fecit. Nec diuturnam quietem Æqui dederunt: qui, rupto fœdere, quod ictum erat priore anno cum Romanis, imperium ad Gracchum Clœlium deferunt. is tum longè princeps in Æquis erat. Graccho duce in Lavicanum agrum, inde in Tusculanum, hostili populatione veniunt, plenique prædæ in Algido castra locant. In ea castra Q. Fabius, P. Volumnius, A. Postumius, legati ab Româ, venerunt questum injurias, & ex fœdere res repetitum. eos Æquorum imperator, *quæ mandata habeant ab senatu Romano, ad quercum* jubet *dicere: se alia interim acturum.* quercus ingens arbor prætorio imminebat, cujus umbrâ opaca sedes erat. Tum ex legatis unus abiens, *& hæc,* inquit, *sacrata quercus, & quicquid Deorum est, audiant fœdus a vobis ruptum: nostrisque & nunc querelis adsint, & mox armis; quum Deorum hominumque simul violata jura exsequemur.* Romam ut rediere legati, senatus jussit, alterum consulem contra Gracchum in Algidum exercitum ducere: alteri populationem finium Æquorum provinciam

Bellum cum Æquis.

Legati Rom. spreti.

C. 25. (1) Is procul dubio idem est, qui biennio pòst consul, vocatur in Fastis Capitolinis M. Valerius, M'. filius, Volusi nepos. Legendum igitur hoc loco videtur, *M'.* sive *Manii filio.* Neque enim, quum quis nominabatur, a patris nomine gentilitio, sed a prænomine designabatur; interdum etiam a patris cognomine, præsertim si is eo notissimus evasit. Manius ille Valerius fuit dictator anno u. c. 260. (2) Idem, nempe, Kæso. (3) Subintelligitur *alii*, nam tribunus erat ipse Virginius. Hoc genus loquendi sæpe occurrit apud nostrum aliosque scriptores optimos. Sic suprà l. 2. c. 44. *unum vel adversùs omnes satis esse.* infrà l. 35. c. 34 & 37. *Quinctius legatique;* licet Quinctius ipse unus fuerit legatorum. Plaut. Captiv. 5. 11. *Jovi Deisque ago gratias.* (4) Quod jam Valerius Consul in se receperat. vid. suprà c. 18. E.

dedit.

dedit. Tribuni ſuo more impedire delectum. & forſitan ad ultimum impediſſent; ſed novus ſubitò additus terror eſt.

Sabini bellum inferunt.

XXVI. Vis Sabinorum ingens propè ad mœnia urbis infeſtâ populatione venit. fœdati agri, terror injectus urbi eſt. Tum plebs benignè arma cepit. reclamantibus fruſtra tribunis, magni duo exercitus ſcripti. alterum Nautius contra Sabinos duxit: caſtriſque ad Eretum poſitis, per expeditiones parvas, plerumque nocturnis incurſionibus, tantam vaſtitatem in Sabino agro reddidit, ut, comparati ad eam, propè intacti bello fines Romani viderentur. Minucio neque fortuna nec vis animi eadem in gerendo negotio fuit. nam, quum haud procul ab hoſte caſtra poſuiſſet, nullâ magnopere clade acceptâ, caſtris ſe pavidus tenebat. Quod ubi ſenſerant hoſtes, crevit ex metu alieno, ut fit, audacia: &, nocte adorti caſtra, poſtquam parum vis aperta profecerat, munitiones poſtero die circumdant (1). quæ priuſquam, undique vallo objecto, clauderent exitus, quinque equites, inter ſtationes hoſtium emiſſi, Romam pertulere, conſulem exercitumque obſideri. Nihil nec tam inopinatum, nec tam inſperatum accidere potuit. Itaque tantus pavor, tanta trepidatio fuit, quanta, ſi urbem, non caſtra, hoſtes obſiderent. Nautium conſulem arceſſunt. in quo quum parum præſidii videretur, dictatoremque dici placeret, qui rem perculſam reſtitueret, L. Quinctius Cincinnatus conſenſu omnium dicitur. Operæ pretium eſt (2) audire, qui omnia præ divitiis humana ſpernunt, neque honori magno locum, neque virtuti putant eſſe, niſi ubi effusè affluant opes (3). Spes unica imperii populi Romani L. Quinctius trans Tiberim (4), contra eum ipſum locum, ubi nunc navalia ſunt, quatuor jugerum colebat agrum, quæ prata Quinctia vocantur. Ibi ab legatis, ſeu foſſam fodiens palæ inniſus, ſeu quum araret; operi certè, id quod conſtat, agreſti intentus; ſalute datâ in vicem redditâque, rogatus,

Minucius malè rem gerit adverſus Æquos.

†

L. Quinctius dictator.

†

Ex opere ruſtico fi[illegible] tur.

C. 26. (1) Nempe Romanorum caſtris. ſic infrà c. 28. *exercitum circumdat caſtris*; & alibi ſæpe. (2) Digna res eſt, quam audiant & attendant ii, qui omnia &c. (3) Eodem ſenſu, ſed aliâ conſtructione, aliquis dicitur *affluere opibus*; ut apud Cic. Orat. 2. Agr. c. 30. (4) Vid. ſuprà

rogatus, *ut, quod bene verteret ipsi reique publicæ,* (5) *togatus mandata senatus audiret;* admiratus, rogitansque, *satin' salva essent omnia?* togam propere e tugurio proferre uxorem Raciliam jubet. Quâ simul, absterso pulvere ac sudore, velatus processit, dictatorem eum legati gratulantes consalutant: in urbem vocant: qui terror sit in exercitu, exponunt. Navis Quinctio publicè parata fuit, transvectumque tres obviàm egressi filii excipiunt; inde alii propinqui atque amici; tum Patrum major pars. Eâ frequentiâ stipatus, antecedentibus lictoribus, deductus est domum: & plebis concursus ingens fuit. sed ea nequaquam tam læta Quinctium vidit; & (6) imperii nimium, & virum (7) in ipso imperio vehementiorem rata. Et illâ quidem nocte nihil præterquam vigilatum est in urbe.

XXVII. Postero die dictator, quum ante lucem in forum venisset, magistrum equitum dicit L. Tarquitium patriciæ gentis, sed qui, (1) quum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset, bello tamen primus longè Romanæ juventutis habitus esset. Cum magistro equitum in concionem venit, justitium edicit, claudi tabernas totâ urbe jubet, vetat quemquam privatæ quicquam rei agere. Tum, quicunque ætate militari essent, armati, cum cibariis in dies quinque coctis (2) vallisque duodenis, ante solis occasum Martio in campo adessent: quibus ætas ad militandum gravior esset, vicino militi, dum is arma pararet, vallumque peteret, cibaria coquere jussit. Sic juventus discurrit ad vallum petendum. sumpsere, unde cuique proximum fuit: prohibitus nemo est: impigreque omnes ad edictum dictatoris præstò fuere. Inde composito

suprà c. 13. ad fin. (5) Aurelius Vict. refert Quinctium *nudum* arasse. Observandum autem est, tironum gratiâ, quòd *nudus* usurpatur de homine tunicâ tantùm vestito, absque pallio vel togâ. Similiter γυμνὸς apud Græcos; ut in Evang. Joh. c. 21. v. 7. (6) Pro nimium imperium, nempe dictaturam, quam *imperium vehemens* suprà vocavit Livius, l. 2. c. 30. (7) Verisimile videtur recidendam esse præpositionem *in*; ut sensus sit, *viri ingenium vehementius quàm ipsius dictaturæ.*

C. 27. (1) Quum in peditum numero militasset. (2) *Valli* sunt pali firmiores, ex quibus solo infixis & inter se implicitos fit vallum. Leves eos, & bifurcos plerosque, vel trium, aut, quum plurimum, quatuor ramorum, cædebant Romani. vid. infrà l. 33. c. 5. *Vallus* est diminutivum

compofito agmine, non itineri magis apti (3), quàm prœlio, fi res ita tuliffet, legiones ipfe dictator, magifter equitum fuos equites ducit (4). In utroque agmine, quas tempus ipfum pofcebat, adhortationes erant: *adderent gradum, maturato opus effe, ut nocte ad hoftem pervenire poffent* (5). *confulem exercitumque Romanum obfideri; tertium diem jam claufos effe: quid quæque nox aut dies ferat, incertum effe: puncto fæpe temporis maximarum rerum momenta verti.* † *Accelera fignifer, fequere miles*, inter fe quoque, gratificantes ducibus, clamabant. mediâ nocte in Algidum perveniunt: &, ut fenfere, fe jam prope hoftes effe, figna conftituunt.

XXVIII. Ibi dictator, quantum nocte profpici poterat, equo circumvectus, contemplatufque, qui tractus caftrorum, quæque forma effet, tribunis militum imperavit, ut farcinas in unum conjici jubeant, militem cum armis valloque (1) redire in ordines fuos. facta, quæ imperavit. Tum, quo fuerant ordine in viâ, exercitum omnem longo agmine circumdat hoftium caftris; &, ubi fignum datum fit, clamorem omnes tollere jubet: clamore fublato, ante fe quemque ducere foffam, & jacere vallum. Edito imperio, fignum fecutum eft. juffa miles exfequitur. *Circumvallat Æquos.* clamor hoftes circumfonat: fuperat inde caftra hoftium, & in caftra confulis venit: alibi pavorem, alibi gaudium ingens facit. Romani, *civilem effe clamorem, atque auxilium adeffe*, inter fe gratulantes, (2) ultro ex ftationibus ac vigiliis territant hoftem. Conful differendum negat. *Illo clamore non adventum modò fignificari, fed rem ab fuis cœptam: mirumque effe, ni jam exteriore parte caftra hoftium oppugnentur. Itaque arma fuos capere, & fe fubfequi* jubet. Nocte initum prœlium eft a legionibus (3): dictatori clamore fignificant, ab eâ quoque parte rem in difcrimine effe (4). Jam fe ad (5) prohibenda

circumdari

tivum a varus. (3) Nempe dictator & magifter equitum. *Apti* ex manufcriptis revocavit Drakenborchius. vulgò edebatur *apto*. (4) Pro *ducunt*. refpicit autem ad propius, *magifter equitum:* fic infrà l. 44. c. 17. *Prætores, Cn. Bæbius urbanam ... C. Papirius Sardiniam eft fortitus*. (5) Aliquot codices habent *poffet:* unde fcribendum videtur *perveniri poffet*.

C. 28. (1) *Vallo* pro fafciculis vallorum, ut in cap. præc. (2) Quibus metum paullo antè hoftis injecerat, ipfi jam territant hoftem. vid. not. 3. ad c. 5. l. 1. E. (3) Nempe confulis. (4) h. e. commiffam effe pugnam, cujus anceps erat eventus. (5) Ad prohibendum ne opera

fibi

circumdari opera Æqui parabant; quum, ab interiore hoſte prœlio cœpto, ne per media ſua caſtra fieret eruptio, a munientibus ad pugnantes introrſum verſi, vacuam noctem operi dedere (6). pugnatumque cum conſule ad lucem eſt. Luce primâ jam circumvallati ab dictatore erant, & vix adversùs unum exercitum pugnam ſuſtinebant. tum a Quinctiano exercitu, qui confeſtim a perfecto opere ad arma rediit, invaditur vallum. hîc inſtabat nova pugna: illa nihil remiſerat prior. Tum, ancipiti malo urgente, a prœlio ad preces verſi, hinc dictatorem, hinc conſulem orare, ne in occidione victoriam ponerent, ut inermes ſe inde abire ſinerent. Ab conſule ad dictatorem ire juſſis, ignominiam infenſus addidit. Gracchum Clœlium ducem principeſque alios vinctos ad ſe adduci jubet, oppido Corbione decedi; *Sanguinis ſe Æquorum non egere: licere abire: ſed, ut exprimatur tandem confeſſio, ſubactam domitamque eſſe gentem, ſub jugum abituros.* Tribus haſtis jugum fit, humi fixis duabus, ſuperque eas tranſverſa una deligata. ſub hoc jugo dictator Æquos miſit.

Sub jugum mittit.

XXIX. Caſtris hoſtium receptis, plenis omnium rerum, (nudos enim emiſerat) prædam omnem ſuo tantùm militi dedit: conſularem exercitum ipſumque conſulem increpans, *Carebis*, inquit, *prædæ parte, miles, ex eo hoſte, cui propè prædæ fuiſti* (1). *& tu, L. Minuci, donec conſularem animum incipias habere, legatus his legionibus præeris.* Ita ſe Minucius abdicat conſulatu, juſſuſque ad exercitum manet. † Sed adeò tum imperio meliori animus manſuetè obediens erat, ut beneficii magis, quàm ignominiæ, hic exercitus memor, & coronam auream dictatori libram pondo (2) decreverit, & proficiſcentem eum patronum ſalutaverit. Romæ a Q. Fabio præfecto urbis ſenatus habitus triumphantem Quinctium, quo veniebat agmine, urbem ingredi juſſit. ducti ante currum hoſtium duces: militaria

ſibi circumdarentur a dictatore. (6) Reliquere munientibus noctem vacuam operi, ita ut dictatoris exercitui liceret omne illud tempus impendere vallo caſtris hoſtium circumdando.

C. 29. (1) Ita Salluſt. Catil. c. 21. *admonebat....multos victoriæ Sullanæ, quibus ea prædæ fuerat.* Similiter, *invidiæ, crimini, uſui, religioni, impedimento eſſe*, Livio familiaria ſunt. (2) Sic infrà l. 26. c. 47. *Pateræ aureæ.....*

militaria ſigna prælata: ſecutus exercitus prædâ onuſtus. Epulæ inſtructæ dicuntur fuiſſe ante omnium domos: epulanteſque cum (3) carmine triumphali & (4) ſollennibus jocis, comiſſantium modo, currum ſecuti ſunt. Eo die (5) L. Mamilio Tuſculano, approbantibus cunctis, civitas data eſt. Confeſtim ſe dictator magiſtratu abdicaſſet, ni comitia M. Volſcii falſi teſtis tenuiſſent: ea ne impedirent tribuni, dictatoris obſtitit metus. Volſcius damnatus Lanuvium in exſilium abiit. Quinctius ſexto decimo die dictaturâ, in ſex menſes acceptâ, ſe abdicavit. Per eos dies conſul Nautius ad Eretum cum Sabinis egregiè pugnat. ad vaſtatos agros ea quoque clades acceſſit Sabinis. Minucio Fabius Quintus ſucceſſor in Algidum miſſus. Extremo anno agitatum de lege ab tribunis eſt. ſed, quia duo exercitus aberant, ne quid ferretur ad populum, Patres tenuere. plebes vicit, ut quintùm eoſdem tribunos crearent. Lupos viſos in Capitolio ferunt a canibus fugatos; ob id prodigium luſtratum Capitolium eſſe. Hæc eo anno geſta.

Volſcius falſus teſtis damnatus.

U. c. 297, A. C. 455.

XXX. Sequuntur conſules Q. Minucius, C. Horatius Pulvillus. Cujus initio anni quum foris otium eſſet, domi ſeditiones iidem tribuni, eadem lex faciebat (1). ulteriúſque ventum foret, (adeò exarſerant animis) ni, velut deditâ operâ, nocturno impetu Æquorum Corbione amiſſum præſidium nunciatum eſſet. Senatum conſules vocant; jubentur ſubitarium ſcribere exercitum, atque in Algidum ducere. Inde, poſito legis certamine, nova de delectu contentio orta. (2) vincebaturque conſulare imperium tribunicio auxilio, quum alius additur terror: Sabinum exercitum

Q. Minucio, C. Horatio Coſſ.

ræ....libras ferme omnes pondo. Docuit Gronovius locutionem hanc eſſe ellipticam, & ita integrari debere, *coronam habentem pondus libram pondo, pateræ habentes ferme omnes pondus libras pondo:* vocem autem *pondo* eſſe ablativi caſus, ut *vulgo* a vulgus. (3) Militibus ſuas atque imperatoris laudes canentibus, & triumphum nomine cientibus, ut loquitur noſter l. 45. c. 38. ſive ſæpius accinentibus *Io triumphe!* Vid. Hor. l. 4. Od. 2. (4) Jocis in triumpho uſitatis, quos militaris turba, tum gaudio laſciviens, fundebat ſive in devictos hoſtes, ſive in duces ſuos, & ipſum nonnunquam imperatorem. Vid. infrà l. 4. c. 53. & Suet. in Cæs. 49. & 51. (5) De quo ſuprà c. 18.

C. 30. (1) Hoc loquendi genus, Livio non inuſitatum, ſuprà jam notavimus, c. 27. & l. 2. c. 1. (2) Futurum erat ut tribuni vincerent conſules. Obſerva hoc loco proprietatem verborum. conſulum *imperium* erat; tribunorum

Bellum cum Æquis & Sabinis.

ercitum prædatum descendisse in agros Romanos, inde ad urbem venire. Is metus perpulit, ut scribi militem tribuni sinerent; non sine pactione tamen, ut, quoniam ipsi quinquennium elusi essent, parvumque id plebi præsidium foret, decem deinde tribuni plebis crearentur (3). Expressit hoc necessitas Patribus. id modò excepere, ne postea eosdem tribunos juberent (4). Tribunicia comitia (ne id quoque post bellum, ut cetera, vanum esset) extemplo habita. (5) Tricesimo sexto anno a primis tribunis plebis, decem creati sunt, bini ex singulis classibus (6). itáque (7) cautum est, ut postea crearentur. Delectu deinde habito, Minucius, contra Sabinos profectus, non invenit hostem. Horatius, quum jam Æqui, Corbione interfecto præsidio, Ortonam etiam cepissent, in Algido pugnat; multos mortales occidit: fugat hostem non ex

U. c. 298. Algido modò, sed a Corbione Ortonâque. Corbionem
A. C. 454. etiam diruit propter proditum præsidium.

M. Valerio, Sp. Virginio Coss.

XXXI. Deinde M. Valerius, Sp. Virginius consules facti. Domi forisque otium fuit. annona propter aquarum intemperiem laboratum est. De Aventino publicando lata

U. c. 299. A. C. 453. T. Romilio, C. Veturio Coss.

lex est (1). Tribuni plebis iidem refecti sequente anno, T. Romilio,

bunorum *auxilii latio* adversùs consules. vid. suprà l. 2. c. 33 & 56. (3) Inde tamen potestas tribunicia imminuta est. Aucto enim tribunorum numero, magis in proclivi erat unum e collegio invenire, qui reliquorum actionibus intercederet. E. (4) Populus Romanus dicitur *jubere*, quicquid comitiis decernit. Ita *jubere legem*, *jubere provinciam alicui*, *jubere bellum*. Similiter ergo *jubere magistratus* dicitur, quum eos comitiis constituit. Quemadmodum etiam qui comitiis præsunt, dicuntur *rogare legem*, ita etiam *rogare magistratùs*. sic infrà c. 64. Porro clarissimus Perizonius legendum conjicit, *hos eosdem tribunos*. Dionysius certè Patres excepisse refert ne quis των τοτε όντων έν άρχη tribunus reficeretur: & Livius ipse paullo pòst narrat illos qui hoc anno creati sunt, anno sequenti refectos fuisse; ne verbo quidem addito quasi id contra senatusconsultum fieret, quemadmodum id suprà monuit, c. 21. (5) Exeunte, si numeretur duplex illud par consulum, omissum a Livio, de quo monuimus ad c. 39. l. 2. Si eorum ratio non haberetur, hic annus esset tricesimus quintus incipiens. (6) Sextæ classis nulla ratio habita. (7) Atque ita; ut suprà l. 1. c. 4. & 32. Sic *utique*, pro *& uti*, suprà occurrit l. 1. c. 2.

C. 31. (1) Aventinum montem, licet ab Anco rege data fuisset novis civibus e Politorio, Tellenis, Ficanâque (vid. suprà l. 1. c. 33.) tamen hoc tempore publicum populi Romani fuisse, atque etiam magnâ ex parte arboribus obsitum, memorat Dionysius. De eo ut plebi ad ædificandum divideretur Icilius tribunus legem tulit, & quidem, quamvis magnâ contentione, pertulit: ut ex Dionysio discimus, & ex ipso Livio ad fin. cap.

Romilio, (2) C. Veturio consulibus, (3) legem omnibus concionibus suis celebrabant. *Pudere se numeri sui nequicquam aucti, si ea res æquè suo biennio jaceret, ac toto superiore lustro jacuisset.* Quum maximè hæc agerent, trepidi nuncii ab Tusculo veniunt, Æquos in agro Tusculano esse. Fecit pudorem recens ejus populi meritum morandi auxilii: ambo consules, cum exercitu missi, hostem in (4) suâ sede in Algido inveniunt. Ibi pugnatum. supra septem millia *Victi Æqui.* hostium cæsa: alii fugati: præda parta ingens. Eam propter inopiam ærarii consules vendiderunt. Invidiæ tamen res ad exercitum fuit. ea denique tribunis materiam U. c. 300. criminandi ad plebem consules præbuit. (5) Itaque ergo, A. C. 452. ut magistratu abiere, Sp. Tarpeio, A. Aterio consulibus, Sp. Tarpeio, A. Aterio Coss. dies dicta est Romilio ab C. Claudio Cicerone, tribuno plebis; Veturio ab L. Alieno, ædile plebis. Uterque magnâ Patrum indignatione damnatus, Romilius decem millibus æris, Veturius quindecim. Nec hæc priorum calamitas consulum segniores novos fecerat consules. *et se damnari posse* aiebant: *et plebem, et tribunos legem ferre non posse.* Tum, abjectâ lege, quæ promulgata consenuerat, tribuni leniùs agere cum Patribus. *Finem tandem certaminum facerent. si plebeiæ leges displicerent, at illi communiter legum latores, et ex plebe, et ex Patribus, qui utrisque utilia ferrent, quæque æquandæ libertatis essent, finerent creari.* Rem non aspernabantur Patres: *daturum leges neminem, nisi ex Patribus,* aiebant. Quum de legibus conveniret, de latore tantùm discreparet; missi legati (6) Athenas Sp. Postumius Albus, A Manlius, P. Sulpicius Camerinus; jussique inclytas leges Solonis describere, & aliarum Græciæ civitatium instituta, mores, juraque noscere. *Legati Athenas missi, legum causâ.*

XXXII. Ab externis bellis quietus annus fuit; quietior insequens, P. Curiatio & Sex. Quinctilio consulibus,

cap. seq. (2) Sigonius *Sp. Veturio* emendandum censet, quòd Veturius decemvir ὑπατικὸς, sive consularis, dicatur a Dionysio, isque in Fastis Capitolinis Spurii prænomine appelletur. Hîc autem codices omnes consentiunt: Veturio quoque decemviro Livius *Lucii* prænomen tribuit, Dionysius *Titi*. (3) Legis (nempe Terentillæ, de quâ suprà c. 9.) assiduam mentionem faciebant, in omnibus suis ad populum orationibus. (4) Sede quam occupare soliti erant. E. (5) Vid. not. 2. ad c. 25. l. 1. (6) Hoc incidit in annum tredecimum regni Artaxerxis Longimani, Græciâ tum maximè florente. E.

perpetuo

U. c. 301. A. C. 451. P. Curiatio, Sex. Quinctilio Coss.

perpetuo silentio tribunorum: quod primò legatorum, qui Athenas ierant, legumque peregrinarum exspectatio præbuit; dein duo simul mala ingentia exorta, fames pestilentiaque, fœda homini, fœda pecori. Vastati agri sunt: urbs assiduis exhausta funeribus; multæ & claræ lugubres (1) domus. Flamen Quirinalis Ser. Cornelius mortuus; augur C. Horatius Pulvillus: in cujus locum C. Veturium eo cupidiùs, quia damnatus a plebe erat, augures legere. Mortuus consul Quinctilius, quatuor tribuni plebis. Multiplici clade fœdatus annus. ab hoste otium fuit. inde consules C. Menenius, P. Sestius Capitolinus. Neque eo anno quicquam belli externi fuit. domi motus orti. Jam redierant legati cum Atticis legibus. eo intentiùs instabant tribuni, ut tandem scribendarum legum initium fieret. Placet creari decemviros sine provocatione, & ne quis eo anno alius magistratus esset. Admiscerenturne plebeii, controversia aliquamdiu fuit. postremò concessum Patribus, modò ne (2) lex Icilia de Aventino, aliæque (3) sacratæ leges abrogarentur.

U. c. 302. A. C. 450. C. Menenio, P. Sestio Coss.

Decemviri creati.

XXXIII. Anno trecentesimo altero (1), quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis, ab consulibus ad decemviros, quemadmodum ab regibus antè ad consules venerat, translato imperio. Minus insignis, quia non diuturna, mutatio fuit. læta enim principia magistratûs ejus nimis luxuriavere (2). eo citiùs lapsa res est, repetitumque, duobus uti mandaretur consulum nomen imperiumque. Decemviri creati Ap. Claudius, T. Genucius, P. Sestius, L. Veturius, C. Julius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curiatius, T. Romilius, Sp. Postumius. Claudio & Genucio, quia designati consules in eum annum fuerant, pro honore honos redditus: & Sestio alteri consulum prioris anni, quòd eam rem collegâ invito ad Patres retulerat. His proximi habiti legati tres, qui Athenas ierant. simul ut pro legatione tam longinquâ præmio esset honos: simul peritos legum peregrinarum ad condenda nova jura usui fore credebant. Supplevere ceteri numerum. Graves quoque ætate electos novissimis suffragiis ferunt, quo minùs

C. 32. (1) In luctu, ob suorum mortes. (2) De quâ vid. cap. præc. (3) De quibus vid. not. 4. ad c. 33. l. 2.

C. 33. (1) Potiùs trecentesimo tertio, vel secundo exeunte. (2) Initia ejus bona atque fausta citò vertêre in illam quæ prospera comitari solet

nus ferociter aliorum fcitis adverfarentur. Regimen totius magiftratûs penes Appium erat favore plebis. adeóque novum fibi ingenium induerat, ut plebicola repentè omnifque (3) auræ popularis captator evaderet, pro truci fævoque infectatore plebis. Decimo die jus populo finguli reddebant. eo die penes (4) præfectum juris fafces duodecim erant: (5) collegis novem finguli accenfi apparebant. (6) & in unicâ concordiâ inter ipfos (qui confenfus privatis interdum inutilis effet) fumma adverfus alios æquitas erat. Moderationis eorum argumentum exemplo unius rei notaffe, fatis erit. Quum fine provocatione creati effent, defoffo cadavere, domi apud P. Seftium (7), patriciæ gentis virum, invento, prolatoque in concionem, in re juxtà manifeftâ atque atroci, C. Julius decemvir diem Seftio dixit, & accufator ad populum exftitit, cujus rei (8) judex legitimus erat: deceffitque jure fuo, ut demptum de vi magiftratûs populi libertati adjiceret.

U. c. 303. A. C. 449. Decemvirorum annus I.

Initio moderati Decemviri.

XXXIV. (1) Quum promptum hoc jus velut ex oraculo incorruptum pariter ab his fummi infimique ferrent, tum legibus condendis opera dabatur: ingentique hominum

folet lafciviam, infolentiam, faftum. (3) Significat *aura popularis* afpirantem populi favorem; metaphora a navigatione tranflata. Hoc fenfu fimpliciter *aura* ufurpatur, infrà l. 6. c. 11. Simili metaphorâ *aura libertatis* occurrit infrà c. 37. & *aura fpei* l. 42. c. 39. (4) Penes eum decemvirum qui juri dicundo præfectus erat. (5) Unufquifque ceterorum decemvirorum unum accenfum habebat, qui ad fua juffa præftò effet. De accenfis vid. not. 9. ad c. 43. l. 1. (6) Quamvis decemviri maximâ concordiâ inter fe omnia adminiftrarent, fimul tamen fummâ æquitate erga alios agebant; quum ceteroquin evenire foleat, quemadmodum etiam annis fequentibus eveniffe Livius narrat infrà c. 36. ut magiftratuum confenfus privatis, id eft, reliquis civibus, inutilis fit, id eft, plurimum noceat. *Inutilis*, pro, damnofus, miofis eft Livio familiariffima. Ita infrà l. 5. c. 5. & Cic. de Off. l. 1. c. 10. Similiter Græci ἀχρηστος ufurpant ut in Epift. Pauli ad Philem. v. 11. coll. cum v. 18. & ἀλυσιτελης ut in Epift. ad Hebr. c. 13. v. 17. Polyb. 3. 117. [Qui plura vult, confulat ad hæc verba Schleufneri Lexicon in Nov. Teftam. Similiter *infperatum* per λιτοτητα dicitur fuprà c. 26. E.] (7) Hic certè alius a P. Seftio decemviro. Omnes codices manufcripti habent *Sextium*; quod & mallem, ni conftaret Sextios fuiffe plebeios, ex quibus is exftitit, qui primus e plebe confulatum cepit. vid. fuprà l. 6. c. 42. (8) Drakenborchius putat *rei* effe a recto *reus*; ac fi dixiffet, accufator exftitit ejus rei, cujus judex legitimus erat.

C. 34. (1) Eodem tempore quo jus hoc modo redderent, etiam legibus

num exspectatione propositis decem tabulis, populum ad concionem advocaverunt: &, *quod bonum, faustum, felixque reipublicæ, ipsis, liberisque eorum esset, ire, & legere leges propositas* jussere. *Se, quantum decem hominum ingeniis provideri potuerit, omnibus summis infimisque jura æquasse. plus pollere multorum ingenia consiliaque. Versarent in animis secum unamquamque rem, agitarent deinde sermonibus: atque in medium, quid in quâque re plus minusve esset, conferrent. Eas leges habiturum populum Romanum,* (2) *quas consensus omnium non jussisse latas magis, quàm tulisse, videri posset.* Quum ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito satis correctæ viderentur, centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatæ sunt: qui nunc quoque, in hoc immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo, fons omnis publici privatique est juris. Vulgatur deinde rumor, duas deesse tabulas; quibus adjectis, absolvi posse velut corpus omnis Romani juris. Ea exspectatio, quum dies comitiorum appropinquaret, desiderium decemviros iterum creandi fecit. Jam plebs, præterquam quod consulum nomen, haud secus quàm regum, perosa erat, ne tribunicium quidem auxilium, (3) cedentibus in vicem appellatione decemviris, quærebat.

Decem tabulas legum ferunt.

XXXV. Postquam vero comitia decemviris creandi in (1) trinum nundinum indicta sunt; tanta exarsit ambitio

Iterum creantur decemviri.

bus condendis occupati erant. Jus *promptum* fuit, i. e. paratum quodammodo, quod omnibus sine morâ pateret; idemque incorruptum, velut ex oraculo prolatum. (2) *Ferre* leges, magistratuum erat; *jubere*, populi. Hìc Decemviri volunt leges novas, non juberi solùm a populo universo, sed quodammodo ferri. Ille *fert* legem, cui placet; *jubet* ille, cui non displicet. (3) Cedentibus sibi mutuò decemviris; si quis civis, sese ab aliquo ex iis læsum ratus, collegam ejus appellaret.

C. 35. (1) *Nundinæ*, a *nono die* dictæ, institutæ sunt, ut iis rustici in urbem vendendi mercandique causâ commearent. Periodo autem *octo* dierum continebantur; ita ut inter primum & nonum diem, qui ambo nundinales erant, septem tantùm dies medii intercederent: unde in Kalendariis antiquis nundinarum periodi octo primis elementis ab A ad H notantur. Hoc disertè docet Dionysius l. 7. in historiâ Marcii Coriolani, τας μεταξυ των αγορων επτα ημερας commemorans. et Varro l. 2. de re rust. in præf. *nostri majores....annum ita diviserunt, ut nonis modò diebus urbanas res usurparent, reliquis* septem *ut rura colerent.* Igitur *trinum nundinum*, sive *trinundinum* erat id temporis spatium intra quod tres nundinæ agebantur; & comitia trinundino antè indici solebant ut res notior esset universis. Ad hoc septemdecim diebus minimum opus erat. Antiquitus autem nundinæ ipsæ inter ferias censebantur, iisque comitia haberi non licebat: sed

tio (2), ut primores quoque civitatis (metu credo, ne tanti possessio imperii, vacuo ab se relicto loco, haud satis dignis pateret) prensarent homines; honorem, summâ ope a se impugnatum, ab eâ plebe, cum quâ contenderant, suppliciter petentes. (3) Demissa jam in discrimen dignitas, eâ ætate, iisque honoribus actis, stimulabat Ap. Claudium. nescires, utrùm inter decemviros, an inter candidatos, numerares. Propior interdum petendo, quàm gerendo, magistratui erat. criminari optimates, extollere candidatorum levissimum quemque humillimumque. ipse medius inter tribunicios Duilios Iciliosque in foro volitare, per illos se plebi venditare: donec collegæ quoque, qui unicè illi dediti fuerant ad id tempus, conjecere in eum oculos, mirantes quid sibi vellet. Apparere, nihil sinceri esse; *Profectò haud gratuitam in tantâ superbiâ comitatem fore. nimium in* (4) *ordinem se ipsum cogere, & vulgari cum privatis, non tam properantis abire magistratu, quàm viam ad continuandum magistratum quærentis, esse.* Propalam obviàm ire cupiditati parum ausi, obsecundando mollire impetum aggrediuntur. comitiorum illi habendorum, quando minimus natu sit, munus consensu injungunt. Ars hæc erat, ne semet ipse creare posset; quod, præter tribunos plebis (& id ipsum pessimo exemplo), nemo unquam fecisset. ille enimvero (5), quod bene vertat, habiturum se comitia professus, (6) impedimentum pro occasione arripuit. dejectisque honore per (7) coïtionem duobus Quinctiis, Capitolino & Cincinnato, & patruo suo C. Claudio, constantissimo viro in optimatium causâ, & aliis ejusdem fastigii civibus, nequaquam splendore vitæ pares decemviros

Ap. Claudii ambitio

sed lege Hortensiâ effectum ut fasti essent. (2) Tantum certamen, tantus fuit ardor petendi honoris. (3) Ap. Claudium cura quædam & sollicitudo stimulabat, quum videret clarissimos viros eâ ætate, iisque honoribus actis, demittere in discrimen dignitatem suam. (4) Se parem quodammodo ceteris e vulgo facere. Potestate suâ supra ceteros eminebat, & extra ordinem reliquorum positus erat Appius. Vulgando se cum privatis, sese redegit quodammodo in ordinem, e quo suus eum magistratus eximebat. (5) Vox intensiva hæc est, quâ Livius amat uti. (6) Illud quod collegæ impedimento fore censuerant, Ap. Claudio commoda occasio exstitit continuandi magistratum. (7) Coëundo cum ceteris candidatis adversùs ingratos sibi competitores. sic infrà l. 39. c. 41.

Coëuntque

viros creat (8): se in primis, quod haud secus factum improbabant boni, quàm nemo facere ausurum crediderat. Creati cum eo M. Cornelius Maluginensis, M. Sergius, L. Minucius, Q. Fabius Vibulanus, Q. Pœtelius, T. Antonius Merenda, K. Duilius, Sp. Oppius Cornicen, (9) M'. Rabuleius.

XXXVI. Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit. suo jam inde vivere ingenio cœpit, novosque collegas jam priùs, quàm inirent magistratum, in suos mores formare. Quotidie coïbant remotis arbitris: inde (1) impotentibus instructi consiliis, quæ secretò ab aliis coquebant (2), jam haud dissimulando superbiam, (3) rari aditûs, colloquentibus difficiles, ad Idus Maias rem perduxere. Idus tum Maiæ sollennes ineundis magistratibus erant. Initio igitur magistratûs primum honoris diem denunciatione ingentis terroris insignem fecere. nam quum ita priores decemviri servassent, ut unus fasces haberet, & hoc insigne regium in orbem, suam cujusque vicem, per omnes iret, subitò omnes cum duodenis fascibus prodiere. Centum viginti lictores forum impleverant, & fascibus secures illigatas præferebant. (4) nec attinuisse demi securim, quum sine provocatione creati essent, interpretabantur. Decem regum species erat, multiplicatusque terror non infimis solum, sed primoribus Patrum, ratis cædis causam ac principium quæri. ut, si quis memorem libertatis vocem aut in senatu aut in populo misisset, statim virgæ securesque etiam ad ceterorum metum expedirentur. Nam, præterquam quòd in populo nihil erat præsidii, sublatâ provocatione,

U. c. 304. A. C. 448. *Decemvirorum Annus II.*

Decemvirorum insolentia & tyrannis.

Coïerantque candidati omnes ad dejiciendum honore eum. (8) Creari curat. (9) h. e. Manius. Dionysius verò tradit Q. Pœtelium, K. Duilium, & Sp. Oppium fuisse plebeios.

C. 36. (1) *Impotens* dicitur id quod intra modum contineri nequit. sic infrà c. 38. *impotentium dominorum.* (2) *Coquere*, pro clam parare, moliri, occurrit infrà l. 8. c. 3. *Principes occultè Romanum coquebant bellum.* Eodem modo *concoquere* usurpatur infrà l. 40. c. 11. & apud Cic. pro Q. Rosc. c. 15. (3) Hæ voces accipiendæ sunt in patrio casu. Vult Livius novos decemviros fuisse *rari aditûs.* Sic dicitur homo *exactæ ætatis*, infrà l. 6. c. 22. *vehementis ingenii*, *fervidi animi*, suprà l. 2. c. 23 & 52. [Quærendum an accipi possit vox *rari* numero plurali, casu primo. Certè Tacitus dixit *rarus egressu*, pro, raró in publicum progrediens, l. 15. Ann. c. 53. E.] (4) Interpretando morem demendi in urbe secures (v. not. 4. ad c. 7. l. 2.) statuebant eo se non teneri, quum &c. *Non attinet*, pro.

vocatione, (5) intercessionem quoque consensu sustulerant: quum priores decemviri appellatione collegæ corrigi reddita ab se jura tulissent; & quædam, quæ sui judicii videri possent, ad populum rejecissent. Aliquamdiu æquatus inter omnes terror fuit: paullatim totus vertere in plebem cœpit. Abstinebatur a Patribus: in humiliores (6) libidinosè crudeliterque consulebatur: (7) hominum, non causarum, toti erant; ut apud quos gratia vim æqui haberet. Judicia domi conflabant, pronunciabant in foro. Si quis collegam appellasset, ab eo, ad quem venerat, ita discedebat, ut pœniteret, non prioris decreto stetisse. Opinio etiam sine auctore exierat, non in præsentis modò temporis eos injuriam conspirasse, sed fœdus clandestinum inter ipsos jurejurando ictum, ne comitia haberent, perpetuoque decemviratu possessum semel obtinerent (8) imperium.

XXXVII. Circumspectare tum patriciorum vultus plebeii, & inde libertatis (1) captare auram, (2) unde servitutem timendo in eum statum rempublicam adduxerant. Primores Patrum odisse decemviros, odisse plebem: nec probare, quæ fierent; & credere, haud indignis accidere. avidè ruendo ad libertatem in servitutem (3) elapsos juvare nolle: cumulare quoque injurias, ut tædio præsentium consules duo tandem & status pristinus rerum in desiderium

pro, non opus est. ut suprà l. 2. c. 41. infrà l. 23. c. 4. & alibi sæpe. (5) Ita inter se consentiebant decemviri, ut nemo ex iis alterius decretis intercederet. Contrà autem initio magistratûs fiebat, de quo jam dixit Livius *cessisse invicem appellatione decemviros.* vid. suprà c. 34. ad fin. (6) Pro libidine, ita ut facerent quicquid ipsis liberet, nullâ juris aut æquitatis habitâ ratione. (7) Toti dediti erant hominibus, non causis. illorum tantùm rationem habebant. Subintelligi potest *judices.* Sic infrà l. 37. c. 49. *totos adhuc Antiochi Ætolos esse.* E. (8) *Obtinere,* pro perseverare in tenendo, obstinatè tenere. Sic infrà l. 4. c. 16. l. 9. c. 38. & Cic. l. 1. ad Quint. Fratr. Ep. 1.

C. 37. (1) Vid. suprà not. 3. ad c. 33. *Captare auram* propriè de eo dicitur, qui vento obversus, ejus aspirationem ore patulo colligere conatur; ut apud Ovid. l. 7. Metam. v. 557. Hîc transfertur ad plebeios, qui, ad patricios obversi, ex habitu oris eorum conjicere conantur, quæ libertatis recuperandæ spes supersit. (2) A quibus dum servitutem timebant, ipsi occasionem decemvirali potestati præbuerant. (3) *Elapsos* codices omnes constanter servant; temere igitur Crevierius aliique *lapsos* in contextum receperunt. *Elabi* autem semper notionem *effugiendi* vel *excidendi* habet; quæ fortasse neque hoc loco a Livii mente aliena est. nempe plebeii, e manibus patriciorum quasi *effugere* conati, in servitutem

Duæ tabulæ prioribus X. additæ.

rium veniant. Jam & proceſſerat pars major anni, & duæ tabulæ legum ad prioris anni decem tabulas erant adjectæ: nec quicquam jam ſupererat, ſi hæ quoque leges centuriatis comitiis perlatæ eſſent, cur eo magiſtratu reipublicæ opus eſſet. Exſpectabant (4), quàm mox conſulibus creandis comitia edicerentur. Id modò plebes agitabat (5), quonam modo tribuniciam poteſtatem, munimentum libertati (6), rem intermiſſam, repararent. quum interim mentio comitiorum nulla fieri, & decemviri, qui primò tribunicios homines, quia id populare habebatur, circùm ſe oſtentaverant plebei, patriciis juvenibus ſepſerant latera. eorum catervæ tribunalia obſederant. Hi (7) ferre, agere plebem plebiſque res; (8) quum fortuna, quâ quicquid cupitum foret, potentioris eſſet. Et jam ne tergo quidem abſtinebatur: virgis cædi, alii ſecuri ſubjici; &, ne gratuita crudelitas eſſet, bonorum donatio ſequi domini ſupplicium. Hâc mercede juventus nobilis corrupta non modò non ire obviàm injuriæ, ſed propalam licentiam ſuam malle quàm omnium libertatem.

U. c. 305. A. C. 447. *Decemvirorum annus III.*

XXXVIII. Idus Maiæ venere. Nullis ſubrogatis magiſtratibus, privati pro decemviris, (1) neque animis ad imperium

tem lapſi ſunt. E. (4) Sperabant ut propediem &c. (5) *Agitare* eleganter uſurpatur, pro, cogitare, animo volvere. Sic infrà l. 21. c. 26. l. 22. c. 43. & alibi. (6) Livius dativum caſum nominibus addere amat, ubi alii caſum patrium jungere ſolent. Sic ſuprà, *urbi locum quærere.* l. 1. c. 1. *urbi fundamenta jeci.* l. 1. c. 12. *monumentum fuere miraculo.* l. 1. c. 45. *novas ſedes multitudini addiderunt.* l. 2. c. 1. *funeri ſumptus deeſſet.* l. 2. c. 30. *remedium timori fuit.* c. 12. *aderat judicio dies.* c. 37. aliiſque locis infinitis. (7) Hæ voces *ferre* & *agere* ſæpiſſime junguntur; ut infrà l. 10. c. 34. l. 39. c. 54. Ita apud Græcos *ἀγειν και φερειν.* Xenoph. Cyrop. iii. 76. Dion. Hal. v. 281. Et quidem locutio ſæpiſſime, ut hoc loco, uſurpatur de direptione hoſtili. infrà l. 38. c. 15. l. 40. c. 49. Xen. Cyrop. iii. 72. Dion. Hal. ix. 583. Horum autem *agere* pertinet ad res animatas, *ferre* ad inanimatas. Ammon. de Differ. *ἀγειν και φερειν διαφερει. ἀγεται μεν τα ἐμψυχα, φερεται δε τα ἀψυχα.* (8) Locus corruptus quem varii variè tentarunt. Gronovius ſic emendandum conjicit, *plebem plebiſque res & fortunas; quum, quicquid cupitum foret, potentioris eſſet.* Drakenborchius, minimâ mutatione *foret* in *fieret* mutato, legendum cenſet, *hi ferre, agere plebem plebiſque res: quum fortuna, quâ, quicquid cupitum, fieret, potentioris eſſet:* hoc ſenſu, ideo juvenes patricii ferebant, agebant plebem plebiſque res, quum fortuna potentioris eſſet; & per hanc fortunam fieret, quicquid cupitum eſſet. *Foret* autem & *fieret* alibi in manuſcriptis commutantur.

C. 38. (1) Neque animis ad exercendum imperium imminutis, neque inſignibus ad oſtentandum. *Inhibere* imperium, pro adhibere, exercere, rurſum in hoc capite occurrit, & infrà c. 50. Similiter *inhibere modum perfectis,*

imperium inhibendum imminutis, neque ad ſpeciem honoris inſignibus, prodeunt. id verò regnum haud dubiè videri. Deploratur in perpetuum libertas; nec vindex quiſquam exſiſtit, aut futurus videtur. nec ipſi ſolùm deſponderant animos, ſed contemni cœpti erant a finitimis populis: imperiumque ibi eſſe, ubi non eſſet libertas, indignabantur (2). Sabini magnâ manu incurſionem in agrum Romanum fecere: latéque populati, quum hominum atque pecudum inulti prædas egiſſent, recepto ad Eretum, quod paſſim vagatum erat, agmine, caſtra locant, ſpem in diſcordiâ Romanâ ponentes, eam impedimentum delectui fore. Non nuncii ſolùm, ſed per urbem agreſtium fuga trepidationem injecit. Decemviri conſultant, quid opus facto ſit. deſtitutis inter Patrum & plebis odia addidit terrorem inſuper alium fortuna. Æqui aliâ ex parte caſtra in Algido locant: depopulatumque inde excurſionibus Tuſculanum agrum legati ab Tuſculo, præſidium orantes, nunciant. Is pavor perpulit decemviros, ut ſenatum, duobus circumſtantibus urbem bellis, conſulerent. citari jubent in curiam Patres, haud ignari, quanta invidiæ immineret tempeſtas: omnes vaſtati agri periculorumque imminentium cauſas in ſe congeſturos, tentationemque eam fore abolendi ſibi magiſtratûs, ni conſenſu reſiſterent, imperioque inhibendo acriter in paucos præferocis animi, conatus aliorum comprimerent. Poſtquam audita vox in foro eſt præconis, Patres in curiam ad decemviros vocantis; velut nova res, quia intermiſerant jamdiu morem conſulendi ſenatûs, mirabundam plebem convertit, *quidnam incidiſſet, cur ex tanto intervallo rem deſuetam uſurparent. Hoſtibus belloque gratiam habendam, quòd ſolitum quicquam liberæ civitatis fieret.* Circumſpectare omnibus fori partibus ſenatorem, raróque uſquam noſcitare: curiam inde ac ſolitudinem

Sabini agrum Rom. populantur.

Æqui Tuſculanum.

Senatum vocant Decemviri.

poteſtatis, infrà c. 59. *inhibere damnum*, l. 4. c. 53. *inhibere vim*, eodem libro c. 56. (2) Nempe finitimi populi. Boſſius & Perizonius legendum cenſent, *imperium* qui *ibi eſſe...indignabantur*; ut ſupra l. 1. in præf. *meo* qui *nomini officient*. At nil mutandum; particulam enim *que* Livius aliique hâc ratione uſurpare ſolent. ſuprà l. 2. c. 56. *Voleronem...plebs...tribunum creat;...contraque omnium opinionem...rogationem tulit* &c. nempe Volero. Virg. Æn. 6. v. 283. *Quam ſedem ſomnia vulgo—Vana tenere ferunt, foliiſque ſub omnibus*

tudinem circa decemviros intueri; (3) quum & ipſi inviſum conſenſu imperium, & plebs, quia privatis jus non eſſet vocandi ſenatum, non convenire Patres interpretarentur; (4) *jam caput fieri libertatem repetentium, ſi ſe plebs comitem ſenatui det, &, quemadmodum Patres vocati non coëant in ſenatum, ſic plebs abnuat delectum.* Hæc fremunt plebes. Patrum haud fere quiſquam in foro, in urbe rari erant. indignitate rerum ceſſerant in agros; (5) ſuarumque rerum erant, amiſsâ publicâ: tantum ab injuriâ ſe abeſſe rati, quantum (6) a cœtu congreſſuque impotentium dominorum ſe amoviſſent. Poſtquam citati non conveniebant, dimiſſi circa domos apparitores, ſimul (7) ad pignora capienda, ſciſcitandumque, num conſultò detrectarent? referunt, ſenatum in agris eſſe. Lætius id decemviris accidit, quàm ſi præſentes detrectare imperium referrent. Jubent acciri omnes, ſenatumque in diem poſterum edicunt (8); qui aliquanto ſpe ipſorum frequentior convenit. quo facto proditam a Patribus plebs libertatem rata, quòd iis, qui jam magiſtratu abiſſent, privatiſque, ſi vis abeſſet, tanquam jure cogentibus, ſenatus paruiſſet.

omnibus hærent; nempe ſomnia. (3) Quum & ipſi decemviri ex ſolitudine in curiâ judicarent imperium ſuum omnibus eſſe inviſum; & plebs interpretaretur ideo non convenire Patres, quia &c. (4) Jam, dum detrectant ſenatores imperium Decemvirale, dari quodammodo caput repetentibus libertatem; omniaque bene ceſſura, ſi ſe plebs comitem ſenatui det. Sæpe ante particulas *ſi*, aut *niſi*, ſuppleri oportet aliquod orationis membrum ex mente ſcribentis. Itáque ſuprà l. 2. c. 9. locus in aliquot editionibus diſtinguitur; *ſatis libertatem ipſam habere dulcedinis, niſi...defendant*, nec malè. (5) Amiſsâ republicâ, quæ iis erepta erat tyrannide decemvirorum, ſolummodo privatarum rerum ſuarum curam gerebant. (6) Primus Gronovius edidit *e cœtu;* eumque alii ſecuti ſunt. priſcam autem lectionem, *a cœtu*, Drakenborchius rectè reduxit, fultus tam auctoritate codicum, quàm ratione rei. Is namque *amovet ſe e cœtu*, qui a cœtu digreditur, cujus quondam pars exſtiterat. ita *amovet ſe e medio* (Suet. in Tiber. c. 10.) qui quondam in medio verſatus fuerat. navis *abſtrahitur e portu* (infrà l. 37. c. 27.) quæ in portu ſubſtiterat. At *amovet ſe a cœtu*, qui a cœtu longè diſcedit, licet unus iſtius cœtûs non fuerit; quemadmodum hîc Patres. (7) Senatores oportebat in curiam ad edictum magiſtratûs convenire: quod ſi facere neglexiſſent, mulcta iis dicebatur. Eam ut ſolvere cogerentur, pignora ab iis auferebantur; quæ, ſi mulcta ſoluta non eſſet, cædebantur, i. e. vendebantur. Vid. Cic. Phil. 1. n. 12. (8) Ut *edicere ſenatum*, ſic etiam *edicere delectum* uſurpatur, ſuprà c. 10. & *edicere comitia*, infrà l. 22. c. 33. nempe propoſito *edicto* jubere ut ſenatus conveniat, ut &c.

XXXIX. Sed

XXXIX. Sed magis obedienter ventum in curiam est, quàm (1) obnoxiè dictas sententias accepimus. L. Valerium Potitum, proditum memoriæ est, (2) post relationem Ap. Claudii, priusquam ordine sententiæ rogarentur, postulando ut de republicâ liceret dicere, prohibentibus minaciter decemviris, proditurum se ad plebem denunciantem, tumultum excivisse. Nec minus ferociter M. Horatium Barbatum isse in certamen, *Decem Tarquinios* appellantem, admonentemque, *Valeriis et* (3) *Horatiis ducibus pulsos reges. Nec* (4) *nominis homines tum pertæsum esse; quippe quo Jovem appellari fas sit, quo Romulum conditorem urbis, deincepsque reges appellatos,* (5) *quod sacris etiam, ut sollenne, retentum sit. Superbiam violentiamque tum perosos regis. quæ si* (6) *in rege tum eodem, aut in filio regis, ferenda non fuerint, quem laturum in tot privatis? Viderent, ne, vetando in curiâ libere homines loqui, extra curiam etiam moverent vocem. neque se videre, quî sibi minus privato ad concionem populum vocare, quàm illis senatum cogere, liceat. Ubi vellent, experirentur, quanto* (7) *ferocior dolor libertate suâ vindicandâ, quàm cupiditas injustâ dominatione* (8), *esset. De bello Sabino eos referre; tanquam majus ullum populo Romano bellum sit, quàm cum iis, qui, legum ferendarum causâ creati, nihil juris in civitate reliquerint; qui comitia, qui annuos magistratus, qui vicissitudinem imperitandi (quod unum exæquandæ sit libertatis) sustulerint; qui privati fasces et regium imperium habeant. Fuisse, regibus exactis, patricios magistratus creatos; postea, post secessionem plebis, plebeios.*

Asperæ sententiæ in Decemviros.

C. 39. (1) Timidè, quemadmodum is agit qui alterius potestati subjectus est. (2) Postquam Ap. Claudius retulit, quibus de rebus deliberari oporteret. *Referre* est verbum proprium de eo qui aliquid proponit, de quo sententiam dici velit. (3) Dionysius tradit, M. Horatio auctore defecisse exercitum a Tarquinio Superbo. (4) Plures codices habent *nomen*; unde conjicit Gronovius legendum esse, *nec nomen homines tum pertæsos esse.* Certè *pertæsus* recipit post se tam accusativum, quàm genitivum. sic apud Suet. in Cæs. c. 7. *quasi pertæsus ignaviam suam.* (5) Vid suprà l. 2. c. 2. (6) In hoc eodem rege, cujus modò mentio facta est, aut in Sexto ejus filio. Crevierius conjicit legendum esse, *in rege tum eodem & filio regis;* i. e. in eo qui simul & rex esset, & regis filius. [Censeo quòd vox *eodem* opponitur subsequenti *tot.* tum unus idemque rex superbè se gessit. nunc plures privati. E.] (7) *Ferox* ambiguæ est significationis; & non modò immane, sævum, sed quoque forte, strenuum notat; ut suprà l. 1. c. 12. quo sensu *virtutem* ac *ferociam* junxit Livius infrà l. 9. c. 6. Porro *libertate suâ vindicandâ*, pro, libertatem suam vindicando; ut alibi sæpe. (8) *Vindicandâ* ex præcedentibus subintelligendum.

Cujus

Cujus illi partis essent, rogitare? *Populares? quid enim eos per populum egisse? Optimates? qui anno jam propè senatum non habuerint; tunc ita habeant, ut de republicâ loqui prohibeant? Ne nimium in metu alieno spei ponerent. graviora, quæ* † *patiantur, videri jam hominibus, quàm quæ metuant.*

XL. Hæc vociferante Horatio, quum decemviri (1) nec iræ nec ignoscendi modum reperirent, nec, quo evasura res esset, cernerent; C. Claudii, qui patruus Appii decemviri erat, oratio fuit precibus, (2) quàm jurgio, similis, orantis per sui fratris parentisque ejus manes; *Ut civilis potiùs societatis, in quâ natus esset, quàm fœderis, nefariè icti cum collegis, meminisset. multo id magis se illius causâ orare, quàm reipublicæ. Quippe rempublicam, si a volentibus nequeat, ab invitis jus expetituram. Sed ex magno* † *certamine magnas excitari ferme iras, earum eventum se horrere.* Quum aliud, præterquam de quo retulissent, decemviri dicere prohiberent, Claudium interpellandi verecundia fuit. Sententiam igitur peregit, nullum placere senatusconsultum fieri. Omnesque ita accipiebant, privatos eos a Claudio judicatos: multique ex consularibus verbo assensi sunt. Alia sententia, asperior in speciem, vim minorem aliquanto habuit, quæ patricios (3) coïre ad prodendum interregem jubebat. (4) censendo enim, quoscunque magistratus esse, qui senatum haberent, judicabat; quos privatos fecerat auctor nullius senatusconsulti faciendi. Ita labante jam causâ decemvirorum, L. Cornelius Maluginensis, M. Cornelii decemviri frater, quum ex consularibus ad ultimum dicendi locum consultò servatus esset, simulando curam belli, fratrem collegasque ejus tuebatur: (5) *quonam fato incidisset, mirari se* dictitans, *ut decemviros, qui decemviratum petissent, aut*

L. Cornelius Decemviros tuetur.

C. 40. (1) Nec quatenus exercere iras, nec quatenus patientiâ uti deberent. (2) Subauditur adverbium *magis*. Est autem locutio & Livio & aliis scriptoribus admodum frequens. (3) Verbum *coïre* proprium in hâc re est. Infrà l. 4. c. 7. *Patricii...coïere, & interregem creavere.* c. 43. *Modò prohibentibus tribunis patricios coire ad prodendum interregem.* (4) Quum enim hujus sententiæ auctor censeret aliquid, i. e. aliquid senatusconsultum fieri juberet, judicabat eos qui senatum haberent esse quoscunque, seu qualescunque, magistratus; id verò suâ sententiâ omnino negavit C. Claudius. (5) Dictitans se mirari quonam fato incidisset ut decemviros oppugnarent illi qui decemviratum ipsi petissent anno superiore,

aut socii, aut hi maximè oppugnarent? aut quid ita, quum per tot menses vacuâ civitate nemo, justine magistratus summæ rerum præessent, controversiam fecerit; nunc demum, quum hostes propè ad portas sint, civiles discordias serant: nisi quòd in turbido minùs perspicuum fore putent, quid agatur. † *Ceterùm* (6) *neminem, majore curâ occupatis animis, verum esse, præjudicium rei tantæ afferre. Sibi placere, de eo, quod Valerius Horatiusque ante Idus Maias decemviros abisse magistratu insimulent, bellis, quæ immineant, perfectis, republicâ in tranquillum redactâ, senatu disceptante* (7), *agi: & jam nunc ita se parare Ap. Claudium, ut comitiorum, quæ decemviris creandis decemvir ipse habuerit, sciat sibi rationem reddendam esse, utrùm in unum annum creati sint, an donec leges, quæ deessent, perferrentur. In præsentia omnia præter bellum omitti placere: cujus si falsò famam vulgatam, vanaque non nuncios solùm, sed Tusculanorum etiam legatos, attulisse putent, speculatores mittendos censere, qui certiùs explorata referant. Sin fides & nunciis & legatis habeatur, delectum primo quoque tempore haberi; decemviros, quò cuique eorum videatur, exercitus ducere; nec rem aliam præverti* (8).

XLI. (1) In hanc sententiam ut discederetur, juniores Patrum evincebant. Ferociores iterum coorti Valerius Horatiusque vociferari, *ut de republicâ liceret dicere, dicturos ad populum, si in senatu per factionem non liceat. Neque enim sibi privatos, aut in curiâ, aut in concione, posse obstare, neque se imaginariis fascibus eorum cessuros esse.* Tum Appius, jam propè esse ratus, ut, ni violentiæ eorum pari resisteretur

periore, aut eorum qui ambiissent socii & amici, aut ex sociorum & amicorum numero hi maximè, nempe L. Valerius & M. Horatius. Alii sic interpretantur locum; Cornelium mirari quâ ratione accideret ut ii qui primo anno socii decemvirorum fuissent, quique secundo anno magnâ contentione petissent decemviratum, nunc vel soli, vel præ ceteris, oppugnent decemviros. (6) Non æquum esse, dum majore curâ occuparentur animi, quemquam de re tantâ præjudicare. vid. not. 2. ad c. 48. l. 2. suprà. (7) *Disceptare, disceptator, disceptatio* usurpantur non modò de litigantibus, cum causam apud judicem agunt, sed & de ipso judice, quum partes causam agentes audit, & de veritate ejus cognoscit, dijudicat. ut suprà l. 1. c. 50. infrà l. 5. c. 4. l. 38. c. 32. Cic. l. 3. de leg. c. 3. (8) Sic suprà l. 2. c. 24. *nec posse...bello prævertisse quicquam.* hoc lib. c. 22. Cic. l. 1. de divin. c. 6.

C. 41. (1) Ut in hanc sententiam senatusconsultum fieret. Verbum *discedere* hâc in re proprium ac sollenne est. Nimirum dictis in utramque partem,

resisteretur audaciâ, victum imperium esset: (2) *Non erit melius*, inquit, *nisi de quo consulimus, vocem misisse.* & ad Valerium, negantem se (3) privato reticere, lictorem accedere jussit. Jam Quiritium fidem implorante Valerio a curiæ limine, L. Cornelius complexus Appium, (4) non cui simulabat consulendo, diremit certamen. factâque per

Vincunt in Senatu Decemviri.

Cornelium Valerio dicendi gratiâ, quæ vellet, quum libertas non ultra vocem excessisset (5), decemviri propositum tenuere. Consulares quoque ac seniores ab residuo tribuniciæ potestatis odio, cujus desiderium plebi multo acrius, quàm consularis imperii, rebantur esse, propè malebant, postmodo ipsos decemviros voluntate abire magistratu, quàm invidiâ eorum exsurgere rursus plebem. *si leniter* (6) *ducta res sine populari strepitu ad consules redisset, aut bellis interpositis, aut moderatione consulum in imperiis exercendis, posse in oblivionem tribunorum plebem adduci.* Si-

Delectum habent.

lentio Patrum edicitur delectus. juniores, quum sine provocatione imperium esset, ad nomina respondent. legionibus scriptis, (7) inter se decemviri comparabant, quos ire ad bellum, quos præesse exercitibus oporteret. Principes inter decemviros erant Q. Fabius & Ap. Claudius. bellum domi majus, quàm foris, apparebat. Appii violentiam

partem sententiis, is magistratus qui senatum coëgerat, Patres jubebat surgere, & in hanc aut in illam partem transire; his verbis, *qui hæc sentitis, ite in hanc partem: qui alia omnia, in illam partem ite, quâ sentitis.* servavit formulam Plin. Ep. 8. 14. 19. Hinc orta locutio, *ire in sententiam alicujus*, suprà l. 1. c. 32. vel, *pedibus ire in sententiam*, infrà l. 5. c. 9. & *pedarii* dicti qui in senatu sententiam non dicebant voce, sed ab alio dictam comprobabant, moventes se loco, & in partem ejus qui dixit ambulantes. Cic. Att. 1. 16. (2) Verba minantis; perinde ac si dixisset, malum sibi arcesset quicunque vocem emiserit alio de negotio, quàm de quo consulimus. Sic fere infrà c. 48. *quiesse erit melius.* Terent. Adelph. 2. 1. 26. Similiter apud Græcos *οὐκ ἄμεινον* usurpatur. Ælian. l. 6. de anim. c. 40. *ἵνα μὴ προσαψωνται, ὧν θιγεῖν οὐκ ἀμεινον.* (3) Se reticere ex jussu privati hominis. *Privato* in dandi casu. Ita infrà l. 23. c. 12. *interroganti senatori...si reticeam.* & Tac. l. 14. Ann. c. 49. *Vitellius optimum quemque jurgio lacessens, & respondenti reticens.* (4) Simulabat L. Cornelius se consulere Valerio, & impendentia ejus capiti ab irato Appio mala velle avertere. Re autem ipsâ consulebat Appio ceterisque decemviris. (5) Nullam dedisset Appius libertatem nisi loquendi. Sic apud Valer. Max. *excedere ultra fidem, supra rationem.* (6) *Ducta* hîc ponitur pro protracta, ut sæpe alibi. Ita infrà l. 4. c. 53. *Quum res diu* ducta *per altercationem esset.* Tac. l. 2. Ann. c. 34. *Sermonibus variis tempus atque iter* ducens. (7) Inter se communi consilio decernebant; ut infrà l. 8. c. 20. l. 25. c. 20. & alibi sæpe.

lentiam aptiorem rati ad comprimendos urbanos motus: (8) in Fabio minùs in bono conſtans, quàm gnavum in malitiâ, ingenium eſſe. Hunc (9) enim virum, egregium olim domi militiæque, decemviratus collegæque ita mutaverant, ut Appii, quàm ſui, ſimilis mallet eſſe. huic bellum in Sabinis, Man. Rabuleio & Q. Pœtelio additis collegis, mandatum. M. Cornelius in Algidum miſſus cum L. Minucio & T. Antonio & K. Duilio & M. Sergio: Sp. Oppium Ap. Claudio adjutorem ad urbem tuendam, (10) æquo omnium decemvirorum imperio, decernunt.

XLII. Nihilo militiæ, quàm domi, meliùs reſpublica adminiſtrata eſt. Illa modò in ducibus culpa, quòd, ut odio eſſent civibus, fecerant. alia omnis penes milites noxa erat: qui, ne quid ductu atque auſpicio decemvirorum proſpere uſquam gereretur, vinci ſe per ſuum atque illorum dedecus patiebantur. Fuſi & ab Sabinis ad Eretum, & in Algido ab Æquis, exercitus erant. ab Ereto per ſilentium noctis profugi, propiùs urbem, inter Fidenas Cruſtumeriamque, loco edito caſtra communierant. (1) perſecutis hoſtibus nuſquam ſe æquo certamine committentes, naturâ loci ac vallo, non virtute aut armis, tutabantur. Majus flagitium in Algido, major etiam clades accepta: caſtra quoque amiſſa erant; exutuſque omnibus (2) utenſilibus miles, Tuſculum ſe, fide miſericordiâque victurus hoſpitum, (quæ tamen non fefellerunt) contulerat. Romam tanti erant terrores allati, ut, poſito jam decemvirali odio, Patres vigilias in urbe habendas cenſerent: omnes, qui per ætatem arma ferre poſſent, cuſtodire mœnia, ac pro portis ſtationes agere juberent: arma Tuſculum

Decemviri malè rem gerunt.

ſæpe. Tribus autem modis provinciæ aſſignabantur, aut *ſorte*, aut *comparatione*, aut *extra ordinem*. vid infrà l. 6. c. 30. (8) In Fabio magis eſſe ingenium inconſtans in bono, quàm gnavum in malitiâ, ſeu ſtrenuum in ſcelcribus exercendis. *Minus* ſæpe reſolvendum videtur in voces *magis non*. (9) Vox *enim* rationem reddit ejus quod jam dictum eſt, Fabii ingenium eſſe inconſtans in bono. E. (10) Ita ut par imperium Appii & Oppii eſſet, ac decemvirorum omnium foret, ſi in urbe eſſent.

C. 42. (1) *Perſecutis hoſtibus* dandi caſu accipienda ſunt. ſic infrà l. 5. c. 18. *nec ſe tamen æquo loco hoſti commiſit.* (2) Voce *utenſilia* indicantur omnia quæ ſunt *victui* neceſſaria, edulia præcipuè: ut apud Tac. Annal. l. 2.

Tusculum (3) ad supplementum decernerent, decemvirosque, ab arce Tusculi degressos, in castris militem habere: castra alia a Fidenis in Sabinum agrum transferri: belloque ultro inferendo deterreri hostes a consilio urbis oppugnandæ.

L. Siccii mors. XLIII. Ad clades ab hostibus acceptas duo nefanda facinora decemviri belli domique adjiciunt. L. Siccium in Sabinis, (1) per invidiam decemviralem tribunorum creandorum secessionisque mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis ferentem, prospeculatum ad locum castris capiendum mittunt. datur negotium militibus, quos miserant expeditionis ejus comites, ut eum opportuno adorti loco interficerent. Haud inultum interfecere. nam circa repugnantem aliquot insidiatores cecidere, quum ipse se prævalidus, (2) pari viribus animo, circumventus tutaretur. Nunciant in castra ceteri, præcipitatum in insidias esse (3): Siccium egregiè pugnantem, militesque quosdam cum eo amissos. Primò fides nunciantibus fuit. Profecta deinde cohors ad sepeliendos, qui ceciderant, decemvirorum permissu, postquam nullum spoliatum ibi corpus, Sicciumque in medio jacentem armatumque, omnibus in eum versis corporibus, videre; hostium neque corpus ullum, nec vestigia abeuntium; profectò ab suis interfectum memorantes, retulere corpus. Invidiæque plena castra erant, & Romam ferri protinus Siccium pla-

l. 2. c. 60. l. 3. c. 52. l. 15. c. 39. (3) Gronovius conjicit legendum esse *&c.* Drakenborchius editam lectionem tuetur, & hoc modo locum interpretatur. *ad supplementum*, i. e. *præter* supplementa militum in prœlio interfectorum, *decernerent arma Tusculum*, illis nempe qui arma in fugâ projecerant. Eo sensu *ad* præpositio & apud nostrum & apud alios occurrere solet. infrà c. 62. l. 23. c. 38. l. 24. c. 45. l. 26. c. 5. l. 30. c. 1.

C. 43. (1) Captandâ occasione ex publico in decemviros odio, & simul illud quoque fovendo. (2) Haud minore animi fortitudine, quàm viribus corporis. (3) Distinctionem hanc, cum Crevierio aliisque, in contextum admisi. Drakenborchius sine ulla distinctione edidit, *præcipitatum in insidias esse Siccium egregiè pugnantem, militesque* &c. At non tantum codicibus tribuendum in hâc re censeo, quin interpunctiones mutare liceat, quando sensus postulat. Id autem hoc loco mihi videtur se ita habere. neque enim nunciatum fuit quòd Siccius egregiè pugnans, seu dum egregiè pugnaret, præcipitatus est in insidias; (etenim non pugnatum missus fuerat, sed prospeculatum) sed quòd postquam in insidias præcipitatus fuerit, egregiè pugnans interfectus est. Verbum *præcipitare* sæpe absolutè poni sine casu, abundè constat; nec video cur non *præcipitatum esse* impersonaliter accipiatur. E.

cebat,

cebat, ni decemviri funus militare ei publicâ impensâ facere maturassent. Sepultus ingenti militum mœstitiâ, pessimâ decemvirorum in vulgus famâ, est.

XLIV. Sequitur aliud in urbe nefas, ab libidine ortum, haud minùs fœdo eventu, quàm quod per stuprum cædemque Lucretiæ urbe regnoque Tarquinios expulerat: ut non finis solùm idem decemviris, qui regibus, sed causa etiam eadem imperii amittendi esset. Ap. Claudium virginis plebeiæ stuprandæ libido cepit. Pater virginis L. Virginius (1) honestum ordinem in Algido ducebat, vir exempli recti domi militiæque. Perinde uxor instituta fuerat, liberique instituebantur. Desponderat filiam L. Icilio tribunicio, viro acri, & pro causâ plebis expertæ virtutis. Hanc virginem adultam, formâ excellentem, Appius, amore ardens (2), pretio ac spe pellicere adortus, postquam omnia pudore septa animadverterat, ad crudelem superbamque vim animum convertit. M. Claudio clienti negotium dedit, (3) ut virginem in servitutem assereret, neque cederet secundùm libertatem postulantibus vindicias: quòd pater puellæ abesset, locum injuriæ esse ratus. Virgini, venienti in forum, (ibi namque in tabernis literarum ludi erant) minister decemviri libidinis manum injecit; servâ suâ natam (servamque appellans) esse: sequique se jubebat, cunctantem vi abstracturum. Pavidâ puellâ stupente, ad clamorem nutricis, fidem Quiritium implorantis, fit concursus. Virginii patris sponsique Icilii populare nomen celebratur. notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat. Jam a vi tuta erat; quum (4) assertor nihil opus esse multitudine concitatâ aït,

Appii libido.

Virginia in servitutem asseritur.

C. 44. (1) Inter ordines (sive centurias) alii aliis honestiores erant. Virginius alicui ex illis honestioribus ordinibus præerat. *Honesta loca* vocantur infrà l. 42. c. 34. *Inferiores ordines* memorantur, ibid. c. 33. (2) Meliùs *amens*; quod habent aliquot scripti. (3) Ut postularet virginem sibi addici, tanquam servam suam; neque cederet iis qui postulaturi essent, ut, lite pendente, Virginia in possessione libertatis maneret. *Vindiciæ* dicuntur actiones *vindicum*, i. e. eorum qui vindicant aliquid vel sibi vel aliis. Et *vindicias dare secundùm libertatem* significat, jus possidendi dare illi qui pro libertate pugnat, donec judicium de summâ lite feratur. Contrà verò dicitur infrà c. 47. Appium *decresse vindicias secundum servitutem*, h. e. ut Virginiam abducat is qui servam suam esse contenderat. (4) M. Claudius, qui virginem in servitutem asserebat,

aït, se jure grassari, non vi. Vocat puellam in jus; (5) auctoribus, qui aderant, ut sequeretur. Ad tribunal Appii perventum est. notam judici fabulam petitor, quippe apud ipsum auctorem argumenti, peragit; *puellam, domi suæ natam, furtoque inde in domum Virginii translatam, suppositam ei esse. Id se indicio compertum afferre, probaturumque vel ipso Virginio judice, ad quem major pars injuriæ ejus pertineat. Interim dominum sequi ancillam, æquum esse.* (6) Advocati puellæ, quum Virginium reipublicæ causâ dixissent abesse, biduo adfuturum, si nunciatum ei sit; iniquum esse, absentem de liberis dimicare (7), postulant, ut rem integram in patris adventum differat; lege ab ipso latâ vindicias det secundùm libertatem; neu patiatur, virginem adultam famæ prius, quàm libertatis, periculum adire.

XLV. Appius decreto præfatus, *quàm libertati faverit, eam ipsam legem declarare, quam Virginii amici postulationi suæ prætendant.* (1) *Ceterùm ita in eâ firmum libertati fore præsidium, si nec caussis, nec personis variet. In his enim, quæ asserantur in libertatem,* (2) *quia quivis lege agere possit, id juris esse: in eâ, quæ in patris manu sit, neminem esse alium, cui dominus possessione cedat. Placere itaque patrem arcessi. interea juris sui jacturam assertorem non facere, quin ducat puellam sistendamque in adventum ejus, qui pater dicatur, promittat.* Adversùs injuriam decreti quum multi magis fremerent, quàm quisquam unus recusare auderet; P. Numitorius,

bat, seu petebat. (5) Iis qui aderant puellæ, sive advocatis puellæ, suadentibus ei ut sequeretur. Eodem sensu verbum *adesse* usurpatum est, suprà c. 14. & apud Hor. Sat. 9. l. 1. v. 38. (6) *Advocatus* est qui aut jus suggerit, aut præsentiam suam in judicio commodat amico. (7) *Dimicare* dicitur qui quovis modo contendit, & in periculum venit. Sic etiam *dimicatio*, pro periculum, apud Cic. pro Sullâ 77. pro Rabir. 5. & alibi sæpe.

C. 45. (1) Ceterùm non aliter in eâ lege firmum libertati fore præsidium, quàm si illa lex non detorqueatur ad causas & personas diversas ab iis, de quibus accipi debet. *In his enim* personis, *quæ*, quum in servitute sint, *asserantur in libertatem, id juris esse*, i. e. hoc jus servari, nempe ut vindiciæ dentur secundùm libertatem; *quia quivis possit lege agere*, i. e. actionem in judicio intendere, & negotium in se suscipere. At *in eâ* personâ, *quæ in patris manu sit*, qualis erat Virginia *neminem esse alium cui dominus*, i. e. is qui se dominum esse contendit, *possessione cedat;* quia solus pater eam defendendi & vindicandi jus habeat. (2) Is qui, quum serviret, sese in libertatem vindicari postulabat, non poterat jus suum proprio

Numitorius, puellæ avunculus, & sponsus Icilius interveniunt. datâque inter turbam viâ, quum multitudo Icilii maximè interventu resisti posse Appio crederet, lictor *decresse* aït: vociferantemque Icilium submovet. Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendisset. *Ferro hinc tibi submovendus sum, Appi*, inquit, *ut tacitum feras*(3), *quod celari vis. Virginem ego hanc sum ducturus, nuptam pudicamque habiturus. Proinde omnes collegarum quoque lictores convoca, expediri virgas & secures jube: non manebit extra domum patris sponsa Icilii. Non, si tribunicium auxilium & provocationem, plebi Romanæ duas arces libertatis tuendæ, ademistis, ideo in liberos quoque nostros conjugesque regnum vestræ libidini datum est. Sævite in tergum & in cervices nostras, pudicitia saltem in tuto sit. Huic si vis afferetur, ego præsentium Quiritium pro sponsâ, Virginius militum pro unicâ filiâ, omnes Deorum hominumque implorabimus fidem. neque tu istud unquam decretum sine cæde nostrâ referes* (4). *Postulo, Appi, etiam atque etiam consideres, quò progrediare. Virginius viderit, de filiâ, ubi venerit, quid agat. Hoc tantùm sciat, sibi*, (5) *si hujus vindiciis cesserit*, (6) *conditionem filiæ quærendam esse. me*, (7) *vindicantem sponsam in libertatem, vita citiùs deseret, quàm fides.*

Icilii contentio cum Appio.

XLVI. Concitata multitudo erat, certamenque instare videbatur. lictores Icilium circumsteterant: nec ultra minas tamen processum est. Quum Appius, *non Virginiam defendi ab Icilio, sed inquietum hominem, & tribunatum etiam nunc spirantem, locum seditionis* (1) *quærere*, diceret; *non præbiturum se illi eo die materiam: sed ut jam sciret, non id*

proprio nomine persequi. Necesse erat ut homo liber periculo suo causam ejus tuendam susciperet. Cuivis autem e populo illa actio dabatur. (3) Vid. not. 7. ad c. 50. l. 1. (4) Parum accuratè observat doctissimus Crevierius quòd "verbum *referes* hîc videtur eodem fere sensu usurpatum, quo superius dictum est, *ut tacitum feras*." Potiùs usurpatur ut in locutionibus illis usitatis, *referre victoriam, spolia* &c. Ideoque hoc verbo usus fuisse videtur Icilius, ut indicet Appium suam rem agere in judicio. E. (5) Si permiserit filiam a M. Claudio possideri, donec lis dijudicata sit. (6) Sponsum filiæ circumspiciendum, quærendum esse. *Conditio* ad nuptias contrahendas speciatim refertur, complectiturque, non tantùm leges quibus eæ contrahuntur, sed & totum illud negotium; & quidem pro sponso aut sponsâ poni solet. Ter. Phorm. 4. 1. 13. Nep. Att. c. 12. Cic. Philip. 2. c. 38. (7) Nempe donec Virginius venerit.

C. 46. (1) Magis Livianum videretur, *seditioni*.

(2) Se,

id petulantiæ ſuæ, ſed Virginio abſenti & patrio nomini & libertati, datum, jus eo die ſe non dicturum, neque decretum interpoſiturum: a M. Claudio petiturum, ut decederet jure ſuo, vindicarique puellam in poſterum diem pateretur. Quòd niſi pater poſtero die adfuiſſet, denunciare ſe Icilio ſimilibuſque Icilii, (2) *neque legi ſuæ latorem, neque decemviro conſtantiam defore:* (3) *nec ſe utique collegarum lictores convocaturum ad coërcendos ſeditionis auctores. contentum ſe ſuis lictoribus fore.* Quum dilatum tempus injuriæ eſſet, ſeceſſiſſentque advocati puellæ, placuit omnium primum, fratrem Icilii filiumque Numitorii, impigros juvenes, pergere inde rectâ (4) ad portam, &, quantum accelerari poſſet, Virginium acciri e caſtris. In eo verti puellæ ſalutem, ſi poſtero die vindex injuriæ ad tempus præſtò eſſet. Juſſi pergunt, citatiſque equis nuncium ad patrem perferunt. (5) Quum inſtaret aſſertor puellæ, ut vindicaret, ſponſoreſque daret; atque id ipſum agi diceret Icilius, ſedulò tempus terens, dum (6) præciperent iter nuncii miſſi in caſtra; manus tollere undique multitudo, & ſe quiſque paratum ad ſpondendum Icilio oſtendere. Atque ille lacrimabundus, *Gratum eſt*, inquit; *craſtinâ die veſtrâ operâ utar. ſponſorum nunc ſatis eſt.* Ita vindicatur Virginia, ſpondentibus propinquis. Appius, paulliſper moratus, ne ejus rei causâ ſediſſe (7) videretur, poſtquam, omiſſis rebus aliis præ curâ unius, nemo adibat, domum ſe recepit; collegiſque in caſtra ſcribit, *ne Virginio commeatum dent, atque etiam in cuſtodiâ habeant.* Improbum conſilium ſerum, ut debuit, fuit: & jam commeatu ſumpto

(2) Se, qui tuliſſet illam legem, quam poſtulationi ſuæ advocati Virginiæ prætendebant, daturum operam ut ei pareretur; eo ſcilicet modo intellectæ quo illam interpretatus fuerat. (3) Reſpicit Appius ad id, quod Icilium dixiſſe ſuprà memoratur cap. præc. *omnes collegarum quoque lictores convoca.* (4) Subintelligitur *viâ*, quæ vox aliquando etiam exprimitur; ut infrà l. 32. c. 29. *Cornelius rectâ ad Inſubres viâ.* Pari autem modo *eâdem*, *eâ*, *aliâ*, *aliquâ*, *quâ*, per defectum vocis *viâ*, Livio uſitata ſunt. Sic etiam Græci vocem ὁδον ſupprimire ſolent; ut in Evang. Luc. c. 5. v. 19. δια ποιας, pro δια ποιας ὁδȣ. Ibid. c. 19. v. 4. δι' ἐκεινης, pro δι' ἐκεινης ὁδȣ. Similiter apud Xenoph. Cyrop. ᾗ & ἄλλῃ, pro ᾗ ὁδῷ, ἄλλῃ ὁδῷ. Plura exempla profert Lambertus Bos, Ellips. Græc. voce ὁδός. (5) Quum M. Claudius, qui aſſerebat Virginiam in ſervitutem, inſtaret Icilio, ut ſe defenſorem libertatis puellæ profiteretur, & daret qui ſponderent fore ut ea poſtero die ſiſteretur coram decemviro. (6) Antecaperent: ut infrà l. 22. c. 41. l. 32. c. 16. l. 36. c. 19. & alibi ſæpe. (7) Verbum *ſedere*, cum emphaſi de

to profectus Virginius primâ vigiliâ erat, quum postero die manè de retinendo eo nequicquam literæ redduntur.

XLVII. At in urbe primâ luce, quum civitas in foro exspectatione erecta staret, Virginius sordidatus filiam suam obsoletâ veste, comitantibus aliquot matronis, cum (1) ingenti advocatione in forum deducit. Circumire ibi & prensare homines cœpit; & non orare solùm precariam opem, sed pro debitâ petere: *Se pro liberis eorum ac conjugibus quotidie in acie stare: nec alium virum esse, cujus strenuè ac* (2) *ferociter facta in bello plura memorari possent. Quid prodesse, si, incolumi urbe, quæ, captâ, ultima timeantur, liberis suis sint patienda?* (3) Hæc propè concionabundus circumibat homines. Similia his ab Icilio jactabantur. comitatus muliebris plus tacito fletu, quàm ulla vox, movebat. Adversùs quæ omnia obstinato animo Appius (tanta vis amentiæ veriùs, quàm amoris, mentem turbaverat) in tribunal escendit: &, (4) ultro querente pauca petitore, *quòd jus sibi pridie* (5) *per ambitionem dictum non esset*, priusquam aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. Quem decreto sermonem prætenderit, forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint (6). quia nusquam ullum in tantâ fœditate decreti verisimilem invenio; id, quod constat, nudum videtur proponendum, decresse vindicias secundum servitutem (7). Primò stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit (8). silentium inde aliquamdiu tenuit (9). Dein quum M. Claudius, circumstantibus matronis, iret ad prehendendam virginem,

Virginius pro filiâ cum Appio contendit.

de judice usupari solet; ut infrà l. 40. c. 8. Cic. pro Cluent. c. 38. Et ita *confidere* infrà l. 4. c. 15.

C. 47. (1) Magnâ advocatorum multitudine. (2) Vid. not. 7. ad c. 39. suprà. (3) Hæc propè in concionis modum jactans. sic infrà l. 5. c. 29. (4) Vid. not. 2. ad c. 28. suprà, & not. 3. ad c. 5. l. 1. (5) Captandæ in vulgus gratiæ causâ. (6) Optimi scriptores passim *forsan* & *forsitan* construunt cum subjunctivo. [Gronovius interpretatur τὸ *tradiderint*, per, potuerint tradere, si voluissent; additque Livium id ignorare non posse, si tradidissent. Re autem ipsâ id tradidisse auctores antiquos, mihi Livius conjicere videtur; eorum enim scripta suo tempore non exstare alibi queritur. vid. infrà l. 8. c. 40. E.] (7) Vid. not. 3. ad c. 44. suprà. (8) Verbum *defigere* sæpe usurpatur de iis, qui admiratione, pavore, aut alio animi affectu stupentes loqui nequeunt; ut suprà l. 1. c. 29. infrà l. 8. c. 7. l. 21. c. 33. l. 22. c. 53. (9) Verbum *tenere* absolutè ponitur pro *durare*; ut infrà l. 23. c. 44. *Imber....per totam noctem....tenuit.* E.

lamentabilisque

lamentabilisque eum mulierum comploratio excepisset; Virginus, intentans in Appium manus, *Icilio*, inquit, *Appi, non tibi, filiam despondi: et ad nuptias, non ad stuprum, educavi. Placet pecudum ferarumque ritu promiscùe in concubitus ruere? Passurine hæc isti sint, nescio. non spero esse passuros illos, qui arma habent.* Quum repelleretur assertor virginis a globo mulierum circumstantiumque advocatorum, silentium factum per præconem.

XLVIII. Decemvir, (1) alienatus ad libidinem animo, negat, *hesterno tantùm convicio Icilii violentiâque Virginii, cujus testem populum Romanum habeat, sed certis quoque indiciis compertum se habere, nocte totâ cœtus in urbe factos esse ad movendam seditionem. Itaque se, haud inscium ejus dimicationis, cum armatis descendisse* (2)*; non ut quemquam quietum violaret, sed ut turbantes civitatis otium pro majestate imperii coërceret. Proinde quiesse erit melius* (3). *I*, inquit, *lictor, submove turbam; et da viam domino ad prehendendum mancipium.* Quum hæc intonuisset plenus iræ, multitudo ipsa se suâ sponte dimovit, desertaque præda injuriæ puella stabat (4). Tum Virginius, ubi nihil usquam auxilii vidit, *Quæso*, inquit, *Appi, primùm ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te sum invectus: deinde sinas hîc coram virgine nutricem percontari, quid hoc rei sit? Ut, si falsò pater dictus sum, æquiore hinc animo discedam.* Datâ veniâ, seducit filiam ac nutricem prope (5) Cloacinæ ad tabernas, quibus

C. 48. (1) Ita libidini deditus, ut non compos esset sui. *Alienatus animo*, ut *alienatus sensibus* infrà l. 25. c. 29. Vulgata lectio, *alienato ad libidinem animo*, (h. e. animo ab aliis rebus ad libidinem traducto) non nisi in paucis codicibus, & quidem minimæ auctoritatis, superest. (2) Sollennis est locutio *descendere in forum;* quia forum erat in valle inter montes Capitolinum & Palatinum. (3) Vid. not. 2. ad. c. 41. suprà, & infrà l. 44. c. 36. (4) Dignus est locus, ad quem humaniores etiam atque etiam intendant animum. Brevis descriptio & simplex, ut quæ maximè; singulis autem vocibus inest quid, ad miserationem vel indignationem movendam. *Puella*, & sexu & ætate imbecillior, *deserta*, ab omnibus derelicta, *stabat*, immota, auxilii inops, *injuriæ præda*, cujus jamjam potiundæ spe facinorosus homo exsultat. Insigne hîc pictori argumentum! judex improbus satellitesque ejus, turba Quiritium ac matronarum, pater, sponsus, *desertaque præda injuriæ puella stans*. E. (5) Prope Cloacinæ vel ædem vel statuam. Venus *Cloacina* vel *Cluacina* dicta, a *cluendo* i. e. purgando (Græc. κλυζειν) secundùm Plinium. *Quippe ita traditur, myrteâ verbenâ Romanos Sabinosque, cum propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant.* Plin. l. 15. c. 29. *Cluacinæ* igitur dicta ob lustrationem & purgationem a sanguine. At secundùm Lactantium,

quibus nunc Novis (6) eſt nomen. atque ibi ab lanio cultro arrepto, *Hoc te uno, quo poſſum, aït, modo, filia, in libertatem vindico.* Pectus deinde puellæ transfigit; reſpectanſque ad tribunal, *Te*, inquit, *Appi, tuumque caput ſanguine hoc conſecro* (7). Clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius, comprehendi Virginium jubet. ille ferro, quâcunque ibat, viam facere: donec, multitudine etiam proſequentium tuente, ad portam perrexit. Icilius Numitoriuſque exſangue corpus ſublatum oſtentant populo: ſcelus Appii, puellæ infelicem formam, neceſſitatem patris deplorant. Sequentes clamitant matronæ, *Eamne liberorum procreandorum conditionem? ea pudicitiæ præmia eſſe?* ceteraque, quæ in tali re muliebris dolor, quo eſt mœſtior imbecillo animo, eo miſerabilia magis querentibus ſubjicit. Virorum & maximè Icilii vox tota, tribuniciæ poteſtatis ac provocationis ad populum ereptæ, publicarumque indignationum, erat. *Virginius filiam occidit.*

XLIX. Concitatur multitudo partim atrocitate ſceleris, partim ſpe per occaſionem repetendæ libertatis. Appius nunc vocari Icilium, nunc (1) retractantem arripi; poſtremò, quum locus adeundi apparitoribus non daretur, ipſe, cum agmine patriciorum juvenum per turbam vadens, in vincula duci jubet. Jam circa Icilium non ſolùm multitudo, ſed duces quoque multitudinis erant L. Valerius & M. Horatius. qui, repulſo lictore, *ſi jure ageret, vindicare ſe a privato* (2) *Icilium* aiebant; *ſi vim afferre conaretur, ibi quoque ſe haud impares fore.* Hinc atrox rixa oritur. Valerium Horatiumque lictor decemviri invadit. franguntur a multitudine faſces. In concionem Appius aſcendit. Sequuntur Horatius Valeriuſque. eos concio audit: decemviro obſtrepitur. Jam (3) pro imperio Valerius diſcedere a privato lictores jubebat: quum, fractis animis, Appius, vitæ metuens in domum ſe propinquam foro, inſciis adverſariis, capite obvoluto, recepit. Sp. Oppius, ut auxilio collegæ eſſet, in forum ex alterâ parte irrumpit. videt *Orta inde certamina.* *Appius pulſus foro.*

Lactantium, quia ſimulacrum ejus in cloacâ maximâ repertum eſſet. (6) *Novæ tabernæ* Livii ævo dicebantur; & quidem, omiſſo nomine, Novæ: ut apud Cic. de Orat. l. 2. c. 66. (7) Diris devoveo.

C. 49. (1) *Retractare* dicitur de eo qui conſtanter ſe retrahit, & parere recuſat. ſic infrà c. 52. & alibi. (2) Aſſerere Icilium ab injuriâ ejus qui, non magiſtratus, ſed privatus eſſet. vid. ſuprà c. 40 & 41. (3) Sic ſuprà

det imperium vi victum. (4) Agitatus deinde consiliis, atque ex omni parte assentiendo multis auctoribus trepidus, senatum postremò vocari jussit. ea res, quòd magnæ parti Patrum displicere acta decemvirorum videbantur, spe per senatum finiendæ potestatis ejus multitudinem sedavit. Senatus nec plebem irritandam censuit; & multo magis providendum, ne quid Virginii adventus in exercitu motûs faceret.

Motus in castris.

L. Itaque missi juniores Patrum in castra, quæ tum in monte (1) Vecilio erant, nunciant decemviris, *ut omni ope ab seditione milites contineant:* ubi Virginius majorem, quàm reliquerat in urbe, motum excivit. Nam, præterquam quòd agmine propè quadringentorum hominum veniens, qui ab urbe indignitate rei accensi comites ei se dederant, (2) conspectus est; strictum etiam telum, resperfusque ipse cruore, tota in se castra convertit. & togæ, multifariam in castris visæ, majoris aliquanto, quàm erat, speciem urbanæ multitudinis fecerant. Quærentibus, *quid rei esset*, flens diu vocem non misit (3): tandem, ut jam ex trepidatione concurrentium turba constitit, ac silentium fuit, ordine cuncta, ut gesta erant, exposuit. Supinas deinde tendens manus, commilitones appellans, orabat, *Ne, quod scelus Ap. Claudii esset, sibi attribuerent: neu se, ut parricidam liberûm, aversarentur. Sibi vitam filiæ suâ cariorem fuisse, si* (4) *liberæ ac pudicæ vivere licitum fuisset. quum, velut servam, ad stuprum rapi videret, morte amitti meliùs ratum, quàm contumeliâ, liberos, misericordiâ se in speciem crudelitatis lapsum. Nec se superstitem filiæ futurum fuisse, nisi spem ulciscendæ mortis ejus in auxilio commilitonum habuisset. Illis quoque enim filias, sorores, conjugesque esse. nec cum filiâ suâ libidinem Ap. Claudii exstinctam esse; sed,*

suprà l. 1. c. 51. & l. 2. c. 56. (4) Agitatus varietate consiliorum, quæ omni ex parte ingerebantur; & incertus animi, quum modò huic, modò illi assentiretur.

C. 50. (1) Hic mons in Algido fuisse videtur. (2) *Conspici* sæpe dicitur qui conspicuus est, aut venditat se oculis hominum. infrà l. 4. c. 13. l. 5. c. 23. l. 21. c. 4. & alibi. (3) *Mittere vocem*, pro *emittere*, frequens est apud Livium; ut suprà c. 36 & 41. infrà c. 56. (4) Sic *liberi vivere*, & *beatissimi vivere*, apud Ciceronem: & alibi sæpe adjectiva pro adverbiis poni solent. Porro *licitum fuisset vivere liberæ*, eodem modo dictum est quo illud infrà, l. 21. c. 44. *illis timidis & ignavis licet esse.* & apud

sed, quo impunitior sit, eo effrenatiorem fore. Alienâ calamitate documentum datum illis cavendæ similis injuriæ. quod ad se attineat, uxorem sibi fato ereptam: filiam, quia non ultrà pudica victura fuerit, (5) *miseram, sed honestam, mortem occubuisse. Non esse jam Appii libidini locum in domo suâ. ab aliâ violentiâ ejus eodem se animo suum corpus vindicaturum, quo vindicaverit filiæ. Ceteri sibi ac liberis suis consulerent.* Hæc Virginio vociferanti succlamabat multitudo, *nec illius dolori, nec suæ libertati se defuturos.* Et immixti turbæ militum togati, quum eadem illa querendo, docendoque, quanto visa, quàm audita, indigniora potuerint videri, (6) simul profligatam jam rem nunciando Romæ esse; (7) insecutique, qui Appium propè interemptum in exsilium abisse dicerent, perpulerunt, ut ad arma conclamaretur, (8) vellerentque signa, & Romam proficiscerentur. Decemviri simul his, quæ videbant, simul his, quæ acta Romæ audierant, perturbati, alius in aliam partem castrorum, ad sedandos motus discurrunt: & leniter agentibus responsum non redditur: imperium si quis inhiberet (9), *& viros & armatos se esse,* respondetur. Eunt agmine ad urbem, & Aventinum insidunt; ut quisque occurrerat, plebem ad repetendam libertatem creandosque tribunos plebis adhortantes. alia vox nulla violenta audita est. Senatum Sp. Oppius habet: nihil placet aspere agi; quippe ab ipsis datum locum seditionis (10) esse. Mittuntur tres legati consulares, Sp. Tarpeius, C. Julius, P. Sulpicius, qui quærerent senatûs verbis (11), *cujus jussu castra deseruissent?*

Exercitus Aventinum insidit.

apud Hor. l. 1. Sat. 2. v. 51. *munifico esse licet.* (5) Vulgata lectio, *miserâ sed honestâ morte occubuisse;* at pro alterâ stant codices melioris notæ. *Mortem occumbere* occurrit infrà l. 26. c. 25. & l. 31. c. 18. sic etiam Suet. in Aug. c. 13. *occumbere necem.* (6) Tum nunciando jam propè absolutam rem esse Romæ, in imperio decemviris abdicando multum promotum esse. *Profligare* est rem cœptam promovere, in eâ multum proficere. Sic infrà l. 21. c. 40. *commissum ac profligatum bellum conficere.* Cic. de provinc. consul. n. 35. *ab eodem illa omnia, a quo profligata sunt, confici.* Propriè autem dici videtur de iis operibus, quæ sic indicantur molestiam aliquam habere, quîcum pugnandum certandumque sit. (7) Præter eos qui cum Virginio venerant, quique querebantur ac nunciabant ea quæ jam dicta sunt, insecuti sunt etiam alii, augentes mendacio rem, Appiumque in exsilium abisse jactantes. (8) De locutione *convellere signa,* vide sis Brisson. de Form. l. 4. 345. (9) Vid. not. 1. ad c. 38. suprà. (10) Vid. not. 1. ad c. 46. suprà. (11) Sic *denunciare senatûs verbis,* infrà l. 6. c. 17.

iſſent? aut quid ſibi vellent, qui armati Aventinum obſediſſent? belloque averſo ab hoſtibus patriam ſuam cepiſſent? Non defuit, quid reſponderetur: deerat, qui daret reſponſum, (12) nullodum certo duce, nec ſatis audentibus ſingulis invidiæ ſe offerre. id modò a multitudine conclamatum eſt, *ut L. Valerium & M. Horatium ad ſe mitterent. his ſe daturos reſponſum.*

LI. Dimiſſis legatis, admonet milites Virginius, *in re non maximâ paullo antè trepidatum eſſe* (1), *quia ſine capite multitudo fuerit: reſponſumque, quanquam non inutiliter, fortuito tamen magis conſenſu, quàm communi conſilio eſſe. Placere decem creari, qui ſummæ rei præeſſent, militarique honore tribunos militum appellari.* Quum ad eum ipſum primum is honos deferretur, *Melioribus meis veſtriſque rebus reſervate,* inquit, *iſta de me judicia. Nec mihi filia inulta honorem ullum jucundum eſſe patitur; nec in perturbatâ republicâ* † *eos utile eſt præeſſe vobis, qui proximi invidiæ ſint. Si quis uſus mei eſt, nihilo minor ex privato capietur.* Ita decem numero tribunos militares creant. Neque in Sabinis quievit exercitus. *Motus in alteris caſtris.* ibi quoque, auctore Icilio Numitorioque, ſeceſſio ab decemviris facta eſt, non minore motu animorum Siccii cædis memoriâ revocatâ, quàm quem nova fama de virgine adeò fœdè ad libidinem petita accenderat. Icilius ubi audivit, tribunos militum in Aventino creatos, (2) ne comitiorum militarium prærogativam urbana comitia iiſdem tribunis plebis creandis ſequerentur, peritus rerum popularium

l. 7. c. 31. l. 9. c. 36. Sic etiam Cic. ad Att. 16. 11. *Atticæ...meis verbis ſuavium des*, h. e. meo nomine. (12) *Nullodum*, pro *nondum ullo*; ut infrà l. 7. c. 33. l. 29. c. 11. Sic etiam *nec omnes dum*, pro, necdum omnes, infrà c. 60. & ſimilia.

C. 51. (1) *Trepidare* & *trepidatio* aliquid incompoſiti tumultûs notant; ſive metu, ſive aliâ quâvis de causâ oriatur. Et plerumque talis indicatur tumultus, qui in initio prœlii eſſe ſolet, antequam milites concurrere & ad manus venire cœperint. ut ſuprà l. 2. c. 46 & 49. infrà l. 23. c. 7 & 16. l. 27. c. 1. (2) *Prærogativa tribus* vel centuria erat, quæ prima rogata ferebat ſuffragia; & de eâ, ejuſve ſententiâ, prærogativa ſubſtantivè dicitur. Quum autem ejus auctoritatem plerumque *jure vocatæ* ſequerentur, hinc factum eſt ut *prærogativa* ponatur pro bono omine, pignore atque indicio rei eventuræ. Metuit igitur Icilius ne plebs comitiis tributis omen futuri tribunatûs plebis, datum illis qui ſuffragio militari tribuni militum creati erant, ratum eſſe juberet, eoſdemque illos tribunos plebis crearet. Operam itaque dedit Icilius, ut in exercitu in quo militabat totidem tribuni militum crearentur. Pari ſenſu vox *prærogativa*

popularium imminenſque ei poteſtati, & ipſe priùs, quàm iretur ad urbem, pari poteſtate eundem numerum ab ſuis creandum curat. Portâ Collinâ urbem intravere ſub ſignis, mediâque urbe agmine in Aventinum pergunt. ibi, conjuncti alteri exercitui, viginti tribunis militum negotium dederunt, ut ex ſuo numero duos crearent, qui ſummæ rerum præeſſent. M. Oppium, Sex. Manilium creant. Patres, ſolliciti de ſummâ rerum, quum ſenatus quotidie eſſet, jurgiis ſæpius terunt tempus, quàm conſiliis. Siccii cædes decemviris, & Appiana libido, & (3) dedecora militiæ objiciebantur. Placebat, Valerium Horatiumque ire in Aventinum. illi negabant ſe aliter ituros, quàm ſi decemviri deponerent inſignia magiſtratûs ejus, quo anno jam antè abiſſent. Decemviri, querentes ſe in ordinem cogi (4), non antè, quàm perlatis legibus, quarum causâ creati eſſent, depoſituros imperium ſe aiebant.

LII. Per M. Duilium, qui tribunus plebis fuerat, certior facta plebs, contentionibus aſſiduis nihil tranſigi, in Sacrum montem ex Aventino tranſit; affirmante Duilio, *non priùs, quàm deſeri urbem videant, curam in animos Patrum deſcenſuram. admoniturum Sacrum montem conſtantiæ plebis. ſcituros,* (1) *quòd ſine reſtitutâ poteſtate* (2) *redigi in concordiam res nequeant.* Viâ Nomentanâ, (3) cui tum Ficulenſi nomen fuit, profecti, caſtra in monte Sacro locavere; modeſtiam patrum ſuorum nihil violando imitati. Secuta exercitum plebs, nullo, qui per ætatem ire poſſet, retractante (4). Proſequuntur conjuges liberique; *cuinam ſe relinquerent in eâ urbe, in quâ nec pudicitia, nec libertas ſancta eſſet,* miſerabiliter rogitantes. Quum vaſta Romæ omnia inſueta ſolitudo feciſſet, in foro præter paucos ſeniorum nemo eſſet; vocatis utique in ſenatum Patribus, deſertum apparuiſſet forum; plures jam, quàm Horatius & Valerius, vociferabantur, *Quid exſpectabitis, Patres conſcripti?*

Plebs in Sacrum montem abit.

tiva occurrit infrà l. 21. c. 3. & apud Cic. ad Fam. 15. 5. (3) h. e. res infeliciter bello geſtæ. (4) Vid. not. 4. ad c. 35. ſuprà.

C. 52. (1) Magnæ lites ſunt inter viros doctos utrùm locutiones *ſcio quòd, dico quòd, reſpondeo quòd,* ſimileſque, Latinæ ſint, an verò inter barbaras referri debeant. Vid. Perizon. ad Sanctii Minerv. l. 3. c. 14. Hîc omnes fere codices manuſcripti habent *ſciturosque ſine* &c. & plures interpretes conjiciunt legendum eſſe *ſcituros quàm.* (2) Nempe tribuniciâ. (3) Via illa Ficuleam, ſive Ficulneam, eademque Nomentum ducebat. Everſâ autem Ficuleâ, mutavit nomen. (4) Vid. not. 1. ad c. 49. ſuprà.

(5) Ne

conscripti? Si decemviri finem pertinaciæ non faciunt, ruere ac deflagrare omnia passuri estis? Quod autem istud imperium est, decemviri, quod amplexi tenetis? Tectis ac parietibus jura dicturi estis? Non pudet, lictorum vestrorum majorem propè numerum in foro conspici, quàm togatorum aliorumque? Quid, si hostes ad urbem veniant, facturi estis? quid, si plebs mox, ubi parum secessione moveamur, armata veniat? Occasune urbis vultis finire imperium? Atqui aut plebs non est habenda, aut habendi sunt tribuni plebis. Nos citiùs caruerimus patriciis magistratibus, quàm illi plebeiis. Novam inexpertamque eam potestatem eripuere patribus nostris; (5) *ne nunc, dulcedine semel capti, ferant desiderium:* (6) *quum præsertim nec nos temperemus imperiis, quo minùs illi auxilii egeant.* Quum hæc ex omni parte jactarentur, victi consensu decemviri, futuros se, quando ita videatur, (7) in potestate Patrum affirmant. Id modò simul orant ac monent, ut ipsis ab invidiâ caveatur: nec suo sanguine ad supplicia Patrum plebem assuefaciant.

Valerius & Horatius plebem revocant.

LIII. Tum Valerius Horatiusque, missi ad plebem conditionibus, quibus videretur, revocandam componendasque res, decemviris quoque ab irâ & impetu multitudinis præcavere jubentur. Profecti gaudio ingenti plebis in castra accipiuntur: quippe liberatores haud dubiè & motûs initio, & exitu rei. Ob hæc advenientibus gratiæ actæ. Icilius pro multitudine verba facit. Idem, quum de conditionibus ageretur, quærentibus legatis, quæ postulata plebis essent, composito jam ante adventum legatorum consilio, (1) ea postulavit, ut appareret, in æquitate rerum plus, quàm in armis, reponi spei. Potestatem enim tribuniciam, provocationemque repetebant, quæ ante decemviros creatos auxilia plebis fuerant; & ne cui fraudi esset, concisse milites aut plebem ad repetendam per secessionem libertatem. De decemvirorum modò supplicio atrox postulatum fuit. Dedi quippe eos æquum censebant, vivosque igni concrematuros minabantur. Legati

(5) *Ne* pro *nedum*; ut apud Cic. l. 9. ad Fam. Ep. 26. Sall. in Catil. c. 11. (6) Quum præsertim nos quoque non demus operam, exercendo moderatè imperia, ut illi minùs egeant auxilio tribunorum. (7) Vid. not. 1. ad c. 21. suprà.

C. 53. (1) *Ea...ut*, pro *talia ut.* sic infrà l. 8. c. 13. *is status erat rerum, ut*

Legati ad ea: (2) *Quæ consilii fuerunt, adeò æqua postulastis, ut ultro vobis deferenda fuerint. libertati enim ea præsidia petitis, non licentiæ ad impugnandos alios. Iræ vestræ magis ignoscendum, quàm indulgendum est: quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis, & priùs pene, quàm ipsi liberi sitis, dominari jam in adversarios vultis. Nunquamne quiescet civitas nostra a suppliciis, aut Patrum in plebem Romanam, aut plebis in Patres? Scuto vobis magis, quàm gladio, opus est.* (3) *Satis superque humilis est, qui jure æquo in civitate vivit, nec inferendo injuriam, nec patiendo. Etiam si quando metuendos vos præbituri estis, quum, recuperatis magistratibus legibusque vestris, judicia penes vos erunt de capite nostro fortunisque; tunc, ut quæque causa erit, statuetis. nunc libertatem repeti satis est.*

LIV. Facerent, ut vellent, permittentibus cunctis, mox redituros se legati rebus perfectis affirmant. Profecti quum mandata plebis Patribus exposuissent, alii decemviri, quandoquidem præter spem ipsorum supplicii sui nulla mentio fieret, haud quicquam abnuere. Appius, truci ingenio & invidiâ præcipuâ, odium in se aliorum suo in eos metiens odio, (1) *Haud ignaro,* inquit, *imminet fortuna. Video, donec arma adversariis tradantur, differri adversùs nos certamen. dandus invidiæ est sanguis. Nihil ne ego quidem moror, quo minùs decemviratu abeam.* Factum senatusconsultum, *Ut decemviri se primo quoque tempore magistratu abdicarent. Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet* (2), & *ne cui fraudi esset secessio militum plebisque.* His senatusconsultis

ut &c. & alibi sæpe. (2) Opponuntur *consilium* & *ira*. Quæ judicio & maturâ deliberatione postulastis, ea æquissima sunt. Alia ratio est eorum quæ irâ incitante petitis. (3) Abundè satis humilis est, cui omnis nocendi potestas adempta sit, licet nullâ pœnâ afficiatur. *Satis superque* non semper notat id quod nimium est. sæpe indicat quod satis est non ad necessitatem modò, sed ad commoditatem quoque & utilitatem. Quare immeritò hæc sententia parum accurata visa est doctissimo Crevierio. Sic Hor. Epod. I. v. 31. *Satis superque me benignitas tua ditavit.* & infrà c. 67. *satis superque vitæ erat. mori consulem tertium oportuit.* Quinctium enim, si Consul tertius *nimis* diu vixit, *ante* id tempus mori oporteret. E.

C. 54. (1) Scio quid mihi fortuna paret. Formula est obvertentium fortunæ frontem. Sen. Epist. 76. *Audimus aliquando voces imperitorum, dicentium, Nesciebam hoc mihi restare. Sapiens scit omnia sibi restare: quicquid factum est dicit, Sciebam.* (2) *Creare* magistratus, pro *habere comitia* magistratibus

ſenatuſconſultis perfectis, dimiſſo ſenatu, decemviri prodeunt in concionem, abdicantque ſe magiſtratu, ingenti hominum lætitiâ. Nunciantur hæc plebi. legatos, quicquid in urbe hominum ſupererat, proſequitur. Huic multitudini læta alia turba ex caſtris occurrit. congratulantur libertatem concordiamque civitati reſtitutam. Legati pro concione: *Quod bonum, fauſtum, felixque ſit vobis, reique publicæ, redite in patriam ad penates, conjuges, liberoſque veſtros: ſed, quâ hîc modeſtiâ fuiſtis, ubi nullius ager in tot rerum uſu neceſſario tantæ multitudini eſt violatus, eam modeſtiam ferte in urbem. in Aventinum ite, unde profecti eſtis. Ibi felici loco, ubi prima initia inchoaſtis libertatis veſtræ, tribunos plebi creabitis. præſtò erit pontifex maximus, qui comitia habeat.* Ingens aſſenſus alacritaſque cuncta approbantium fuit. (3) Convellunt inde ſigna, profectique Romam certant cum obviis gaudio. armati per urbem ſilentio in Aventinum perveniunt. ibi extemplo, pontifice maximo comitia habente, tribunos plebis creaverunt, omnium primum (4) A. Virginium, inde L. Icilium, & P. Numitorium avunculum Virginiæ, auctores ſeceſſionis. Tum C. Sicinium, progeniem ejus, quem primum tribunum plebis creatum in Sacro monte, proditum memoriæ eſt; & M. Duilium, qui tribunatum inſignem ante decemviros creatos geſſerat, nec in decemviralibus certaminibus plebi defuerat. (5) Spe deinde magis, quàm meritis, electi, M. Titinius, M. Pomponius, C. Apronius, P. Villius, C. Oppius. Tribunatu inito, L. Icilius extemplo plebem rogavit, & plebs ſcivit, ne cui fraudi eſſet ſeceſſio ab decemviris facta. Confeſtim de conſulibus creandis cum provocatione M. Duilius rogationem pertulit. ea omnia in pratis Flaminiis

Tribuni Pl. creantur in Aventino.

tratibus creandis, frequens eſt. Porro hoc negotium pontifici maximo datum, nullo tum magiſtratu in civitate exiſtente. (3) Omnes fere ſcripti habent *convertunt*; veteres editi *convellunt*. Utrumque ſanè apud Livium obvium eſt. At ſigna *converti* dicuntur, vel de viâ in agmine, cum ex itinere retrocedunt; vel in acie, cum jam mota & ferri cœpta in aliam partem feruntur: ut infrà l. 5. c. 35. l. 8. c. 11. l. 10. c. 18. Sicubi autem ſtativa egit exercitus, & fixa fuere ſigna, jamque incipiunt moveri, vel eò unde venerant, nunquam *converti*, ſed *convelli ſigna* dicuntur: ut ſuprà c. 7. infrà l. 5. c. 37. Ergo & hoc loco, quando disertè dicit Livius eos *caſtra locaviſſe*, legendum eſt *convellunt*, non *convertunt*. (4) Pluſquam veriſimile eſt hunc fuiſſe patrem Virginiæ; ac proinde legendum eſſe *L.* Virginium. Codices autem ſcripti nil mutant. (5) Magis

Flaminiis concilio plebis acta, quem nunc circum Flaminium appellant. U. c. 306. A. C. 446.

LV. Per interregem deinde consules creati, L. Valerius, M. Horatius; qui extemplo magistratum occeperunt: quorum consulatus popularis (1) sine ullâ Patrum injuriâ, nec sine offensione fuit. quicquid enim libertati plebis caveretur, id suis decedere opibus credebant. Omnium primum, quum veluti in controverso jure esset, tenerenturne Patres plebiscitis (2), legem centuriatis comitiis tulere, *Ut, quod tributim plebes jussisset, populum teneret.* quâ lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum est. Aliam deinde (3) consularem legem de provocatione, unicum præsidium libertatis, decemvirali potestate eversam, non restituunt modò, sed etiam in posterum muniunt, sanciendo novam legem (4), *Ne quis ullum magistratum sine provocatione* (5) *crearet. qui creasset, eum jus fasque esset occidi: neve ea cædes capitalis noxæ haberetur.* Et quum plebem hinc provocatione, hinc tribunicio auxilio satis firmassent, ipsis quoque tribunis, ut sacrosancti viderentur, (cujus rei propè jam memoria aboleverat) relatis quibusdam ex magno intervallo ceremoniis, renovarunt (6); & quum religione inviolatos eos, tum lege etiam fecerunt, sanciendo, *Ut, qui tribunis plebis, ædilibus* (7), *judicibus, decemviris nocuisset, ejus caput Jovi sacrum esset.* (8) *familia*

L. Valerio, M. Horatio Coss.

Leges in gratiam plebis.

gis quia sperabatur, eos bene merituros de populo, quàm in mercedem præcedentium meritorum.

C. 55. (1) Horum consulatus, Patribus nullâ injuriâ affectis, iis tamen ob leges populares offensioni erat; quas invitis, licet non adversantibus patriciis, pertulere. E. (2) Iis legibus, quas plebs, plebeio magistratu rogante, tributis comitiis jussisset. vid. not. 4. ad c. 56. l. 2. suprà. (3) Latam a Valerio Publicolâ consule. vid. suprà l. 2. c. 8. (4) Alii habent *sanciendo novâ lege.* Exempla utriusque locutionis apud optimos auctores occurrunt. *Sancire lege*, infrà l. 30. c. 19. l. 34. c. 4. Cic. l. 3. de offic. c. 17. l. 4. Tuscul. c. 2. *Sancire* autem *legem*, infrà l. 34. c. 7. Cic. pro Plancio c. 18. pro Domo c. 30. Hor. l. 1. Sat. 3. v. 67. Sic etiam formâ passivâ *lex sanciri* dicitur, apud Cic. de Amic. c. 12. & *lex diligentiùs sancta*, infrà l. 10. c. 9. Porro *lex ne quis crearet*, pro vetans ne quis crearet, ut infrà l. 4. c. 24. &, in loco Cic. proximè allato, *lex ut rogemus*, pro jubens ut rogemus. (5) Attamen dictatores sine provocatione creatos videbimus infrà l. 4. c. 13. dictatoresque ad populum provocantibus non cessisse, l. 8. c. 33. (6) *Renovarunt tribunis ipsis ut sacrosancti viderentur* i. e. existimationem sanctitatis; antea enim sacrosancti fuerunt. vid suprà l. 2. c. 33. (7) Nempe plebis. Quinam autem per *judices*, hoc loco, & *decemviros* intelligendi, parum constat. Id unum liquet,

(8) *familia ad ædem Cereris,* (9) *Liberi, Liberæque venum iret.* Hâc lege juris interpretes negant quemquam ſacroſanctum eſſe: ſed eum, qui eorum cuiquam nocuerit, ſacrum ſanciri. Itaque ædilem prehendi ducique a majoribus magiſtratibus: quod etſi non jure fiat, (noceri enim ei, cui hâc lege non liceat) tamen argumentum eſſe, non haberi pro ſacroſancto ædilem: tribunos vetere jurejurando plebis, quum primùm eam poteſtatem creavit, ſacroſanctos eſſe. Fuere, qui interpretarentur, eâdem hâc Horatiâ lege conſulibus quoque & prætoribus, quia iiſdem auſpiciis, quibus conſules, crearentur, cautum eſſe: judicem enim conſulem appellari. Quæ refellitur interpretatio, quod his temporibus (10) nondum conſulem judicem, ſed prætorem, appellari mos fuerit. Hæ (11) conſulares leges fuere. Inſtitutum etiam ab iiſdem conſulibus, ut ſenatuſconſulta in ædem Cereris ad ædiles plebis deferrentur; quæ antea arbitrio conſulum ſupprimebantur vitiabanturque. M. Duilius deinde tribunus plebis plebem rogavit, plebeſque ſcivit; *qui plebem ſine tribunis reliquiſſet, quique magiſtratum ſine provocatione creaſſet, tergo ac capite puniretur.* Hæc omnia ut invitis, ita non adverſantibus, patriciis tranſacta; quia nondum in quemquam unum ſæviebatur.

LVI. Fundatâ deinde & poteſtate tribuniciâ, & plebis libertate, tum tribuni aggredi ſingulos tutum maturumque jam rati, accuſatorem primum Virginium & Appium reum deligunt. Quum diem Appio Virginius dixiſſet, & Appius, ſtipatus patriciis juvenibus, in forum deſcendiſſet; redintegrata extemplo eſt omnibus memoria fœdiſſimæ poteſtatis, quum ipſum ſatellitesque ejus vidiſſent,

quet, in totâ hâc lege agi de plebeiis magiſtratibus, vel hominibus de plebe negotium publicum gerentibus. (8) *Familia*, latiori ſignificatione, complectitur, non tantùm ſervos, ſed & omnia bona quæ quis poſſidet. (9) Hic *Liber* Cereris natus; cujus & nata fuit *Libera*, ſive Proſerpina. vid. infrà l. 33. c. 25. l. 41. c. 24. Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 24. Tac. Annal. l. 2. c. 49. (10) Interpretes quos Livius refellit volebant conſulibus cautum eſſe hâc lege, tanquam deſignatis *Judicum* vocabulo; & *prætoribus*, quia iiſdem, quibus conſules, auſpiciis crearentur. At Livius obſervat conſules his temporibus *judicum* nomen nondum habuiſſe, ſed *prætorum*. Summos magiſtratus Romanorum primò *prætores*, tum *judices*, & demum *conſules* dictos fuiſſe, colligendum videtur ex Cic. l. 3. de leg. c. 3. *Regio imperio duo ſunto; iique, præeundo, judicando, conſulendo, prætores, judices, conſules appellantor.* (11) A conſulibus latæ, comitiis centuriatis.

Tum

Tum Virginius, *Oratio*, inquit, *rebus dubiis inventa est. Itaque neque ego accusando apud vos eum tempus teram, a cujus crudelitate vosmet ipsi armis vindicastis: nec istum ad cetera scelera impudentiam in defendendo se adjicere patiar. Omnium igitur tibi, Ap. Claudi, quæ impiè nefariéque per biennnium alia super alia es ausus,* (1) *gratiam facio. unius tantùm criminis,* (2) *ni judicem dices* (3), *te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse* (4), *in vincula te duci jubeo.* Nec in tribunicio auxilio Appius, nec in judicio populi ullam spem habebat. attamen & tribunos appellavit: &, nullo morante, arreptus a viatore, *Provoco,* inquit. Audita vox una vindex libertatis, ex eo missa ore, quo vindiciæ nuper ab libertate dictæ erant, silentium fecit. Et, dum pro se quisque, *Deos tandem esse, & non negligere humana,* fremunt, *& superbiæ crudelitatique, etsi seras, non leves tamen venire pœnas; provocare, qui provocationem sustulisset; & implorare præsidium populi, qui omnia jura populi obtrisset; rapique in vincula egentem jure libertatis, qui liberum corpus in servitutem addixisset;* ipsius Appii, inter concionis murmur, fidem populi Romani implorantis vox audiebatur. Majorum merita in rempublicam domi militiæque commemorabat: *suum infelix erga plebem Romanam studium, quòd æquandarum legum causâ cum maximâ offensione Patrum consulatu abisset* (5): *suas leges, quibus manentibus lator earum in vincula ducatur. Ceterùm sua propria bona malaque* (6), *quum causæ dicendæ data facultas sit, tum se experturum. In præsentia se communi jure civitatis civem Romanum die dictâ postulare, ut dicere liceat, ut judicium populi Romani experiri. non ita se invidiam pertimuisse, ut nihil in æquitate et misericordiâ civium suorum spei habeat. Quòd si indictâ causâ in vincula ducatur, iterum se tribunos plebei appellare, & monere, ne imitentur, quos oderint.* (7) *Quòd si tribuni eodem fœdere obligatos*

Appius accusatur.

C. 56. (1) Sic infrà l. 8. c. 34. Sallust. Catil. c. 52. Jugurth. c. 104. (2) *Unius criminis* nomine *in vincula te duci jubeo.* Alii distinctionem post *criminis* tollunt, ut jungatur cum *judicem.* (3) Vid. not. 6. ad c. 24. suprà. (4) Vid. not. 3. ad c. 44. suprà. (5) Consul designatus fuerat Appius in eum annum quo Decemviri primùm creati sunt. vid. suprà c. 33. Eo consulatu abiit, i. e. eum non gessit, obsecutus populo, qui decemviros malebat. (6) Quid sibi propriè in causâ aut prodesse, aut nocere posset. Opponit *propria sua bona malaque* communi civitatis juri, quod mox invocaturus est. (7) Quòd si tribuni fateantur se fœdere obligatos ut in idem omnes consentiant, idque tollendæ appellationis causâ;

tes ſe fateantur appellationis cauſâ, in quam conſpiraſſe decemviros criminati ſint; (8) aït *ſe provocare ad populum: implorare leges de provocatione, & conſulares, & tribunicias, eo ipſo anno latas. Quem enim provocaturum, ſi hoc indemnato indictâ cauſâ non liceat? cui plebeio & humili præſidium in legibus fore, ſi Ap. Claudio non ſit? ſe documento futurum, utrùm novis legibus dominatio, an libertas firmata ſit: et* (9) *appellatio provocatioque adversùs injuriam magiſtratuum oſtentata tantùm inanibus literis, an verè data ſit.*

LVII. Contra ea Virginius, unum Ap. Claudium & legum expertem & civilis & humani fœderis eſſe, aiebat. *Reſpicerent tribunal homines, caſtellum omnium ſcelerum: ubi decemvir ille perpetuus, bonis, tergo, ſanguini civium infeſtus, virgas ſecureſque omnibus minitans, Deorum hominumque contemptor; carnificibus, non lictoribus, ſtipatus; jam ab rapinis et cædibus animo ad libidinem verſo, virginem ingenuam in oculis populi Romani, velut bello captam, ab complexu patris abreptam, miniſtro cubiculi ſui clienti dono dederit. Ubi crudeli decreto nefandiſque vindiciis dexteram patris in filiam armaverit: ubi, tollentes corpus ſemianime virginis, ſponſum avunculumque in carcerem duci juſſerit; ſtupro* (1) *interpellato magis, quàm cæde, motus. Et illi carcerem ædificatum eſſe, quod domicilium plebis Romanæ vocare ſit ſolitus. Proinde, ut ille iterum ac ſæpius provocet, ſic ſe iterum ac ſæpius judicem illi ferre* (2), *ni vindicias ab libertate in ſervitutem dederit. ſi ad judicem non eat, pro damnato in vincula duci jubere.* Ut haud quoquam improbante, ſic magno motu animorum, quum tanti viri ſupplicio ſuamet plebi jam nimia libertas videretur, in carcerem eſt conjectus. tribunus ei diem prodixit (3). Inter hæc ab Latinis & Hernicis legati gratulatum de concordiâ Patrum ac plebis Romam venerunt;

In carcerem ducitur.

cauſâ; ad quam tollendam conſpiraſſe decemviros criminati ſint: de quibus jam dictum eſt, eos *intercesſionem conſenſu ſuſtuliſſe;* ſuprà c. 36. Ita locum interpretor. Crevierius autem non dubitat quin legendum ſit *ea* quod *conſpiraſſe:* vocem enim *eodem* manifeſtè reſpicere relativum ſequens. At omnes codices huic ſententiæ adverſantur. E. (8) Lege, cum J. Gronovio, *at.* Sic ſuprà l. 1. c. 41. hoc lib. c. 31. infrà l. 9. c. 1. (9) *Appellatio* ab uno tribuno ad reliquos; *provocatio* ad populum.

C. 57. (1) h. e. impedito. ut infrà l. 4. c. 50. l. 9. c. 14. l. 42. c. 23. (2) Sic ſuprà c. 24. *ni ita eſſet, multi privatim ferebant Volſcio judicem.* Cic. de Off. l. 3. c. 19. *cum is ſponſionem feciſſet, ni bonus vir eſſet.* (3) Vid. not. 7. ad

runt; donumque ob eam Jovi optimo maximo coronam auream in Capitolium tulere parvi ponderis, prout res haud opulentæ erant, colebanturque religiones piè magis, † quàm magnificè. Iiſdem auctoribus cognitum eſt, Æquos Volſcoſque ſummâ vi bellum apparare. Itaque partiri provincias conſules juſſi. Horatio Sabini, Valerio Æqui Volſcique evenere. Quum ad ea bella delectum edixiſſent, favore plebis non juniores modò, ſed emeritis etiam ſtipendiis, pars magna voluntariorum, ad nomina danda præſtò fuere. eoque non copiâ modò, ſed genere etiam militum, veteranis admixtis, firmior exercitus fuit. Priuſquam (4) urbem egrederentur, leges decemvirales, quibus *tabulis duodecim* eſt nomen, in æs inciſas in publico propoſuerunt. Sunt, qui juſſu tribunorum ædiles functos eo miniſterio ſcribant.

LVIII. C. Claudius, (qui, peroſus decemvirorum ſcelera, & ante omnes fratris filii ſuperbiæ infeſtus, Regillum, (1) antiquam in patriam, ſe contulerat) is magno jam natu, quum ad pericula ejus deprecanda rediſſet, cujus vitia fugerat, ſordidatus cum gentilibus clientibuſque in foro prenſabat ſingulos; orabatque, *Ne Claudiæ genti eam inuſtam maculam vellent, ut carcere & vinculis viderentur digni: virum, honoratiſſimæ imaginis futurum ad poſteros, legum latorem conditoremque Romani juris, jacere vinctum inter fures nocturnos ac latrones. Averterent ab irâ parumper ad cognitionem cogitationemque animos: & potiùs unum tot Claudiis deprecantibus condonarent, quàm propter unius odium multorum preces aſpernarentur.* (2) *Se quoque id generi ac nomini dare, nec cum eo in gratiam rediſſe, cujus adverſæ fortunæ velit ſuccurſum. Virtute libertatem recuperatam eſſe: clementiâ concordiam ordinum ſtabiliri poſſe.* Erant, quos moveret ſuâ magis pietate, quàm ejus, pro quo agebat, causâ. ſed Virginius, *ſui potiùs ut miſererentur*, orabat, *filiæque: nec gentis Claudiæ, regnum in plebem ſortitæ, ſed* (3) *neceſſariorum Virginiæ & trium tribunorum preces audirent; qui, ad auxilium plebis creati, ipſi plebis fidem atque auxilium implorarent.*

7. ad c. 61. l. 2. ſuprà. (4) Verbum *egredi* ſæpiſſime cum quarto caſu conſtruitur. Pari modo *excedere*, ſuprà l. 2. c. 37.

C. 58. (1) Vid. ſuprà l. 2. c. 16. (2) Se quoque hoc agere gentis Claudiæ causâ, non autem ipſius Appii. Sic Cic. Att. 1. 9. *dabimus hoc Pompeio*, i. e. *Pompeii causâ faciemus.* (3) Eorum qui & Virginiæ neceſſarii erant,

Appius sibi necem conscivit. *implorarent.* Justiores hæ lacrimæ videbantur. itaque, spe incisâ (4), priusquam prodicta dies adesset, Appius sibi mortem conscivit. Subinde (5) arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius, proximus invidiæ, quòd in urbe fuerat, quum injustæ vindiciæ a collegâ dicerentur. Plus tamen facta injuria Oppio, quàm non prohibita, invidiæ fecit. *Oppius accusatur.* testis productus, qui, septem & viginti enumeratis stipendiis, octies (6) extra ordinem donatus, donaque ea gerens in conspectu populi, scissâ veste tergum laceratum virgis ostendit, nihilum deprecans, *quin, si quam suam noxam reus dicere posset, privatus iterum in se sæviret.* Oppius quoque ductus in vincula est, & ante judicii diem finem ibi vitæ fecit. *In vincula ductus ibi moritur.* Bona Claudii Oppiique tribuni publicavere. collegæ eorum exsilii causâ solum verterunt; bona publicata sunt. & M. Claudius, assertor Virginiæ, die dictâ damnatus, ipso remittente Virginio ultimam pœnam, dimissus Tibur exsulatum abiit: Manesque Virginiæ, mortuæ quàm vivæ felicioris, per tot domos ad petendas pœnas vagati, nullo relicto sonte tandem quieverunt.

Duilii Tr. plebis æquitas. LIX. Ingens metus incesserat Patres, vultusque jam iidem tribunorum erant, qui decemvirorum fuerant, quum M. Duilius tribunus plebis, (1) inhibito salubriter modo nimiæ potestatis, *Et libertatis,* inquit, *nostræ & pœnarum ex inimicis satis est. itaque hoc anno nec diem dici cuiquam, nec in vincula duci quemquam sum passurus. Nam neque vetera peccata repeti jam obliterata placet, quum nova expiata sint decemvirorum suppliciis; & nihil admissum iri, quod vim tribuniciam desideret, spondet perpetua consulum amborum in libertate vestrâ tuendâ cura.* Ea primùm moderatio tribuni metum Patribus dempsit, eademque auxit consulum invidiam; quòd adeò toti plebis fuissent, ut Patrum salutis libertatisque prior plebeio magistratui, quàm patricio, cura fuisset; & antè inimicos satietas pœnarum suarum cepisset, quàm obviam ituros licentiæ eorum consules appareret. (2) Multique erant, qui molliùs consultum dicerent,

erant, & tribuni plebis; nempe Virginii, Icilii, & Numitorii. (4) *Incidi* dicitur spes, suprà l. 2. c. 15. infrà l. 44. c. 6 & 13. Sic etiam *præcidi,* l. 4. c. 3. (5) Vid. not. 3. ad c. 54. l. 2. suprà. (6) Non cum manipulo suo aut centuriâ; sed solus & extra commilitonum ordinem donatus: quæ dona præcipuo splendore eminebant.

C. 59. (1) Vid. not. 1. ad c. 38. suprà. (2) Multi dicebant Patres nimis

cerent, quòd legum ab iis latarum Patres auctores fuissent. (3) neque erat dubium, quin, turbato reipublicæ statu, tempori succubuissent.

Bellum cum Volscis & Æquis.

LX. Consules, rebus urbanis compositis, fundatoque plebis statu, in provincias diversi abiere. Valerius adversùs conjunctos jam in Algido exercitus Æquorum Volscorumque (1) sustinuit consilio bellum. Quòd si extemplo rem fortunæ commisisset, (2) haud scio an (qui tum animi ab decemvirorum infelicibus auspiciis Romanis hostibusque erant) magno detrimento certamen staturum fuerit. Castris mille passuum ab hoste positis, copias continebat. hostes medium inter bina castra spatium acie instructâ complebant. provocantibusque ad prœlium responsum (3) Romanus nemo reddebat. tandem fatigati stando, ac nequicquam exspectando certamen, Æqui Volscique, postquam concessum propemodum de victoriâ credebant, pars in Hernicos, pars in Latinos prædatum abeunt. relinquitur magis castris præsidium, quàm satis virium ad certamen. quod ubi consul sensit, reddit illatum antea terrorem: instructâque acie ultro hostem lacessit. Ubi illi, conscientiâ quid abesset virium, detractavere pugnam, crevit extemplo Romanis animus, & pro victis habebant paventes intra vallum. Quum per totum diem stetissent intenti ad certamen, nocti cessere: & Romani quidem pleni spei corpora curabant. Haudquaquam pari hostes animo nuncios passim trepidi ad revocandos prædatores dimittunt. recurritur ex proximis locis; ulteriores non inventi. Ubi illuxit, egreditur castris Romanus, vallum invasurus, ni copia pugnæ fieret. &, postquam multa jam dies erat, neque movebatur quicquam ab hoste, jubet signa inferri consul. motâque acie, indignatio Æquos & Volscos incessit, si victores exercitus vallum potiùs, quàm virtus & arma tegerent. igitur & ipsi efflagitatum ab

mis molliter egisse, quòd suâ auctoritate confirmassent leges populares ab consulibus latas. Sic infrà l. 30. c. 7. *ne quid per metum ex recenti clade molliùs consuleretur.* (3) Et constabat Patres, legibus illis non adversando, cessisse tempori, turbato reipublicæ statu. vid. suprà c. 55. ad fin.

C. 60. (1) Traxit, nec se statim pugnæ commisit. Sic infrà c. 65. *sustinendo rem.* l. 5. c. 45. *rem in noctem sustinuere.* Ovid. Ep. 1. Heroid. v. 114. *extremum fati sustinet ille diem.* (2) Vid. not. 3. ad c. 2. l. 2. suprà. (3) Sic infrà l. c. 21. *nemo Romanus.* l. 37. c. 53. *nemo miles Romanus.* (4) Adortusque

ab ducibus ſignum pugnæ accepere. Jamque pars egreſſa portis erat, deincepſque alii ſervabant ordinem, in ſuum quiſque locum deſcendentes, quum conſul Romanus priùs, quàm totis viribus fulta conſtaret hoſtium acies, intulit ſigna: (4) adortuſque nec omnes dum eductos, nec, qui erant, ſatis explicatis ordinibus, propè fluctuantem turbam trepidantium huc atque illuc, circumſpectantiumque ſe ac ſuos, addito turbatis mentibus clamore atque impetu, invadit. Retulere primò pedem hoſtes. deinde, quum animos collegiſſent, & undique duces, *victiſne ceſſuri eſſent*, increparent, reſtituitur pugna.

LXI. Conſul ex alterâ parte Romanos *meminiſſe* jubebat, *illo die primùm liberos pro liberâ urbe Romanâ pugnare. Sibimet ipſis victuros, non ut decemvirorum victores præmium eſſent. Non Appio duce rem geri, ſed conſule Valerio, a liberatoribus populi Romani orto, liberatore ipſo. Oſtenderent, prioribus prœliis per duces, non per milites, ſtetiſſe, ne vincerent. Turpe eſſe, contra cives plus animi habuiſſe, quàm contra hoſtes: & domi, quàm foris, ſervitutem magis timuiſſe. Unam Virginiam fuiſſe, cujus pudicitiæ in pace periculum eſſet: unum Appium civem periculoſæ libidinis. at, ſi fortuna belli inclinet* (1), *omnium liberis ab tot millibus hoſtium periculum fore.* (2) *Nolle ominari, quæ nec Jupiter, nec Mars pater paſſuri ſint iis* (3) *auſpiciis conditæ urbi accidere.* Aventini Sacrique montis admonebat, *ut, ubi libertas parta eſſet paucis antè menſibus, eò imperium illibatum* (4) *referrent: oſtenderentque, eandem indolem militibus Romanis poſt exactos decemviros eſſe, quæ ante creatos fuerit: nec, æquatis legibus, imminutam virtutem populi Romani eſſe.* Hæc ubi inter ſigna peditum dicta dedit; avolat deinde, ad equites: *Agite juvenes,* inquit, *præſtate virtute peditem, ut honore atque ordine præſtatis. Primo concurſu pedes movit hoſtem. pulſum vos, immiſſis*

(4) Adortuſque eos, quum necdum omnes educti eſſent, nec ii qui erant educti ſatis temporis ad explicandos ordines habuiſſent.

C. 61. (1) Sæpiſſime Livius verbum *inclinare* abſolutè ſine caſu poſuit. ut ſuprà l. 1. c. 27. l. 2. c. 20. (2) Veteres exiſtimabant ipſam malorum mentionem triſtis eſſe ominis. Ideo hîc conſul abſtinet ab enumerandis ſigillatim malis, quæ Romanis ſi victi eſſent timenda forent. Sic Cic. l. 2. de Off. c. 21. *ſi qua neceſſitas hujus muneris alicui reipublicæ obvenerit; malo enim, quàm noſtræ, ominari.* Vide etiam Virg. Æn. 2. v. 190. (3) Talibus, tam felicibus. (4) Nullâ clade imminutum. ſic infrà l. 42. c. 30

ſis equis, exigite e campo. Non ſuſtinebunt impetum. & nunc cunctantur magis, quàm reſiſtunt. Concitant equos (5) permittuntque in hoſtem, pedeſtri jam turbatum pugnâ: &, perruptis ordinibus, elati ad noviſſimam aciem, (6) pars libero ſpatio circumvecti, jam fugam undique capeſſentes pleroſque a caſtris avertunt, præterequitanteſque abſterrent. Peditum acies, & conſul ipſe, viſque omnis belli fertur in caſtra: captiſque cum ingenti cæde, majore prædâ potitur. Hujus pugnæ fama perlata non in urbem modò, ſed in Sabinos ad alterum exercitum. In urbe lætitiâ modò celebrata eſt; in caſtris animos militum ad æmulandum decus accendit. Jam Horatius, eos, (7) excurſionibus ſufficiendo, prœliiſque levibus experiundo aſſuefecerat ſibi potiùs fidere, quàm meminiſſe ignominiæ decemvirorum ductu acceptæ: parvaque certamina (8) in ſummam totius profecerant ſpei. Nec ceſſabant Sabini, feroces ab re priore anno bene geſtâ, laceſſere atque inſtare, rogitantes, *Quid latrocinii modo procurſantes pauci recurrenteſque tererent tempus, & in multa prœlia parvaque carperent ſummam unius belli? Quin illi congrederentur acie, inclinandamque ſemel fortunæ rem darent?*

LXII. Ad id, quod ſuâ ſponte ſatis collectum animorum erat, indignitate etiam Romani accendebantur. *Jam alterum exercitum victorem in urbem rediturum; ſibi ultro per contumelias hoſtem inſultare. quando autem ſe, ſi tum non ſint, pares hoſtibus fore?* Ubi hæc fremere militem in caſtris conſul ſenſit, concione advocatâ, *Quemadmodum,* inquit, *in Algido res geſta ſit, arbitror vos, milites, audiſſe: qualem liberi populi exercitum decuit eſſe, talis fuit. conſultu collegæ, virtute militum victoria parta eſt. Quod ad me attinet, id conſilii animique habiturus ſum, quod vos mihi effeceritis. et trahi bellum ſalubriter, et maturè perfici poteſt. Si trahendum*

c. 30. *illibatis viribus.* (5) Vid. not. 2. ad c. 56. l. 2. (6) Senſus Livii eſt quoſdam equitum per mediam aciem perrupiſſe, quoſdam a latere pugnantium ordines circumvectos eſſe. Hujuſmodi autem diſtributiva in membro priori ſæpe omittit. ut ſuprà c. 37. *virgis cædi, alii ſecuri ſubjici.* (7) Excurſionibus exercendo & quaſi imbuendo. *Sufficere* tinctorum eſt, ut *inficere*; ſignificatque *ſubſternere* colorem, cui alius deinde inducatur. Sic Cic. in Hortens. Virg. Æn. 2. v. 210. Alii autem vocem *excurſionibus* in dandi caſu, & *ſufficiendo* pro ſubminiſtrando accipiunt. ut apud Virg. Georg. 2. v. 423. Ibid. v. 435. (8) Sic infrà l. 31. c. 37. *in ſummam belli profectum foret.*

eſt, ego, ut in dies ſpes virtuſque veſtra creſcat, eâdem, quâ inſtitui, diſciplinâ efficiam. Si jam ſatis animi eſt, decernique placet, agitedum, clamorem, qualem in acie ſublaturi eſtis, tollite hîc, indicem voluntatis virtutiſque veſtræ. Poſtquam ingenti alacritate clamor eſt ſublatus, *Quod bene vertat, geſturum ſe illis morem, poſteroque die in aciem deducturum,* affirmat. Reliquum diei apparandis armis conſumptum eſt. Poſtero die ſimul inſtrui Romanam aciem Sabini videre, & ipſi, jam pridem avidi certaminis, procedunt. Prœlium fuit, quale inter fidentes ſibimet ambo (1) exercitus, veteris perpetuæque alterum gloriæ (2), alterum nuper novâ victoriâ elatum. Conſilio etiam Sabini vires adjuvere. nam quum æquaſſent aciem, duo extra ordinem millia, quæ in ſiniſtrum cornu Romanorum in ipſo certamine impreſſionem facerent, tenuere. quæ ubi, illatis ex tranſverſo ſignis, degravabant propè circumventum cornu; equites duarum legionum ſexcenti fere ex equis deſiliunt, cedentibuſque jam ſuis provolant in primum; ſimulque & hoſti ſe opponunt, &, æquato primùm periculo, pudore deinde animos peditum accendunt. Verecundiæ erat, equitem ſuo alienoque marte pugnare: peditem ne ad pedes quidem degreſſo equiti parem eſſe.

LXIII. Vadunt igitur in prœlium ab ſuâ parte omiſſum; & locum, ex quo ceſſerant, repetunt: momentoque non reſtituta modò pugna, ſed inclinatur etiam Sabinis (1) cornu. Eques inter ordines peditum tectus ſe ad equos recipit. tranſvolat inde in partem alteram, ſuis victoriæ nuncius; ſimul & in hoſtes jam pavidos, quippe fuſo ſuæ partis validiore cornu, impetum facit. non aliorum eo prœlio virtus magis enituit. Conſul providere omnia, laudare fortes, increpare, ſicubi ſegnior pugna eſſet.

C. 62. (1) Sæpiſſime Livius aliique caſu quarto *ambo* & *duo* formant. ut infrà l. 7. c. 19. l. 10. c. 37. l. 27. c. 22 & 40. Cæs. l. 5. de bell. Gall. c. 37. (2) Subintelligitur *causâ*. alter exercitus ſibimet fidebat, veteris perpetuæque gloriæ *causâ*. Hæc vox ſæpe a Livio & aliis omittitur; ut infrà l. 4. c. 30. l. 8. c. 6. Tac. Hiſt. l. 4. c. 42. Alii autem locum ſic exponunt, *exercitum veteris gloriæ*, pro, veteri gloriâ inclytum: quemadmodum dicitur *homo priſcæ fidei, mulier præſtantis formæ*, & ſimilia.

C. 63. (1) *Cornu inclinatur Sabinis* dictum eſt eâdem formâ, quâ *animos augere alicui*, & ſimilia. Vid. infrà c. 70. l. 21. c. 50. l. 28. c. 13. l. 44. c. 3. In hàc aliiſque locutionibus, ubi vulgò genitivus adhibetur, Livius

eſſet. Caſtigati fortium ſtatim virorum operam edebant: tantumque hos pudor, quantum alios laudes excitabant. Redintegrato clamore, undique omnes connifi hoſtem avertunt, nec deinde Romana vis ſuſtineri potuit. Sabini, fuſi paſſim per agros, caſtra hoſti ad prædam relinquunt. ibi non ſociorum, ſicut in Algido, res, ſed ſuas Romanus, populationibus agrorum amiſſas, recipit. Geminâ victoriâ duobus bifariam prœliis partâ, (2) malignè ſenatus in unum diem ſupplicationes conſulum nomine decrevit. Populus injuſſu & altero die frequens iit ſupplicatum (3). & hæc vaga populariſque ſupplicatio ſtudiis propè celebratior fuit. Conſules ex compoſito eodem biduo ad urbem acceſſere, ſenatumque in Martium campum evocavere (4). ubi quum de rebus ab ſe geſtis agerent, queſti primores Patrum, ſenatum inter milites deditâ operâ terroris causâ haberi. itaque inde conſules, ne criminationi locus eſſet, in prata Flaminia (5), ubi nunc (6) ædes Apollinis eſt, (jam tum (7) Apollinarem appellabant) avocavere ſenatum. Ubi quum ingenti conſenſu Patrum negaretur triumphus, L. Icilius tribunus plebis tulit ad populum de triumpho conſulum; multis diſſuaſum prodeuntibus (8), maximè (9) C. Claudio vociferante, *De Patribus, non de hoſtibus, conſules triumphare velle; gratiamque pro privato merito in tribunum, non pro virtute honorem, peti. nunquam antè de triumpho per populum actum, ſemper æſtimationem arbitriumque ejus honoris penes ſenatum fuiſſe. ne reges quidem majeſtatem ſummi ordinis imminuiſſe. ne ita omnia tribuni poteſtatis ſuæ implerent, ut nullum publicum conſilium ſinerent eſſe. Ita demum liberam civitatem fore, ita æquatas leges, ſi ſua quiſque jura ordo, ſuam majeſtatem teneat.* In eandem

Contentiones de triumpho Coſſ.

†

vius caſum tertium uſurpare ſolitus eſt. (2) *Nimis parcè*, quum oportuiſſet ut cujuſlibet conſulis nomine in unum diem ſupplicatio decerneretur. ſic infrà l. 8. c. 12. l. 39. c. 9. & *malignitas* ſuprà l. 2. c. 42. infrà l. 5. c. 20. (3) Supinum prius cum verbo *ire*, aliiſque motum ad locum notantibus, paſſim obvium. ſic *perditum ire*, infrà l. 32. c. 22. l. 39. c. 10. Terent. Andr. 1. 1. 107. *arceſſitum ire*, Ter. Eun. 5. 2. 53. & infrà in hoc cap. *diſſuaſum prodire*. (4) Vid. not. 1. ad c. 10. ſuprà. (5) Eorum meminit ſuprà c. 54. ad fin. (6) Ædes illa ſedecim annis pòſt vota, & biennio, poſtquam vota foret, dedicata eſt. vid. infrà l. 4. c. 25 & 29. (7) Locus jam eo tempore ex nomine Apollinis appellabatur. Gronovius legendum cenſet *Apollinar*, ut *Lupercal*, *Bacchanal*, & ſimilia: ſed *Apollinar* dici, ne litera *L* repetita inſuavis auribus accideret. (8) Nempe in concionem. (9) Appii decemviri patruo.

Juſſu plebis triumphant. ſententiam multa & a ceteris ſenioribus Patrum quum eſſent dicta, omnes tribus eam rogationem acceperunt. Tum primùm, ſine auctoritate ſenatûs, populi juſſu triumphatum eſt.

Tribuni Pl. refici volunt. LXIV. Hæc victoria tribunorum plebiſque propè in haud ſalubrem luxuriam (1) vertit, conſpiratione inter tribunos factâ, ut iidem tribuni reficerentur, &, quo ſua minùs cupiditas emineret, conſulibus quoque continuarent magiſtratum. Conſenſum Patrum cauſabantur, quo per contumeliam conſulum jura plebis labefacta eſſent. *Quid futurum, nondum firmatis legibus, ſi novos tribunos per factiones ſuas conſules adorti eſſent? non enim ſemper Valerios Horatioſque conſules fore, qui libertati plebis ſuas opes poſtferrent.* Forte quâdam utili ad tempus, ut comitiis præeſſet, potiſſimùm M. Duilio forte evenit, viro prudenti, & ex continuatione magiſtratûs invidiam imminentem cernenti. *Vetat Duilius.* qui quum ex veteribus tribunis negaret ullius ſe rationem habiturum, pugnarentque collegæ, ut liberas tribus in ſuffragium mitteret, aut concederet ſortem comitiorum collegis, habituris e lege potiùs comitia, quàm ex voluntate Patrum; (2) injectâ contentione, Duilius, conſules ad ſubſellia accitos quum interrogaſſet, quid de comitiis conſularibus in animo haberent, reſpondiſſentque, ſe novos conſules creaturos, (3) auctores popularis ſententiæ haud populares nactus, in concionem cum iis proceſſit. Ubi quum conſules, producti ad populum, interrogatique, ſi eos populus Romanus, memor libertatis per illos receptæ domi, memor militiæ rerumque geſtarum, conſules iterum faceret, quidnam facturi eſſent, nihil ſententiæ ſuæ mutaſſent; collaudatis conſulibus, quòd perſeverarent ad ultimum diſſimiles decemvirorum eſſe, comitia habuit: &, quinque tribunis plebis creatis, quum præ ſtudiis apertè petentium (4) novem tribunorum alii candidati (5) tribus non explerent, concilium dimiſit; nec deinde comitiorum causâ

C. 64. (1) Lætitiam inſolentem. (2) Sic *injicere metum, terrorem, trepidationem, pavorem*, pro excitare; & *injicere mutationem*, infrà l. 5. c. 27. (3) Legendum videtur *auctores populares ſententiæ haud popularis nactus*, i. e. nactus gratos populo auctores ſententiæ haud acceptæ in vulgus. Sententia illa haud popularis, eſt ipſius Duilii ſententia de non reficiendis tribunis plebei, quod populus optabat. Auctores populares ſunt conſules, qui tum acceptiſſimi erant populo. (4) Nempe collegarum Duilii, qui apertè honorem ſibi continuari petebant. (5) Non poſſent legitimum

causâ habuit. Satisfactum (6) legi aiebat, quæ, numero nuſquam præfinito tribunis, modò ut relinquerentur, ſanciret; & ab iis, qui creati eſſent, cooptari collegas juberet. Recitabatque rogationis carmen, in quo, *Si tribunos plebei decem rogabo, ſi* (7) *quî vos minus hodie decem tribunos plebei feceritis:* (8) *hi tum uti, quos ſibi collegas cooptaſſint,* (9) *ut illi legitimi eâdem lege tribuni plebei ſint, ut illi, quos hodie tribunos plebei feceritis.* Duilius, quum ad ultimum perſeveraſſet, negando (10) quindecim tribunos plebei rempublicam habere poſſe, victâ collegarum cupiditate, pariter Patribus plebique acceptus, magiſtratu abiit.

LXV. Novi tribuni plebis in cooptandis collegis Patrum voluntatem foverunt. duos etiam patricios conſulareſque (1), Sp. Tarpeium & A. Aterium, cooptavere. Conſules creati, Lar. Herminius, T. Virginius Cælimontanus (2), nihil magnopere ad Patrum aut plebis cauſam inclinati, otium domi ac foris habuere. L. Trebonius tribunus plebis, infeſtus Patribus, quòd ſe ab iis in cooptandis tribunis fraude captum, proditum a collegis, aiebat, rogationem tulit, *ut qui plebem Romanam tribunos plebi rogaret, is uſque eo rogaret, dum decem tribunos plebi faceret;* inſectandiſque Patribus, unde Aſpero etiam inditum eſt cognomen,

U. c. 305.
A. C. 445.
Lar. Herminio, T. Virginio, Coſſ.

legitimum & neceſſarium ſuffragiorum numerum ferre. Sic infrà l. 37. c. 47. *Fulvius conſul unus creatur, quum ceteri centurias non expleſſent.* (6) Hujus legis pars fuiſſe videtur plebiſcitum illud, a Duilio rogatum, quod ſuprà memoratur c. 55. (7) *Quî*, pro quâ ratione; ut ſuprà c. 39. Quî caſus ſextus eſt antiquus. Mox *minus decem tribunos*, pro pauciores quàm decem; ut infrà l. 10. c. 25. *minus quinque millia peditum.* l. 29. c. 38. *Paullo minus trecenti.* Simili modo etiam voces *plus* & *amplius* conſtrui ſolent; ut infrà l. 10. c. 37. *amplius duo millia.* l. 37. c. 44. *plus trecenti pedites:* & alibi ſæpe. (8) Scitum eſt *uti tum hi, quos ſibi collegas cooptaſſint, legitimi ſint tribuni plebei eâdem lege, ut illi,* ſive perinde ac illi, *quos hodie* &c. *Cooptaſſint* antiquè pro cooptaverint; ut *adclaraſſis*, ſuprà l. 1. c. 18. (9) Hæ voces, *ut illi*, repetitæ ſunt ex præcedentibus *hi tum uti.* Id autem Livio familiariſſimum eſt, particulam *ut*, poſt quædam interpoſita, ex abundanti repetere; & pronomen *hic, is*, vel ſimilia, quæ abeſſe poterant, adhibere. Repetitionis illius exempla occurrunt infrà l. 5. c. 21. l. 34. c. 3 & 56. l. 45. c. 16. Hujus autem, ſuprà l. 1. c. 19, 26, 49 & 58. hoc lib. c. 58. & alibi ſæpe. (10) Quot forent, ſi decem prioris anni tribunis magiſtratus continuaretur.

C. 65. (1) Vid. ſuprà c. 31. (2) Veriſimile videtur eum cognomen hoc accepiſſe ab uno ſeptem montium urbis Romæ, in quo fortè ædes habuit, atque habitavit. Inde autem deducta nomina primis his temporibus frequentia occurrunt: ut *Eſquilinus, Capitolinus, Vaticanus, Aventinenſis.*

(3) Morando

U. c. 308. A. C. 444. M. Geganio, C. Julio Coss.

men, tribunatum gessit. Inde M. Geganius Macerinus & C. Julius, consules facti, coïtiones tribunorum, adversùs nobilium juventutem ortas, sine insectatione potestatis ejus, conservatâ majestate Patrum, sedavere. plebem, decreto ad bellum Volscorum & Æquorum delectu, (3) sustinendo rem, ab seditionibus continuere: *urbano* † *quoque otio foris omnia tranquilla esse* affirmantes, *per discordias civiles externos tollere animos.* Cura pacis concordiæ quoque intestinæ causa fuit. Sed alter semper ordo gravis alterius modestiæ erat. quiescenti plebi ab junioribus Patrum injuriæ fieri cœptæ. ubi tribuni auxilio humilioribus essent, in primis parum proderat: deinde ne ipsi quidem inviolati erant, utique postremis mensibus, quum & per coïtiones potentiorum injuria fieret, & vis potestatis omnis aliquanto posteriore anni parte languidior ferme esset. jamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icilio tribunos haberet: (4) nomina tantùm se biennio habuisse. Seniores contrà Patrum, ut nimis feroces suos credere juvenes esse; ita malle, si modus excedendus esset, suis, quàm adversariis, superesse animos. adeò moderatio tuendæ libertatis, dum † æquari velle simulando ita se quisque extollit, ut deprimat alium, in difficili est: cavendoque ne metuant homines, metuendos ultro se efficiunt: & injuriam a nobis repulsam, tanquam aut facere aut pati necesse sit, injungimus aliis.

Juniorum e Patribus in plebem injuriæ.

U. c. 309. A. C. 443. T. Quinctio IV. Agr. Furio Coss.

LXVI. T. Quinctius Capitolinus quartùm & Agrippa Furius, consules inde facti, nec seditionem domi, nec foris bellum, acceperunt: sed imminebat utrumque. Jam non ultrà discordia civium reprimi poterat, & tribunis & plebe incitatâ in Patres, quum dies alicui nobilium dicta novis semper certaminibus conciones turbaret. ad (1) quarum primum strepitum, velut signo accepto, arma cepere Æqui ac Volsci: simul quòd persuaserant iis duces, cupidi prædarum, (2) biennio antè delectum indictum

Æqui & Volsci bellum Rom. inferunt.

(3) Morando, differendo delectum decretum: quem si ursissent, plebs militiam detrectans a seditione contineri non potuisset. vid. not. 1. ad c. 60. suprà. (4) Non tribunos, sed nomina tantum tribunorum. ut infrà l. 5. c. 18. l. 7. c. 29. l. 29. c. 1. l. 44. c. 41.

C. 66. (1) Nempe concionum turbulentarum. Melius autem videretur *quorum*, ut referatur ad vocem *certaminibus*. (2) Hìc biennium intelligi

dictum haberi non potuisse, abnuente jam plebe imperium. *eo adversùs se non esse missos exercitus. dissolvi licentiâ militandi morem: nec pro communi jam patriâ Romam esse. quicquid irarum simultatumque cum externis fuerit, in ipsos verti. occæcatos lupos intestinâ rabie opprimendi occasionem esse.* Conjunctis exercitibus Latinum primum agrum (3) perpopulati sunt: deinde postquam ibi nemo vindex occurrebat, tum verò, exsultantibus belli auctoribus, ad mœnia ipsa Romæ populabundi (4) regione portæ Esquilinæ accessere, vastationem agrorum per contumeliam urbi ostentantes. unde postquam inulti, prædam præ se agentes, retro ad Corbionem agmine iere, Quinctius consul ad concionem populum vocavit.

Ad mœnia ipsa Romæ accedunt.

LXVII. Ibi in hanc sententiam locutum accipio; *Etsi mihi nullius noxæ conscius, Quirites, sum, tamen cum pudore summo in concionem vestram processi. Hoc vos scire, hoc posteris memoriæ traditum iri, Æquos & Volscos, vix* (1) *Hernicis modò pares, T. Quinctio quartùm consule, ad mœnia urbis Romæ impunè armatos venisse. Hanc ego ignominiam, (quanquam jam diu ita vivitur, is status rerum est, ut nihil boni divinet animus) si huic potissimùm imminere anno scissem, vel exsilio, vel morte, si alia fuga honoris* (2) *non esset, vitassem. Ergo, si* (3) *viri arma illa habuissent, quæ in portis fuere nostris, capi Roma me consule potuit? satis honorum,* (4) *satis superque vitæ erat: mori consulem tertium oportuit. Quem tandem ignavissimi hostium contempsere? nos consules? an vos Quirites? Si culpa in nobis est, auferte imperium indignis; &, si id parum est, insuper pœnas expetite. Si in vobis, nemo Deorum nec hominum sit, qui vestra puniat peccata*

T. Quinctii oratio ad populum.

telligi necesse est, non integrum, sed inchoatum tantummodo; quum anno superiore delectus indictus sit. (3) Sæpius hoc verbo Livius utitur. infrà l. 22. c. 3 & 9. l. 23. c. 36. l. 26. c. 9. l. 34. c. 28 & 56. l. 44. c. 27. Alias etiam voces cum hâc præpositione componere Livius amat, quæ apud alios rariùs occurrunt. Sic *percurare* l. 21. c. 57. *perportare* l. 28. c. 46. *perpacare* l. 36. c. 21 & 42. (4) Eâ parte hostes ad mœnia Romæ accessere, quâ erat porta Esquilina. Sic infrà l. 5. c. 8. l. 25. c. 25. Dicere etiam potuisset *ab portâ Esquilinâ accessere.* ut infrà l. 31. c. 24. *Ab Dipylo accessit.* & alibi sæpe.

C. 67. (1) Vid. suprà c. 5. & l. 2. c. 64. (2) Nempe consulatûs. (3) *Viri*, pro virili seu forti ingenio præditi, sæpe occurrit. ut suprà l. 1. c. 41 & 58. l. 2. c. 38. hoc lib. c. 50. & mox hoc ipso cap. *in nos viri, in nos armati estis.* (4) Vid. not. 3. ad c. 53. suprà.

(5) Hos

cata, Quirites; vosmet tantùm eorum pœniteat. Non illi vestram ignaviam contempsere, nec suæ virtuti confisi sunt; quippe toties fusi fugatique, castris exuti, agro mulctati, sub jugum missi, & se & vos novere. Discordia ordinum est venenum urbis hujus; Patrum ac plebis certamina: dum nec nobis imperii, nec vobis libertatis est modus, dum tædet vos patriciorum, (5) *hos plebeiorum magistratuum, sustulere illi animos. Prô Deûm fidem, quid vobis vultis? Tribunos plebis concupistis. concordiæ causâ concessimus. Decemviros desiderastis. creari passi sumus. Decemvirorum vos pertæsum est. coëgimus abire magistratu. Manente in eosdem privatos irâ vestrâ, mori atque exsulare nobilissimos viros honoratissimosque passi sumus. Tribunos plebis creare iterum voluistis. creastis. Consules facere vestrarum partium* (6), *etsi Patribus videbamus iniquum; patricium quoque magistratum plebi donum fieri vidimus. auxilium tribunicium, provocationem ad populum, scita plebis injuncta Patribus* (7), *sub titulo æquandarum legum nostra jura oppressa tulimus & ferimus. Qui finis erit discordiarum? Ecquando unam urbem habere, ecquando communem hanc esse patriam licebit? Victi nos æquiore animo quiescimus, quàm vos victores. Satisne est, nobis vos metuendos esse? Adversùs nos Aventinum capitur, adversùs nos Sacer occupatur mons.* (8) *Esquilias quidem ab hoste propè captas, & scandentem in* (9) *aggerem Volscum hostem nemo submovit. in nos viri, in nos armati estis.*

LXVIII. *Agitedum, ubi hîc curiam circumsederitis, & forum infestum feceritis, & carcerem impleveritis principibus; iisdem istis ferocibus animis egredimini extra portam Esquilinam: aut, si ne hoc quidem audetis, ex muris visite agros vestros ferro ignique vastatos, prædam abigi, fumare incensa passim tecta.* (1) *At enim communis res per hæc loco est pejore: ager uritur, urbs obsidetur, belli gloria penes hostes est.*

(5) *Hos* ad proximè præcedens *patriciorum* referendum est. (6) Subintelligendum ex præcedenti *voluistis*. (7) Alii, inter quos Drakenborchius, periodum claudunt ad vocem *Patribus*; ut præcedentia referantur ad verbum *vidimus*. (8) Insigne exemplum, inter plura alia, ubi duplici orationis membro unum tantum verbum additum est, quod, non utrique, sed ultimo tantùm convenit. Vid. not. 1. ad c. 60. l. 2. suprà. Hîc in priore orationis membro supplendum est, *nemo defendit*, aut aliud quid simile. (9) Esquilinus collis illâ parte adibatur per aggerem Tarquinii Superbi.

C. 68. (1) Abrupta est occupatio, & præ impetu animi loquentis intercisa.

est. Quid tandem? privatæ res vestræ in quo statu sunt? Jam unicuique ex agris sua damna nunciabuntur. quid est tandem domi, unde ea expleatis? Tribuni vobis amissa reddent ac restituent? vocis verborumque quantum voletis, ingerent, & criminum in principes, & legum aliarum super alias, & concionum. Sed ex illis concionibus nunquam vestrum quisquam re, fortunâ, domum auctior rediit. Ecquis retulit aliquid ad conjugem ac liberos, præter odia, offensiones, simultates publicas privatasque? a quibus (2) *semper non vestrâ virtute innocentiâque, sed auxilio alieno tuti sitis. At, Hercules, quum* (3) *stipendia, nobis consulibus, non tribunis ducibus, & in castris, non in foro, faciebatis, & in acie vestrum clamorem hostes, non in concione Patres Romani horrebant, prædâ partâ, agro ex hoste capto, pleni fortunarum gloriæque, simul publicæ, simul privatæ, triumphantes domum ad Penates redibatis. nunc oneratum vestris fortunis hostem abire sinitis. Hærete affixi concionibus, & in foro vivite: sequitur vos necessitas militandi, quam fugitis. Grave erat in Æquos & Volscos proficisci? Ante portas est bellum. si inde non pellitur, jam intra mœnia erit,* (4) *& arcem & Capitolium scandet, & in domos vestras vos persequetur.* (5) *Biennio ante senatus delectum haberi, & educi exercitum in Algidum jussit. sedemus desides domi, mulierum ritu inter nos altercantes; præsenti pace læti, nec cernentes, ex otio illo brevi multiplex bellum rediturum. His ego gratiora dictu alia esse scio: sed me vera pro gratis loqui, etsi meum ingenium non moneret, necessitas cogit. Vellem equidem vobis placere, Quirites; sed multo malo vos salvos esse, qualicunque erga me animo futuri estis. Naturâ hoc ita comparatum est, ut, qui apud multitudinem suâ causâ loquitur, gratior eo sit, cujus mens nihil, præter publicum commodum, videt. nisi fortè assentatores publicos, plebicolas istos, qui vos nec in armis nec in otio esse sinunt, vestrâ* †

tercisa. *At enim* dicet aliquis, *communis* quidem *res per hæc loco est pejore*, privatæ autem nostræ vel meliore. Quinctius adversarium priùs, quàm sententiam peragere possit, arripit exclamando, *Quid tandem? privatæ res vestræ in quo statu sunt?* E. (2) Nempe *odiis.* Indicat Quinctius, ideo tribunos odia, offensiones, simultates erga patricios plebeiorum animis injicere, ut ex voluntate eorum, quorum auxilio tuti sint, toti pendeant. (3) Nondum stipendia militi Romano solvebantur. Sed hîc Livius temporis sui morem in scribendo sequitur, quo *stipendia facere* & *militare* promiscuè usurpabantur. (4) Observent tirones hujus schematis miram pulchritudinem. E. (5) Vid. not. 2. ad c. 66. suprà.

(6) Vid.

vestrâ vos causâ incitare & stimulare putatis. Concitati, aut honori, aut quæstui illis estis: & quia in concordiâ ordinum nullos se usquam esse vident, malæ rei se, (6) quàm nullius, turbarum ac seditionum, duces esse volunt. Quarum rerum si vos tædium tandem capere potest, & patrum vestrosque antiquos mores vultis pro his novis sumere; nulla supplicia recuso, nisi paucis diebus hos populatores agrorum nostrorum fusos fugatosque castris exuero, & a portis nostris mœnibusque ad illorum urbes hunc belli terrorem, quo nunc vos attoniti estis, transtulero.

Congestæ in T. Quinctium laudes.

LXIX. Raròalias tribuni popularis oratio acceptior plebi, quàm tunc severissimi consulis, fuit. Juventus quoque, quæ inter tales metus (1) detractationem militiæ telum acerrimum adversùs Patres habere solita erat, arma & bellum spectabat: & agrestium fuga spoliatique in agris & vulnerati, fœdiora iis, quæ subjiciebantur oculis, nunciantes, totam urbem irâ implevere. In senatum ubi ventum est, ibi verò in Quinctium omnes versi, ut unum vindicem majestatis Romanæ intueri; & primores Patrum *dignam* dicere *concionem imperio consulari, dignam tot consulatibus anteactis, dignam vitâ omni, plenâ honorum sæpe gestorum, sæpius meritorum. Alios consules aut per proditionem dignitatis Patrum plebi adulatos, aut acerbè tuendo jura ordinis asperiorem domando multitudinem fecisse: T. Quinctium orationem* (2) *memorem majestatis Patrum, concordiæque ordinum, & temporum in primis habuisse. Orare eum collegamque, ut capesserent rempublicam: orare tribunos, ut uno animo cum consulibus bellum ab urbe ac mœnibus propulsari vellent, plebemque obedientem in re tam trepidâ Patribus præberent:* (3) *appellare tribunos communem patriam, auxiliumque*

(6) Vid. not. 2. ad c. 40. suprà.

C. 69. (1) *Detractatio* pro *detrectatio*, *detractare* pro *detrectare*, codices Liviani innumeris locis exhibent. Ita æquè scripsere *retractare* ac *retrectare*, *attractare* atque *attrectare*. (2) Sic suprà c. 36. *memorem libertatis vocem;* infrà l. 4. c. 48. *temporis potiùs, quàm majestatis memor oratio:* & similia plurima. (3) Insignis hæc figura, *communem patriam* tanquam personam inducens, appellantem tribunos, auxiliumque eorum implorantem. Prosopopœiæ venustas augetur etiam vocibus *appellare* & *auxilium*, quæ in hâc re sollennes sunt. Operæ pretium erit, hunc locum Livianum conferre cum noto illo Ciceronis, Catil. 1. n. 18. quo diversa scriptorum ingenia clariùs innotescant. Prorsus similis utriusque sententia. At Cicero amplificat, dilatat, nec non (ut mihi videtur)

ilium que eorum implorare, vaſtatis agris, urbe propè oppugnatâ. Conſenſu omnium delectus decernitur habeturque. Quum conſules in concione pronunciaſſent, *Tempus non eſſe cauſas cognoſcendi* (4); *omnes juniores poſtero die primâ luce in campo Martio adeſſent; cognoſcendis cauſis eorum, qui nomina non dediſſent, bello perfecto ſe daturos tempus; pro* (5) *deſertore futurum, cujus non probaſſent cauſam:* omnis juventus adfuit poſtero die. (6) Cohortes ſibi quæque centuriones legerunt: bini ſenatores ſingulis cohortibus præpoſiti. Hæc omnia adeò maturè perfecta accepimus, ut ſigna, eo ipſo die a quæſtoribus ex ærario prompta delataque in campum, quartâ diei horâ mota ex campo ſint: exercituſque novus, paucis cohortibus veterum militum voluntate ſequentibus, manſerit ad decimum lapidem. Inſequens dies hoſtem in conſpectum dedit, caſtraque (7) ad Corbionem caſtris ſunt conjuncta. Tertio die, quum ira Romanos, illos, quum toties rebellaſſent, conſcientia culpæ ac deſperatio irritaret, mora dimicandi nulla eſt facta.

Delectus habetur.

LXX. In exercitu Romano quum duo conſules eſſent poteſtate pari; (1) quod ſaluberrimum in adminiſtratione magnarum †

detur) amplificando dilatandoque attenuat; dum mentis ſuæ fœtum, admirans ipſe, aliis ex omni parte ſpectandum proponit. Contrà Livius nullo labore, ſtrepitu nullo, densâ mole ſimul animum lectoris percellit, & pergit porro, quaſi inſciens quid edidiſſet. Abſit ut ego laudes principis oratorum Romanorum detrectare vellem: ſed ejus veneres magis in propatulo ſunt, inque oculos omnium incurrunt; & mallem, fateor, tirones potiùs in Livii ſtylum ſe formarent, quàm Ciceronis. E.
(4) Diſceptandi & dijudicandi cauſas quibus quiſque fretus ſibi immunitatem a militiâ concedendam eſſe contenderet. Nimirum omnes juniores Romani nomina militiæ dare debebant: nec quiſquam poterat hoc munus detrectare, niſi cauſam aliquam attuliſſet quæ conſulibus probaretur. Qui talem aliquam cauſam habebant dicebantur *cauſarii;* infrà l. 6. c. 6.
(5) Sic Cæs. bell. Gall. 6. 22. *Qui ex iis ſequuti non ſunt, in deſertorum ac proditorum numero ducuntur.* (6) Id contra ſollennem morem erat, ex quo centuriones a conſulibus, &, permiſſu eorum, a tribunis conſtitui ſolebant. *Cohors* decima fuit pars Romanæ legionis, ipſaque velut parva legio, eodem ſcilicet modo pro portione diviſa, quæ conſtaret manipulo uno Haſtatorum, uno Principum, & uno Triariorum, adjunctis Velitibus. Singulus manipulus dividebatur in duos ordines, ſive centurias, quibus ſingulis præerat centurio. (7) Vid. ſuprà c. 65. ad fin.

C. 70. (1) Hæc non ad ſuperiora referenda ſunt, ſed cum ſubſequentibus jungenda. Sic infrà l. 4. c. 31. *tres delectu habito profecti ſunt Vejos, documentoque*

magnarum rerum eſt, ſumma imperii, concedente Agrippâ, penes collegam erat: & prælatus ille facilitati ſubmittentis ſe comiter reſpondebat, communicando conſilia laudeſque, & æquando imparem ſibi. In acie Quinctius dextrum cornu, Agrippa ſiniſtrum tenuit: Sp. Poſtumio Albo legato datur media acies tuenda; legatum alterum Ser. Sulpicium equitibus præficiunt. Pedites ab dextro cornu egregiè pugnavere, haud ſegniter reſiſtentibus Volſcis. Ser. Sulpicius per mediam hoſtium aciem cum equitatu perrupit. unde quum eâdem reverti poſſet ad ſuos, priuſquam hoſtis turbatos ordines reficeret, terga impugnare hoſtium ſatius viſum eſt. momentoque temporis, (2) in averſam incurſando aciem, ancipiti terrore diſſipaſſet hoſtes, ni ſuo proprio eum prœlio equites Volſcorum & Æquorum exceptum aliquamdiu tenuiſſent. Ibi verò Sulpicius negare, *cunctandi tempus eſſe, circumventos interclusoſque* (3) *ab ſuis* vociferans, *ni equeſtre prœlium conniſi omni vi perficerent.* (4) *Nec fugare equitem integrum ſatis eſſe; conficerent equos viroſque, ne quis reveheretur inde ad prœlium, aut integraret pugnam. non poſſe illos reſiſtere ſibi, quibus conferta peditum acies ceſſiſſet.* Haud ſurdis auribus dicta: impreſſione unâ totum equitatum fudere, magnam vim ex equis præcipitavere, ipſos equoſque ſpiculis confodere. is finis pugnæ equeſtris fuit. Tunc, adorti peditum aciem, nuncios ad conſules rei geſtæ mittunt, ubi jam inclinabatur hoſtium acies. nuncius deinde & vincentibus Romanis animos auxit, & referentes gradum perculit Æquos. In mediâ primùm acie vinci cœpti, quâ permiſſus equitatus turbaverat ordines. Siniſtrum deinde cornu ab Quinctio conſule pelli cœptum; in dextro plurimum laboris fuit. Ibi Agrippa, ætate viribuſque ferox, quum omni parte pugnæ meliùs res geri, quàm apud ſe, videret, accepta ſigna ab ſigniferis ipſe inferre, quædam jacere

Volſci & Æqui vincuntur.

d[ocu]mentoque *fuere, quàm plurium imperium bello inutile eſſet.* (2) *Incurſare in averſam aciem* eſt eam a tergo aggredi. Similiter *averſum hoſtem invadere*, l. 4. c. 27. l. 5. c. 21. (3) *Interclusus ab ſuis* dicitur cui reditus ad ſuos interceptus eſt. Sic infrà l. 27. c. 42. l. 44. c. 7. (4) Non modò fugandum eſſe equitatum hoſtium, ſed & curandum ne integer maneret, conficiendo i. e. occidendo equos viroſque. *Conficere*, pro occidere, frequens;

jacere etiam in confertos hoftes cœpit. Cujus ignominiæ metu concitati milites, invafere hoftem. ita æquata ex omni parte victoria eft. Nuncius tum a Quinctio venit, *victorem jam fe imminere hoftium caftris; nolle irrumpere, antequam fciat debellatum & in finiftro cornu effe. Si jam fudiffet hoftes, conferret ad fe figna, ut fimul omnis exercitus prædâ potiretur.* Victor Agrippa cum mutuâ gratulatione ad victorem collegam caftraque hoftium venit. ibi paucis defendentibus, momentoque fufis, fine certamine in munitiones irrumpunt: (5) prædâque ingenti compotem exercitum, fuis etiam rebus recuperatis, quæ populatione agrorum amiffæ erant, reducunt. Triumphum nec ipfos poftulaffe, nec delatum iis ab fenatu, accipio: nec traditur caufa (6) fpreti aut non fperati honoris. Ego quantum in tanto intervallo temporum conjicio, quum Valerio atque Horatio confulibus, qui præter Volfcos & Æquos Sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant, negatus ab fenatu triumphus effet (7), verecundiæ fuit pro parte dimidiâ rerum confulibus petere triumphum: ne etiam, fi impetraffent, magis hominum ratio, quàm meritorum, habita videretur.

Turpe judicium P. R. de fociorum finibus.

LXXI. Victoriam honeftam, ex hoftibus partam, turpe domi de finibus fociorum judicium populi deformavit. Aricini atque Ardeates de ambiguo agro quum fæpe bello certaffent, multis in vicem cladibus feffi, judicem populum Romanum cepere. Quum ad caufam orandam veniffent, concilio populi a magiftratibus dato, magnâ contentione actum. jamque editis teftibus, quum tribus vocari, & populum inire fuffragium oporteret, confurgit P. Scaptius de plebe, magno natu: &, *Si licet*, inquit, *confules, de republicâ dicere, errare ego populum in hâc causâ non patiar.* Quum, ut vanum, eum negarent confules audiendum effe, vociferantemque, *prodi publicam caufam*, fubmoveri juffiffent, tribunos appellat. Tribuni, ut fere femper reguntur a multitudine magis, quàm regunt, dedere cupidæ audiendi plebi, ut, quæ vellet, Scaptius diceret. Ibi infit, *Annum*

quens; ut fuprà l. 1. c. 25. l. 2. c. 40. [Sic apud Græcos *κατεργάζομαι* ufurpatur, & apud Anglos *to difpatch*. E.] (5) Sic Salluft. Fragm. *neque animo aut linguâ fatis compos.* (6) Cur honorem triumphi aut negligerent petere, aut non auderent. (7) Vid. fuprà c. 63.

se tertium & octogesimum agere, & in eo agro, de quo agitur, militasse, non juvenem, vicesima jam stipendia merentem, quum ad Coriolos sit bellatum (1). *Eo rem se vetustate obliteratam, ceterùm suæ memoriæ infixam, afferre: agrum, de quo ambigitur, finium Coriolanorum fuisse, captisque Coriolis, jure belli publicum populi Romani factum. Mirari se, quonam* (2) *more Ardeates Aricinique, cujus agri jus nunquam usurpaverint incolumi Coriolanâ re, eum se a populo Romano, quem pro domino judicem fecerint, intercepturos sperent. Sibi exiguum vitæ tempus superesse: non potuisse se tamen inducere in animum, quin, quem agrum miles pro parte virili manu cepisset, eum senex quoque voce, quâ unâ posset, vindicaret. Magnopere se suadere populo, ne inutili pudore suam ipse causam damnaret.*

LXXII. Consules quum Scaptium non silentio modò, sed cum assensu etiam, audiri animadvertissent, Deos hominesque testantes flagitium ingens fieri, Patrum primores arcessunt. cum his circumire (1) tribunos, orare, *Ne pessimum facinus pejore exemplo admitterent judices, in suam rem* (2) *litem vertendo; quum præsertim, etiamsi fas sit, curam emolumenti sui judici esse, nequaquam tantum agro intercipiendo acquiratur, quantum amittatur alienandis injuriâ sociorum animis. Nam famæ quidem ac fidei damna majora esse, quam quæ æstimari possent.* † *Hoc legatos referre domum: hoc vulgari: hoc socios audire: hoc hostes. quo cum dolore* (3) *hos? quo cum gaudio illos?* (4) *Scaptione hoc,* (5) *concionali*

C. 71. (1) Antè annos quadraginta septem. (2) Valde verisimilis est Klockii conjectura, legendum esse *quonam ore,* i. e. quânam impudentiâ. Sic infrà l. 26. c. 32. Ter. Phorm. 5. 7. 24. Et ita prima litera *τῦ more* nata foret ex ultimâ præcedentis vocis.

C. 72. (1) Si ullius codicis auctoritas accederet, admittenda foret emendatio Perizonii, *circumire tribus:* nam sequens oratio dirigitur ad eos qui rem judicaturi erant, id autem populi fuit, non tribunorum. Dici tamen potest tribunos præsertim nominari, quia hi duces populi, & forsitan auctores consilii fuere, adeóque admitterent quodammodo ipsi facinus, quod a populo admitti sinerent. (2) Id de quo lis erat. sic infrà, *interceptores litis alienæ.* (3) In relationibus ad ea quæ præcesserunt, *hic* non semper ad propinquius refertur. Tac. Hist. 2. 77. *Acriore hodie disciplinâ victi, quàm victores, agunt. hos* (victos) *ira, odium, ultionis cupiditas ad virtutem accendit; illi* (victores) *per fastidium & contumaciam hebescunt.* Sic etiam Cic. Fam. 7. 2. pro Rosc. n. 86. (4) An putarent finitimos populos hujus judicii infamiam assignaturos Scaptio, ac non potiùs in universum populum Romanum rejecturos? Sic infrà l. 28. c. 42. *omnia consilio tuo assignare.* l. 35. c. 31. *ne unius amentiam civitati assignarent.* & Cic. l. 6. ad Att. Ep. 1. l. 19. Ep. 4. (5) Forum terere solito, & totos dies

cionali seni, assignaturos putarent finitimos populos? (6) *Clarum hâc fore imagine Scaptium: populum Romanum quadruplatoris* (7) *&* *interceptoris litis alienæ personam laturum. quem enim hoc privatæ rei judicem fecisse, ut sibi* (8) *controversiosam adjudicaret rem? Scaptium ipsum id quidem, etsi præmortui jam sit pudoris, non facturum.* Hæc consules, hæc Patres vociferantur. sed plus cupiditas & auctor cupiditatis Scaptius valet. Vocatæ tribus judicaverunt, agrum publicum populi Romani esse. Nec abnuitur ita fuisse, si ad judices alios itum foret: nunc haud sanè quicquam (9) bono causæ levatur dedecus judicii. idque non Aricinis Ardeatibusque, quàm Patribus Romanis, fœdius atque acerbius visum. Reliquum anni quietum ab urbanis motibus & ab externis mansit.

dies in concionibus consumere: quod erat otiosi hominis, & propterea probro dabatur apud Romanos. Cic. l. 1. ad Att. Ep. 16. *Concionalis hirudo ærarii.* (6) Hâc actione celebrem Scaptium fore, & ex ignobilitate, quâ adhuc latuerat, emersurum: at populum Romanum fore infamem. (7) *Quadruplatores* erant delatores criminum publicorum: in quâ re quartam partem ex damnatorum bonis, quos detulerant, consequebantur. (8) Vox rarissima. Aliquot codices habent *controversam.* (9) Nihil minuitur dedecus judicii bonitate causæ. Sic Cic. in Bruto c. 34. *naturale quoddam stirpis bonum degeneravisse vitio depravatæ voluntatis.* & l. 5. Tuscul. c. 23. Porro *levare*, pro minuere, occurrit infrà l. 4. c. 7, 17, & 43. & *elevare* eodem sensu sæpissime; quod etiam hîc præferunt aliquot codices.

EPITOME

EPITOME LIBRI QUARTI.

LEX de connubio Patrum & plebis a tribunis plebis contentione magnâ, Patribus repugnantibus, perlata est. Tribuni militares. Aliquot annis res populi Romani domi militiæque per hoc genus magistratus administratæ sunt. Item Censores tunc primùm creati sunt. Ager Ardeatibus populi Romani judicio ablatus, missis in eum colonis, restitutus est. Quum fame populus Romanus laboraret, Sp. Mælius, eques Romanus, frumentum populo suâ impensâ largitus est: &, ob id factum conciliatâ sibi plebe, regnum affectans, a C. Servilio Ahalâ, magistro equitum, jussu Quinctii Cincinnati dictatoris occisus est: L. Minucius index bove auratâ donatus est. Legatis Romanis a Fidenatibus occisis, quoniam ob rempublicam occubuerant, statuæ in Rostris positæ sunt. Cossus Cornelius tribunus militum, occiso Tolumnio rege Vejentium, opima spolia secunda retulit. Mam. Æmilius dictator, censuræ honore, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & sex mensium spatio finito, ob eam rem a censoribus notatus est. Fidenæ in potestatem redactæ eóque coloni missi sunt. quibus occisis, Fidenates, quum defecissent, a Mam. Æmilio dictatore victi sunt, & Fidenæ captæ. Conjuratio servorum oppressa est. Postumius tribunus militum, propter crudelitatem ab exercitu occisus est. Stipendium ex ærario tum primùm militibus datum est. Res præterea gestas adversùs Volscos, & Fidenates, & Faliscos, continet.

T. LIVII

T. LIVII PATAVINI

LIBER QUARTUS.

U. c. 310.
A. C. 442.
M. Genucio, C. Curtio Coff.

I. HOS fecuti M. Genucius & C. Curtius confules. Fuit annus domi forifque infeftus. nam anni principio & (1) de connubio Patrum & plebis C. Canuleius tribunus plebis rogationem promulgavit; quâ contaminari fanguinem fuum Patres, (2) confundique jura gentium rebantur: & mentio, primò fenfim (3) illata a tribunis, ut alterum ex plebe confulem liceret fieri, eò proceffit deinde, ut rogationem novem (4) tribuni promulgarent, *ut populo poteftas effet, feu de plebe, feu de Patribus vellet, confules faciendi.* Id verò fi fieret, non vulgari modò cum infimis, fed prorfus auferri a primoribus ad plebem, fummum imperium credebant. Læti ergo audiere Patres, Ardeatium populum ob injuriam agri abjudicati defciffe, & Vejentes depopulatos extrema agri Romani, & Volfcos Æquofque ob communitam (5) Verruginem fremere. adeò vel infelix bellum ignominiofæ paci præferebant

Lex de connubio Patrum & plebis.

De communicando cum plebe confulatu.

C. I. (1) Decemviri duabus poftremis tabulis inferuerant legem, ne patriciis cum plebeiis licita effent connubia. (2) Confundi jura gentium patriciarum & plebeiarum: ut infrà l. 5. c. 14. *difcriminaque gentium confundi.* Porro inter *gentem* & *familiam* illud intereft, quòd *gens* ad nomen refertur, *familia* ad cognomen; unde gens ex pluribus familiis conficitur. vid. infrà l. 9. c. 29. Exempli gratiâ, Cornelii omnes unius *gentis* effe dicuntur; at verò partes gentis hujus funt plures, quæ ex cognominum varietate diftinctæ funt, eæque *familiæ* dicuntur. Solos autem fe *gentem habere* patricii gloriabantur; infrà l. 10. c. 8. Namque ii *gentem habere* dicebantur, qui ab ingenuis oriundi effent, quorum majorum nemo fervitutem ferviviffet, qui capite non effent deminuti. Cic. in Top. n. 29. (3) Locutione *inferre mentionem* utitur Livius infrà c. 8 & 45. & alibi. Sic etiam *inferre fermonem* infrà l. 39. c. 11. Cic. l. 1. de Orat. c. 8. (4) Omnes nempe tribuni præter C. Furnium, ut Dionyfius narrat. Aliquot autem codices habent *novam.* (5) Oppidum in Volfcorum

præferebant (6). His itaque in majus etiam acceptis, ut inter ſtrepitum tot bellorum conticeſcerent (7) actiones tribuniciæ, delectus haberi, bellum armaque vi ſummâ apparari jubent; (8) ſi quo intentiùs poſſit, quàm T. Quinctio conſule apparatum ſit. Tum C. Canuleius pauca in ſenatu vociferatus, *necquicquam territando conſules avertere plebem a curâ novarum legum; nunquam eos ſe vivo delectum habituros, antequam ea, quæ promulgata ab ſe collegiſque eſſent, plebes ſciviſſet;* & confeſtim ad concionem advocavit (9).

Adversùs utramque legem oratio Coſſ.

II. Eodem tempore & conſules ſenatum in tribunum, & tribunus populum in conſules incitabat. Negabant conſules, *jam ultrà ferri poſſe furores tribunicios. ventum jam ad finem eſſe; domi plus belli concitari, quàm foris. Id adeò non plebis, quàm Patrum; neque tribunorum magis, quàm conſulum, culpâ accidere. cujus rei præmium ſit in civitate,* † *eam maximis ſemper auctibus creſcere: ſic pace bonos, ſic bello fieri. Maximum Romæ præmium ſeditionum eſſe: id & ſingulis univerſiſque ſemper honori fuiſſe. Reminiſcerentur, quam majeſtatem ſenatûs ipſi a patribus accepiſſent, quam liberis tradituri eſſent;* (1) *ut (quemadmodum plebs gloriari poſſet) auctiorem ampliorem que eſſe. Finem ergo non fieri, nec* (2) *futuram,* (3) *donec, quàm felices ſeditiones, tam honorati ſeditionum auctores eſſent. Quas quantaſque res C. Canuleium aggreſſum? colluvionem gentium,* (4) *perturbationem auſpiciorum publicorum privatorumque* (5) *afferre, ne quid ſinceri, ne quid*

Æquorumque confinio. (6) Nempe Volſci & Æqui. (7) Quidam codices hîc & alibi habent *conticiſcerent;* & conſtat eâdem formâ *luciſco,* pro *luceſco,* in optimis membranis ſcriptum eſſe. (8) Intentiùs, ſi quâ ratione poſſit, quàm &c. (9) Sic infrà l. 7. c. 36. l. 8. c. 32. l. 26. c. 48.

C. 2. (1) Locus corruptus, cujus tamen ſenſum aſſequi haud difficile eſt. Queruntur conſules, quod Patres tradituri non eſſent liberis majeſtatem ſenatûs auctiorem ampliorem que, quemadmodum plebs gloriari poſſet futurum, ut auctoritatem plebis ampliorem poſteris traderet, quàm a patribus accepiſſet. Ex variis conjecturis quibus ad hunc ſenſum refingitur periodus, ea minimè a codicum ſcripturâ recedere videtur, quæ legi jubet—*utrum, quemadmodum plebs, gloriari poſſent auctiorem ampliorem que eſſe.* (2) Vox *finis* ſæpe, apud Livium alioſque, genere ſequiori occurrit. Infrà l. 9. c. 26. Cic. l. 10. ad Famil. Ep. 32. l. 9. ad Att. Ep. 10. Hor. Epod. 17. v. 36. (3) Quamdiu auctores ſeditionum, ob exitum earum felicem, in honore eſſent. (4) Contendebant patricii ſe ſolos auſpicia habere. vid. infrà c. 6. & l. 6. c. 41. (5) Auſpicia privata videntur fuiſſe ea, quæ ſuper privatorum negotiis captabantur. *Apud antiquos,* inquit Val. Max. l. 2. c. 1. *non ſolùm publicè, ſed etiam privatim nihil gerebatur,*

quid incontaminati ſit: ut, diſcrimine omni ſublato, nec ſe quiſquam, nec ſuos noverit. Quam enim aliam vim connubia promiſcua habere, niſi ut ferarum propè ritu vulgentur concubitus plebis Patrumque? ut, qui natus ſit, ignoret, cujus ſanguinis, (6) *quorum ſacrorum ſit; dimidius Patrum ſit, dimidius plebis, ne ſecum quidem ipſe concors. Parum id videri, quòd omnia divina humanaque turbentur: jam ad conſulatum vulgi turbatores accingi; & primò, ut alter conſul ex plebe fieret, id modò ſermonibus tentaſſe: nunc rogari, ut, ſeu ex patribus, ſeu ex plebe velit, populus conſules creet: et creaturos haud dubiè ex plebe ſeditioſiſſimum quemque. Canuleios igitur Iciliosque conſules fore. ne id Jupiter optimus maximus ſineret,* (7) *regiæ majeſtatis imperium eò recidere: et ſe millies morituros potiùs, quàm ut tantum dedecoris admitti patiantur. Certum habere, majores quoque, ſi divinaſſent, concedendo omnia non mitiorem in ſe plebem, ſed aſperiorem, alia ex aliis iniquiora poſtulando, quum prima impetraſſet, futuram, primò quamlibet dimicationem ſubituros fuiſſe potiùs, quàm eas leges ſibi imponi paterentur. quia tum conceſſum ſit de tribunis,* (8) *iterum conceſſum eſſe.* (9) *Finem non fieri poſſe. in eâdem civitate tribunos plebis & Patres eſſe: aut hunc ordinem, aut illum magiſtratum tollendum eſſe: potiúſque ſerò, quàm nunquam obviàm eundum audaciæ temeritatique.* (10) *Illine ut impunè primò diſcordias ſerentes concitent finitima bella, deinde adversùs ea, quæ concitaverint, armari civitatem defendique prohibeant? &, quum hoſtes* (11) *tantùm non arceſſierint, exercitus conſcribi adversùs hoſtes non patiantur? Sed audeat Canuleius in ſenatu proloqui, ſe, niſi ſuas leges tanquam victoris Patres accipi ſinant, delectum haberi prohibiturum. quid eſſe aliud, quàm minari, ſe proditurum patriam? oppugnari atque capi paſſurum? quid eam vocem animorum, non plebi Romanæ, ſed Volſcis et Æquis et Vejentibus*

batur, niſi auſpicio priùs ſumpto. (6) Sua cuique genti propria fuere ſacra, vid. infrà l. 5. c. 46. & not. 2. ad cap. præc. (7) Sic infrà l. 8. c. 32. *conſules, regia poteſtas.* vid. ſuprà l. 2. c. 1. (8) Reſpiciunt hæc verba ad tribunos plebis reſtitutos, poſtquam decemviris magiſtratus abrogatus eſt. (9) Gronovius rectè videtur emendare: *Finem non fieri. Non poſſe in eâdem &c.* (10) Ellipſis ad exprimendam indignationem appoſitiſſima. Subintelligitur *æquumne eſt,* aut quid ſimile. Sic infrà l. 5. c. 24. l. 9. c. 11. Ter. Andr. 1. 5. 28. *Eine ego ut advorſer?* Phorm. 2. 1. 74. Hor. l. 2. Sat. 5. v. 18. Particula autem *ut* cadit in omnia verba quæ deinceps ſequuntur ſubjunctivi modi, *concitent...prohibeant...patiantur...audeat.* (11) *Tantùm non,* pro fere, propemodum; ut apud Græcos *μονονουχι.*

allaturam? Nonne, Canuleio duce, se speraturos Capitolium atque arcem scandere posse; si Patribus tribuni, cum jure ac majestate ademptâ, animos etiam eripuerint? Consules paratos esse duces priùs adversùs scelus civium, quàm adversùs hostium arma.

Canuleii oratio pro legibus suis.

III. Quum maximè hæc in senatu agerentur, Canuleius pro legibus suis & adversùs consules ita disseruit: *Quantopere vos, Quirites, contemnerent Patres, quàm indignos ducerent, qui unâ secum urbe intra eadem mœnia viveretis, sæpe equidem et antè videor animadvertisse* (1)*: nunc tamen maximè, quòd adeò atroces in has rogationes nostras coorti sunt: quibus* (2) *quid aliud quàm admonemus,* (3) *cives nos eorum esse, et, si non easdem opes habere, eandem tamen patriam incolere? Alterâ connubium petimus, quod finitimis externisque dari solet. nos quidem civitatem, quæ plus quàm connubium est, hostibus etiam victis dedimus. Alterâ nihil novi ferimus; sed id, quod populi est, repetimus atque usurpamus: ut, quibus velit, populus Romanus honores mandet. Quid tandem est, cur cœlum ac terras misceant? cur in me impetus modò pene in senatu sit factus?* (4) *negent se manibus temperaturos, violaturosque denuncient sacrosanctam potestatem? Si populo Romano liberum suffragium datur, ut, quibus velit, consulatum mandet, & non* (5) *præciditur spes plebeio quoque, si dignus summo honore erit,* (6) *apiscendi summi honoris, stare urbs hæc non poterit? de imperio actum est?* (7) *& perinde hoc valet, plebeius ne consul fiat, tanquam servum aut libertinum aliquis consulem futurum dicat? Ecquid sentitis, in quanto contemptu vivatis? Lucis vobis hujus partem, si liceat, adimant. quòd spiratis, quòd vocem mittitis, quòd formas hominum*

C. 3. (1) Sic apud Græcos, *δοκω καταμεμαθηκεναι*. E. (2) *Quid aliud quàm*, pro quid aliud agimus quàm, locutio apud Livium uſitatiſſima. ut infrà l. 6. c. 41. Similiter *nihil aliud quàm*, ſuprà l. 2. c. 29. *nec quicquam aliud quàm*, l. 31. c. 24. *nihil prius quàm*, l. 35. c. 12. *nihil amplius quàm*, Suet. in Calig. c. 44. (3) *Civis alicujus* dicitur, qui alicui conjunctus eſt ſocietate reipublicæ aut patriæ, quem barbari vocant *concivem*. Sic *cives mei*, Cic. de Fin. 1. 10. *cives tui*, Catil. 1. c. 7. (4) Cur negent. Porro *temperare manibus* eſt a vi abſtinere; ut ſuprà l. 2. c. 33. (5) Vid. not 4. ad c. 58. l. 3. ſuprà. [*Plebeio* autem in tertio caſu accipiendum cenſeo, & *quoque* jungendum cum voce *ſpes*—*& non præciditur quoque ſpes plebeio*. Dicitur enim *ſpes præcidi alicui*, non autem *aliquo*; ut infrà l. 34. c. 31. E.] (6) Pro *adipiſcendi*; ut apud Tacitum l. 3. Ann. c. 31. l. 13. c. 21. Sic etiam *aptus* interdum ponitur pro *adeptus*, quemadmodum Feſtus docuit. (7) Et quum hoc quæritur, licetne plebeium conſulem fieri, perinde

num habetis, indignantur. Quin etiam (si (8) *Diis placet)* (9) *nefas aiunt esse, consulem plebeium fieri. Obsecro vos, si non ad* (10) *fastos, non ad commentarios pontificum admittimur; ne ea quidem scimus, quæ omnes peregrini etiam sciunt, consules in locum regum successisse, nec aut juris, aut majestatis quicquam habere, quod non in regibus antè fuerit?* (11) *En unquam creditis fando auditum esse, Numam Pompilium, non modò non patricium, sed ne civem quidem Romanum, ex Sabino agro accitum, populi jussu, Patribus auctoribus, Romæ regnasse? L. deinde Tarquinium,* (12) *non Romanæ modò, sed ne Italicæ quidem gentis, Damarati Corinthii filium,* (13) *incolam ab Tarquiniis, vivis liberis Anci, regem factum? Ser. Tullium post hunc, captivâ Corniculanâ natum, patre nullo* (14), *matre servâ, ingenio, virtute regnum tenuisse? Quid enim de T. Tatio Sabino dicam, quem ipse Romulus, parens urbis, in societatem regni accepit? Ergo, dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus, crevit imperium Romanum. Pœniteat nunc vos plebeii consulis, quum majores nostri advenas reges non fastidierint, et ne regibus quidem exactis clausa urbs fuerit peregrinæ virtuti.* (15) *Claudiam certè gentem post reges exactos ex Sabinis non in civitatem modò accepimus, sed etiam in patriciorum numerum? Ex peregrinone patricius, deinde consul fiat? civis Romanus si sit ex plebe,* (16) *præcisa consulatus spes erit? Utrùm tandem non credimus*

inde hoc accipiendum est, tanquam &c. (8) Usitata in indignatione loquendi formula. (9) Adversùs religiones. vid. not. 7. ad c. 32. l. 1. suprà. (10) *Fasti* duplicis generis fuere: alii, quibus & Kalendarii nomen datur, in quibus tota dierum fastorum nefastorumque, festorum vel profestorum &c. ratio continebatur. Hos fastos evulgavit Cn. Flavius scriba, ut habetur l. 9. c. 46. Alii, de quibus maximè videtur hîc sermo esse, in quibus nomina magistratuum cujusque anni, & res gestæ maximè ad memoriam insignes a pontificibus perscribebantur. In *commentariis* pontifices suorum temporum historiam summatim describebant. vid. infrà l. 6. c. 1. Cic. l. 2. de Orat. n. 52. Et fasti & commentarii a vulgi notitiâ removebantur. (11) *En unquam,* pro nunquamne? Formula est παθητικη vehementer vel optantium, vel indignantium, per interrogationem. ut infrà l. 9. c. 10. l. 10. c. 8 Virg. Ecl. 1. v. 68. Ter. Phorm. 2. 2. 1. (12) Non modò non Romanæ. vid. not. 1. ad c. 40. l. 1. suprà. Observant autem viri docti Livium & optimos scriptores ita plerumque particulis *ne quidem* usos fuisse, ut inter eas unam aut plures voces interponerent. (13) Qui ab urbe Tarquinius domicilium suum contulerat Romam. *Incola* propriè dicitur is qui in alienâ regione habitat, quasi civis. Cic. de Off. 1. 125. (14) i. e. ignoto, ignobili. Sic Hor. l. 1. Sat. 6. v. 10. *nullis majoribus ortos.* Vide sis Schleusneri Lex. in nov. Test. sub voce ἀπατωρ. (15) Vid. suprà l. 2. c. 16. (16) Subintelligitur pronomen demonstrativum

mus fieri poſſe, ut vir fortis ac ſtrenuus, pace belloque bonus, ex plebe ſit, Numæ, L. Tarquinio, Ser. Tullio ſimilis? (17) *An, ne ſi ſit quidem, ad gubernacula reipublicæ accedere eum patiemur? potiúſque decemviris, teterrimis mortalium,* (18) *qui tum omnes ex Patribus erant, quàm optimis regum* (19) *novis hominibus, ſimiles conſules ſumus habituri?*

IV. *At enim nemo poſt reges exactos de plebe conſul fuit. Quid poſtea* (1)*? Nullane res nova inſtitui debet? &, quod nondum eſt factum (multa enim nondum ſunt facta in novo populo) ea* (2), *ne ſi utilia quidem ſint, fieri oportet? Pontifices,* (3) *augures, Romulo regnante, nulli erant: ab Numâ Pompilio creati ſunt. cenſus in civitate & deſcriptio centuriarum claſſiumque non erat: ab Ser. Tullio eſt facta. Conſules nunquam fuerant: regibus exactis creati ſunt. Dictatoris nec imperium nec nomen fuerat:* (4) *apud patres eſſe cœpit. Tribuni plebis,* (5) *ædiles, quæſtores, nulli erant: inſtitutum eſt, ut fierent. Decemviros legibus ſcribendis intra decem hos annos et creavimus, et e republicâ ſuſtulimus.* † *Quis dubitat, quin, in æternum urbe conditâ, in immenſum creſcente, nova imperia, ſacerdotia, jura gentium hominumque inſtituantur? Hoc ipſum, ne connubium Patribus cum plebe eſſet,*

demonſtrativum *ei*, ut ſæpe aliàs. Sic Plaut. in Trinumm. 2. 4. 21. *Pater cum peregre veniet, in portâ eſt locus.* (17) Doctiſſimus Drakenborchius diſtinctionem hoc modo, ut ipſe profitetur, emendavit—*An ne, ſi ſit, quidem ad gubernacula* &c. Obſervatque nullum ſenſum idoneum effici, admiſsâ interpunctione quæ poſt Sigonium obtinebat—*An, ne ſi ſit quidem, ad gubernacula* &c. credo quia particula negativa ſic ſejungi videtur a verbo *patiemur.* Fateor autem Drakenborchii interpunctionem magis multo mihi diſplicere, ut quæ particulam *quidem* cum ſequentibus jungit; præbetque ſenſum a mente Canuleii prorſus alienum. Neque enim ille de acceſſu ad gubernacula reipublicæ loquitur tanquam re parvi momenti; ſed Patres iniquitatis arguit, qui negarunt plebeium ad gubernacula reipublicæ admittendum, *ne ſi ſit quidem* vir fortis ac ſtrenuus. Initio capitis ſequentis conſtructio prorſus ſimilis occurrit—*& ea, ne ſi utilia quidem ſint, fieri oportet?* Sigonianam igitur diſtinctionem reduxi. E. (18) Contrà Dionyſius narrat. vid. not. 9. ad c. 35. l. 3. ſuprà. (19) *Novi homines* opponuntur *nobilibus;* & ii ſunt qui, quum nullum ex majoribus inſignitum curuli magiſtratu habeant, primi ſuæ ſtirpis ad honores ſeſe evexere.

C. 4. (1) Quid inde ſequitur? Sic Cic. pro Mur. c. 12. *Cedo; quid poſtea?* Ter. Hec. 4. 1. 36. *Quid tum poſtea?* (2) Nota formam loquendi, quæ grammaticas leges aſpernatur. Vox *multa*, ut propior, attraxit *ea.* (3) Nullum augurum collegium. (4) Patrum noſtrorum ætate: antè annos nimirum 57. (5) De ædilitatis origine vid. not. 4. ad c. 33. l. 2. Quæſtorum originem Plutarchus refert ad Publicolam conſulem; Tacitus

esset, (6) *non decemviri tulerunt paucis his annis pessimo* (7) *exemplo publico, cum summâ injuriâ plebis? An esse ulla major aut insignitior contumelia potest, quàm partem civitatis, velut contaminatam, indignam connubio haberi? Quid est aliud, quàm exsilium intra eadem mœnia, quàm* (8) *relegationem pati? Ne affinitatibus, ne propinquitatibus immisceamur, cavent; ne societur sanguis. Quid? hoc si polluit nobilitatem istam vestram, quam plerique oriundi ex Albanis & Sabinis, non genere nec sanguine, sed per cooptationem in Patres habetis, aut ab regibus lecti, aut post reges exactos jussu populi* (9); *sinceram servare privatis consiliis non poteratis, nec ducendo ex plebe, neque vestras filias sororesque* (10) *enubere sinendo e Patribus? Nemo plebeius patriciæ virgini vim afferret: patriciorum ista libido est. nemo invitum pactionem nuptialem quemquam facere coëgisset. Verùm enim verò lege id prohiberi, & connubium tolli Patrum ac plebis, id demum contumeliosum plebi est. cur enim non confertis* (11), *ne sit connubium divitibus ac pauperibus? Quod privatorum consiliorum ubique semper fuit, ut, in quam cuique feminæ* (12) *convenisset domum, nuberet; ex quâ pactus esset vir domo, in matrimonium duceret; id vos sub legis superbissimæ vincula conjicitis, quâ dirimatis societatem civilem, duasque ex unâ civitate faciatis. Cur non sancitis, ne vicinus patricio sit plebeius? ne eodem itinere eat? ne idem convivium ineat? ne in foro eodem consistat? Quid enim in re est aliud, si plebeiam patricius duxerit, si patriciam plebeius?* (13) *Quid juris*

tus autem aliique etiam ad reges. vid. Tac. l. 11. Ann. c. 22. (6) *Non* sæpe ponitur pro *nonne*; ut infrà hoc ipso cap. & l. 5. c. 53. (7) Gronovius delendam censet vocem *exemplo*, (quemadmodum Livius suprà loquitur l. 2. c. 1.) quam tamen codices constanter agnoscunt. Eorum autem plures omittunt vocem *publico*, quæ ad sensum loquentis videtur fere necessaria. (8) *Relegatio* minor est pœna quàm *exsilium*. Hoc civitas amittitur; non item illâ. vid. Ov. Trist. 2. 137. (9) In hàc re intervenisse jussum populi, ostendit Dion. Hal. l. 5. c. 40. de Ap. Claudio agens: *ἀφ' ὧν ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος εἰς τε τοὺς πατρικίους αὐτὸν ἐνέγραψε.* Et quidem, si Dionysio fides habenda sit, suffragium populi etiam sub regibus ad hoc necessarium fuit. (10) Sic infrà l. 10. c. 23. *quòd e Patribus enupsisset.* Ut *innubere* est in mariti domum transire, sic *enubere* e patris domo exire. (11) Simul fertis legem, i. e. eodem tempore quo legem tuleritis ne connubium Patribus cum plebi sit. [Sic Drakenborchius & Crevierius. At mallem interpretari vocem *conferre*, per, conjunctis viribus & consiliis ferre. E.] (12) Subintelligitur nubere; & similiter post *pactus esset* supplendum *uxorem ducere.* (13) *Jura gentium* hâc lege confundi Patres rebantur:

juris tandem mutatur? nempe patrem sequuntur liberi (14). *Nec, quod nos ex connubio vestro petamus, quicquam est, præterquam ut hominum, ut civium numero simus. nec, vos (nisi in contumeliam ignominiamque nostram certare juvat) quod contendatis, quicquam est.*

V. *Denique, utrùm tandem populi Romani, an vestrum summum imperium est? Regibus exactis, utrùm vobis dominatio, an omnibus æqua libertas parta est? Oportet licere populo Romano, si velit, jubere legem. an, ut quæque rogatio promulgata erit, vos delectum pro pœna decernetis? &, simul ego tribunus vocare tribus in suffragium cœpero, tu statim consul sacramento juniores adiges, & in castra educes? & minaberis plebi, minaberis tribuno?* (1) *Quid, si non, quantum istæ minæ adversùs plebis consensum valerent, bis jam experti essetis? Scilicet, quia nobis consultum volebatis, certamine abstinuistis. an ideo non est dimicatum, quòd, quæ pars firmior, eadem modestior fuit? Nec nunc erit certamen, Quirites. animos vestros illi tentabunt semper, vires non experientur. Itaque ad bella ista, seu falsa, seu vera sunt, consules, parata vobis plebes est, si, connubiis redditis, unam hanc civitatem tandem facitis; si coalescere, si jungi miscerique vobis privatis necessitudinibus possunt; si spes, si aditus ad honores viris strenuis et fortibus datur; si in consortio, si in societate reipublicæ esse, si, quod æquæ libertatis est,* (2) *in vicem annuis magistratibus parere atque imperitare licet. Si hæc impediet aliquis,* (3) *ferte sermonibus, et multiplicate famâ bella; nemo est nomen daturus, nemo arma capturus, nemo dimicaturus pro superbis dominis, cum quibus nec in re publicâ honorum, nec in privatâ connubii societas est.*

VI. Quum in concionem & consules processissent, & res a (1) perpetuis orationibus in altercationem vertisset; interroganti

bantur: quod non ita esse Canuleius ostendit, quia *patrem sequuntur liberi*; i. e. inter plebeios vel patricios liberi censendi forent, prout pater plebeius vel patricius fuerit. E. (14) Ex justo matrimonio nati. Partus extra nuptias conceptus uterum sequitur.

C. 5. (1) Quid facturi essetis, ni bis jam experti essetis, (nempe duabus secessionibus plebis) *quàm parum* istæ minæ &c. (2) Per annuos magistratus, qui per plebeios ac patricios velut in orbem eant, parere & imperitare vicissim. (3) Sic *ferre famâ*, suprà l. 1. c. 42. infrà l. 23. c. 31. Tac. l. 16. Ann. c. 2. *ferre rumoribus*, l. 15. Ann. c. 46.

C. 6. (1) *Perpetuum* id dicitur quod non concisum est in frusta. Opponi solent *perpetuæ orationes* & *altercationes*. Sic infrà l. 8. c. 33. Cic. l. 1.

interroganti tribuno, *cur plebeium consulem fieri non oporteret?* ut fortasse verè, sic parum utiliter in præsens certamen respondit (2), *quòd nemo plebeius auspicia haberet. ideoque decemviros connubium diremisse, ne incertâ prole auspicia turbarentur.* Plebes ad id maximè indignatione exarsit, quòd auspicari, tanquam invisi Diis immortalibus, negarentur posse. nec antè finis contentionum fuit, (quum & tribunum acerrimum auctorem plebes nacta esset, & ipsa cum eo pertinaciâ certaret) quàm victi tandem Patres, ut de connubio ferretur, consensere: ita maximè rati contentionem de plebeiis consulibus tribunos aut totam depositeros, aut post bellum dilaturos esse; contentamque interim connubio plebem paratam delectui fore. Quum Canuleius, victoriâ de Patribus & plebis favore (3) ingens esset, accensi alii tribuni ad certamen, pro rogatione suâ summâ vi pugnant, &, crescente in dies famâ belli, delectum impediunt. Consules, quum per senatum, intercedentibus tribunis, nihil agi posset, consilia principum domi habebant. apparebat, aut hostibus, aut civibus de victoriâ concedendum esse. Soli ex consularibus Valerius atque Horatius non intererant consiliis. C. Claudii sententia consules armabat in tribunos: Quinctiorum, Cincinnatique & Capitolini, sententiæ abhorrebant a cæde violandisque, quos, fœdere icto cum plebe, sacrosanctos accepissent. Per hæc consilia eò deducta res est, ut tribunos militum consulari potestate promiscuè ex Patribus ac plebe creari sinerent; de consulibus creandis nihil mutaretur. eoque contenti tribuni, contenta plebs fuit. Comitia tribunis consulari potestate tribus creandis indicuntur. quibus indictis, extemplo, quicunque aliquid seditiosè dixerat, aut fecerat, (4) quàm maximè tribunicii, & prensare homines, & concursare toto foro candidati cœpere: ut patricios desperatio primò, irritatâ plebe, adipiscendi honoris, deinde indignatio, si cum his gerendus esset honos, deterreret. postremò coacti tamen a primoribus petiere, ne cessisse possessione reipublicæ viderentur. Eventus

Perfertur lex de connubio.

l. 1. ad Att. Ep. 16. Similiter opponuntur *continuæ orationes* & *altercationes*, apud Tac. l. 4. Hist. c. 7. (2) Nempe consulum alter: nisi malis ex quibusdam codicibus legere *responderunt.* (3) *Ingens auctoritate* dixit Livius infrà l. 42. c. 12. Sic etiam *ingens haberi* l. 5. c. 17. (4) Codices scripti ferc omnes adjiciunt *hunc* ante vocem *quàm.* unde Sigonius conjicit

† Eventus eorum comitiorum docuit, alios animos in contentione libertatis dignitatisque, alios, (5) secundùm deposita certamina, incorrupto judicio esse: tribunos enim omnes patricios creavit populus, contentus eo, (6) quòd ratio habita plebeiorum esset. Hanc modestiam æquitatemque & (7) altitudinem animi ubi nunc in uno inveneris, quæ tum populi universi fuit?

U. c. 311. A. C. 441. A. Sempronio &c. Trib. Mil.

VII. Anno trecentesimo decimo (1), quàm urbs Roma condita erat, primùm tribuni militum pro consulibus magistratum ineunt, A. Sempronius Atratinus, L Atilius, T. Cæcilius (2); quorum in magistratu concordia domi pacem etiam foris præbuit. Sunt, qui propter adjectum Æquorum Volscorumque bello & Ardeatium defectioni Vejens bellum, quia duo consules obire tot simul bella nequirent, tribunos militum tres creatos dicant, sine mentione promulgatæ legis de consulibus creandis ex plebe, & imperio & insignibus consularibus usos. Non tamen pro firmato jam stetit magistratûs ejus jus; quia tertio mense, quàm inierunt, augurum decreto, perinde ac vitio creati, honore abiere; quòd C. Curtius, qui comitiis eorum præfuerat, (3) parum rectè tabernaculum cepisset. (4) Legati ab Ardeâ Romam venerunt, ita de injuriâ querentes, ut, si demeretur ea, in fœdere atque amicitiâ mansuros, restituto agro, appareret. Ab senatu responsum est, *judicium*

conjicit legendum esse, *hinc quàm maximè.* (5) *Secundùm* pro *post* Livio admodum frequens est; ut infrà l. 8. c. 10. *castra secundùm prælium capta.* (6) Quòd plebeii admissi ad petendum magistratum essent, tanquam legitimi candidati. (7) *Altitudo animi* est ejus magnitudo, magnanimitas. Alibi tamen alio sensu sumitur, & *altitudo animi* tribuitur ei, qui simulandi artifex peritè animi sensa occultat; ut apud Cic. l. 1. de Off. c. 25.

C. 7. (1) Potiùs undecimo. Mox *quàm*, pro postquam, quemadmodum Livius sæpissime loqui solet. Sic infrà hoc ipso cap. *tertio mense, quàm inierunt.* (2) Hunc Dionysius Τιτον Κλυσιον Σικελον vocat, & pro Κλυσιον unus codex habet Κλυλιον. Porro *T. Clælium Siculum* paulo pòst memorat ipse Livius, c. 11. Unde plusquam verisimile est hîc etiam legendum esse *Clælius*, pro *Cæcilius*; præsertim quum *Cæcilia* gens plebeia fuerit. Et Crevierius quidem, quum Livium formâ minore edidit, hanc emendationem in contextum recepit: neque ob id culpandus videtur, si modò lectorem de mutatione factâ monuisset. (3) Is qui comitiis præerat tabernaculum capere solebat, ad sumenda auspicia, centrum quasi templi auguralis. Plutarchus in Marcello, & Cicero l. 2. de Nat. Deor. c. 4. memorant Nasicam & Marcium consules abdicasse, ob tabernaculum vitio captum a T. Sempronio. (4) *Legati ab Ardeâ*, pro legati

dicium populi rescindi ab senatu non posse, præterquam quòd nullo nec exemplo nec jure fieret, concordiæ etiam ordinum causâ. Si Ardeates (5) *sua tempora exspectare velint, arbitriumque senatui levandæ injuriæ suæ permittant, fore, ut postmodo gaudeant, se iræ* (6) *moderatos; sciantque, Patribus æquè curæ fuisse, ne qua injuria in eos oriretur, ac ne orta diuturna esset.* Ita legati, quum se (7) rem integram relaturos dixissent, comiter dimissi. Patricii, quum sine (8) curuli magistratu respublica esset, coïere, & interregem creavere. contentio, consulesne, an tribuni militum crearentur, in interregno rem dies complures tenuit. Interrex ac senatus, consulum comitia; tribuni plebis & plebs, tribunorum militum ut habeantur, tendunt. Vicerunt Patres, quia & plebs, patriciis seu hunc seu illum delatura honorem, frustra certare supersedit (9): & principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio sui, quàm quibus ut indigni præterirentur. tribuni quoque plebis (10) certamen sine effectu in beneficio apud primores Patrum reliquere. T. Quinctius Barbatus interrex consules creat L. Papirium Mugillanum, L. Sempronium Atratinum. His consulibus cum Ardeatibus fœdus renovatum est. (11) idque monumenti est, consules eos illo anno fuisse, qui neque in annalibus priscis, neque in libris magistratuum inveniuntur. credo, quòd tribuni militum initio anni fuerunt, eo, perinde ac si totum annum in imperio fuerint, suffectis his consulibus, prætermissa

Suffecti Coss. L. Papirius, L. Sempronius.

legati Ardeates, notâ periphrasi quâ Livius alibi utitur. Ita *Herdonius ab Aricia*, pro Aricinus, suprà l. 1. c. 50. *Principes a Corâ atque Pometiâ*, l. 2. c. 22. *Legati ab Tusculo*, l. 3. c. 38. (5) Vid. not. 6. ad c. 56. l. 1. Miror Crevierium voces *sua tempora* interpretatum fuisse, per *tempora opportuna senatui Romano*. Sunt potiùs tempora postulatis *Ardeatium* a populo impetrandis commoda: quemadmodum & mox *suæ injuriæ* indicat injuriam *Ardeatibus* illatam. E. (6) *Moderari* æquè cum casu tertio construitur, ac cum quarto, & apud nostrum & apud Ciceronem. (7) Se negotium hoc de integro & novâ deliberatione perpendendum civibus suis permissuros. (8) Curules magistratus ii fuere qui sellâ curuli utebantur (de quâ vid. not. 4. ad c. 8. l. 1.): quales tum dictatores, consules, tribuni militares; postea censores, prætores, ædiles curules. (9) Omisit. sic infrà l. 21. c. 40. l. 34. c. 59. (10) Voluerunt beneficii loco haberi a primoribus Patrum quòd certamen sine effectu reliquissent, nec rem tentatam urgere perseverassent. (11) *Id monumenti*, pro id monumentum: quemadmodum *id negotii*, suprà l. 3. c. 15. *id cognominis*, infrà l. 7. c. 26. et similia. (12) Scriptor

termiſſa nomina conſulum horum. (12) Licinius Macer auctor eſt, & in fœdere Ardeatino, & in (13) linteis libris ad Monetæ inventa (14). Et foris, quum tot terrores a finitimis oſtentati eſſent, & domi otium fuit.

U. c. 312. A. C. 440. M. Geganio, T. Quinctio V. Coſſ.

VIII. Hunc annum (ſeu tribunos modò, ſeu tribunis ſuffectos conſules quoque habuit) ſequitur annus haud dubiis conſulibus, M. Geganio Macerino iterum, T. Quinctio Capitolino quintùm conſulibus (1). Idem hic annus cenſuræ initium fuit, rei a parvâ origine ortæ: quæ deinde tanto incremento aucta eſt, ut (2) morum diſciplinæque Romanæ penes eam regimen, (3) ſenatus, equitumque centuriæ, decoris dedecoriſque diſcrimen ſub ditione ejus magiſtratûs, (4) publicorum jus privatorumque locorum, (5) vectigalia populi Romani ſub nutu atque arbitrio eſſent. Ortum autem initium rei eſt, quod in populo, (6) per multos annos incenſo, neque differri cenſus poterat, neque conſulibus, quum tot populorum bella imminerent, (7) operæ erat id negotium agere. Mentio illata (8) ab ſenatu eſt, *Rem operoſam ac minimè conſularem ſuo proprio magiſtratu egere: cui ſcribarum miniſterium, cuſtodiæque* (9) *& tabularum cura, cui* (10) *arbitrium formulæ cenſendi ſubjiceretur.* Et Patres, quanquam rem parvam, tamen, quo plures patricii magiſtratus

Cenſuræ initium.

(12) Scriptor hiſtoricus, & alibi ſæpe Livio memoratus. Eum Voſſius ſuſpicatur eundem eſſe qui, a Cicerone prætore jamjam damnandus repetundarum, mortem ſibi ipſe conſcivit. Hujus Cicero meminit in Bruto n. 238. (13) In quos magiſtratuum nomina referebantur, ut apparet ex c. 13 & 20. infrà. De iis conſule ſis Dodwellum in Append. Præl. Academ. pag. 654. (14) Nempe conſulum nomina. De æde Junonis Monetæ vid. infrà l. 7. c. 28.

C. 8. (1) Ultima vox videtur a malâ manu eſſe adjecta. (2) Hinc *magiſtri morum* cenſores ſolebant nominari. (3) Cenſorum officium erat ſenatorem loco movere, equiti adimere equum & annulum, ſi quid in vitâ ejus deprehenderet honeſtati contrarium. (4) Cenſorum erat urbis templa, vias, aquas tueri: cavere ne privati loca, quæ publici eſſent juris, occuparent, & occupata repetere ac vindicare. (5) Ad cenſorum munus pertinebat etiam elocare vectigalia & fundos publicanis. Porro cenſura primo quinquennalis, poſtea annua facta. vid. infrà c. 24. (6) Per ſeptemdecim annos. vid. ſuprà l. 3. c. 24. (7) *Operæ eſſe*, pro vacare, frequens eſt; ut ſuprà l. 1. c. 24. infrà l. 5. c. 15. l. 9. c. 23. Alii ellipſin ſupplent per vocem *rem*, alii per *pretium*. Vid. Perizon. ad Sanctii Minerv. l. 4. c. 4. in voce *res*. (8) Legendum videtur *in ſenatu*: mox enim additur Patres *rem*, i. e. mentionem hujus rei illatam, *lætos accepiſſe*; non ergo ipſi intulerunt. (9) Crevierius delendam cenſet particulam *et*. eam autem codices omnes ſervant. Fortaſſe cuſtodiæ hæ ſunt publicanorum, quarum meminit Cic. de provinc. Conſul. 10. Cuſtodes nempe ſecum habebant publicani, ne fraudarentur. E. (10) Jus ſtatuendi

tratus in republicâ essent, læti accepere; id, quod evenit, futurum credo etiam rati, ut mox (11) opes eorum, qui præessent, ipsi honori jus majestatemque adjicerent: et tribuni, (id quod tunc erat) magis necessariam (12), quàm speciosi ministerii procurationem intuentes, ne in parvis quoque rebus incommodè adversarentur, haud sanè tetendere. Quum a primoribus civitatis spretus honor esset, Papirium Semproniumque, quorum de consulatu dubitatur (13), ut eo magistratu parum solidum consulatum explerent, censui agendo populus suffragiis præfecit. Censores ab re appellati sunt.

IX. Dum hæc Romæ geruntur, legati ab Ardeâ veniunt, pro veterrimâ societate renovatoque fœdere recenti, auxilium propè eversæ urbi implorantes. Frui namque pace, optimo consilio cum populo Romano servatâ, per intestina arma non licuit; quorum causa atque initium traditur ex certamine factionum ortum: quæ fuere eruntque pluribus populis magis exitio, quàm bella externa, quàm fames morbive, (1) quæque alia in Deûm iras, velut ultima publicorum malorum vertunt. Virginem plebeii generis, maximè formâ notam, petiere juvenes: alter virgini genere par, tutoribus fretus, qui & ipsi ejusdem corporis (2) erant; nobilis alter, nullâ re, præterquam formâ, captus. adjuvabant eum optimatium studia, per quæ in domum quoque puellæ certamen partium penetravit. nobilis superior judicio matris esse, quæ quàm splendidissimis nuptiis jungi puellam volebat. tutores, in eâ quoque re partium memores, ad (3) suum tendere. Quum res peragi intra parietes nequisset, ventum in jus est. (4) postulatu audito matris tutorumque,

Ardeatium intestina discordia.

statuendi regulam, secundùm quam quisque censendus esset. (11) *Opes* notant splendorem, amplitudinem, potentiam. & ita *gens*, *urbs*, *civitas opulenta* est potens, viribus valens. (12) Pro *magis necessarii, quàm speciosi*. Sensus est, ministerii procurationem, sive ipsam censuram, magis necessariam quàm speciosam, non modò tribunis plebis visam fuisse, sed etiam re verâ eo tempore exstitisse. (13) Hanc lectionem recepimus cum Crevierio, ex codice uno manuscripto & vetustioribus editis. Vulgò editur *dubitabatur*. At Livius indicat, de consulatu Papirii & Sempronii dubitari, non illo tempore quo censores creabantur, sed suo tempore, nunc quum hæc scribit.

C. 9. (1) Quæque alia homines vulgò vertere solent in &c. (2) Nempe plebeii. (3) Ad plebeium, qui erat sui corporis, sui ordinis. Sic infrà c. 24 & 35. & alibi sæpe. (4) Quidam codices habent *postulato*. sed & multa alia occurrunt vocabula quæ olim ad legem & secundæ & quartæ

tutorumque, magiſtratus ſecundùm parentis arbitrium dant jus nuptiarum. ſed vis potentior fuit. namque tutores, inter ſuæ partis homines de injuriâ decreti palam in foro concionati, manu factâ virginem ex domo matris rapiunt. adversùs quos infeſtior coorta optimatium acies ſequitur accenſum injuriâ juvenem. fit prœlium atrox. Pulſa plebs, (5) nihil Romanæ plebi ſimilis, armata ex urbe profecta, colle quodam capto, in agros optimatium cum ferro ignique excurſiones facit. urbem quoque, omnis etiam (6) expertem antè certaminis, multitudine opificum ad ſpem prædæ evocatâ, obſidere parat. nec ulla ſpecies cladeſque belli abeſt; (7) velut contactâ civitate rabie duorum juvenum, funeſtas nuptias ex occaſu patriæ petentium. Parum parti utrique domi armorum bellique eſt viſum. optimates Romanos ad auxilium urbis obſeſſæ, plebs ad expugnandam ſecum Ardeam Volſcos excivere. *Ardeam obſident Volſci.* Priores Volſci, duce (8) Æquo Clœlio, Ardeam venere, & mœnibus hoſtium vallum objecere. Quod ubi Romam eſt nunciatum, extemplo M. Geganius conſul, cum exercitu profectus, tria millia paſſuum ab hoſte locum caſtris cepit, (9) præcipitique jam die curare corpora milites *A Romanis obſidentur.* jubet. quartâ deinde vigiliâ ſigna profert: cœptumque opus

quartæ declinationis nominum formata ſunt, & Livius hìc ideo videtur *poſtulata* dixiſſe, ne duo eodem modo deſinentia vocabula jungantur. Ob quam eandem rationem Cic. l. 5. in Verr. c. 66. *perangusto fretu*, & l. 2. in Verr. c. 78. *manifeſto peccatu* dixiſſe, obſervat Gellius l. 13. Noct. Att. c. 20. (5) Quòd ab optimatibus ſecedens patriæ bellum intulerint. At contrà plebs Romana; vid. ſuprà l. 2. c. 32. & l. 3. c. 54. (6) Immeritò, ut mihi videtur, hunc locum ſollicitant interpretes: inter quos Drakenborchius legendum conjicit vel *experte*, ut referatur ad *multitudine opificum*, vel *expertam*, quemadmodum *expertos belli* apud Virg. Æn. 10. v. 173. Ideo autem locus illis parum ſanus videtur, quia jam dixerat Livius *atrox prœlium* in urbe commiſſum fuiſſe, nec cernere ergo poſſunt quo ſenſu urbs *expers certaminis* dicatur. Sed facillimè hæc duo conciliari poſſunt. Certamen antè *privatum* fuit inter duas in urbe factiones, neque ad urbem ipſam ulla pars ejus pertinuit: jam verò certamen fit *publicum* inter plebem pulſam & urbem, quam, licet antè omnis expers certaminis fuerit, obſidere parat. *Expers certaminis* dicitur qui neutri parti in certamine auxiliatur, ſeu favet. ſic infrà l. 40. c. 8. E. (7) Velut ſi duorum juvenum rabies toti ſe civitati per contagionem infudiſſet. (8) Hic videtur fuiſſe *Gracchus Clœlius*, de quo ſuprà l. 3. c. 25. quem ducem ex gente Æquorum Volſci ſumpſerunt. Vulgò edebatur *Cluilio* vel *Civilio.* (9) *Præcipiti die*, eſt jamjam occaſum minante. Sic infrà l. 25. c. 34. *præcipiti jam ad veſperum die.* Tac. l. 3. Hiſt. c. 86. *præcipiti in occaſum die.* Eodem ſenſu *ſol præcipitans* dicitur apud Cic. l. 3. de Orat. c. 55.

(10) *Brachia*

opus adeò approperatum est, ut, sole orto, Volsci firmiore se munimento ab Romanis circumvallatos, quàm a se urbem, viderent. & aliâ parte consul muro Ardeæ (10) brachium injunxerat; quâ ex oppido sui commeare possent.

X. Volscus imperator, qui ad eam diem, non commeatu præparato, sed ex populatione agrorum rapto in diem frumento aluisset militem, postquam septus vallo repentè (1) inopem omnium rerum videt, ad colloquium consule evocato, *si solvendæ obsidionis causâ venerit Romanus, abducturum se inde Volscos*, aït. Adversùs ea consul, *victis conditiones accipiendas esse, non ferendas*, respondit; *neque, ut venerint ad oppugnandos socios populi Romani suo arbitrio, ita abituros Volscos esse. Dedi imperatorem, arma poni*, jubet, *fatentes victos se esse, et imperio parere. aliter, tam abeuntibus, quàm manentibus, se hostem infensum, victoriam potiùs ex Volscis, quàm pacem infidam, Romam relaturum.* Volsci exiguam spem (2) in armis, aliâ undique abscissâ, quum tentassent, præter cetera adversa loco quoque iniquo ad pugnam congressi, iniquiore ad fugam, quum ab omni parte cæderentur, ad preces a certamine versi, dedito imperatore traditisque armis, sub jugum missi, cum singulis vestimentis ignominiæ cladisque pleni dimittuntur. &, quum haud procul urbe Tusculo consedissent, vetere Tusculanorum odio inermes oppressi dederunt pœnas, vix nunciis cædis relictis. Romanus Ardeæ turbatas seditione res, principibus ejus motûs securi percussis, bonisque eorum in publicum Ardeatium redactis, composuit: demptamque injuriam judicii tanto beneficio populi Romani Ardeates credebant; senatui superesse aliquid ad delendum publicæ avaritiæ monumentum videbatur. Consul triumphans in urbem redit, Clœlio duce Volscorum ante currum ducto, prælatisque spoliis, quibus dearmatum exercitum hostium sub jugum miserat. Æquavit, quod haud facile est, Quinctius consul togatus armati gloriam collegæ: quia concordiæ

Victi, dedito duce, sub jugum mittuntur.

Ardeæ res compositæ.

(10) *Brachia* dicuntur munitiones ex reliquo opere procurrentes. infrà l. 22. c. 52. l. 31. c. 26. l. 38. c. 5. *Injungere* Livio frequens est: infrà l. 5. c. 7. l. 10. c. 34. & alibi.

C. 10. (1) Subintelligitur *se*, quemadmodum infrà l. 27. c. 19. *Numidam esse, aït*, & alibi sæpe. Alii referunt *inopem* ad *militem*, de quo præcesserat. (2) *Exiguam spem* quæ sibi reliqua erat *in armis*. *Tentare spem* Livio frequens est: & sic ἐξελέγξαι τὰς τελευταίας ἐλπίδας, ἐξελεγ-[illegible]

concordiæ pacisque domesticam curam, jura infimis summisque moderando, ita tenuit, ut eum & Patres (3) severum, consulem, & plebs satis comem crediderint. Et adversùs tribunos (4) auctoritate plura, quàm certamine, tenuit. quinque consulatus, eodem tenore gesti, vitaque omnis, consulariter acta, verendum pene ipsum magis, quàm honorem, faciebant. eo tribunorum militarium nulla mentio his consulibus fuit.

U. c. 313. A. C. 439. M. Fabio, Post. Æbutio Coss.

XI. Consules creant M. Fabium Vibulanum, Postumum Æbutium Cornicinem. Fabius & Æbutius consules, quo majori gloriæ rerum, domi forisque gestarum, succedere se cernebant, (maximè autem memorabilem annum apud finitimos socios hostesque esse, quòd Ardeatibus in re præcipiti tantâ foret curâ subventum) eo impensiùs, ut delerent prorsus ex animis hominum infamiam judicii, senatusconsultum fecerunt; ut, quoniam civitas Ardeatium intestino tumultu redacta ad paucos esset, coloni eò præsidii causâ adversùs Volscos scriberentur. Hoc palam relatum in tabulas, ut plebem tribunosque falleret judicii rescindendi consilium initum. Consenserant autem, ut, multo majore parte (1) Rutulorum colonorum, quàm Romanorum, scriptâ, nec ager ullus divideretur, nisi is, qui interceptus judicio infami erat; nec ulli priùs Romano ibi, quàm omnibus Rutulis divisus esset, gleba ulla agri assignaretur. Sic ager ad Ardeates rediit. Triumviri ad coloniam Ardeam deducendam creati Agrippa Menenius, (2) T. Clœlius Siculus, M. Æbutius Elva. qui, per minimè populare ministerium agro assignando sociis, quem populus Romanus suum judicasset, quum plebem offendissent, ne primoribus quidem Patrum satis accepti, quòd nihil gratiæ cujusquam dederant (3); vexationes, ad populum jam die dictâ ab tribunis, (4) coloni adscripti remanendo in coloniâ, quam testem integritatis justitiæque habebant, vitavere.

Ardeatibus ager redditus, qui judicio infami interceptus erat.

χειν καὶ ταυτην την ελπιδα, apud Polyb. l. 2. c. 34. l. 14. c. 9. (3) Minimè plebicolam. (4) Per reverentiam, quam ei sua virtus gravitasque conciliabat. vid. not. 6. ad c. 7. l. 1. suprà.

C. 11. (1) Ardeatium. Ardea enim Rutulorum erat. (2) Vid. not. 1. ad c. 7. suprà. (3) *Dare gratiæ alicujus*, est ob gratiam, quâ quis valet, concedere. (4) Ipsi inter colonos adscripti. Alii habent *colonis adscripti.* Utrumque commodum est.

XII. Pax

XII. Pax domi forisque fuit & hoc & insequente anno, C. Furio Pacilo & M. Papirio Crasso consulibus. Ludi, ab decemviris per secessionem plebis a Patribus ex senatusconsulto voti, eo anno facti sunt. Causa seditionum nequicquam a Pœtelio quæsita. qui, tribunus plebis iterum (1) ea ipsa denunciando factus, neque, ut de agris dividendis plebi referrent consules ad senatum, pervincere potuit: &, quum magno certamine obtinuisset, ut consulerentur Patres, consulum an tribunorum placeret comitia haberi, consules creari jussi sunt. ludibrioque erant minæ tribuni, denunciantis se delectum impediturum; quum, quietis finitimis, neque bello, neque belli apparatu opus esset. Sequitur hanc tranquillitatem rerum annus, Proculo Geganio Macerino, L. Menenio Lanato consulibus, multiplici clade ac periculo insignis, seditionibus, fame, regno propè per largitionis dulcedinem in cervices accepto (2). Unum afuit bellum externum: quo si aggravatæ res essent, vix ope Deorum omnium (3) resisti potuisset. Cœpere a fame mala, seu adversus annus frugibus fuit, seu dulcedine concionum & urbis deserto agrorum cultu: nam utrumque traditur. & Patres plebem desidem, & tribuni plebis nunc fraudem nunc negligentiam consulum accusabant. Postremò perpulere plebeii, haud adversante senatu, ut L. Minucius præfectus annonæ crearetur; felicior in eo magistratu ad custodiam libertatis futurus, quàm ad curationem ministerii sui: quanquam postremò annonæ quoque levatæ haud immeritam & gratiam & gloriam tulit. Qui (4) quum, multis circa finitimos populos legationibus terrâ marique nequicquam missis, (nisi quòd ex Etruriâ haud ita multum frumenti advectum est) nullum momentum annonæ fecisset; &, (5) revolutus ad dispensationem inopiæ, profiteri

U. c. 314.
A. C. 438.
C. Furio, M. Papirio Coss.

A. C. 315.
U. c. 437.
Proc. Geganio, L. Menenio Coss.

Fames.

C. 12. (1) Ea nempe quæ mox memoratur frustra jactasse; se de agrorum divisione & de tribunorum militarium comitiis acturum. (2) Locutio deducta ab animalibus, quorum collo jugum imponi solet. (3) Gronovius legit *sisti potuisset;* quod lubenter in contextum reciperemus, si vel unius codicis auctoritas accederet. (4) *Quum...nullum momentum annonæ fecisset, &...aperiret magis, quàm levaret, inopiam, cogendo* &c. *Nullum momentum facere*, ut suprà l. 1. c. 47. Contrà *magnum momentum facere*, infrà l. 28. c. 13. (5) Eò redire coactus, ut exiguum illud frumenti, quod erat in urbe, quodam ordine dispensandum curaret, non

ſiteri cogendo frumentum, & vendere, quod (6) uſu menſtruo ſupereſſet, fraudandoque parte (7) diurni cibi ſervitia, criminando inde & objiciendo iræ populi frumentarios (8), acerbâ inquiſitione aperiret magis, quàm levaret, inopiam; multi ex plebe, ſpe amiſsâ, potiùs quàm ut cruciarentur trahendo animam, (9) capitibus obvolutis ſe in Tiberim præcipitaverunt.

Periculoſæ largitiones Sp. Mælii.

XIII. Tum Sp. Mælius ex equeſtri ordine, ut illis temporibus, prædives, rem utilem, peſſimo exemplo, pejore conſilio, eſt aggreſſus. frumento namque ex Etruriâ privatâ pecuniâ per hoſpitum clientiumque miniſteria coëmpto, (quæ, credo, ipſa res ad levandam publicâ curâ (1) annonam impedimento fuerat) largitiones frumenti facere inſtituit: plebemque, hoc munere delinitam, quâcunque incederet, (2) conſpectus elatuſque ſupra modum hominis privati, ſecum trahere; haud dubium conſulatum favore ac ſpe deſpondentem. Ipſe, ut eſt humanus animus † inſatiabilis eo, quod fortuna ſpondet, ad altiora & non conceſſa tendere. &, quoniam conſulatus quoque eripiendus invitis Patribus eſſet, de regno agitare: id unum dignum tanto apparatu conſiliorum & certamine, quod ingens (3) exſudandum eſſet, præmium fore. Jam comitia conſularia inſtabant. quæ res eum, necdum compoſitis maturiſve ſatis conſiliis, oppreſſit. Conſul ſextùm creatus T. Quinctius Capitolinus, minimè opportunus vir novanti res: collega additur ei Agrippa Menenius, cui Lanato erat cognomen. & L. Minucius præfectus annonæ, ſeu refectus, ſeu, quoad res poſceret, in incertum creatus. nihil enim conſtat, niſi in libros linteos utroque anno relatum inter magiſtratus præfecti nomen. Hic Minucius,

U. c. 316. A. C. 436. T. Quinctio VI. Agr. Menenio Coſſ.

cuique pro arbitrio conſumendum relinqueret. (6) *Uſu* pro *uſui.* Sic optimis ſcriptoribus formari ſolet caſus tertius quartæ declinationis. Infrà l. 7. c. 2. *Feſcennino verſu ſimilem.* l. 9. c. 5. *tempus ſtatutum exercitu mittendo.* l. 22. c. 2. *delectu dat operam.* (7) *Cibum diurnum* vocat, quia ſervis in dies panis ad pondus dabatur, unde vitam alerent. Ter. Phorm. 1. 1. 9. *quod ille unciatim vix de* demenſo *ſuo, ſuum defraudans genium, comparſit miſer.* (8) *Frumentarius* eſt mercator, qui lucri causâ frumentum coëmit, ut majori pretio poſtea divendat. (9) Hor. l. 2. Sat. 3. v. 37. *cum vellem capite operto, Me mittere in flumen.*

C. 13. (1) Nempe per Minucium, qui publicè hanc curationem agebat. (2) Vid. ſuprà not. 2. ad c. 50. l. 3. (3) Multo ſudore ſuſtinendum. Sic *exſudare laborem,* infrà l. 5. c. 5. *exſudare cauſas,* Hor. l. 1. Sat. 10. v. 28.

nucius, eandem publicè (4) curationem agens, quam Mælius privatim agendam susceperat, quum in utrâque domo genus idem hominum versaretur, rem compertam ad senatum refert (5), *Tela in domum Mælii conferri, eumque* (6) *conciones domi habere: ac non dubia regni consilia esse. tempus agendæ rei nondum stare* (7)*; cetera jam convenisse; & tribunos mercede emptos ad prodendam libertatem, & partita ducibus multitudinis ministeria esse. Seriùs se pene, quàm tutum fuerit, ne cujus incerti vanique auctor esset, ea deferre.* Quæ postquam sunt audita, & undique primores Patrum & prioris anni consules increparent, quòd eas largitiones cœtusque plebis in privatâ domo passi essent fieri, & novos consules, quòd exspectassent, donec a præfecto annonæ tanta res ad senatum deferretur, quæ consulem non (8) auctorem solùm desideraret, sed etiam vindicem; tum T. Quinctius, *consules immeritò increpari,* ait, *qui constricti legibus de provocatione ad dissolvendum imperium latis* (9), *nequaquam tantum virium in magistratu ad eam rem pro atrocitate vindicandam, quantum animi, haberent. opus esse non forti solùm viro, sed etiam libero exsolutoque legum vinculis* (10). *Itaque se dictatorem L. Quinctium dicturum. ibi animum parem tantæ potestati esse.* Approbantibus cunctis, primò Quinctius abnuere: &, *quid sibi vellent,* rogitare, *qui se ætate exactâ tantæ dimicationi objicerent.* Dein, quum undique plus in illo senili animo non consilii modò, sed etiam virtutis esse, quàm in omnibus aliis dicerent,

v. 28. (4) Auctoritate publicâ, sumptibus & impensis publicis. ut suprà l. 1. c. 26. l. 2. c. 41. l. 3. c. 26. (5) Quidam codices habent *defert*, quod præferendum videtur; quemadmodum etiam mox sequitur *se...ea deferre*, & *donec a præfecto annonæ...deferretur.* Ceterùm *referre* & *deferre* sæpe in libris manuscriptis confunduntur. (6) Gronovius legendum esse existimat *coïtiones*. *Concio* quidem sæpe pro conventu sumitur, sed propriè dicitur de multitudine publicè convocatâ. [Fortasse hanc vocem adhibet Minucius, ad atrocitatem criminis amplificandam, nempe Mælium auctoritatem quæ propria magistratuum erat jam sibi arrogare. E.] (7) *Stat tempus*, quum rei agendæ tempus convenit. (8) Primores Patrum dicunt oportuisse ut consules non modò rem senatui indicassent, sed etiam pœnam exegissent. *Auctor* sæpe ponitur pro nuncio, qui rem narrat: ut suprà l. 1. c. 16. *gravis, ut traditur, quamvis magnæ rei auctor.* infrà l. 5. c. 15. *auctorem levem...super tantâ re Patres rati.* (9) Gronovius conjicit legendum esse *natis*, h. e. aptis, accommodis dissolvendo imperio: ut infrà l. 5. c. 54. *ad incrementum urbis natum unicè locum;* & alibi sæpe. (10) Vid. suprà not 5. ad. c. 55. l. 3.

rent, laudibusque haud immeritis onerarent (11), & consul nihil remitteret; precatus tandem Deos immortales Cincinnatus, ne senectus sua in tam trepidis rebus damno dedecorive reipublicæ esset, dictator a consule dicitur. ipse deinde C. Servilium Ahalam magistrum equitum dicit.

Creatur dictator Cincinnatus.

XIV. Postero die, dispositis præsidiis, quum in forum descendisset, conversaque in eum plebs novitate rei ac miraculo esset, & Mæliani atque ipse dux eorum in se intentam vim tanti imperii cernerent; (1) expertes consiliorum regni, *qui tumultus, quod bellum repens, aut dictatoriam majestatem, aut Quinctium post octogesimum annum rectorem reipublicæ quæsisset*, rogitarent; missus ab dictatore Servilius magister equitum ad Mælium, *Vocat te*, inquit, *dictator.* Quum pavidus ille, *quid vellet*, quæreret; Serviliusque *causam dicendam esse* proponeret, *crimenque, a Minucio delatum ad senatum, diluendum;* tunc Mælius recipere se in catervam suorum, & primùm circumspectans tergiversari: postremò, quum apparitor jussu magistri equitum duceret, ereptus a circumstantibus, fugiensque, fidem plebis Romanæ implorare: & opprimi se consensu Patrum dicere, quòd plebi benignè fecisset: orare, ut opem sibi ultimo in discrimine ferrent, neve ante oculos suos trucidari sinerent. Hæc eum vociferantem assecutus Ahala Servilius obtruncat: resperfusque cruore obtruncati, stipatus catervâ patriciorum juvenum, dictatori renunciat, vocatum ad eum Mælium, repulso apparitore concitantem multitudinem, pœnam meritam habere. Tum dictator, (2) *Macte virtute*, inquit, *C. Servili, esto, liberatâ republicâ.*

Mælius occiditur.

XV. Tumultuantem deinde multitudinem (1) incertâ existimatione facti ad concionem vocari jussit; &, *Mælium jure cæsum*, pronunciavit, *etiam si regni crimine insons fuerit; qui vocatus a magistro equitum ad dictatorem non venisset. Se ad causam cognoscendam consedisse; quâ cognitâ, habiturum*

Factum defendit dictator.

(11) Sic *onerare ingentibus promissis*, l. 24. c. 13. *onerare spe præmiorum*, l. 34. c. 61. Porro *haud immeritis*, per meiosin, pro meritissimis. vid. not. 6. ad c. 33. l. 3.

C. 14. (1) Quumque ii, qui participes non erant Mælii consiliorum, rogitarent. (2) Vid. suprà not. 10. ad c. 12. l. 2.

C. 15. (1) Quum dubitaretur quid de Ahalæ facto judicandum esset. (2) Quidam

habiturum fuisse Mælium similem causæ fortunam. Vim parantem, ne judicio se committeret, vi coërcitum esse. Nec cum eo, tanquam cum cive, agendum fuisse; qui natus in libero populo inter jura legesque, ex quâ urbe reges exactos sciret, eodemque anno (2) *sororis filios regis, et liberos consulis liberatoris patriæ, propter pactionem indicatam recipiendorum in urbem regum, a patre securi esse percussos; ex quâ Collatinum Tarquinium consulem nominis odio abdicare se magistratu atque exsulare jussum; in quâ de Sp. Cassio, post aliquot annos, propter consilia inita de regno supplicium sumptum; in quâ nuper decemviros bonis, exsilio, capite mulctatos ob superbiam regiam, in eâ* (3) *Sp. Mælius spem regni conceperit. Et quis homo?* (4) *quanquam nullam nobilitatem, nullos honores, nulla merita cuiquam ad dominationem pandere viam; sed tamen Claudios, Cassios, consulatibus, decemviratibus, suis majorumque honoribus, splendore familiarum sustulisse animos, quò nefas fuerit: Sp. Mælium, cui tribunatus plebis magis optandus, quàm sperandus, fuerit, frumentarium divitem,* (5) *bilibris farris sperasse libertatem se civium suorum emisse,* (6) *ciboque objiciendo ratum victorem finitimorum omnium populum in servitutem perlici posse: ut, quem senatorem* (7) *concoquere civitas vix posset, regem ferret, Romuli conditoris, ab Diis orti, recepti ad Deos, insignia atque*

(2) Quidam per *sororis filios regis* intelligunt Vitellios Aquilliosque, natos, secundùm Plutarchum, ex duabus sororibus Collatini consulis; hunc autem *regem* appellari pro cognato regis. Alii, quibus & codices aliquot suffragantur, vocem *regis* inducendam putant, ita ut *consulis* bis accipiendum sit. Attamen vel sic incommoda sunt verba subsequentia *a patre securi esse percussos;* quæ rectè de filiis Bruti dici possunt, non autem de filiis sororis Collatini. Potius igitur videtur intelligere verba hæc *sororis filios regis & liberos consulis* de solis Bruti liberis, qui quidem sororis regis non *filii* fuere, sed *nepotes:* nam pater eorum L. Junius Brutus *Tarquiniâ sorore regis natus* est, secundùm Livium suprà l. 1. c. 56. Livium autem *filios* vocare qui *nepotes* erant, sive oblitum eorum quæ antè scripserat, sive deditâ operâ, rei augendæ causâ. (3) *Sp. Mælius* redundat; verbum enim *conceperit* referendum est ad præcedens *qui:* sed ob plura interposita nomen hominis ex abundanti repetitur. Neque aliter otiosum est; auget enim invidiam rei, revocando in memoriam qualis fuit iste qui spem regni conceperit. E. (4) Quanquam id non dico, quasi ulla nobilitas viam aperire debeat ad dominationem: sed tamen fatendum est ceteros nobilitate & honoribus elatos regnum affectasse: at Sp. Mælium &c. E. (5) Binas singulis civibus libras farris largiendo. (6) Tanquam feris, quæ escâ objectâ alliciuntur in fraudem & laqueum. (7) *Concoquere* pro pati; ut apud Cic. l. 9. ad Fam. Ep. 4. Sic etiam κήδεα μυρία πέσσω. Hom. Il. ω. v. 639. eademque metaphora

que imperium habentem. Non pro ſcelere id magis, quàm pro monſtro, habendum. Nec ſatis eſſe ſanguine ejus expiatum, niſi tecta parieteſque, intra quæ tantum amentiæ conceptum eſſet, diſſiparentur ; (8) *bonaque, contacta pretiis regni mercandi, publicarentur. jubere itaque, quæſtores vendere ea bona, atque in publicum redigere.*

XVI. Domum deinde, ut monumento area eſſet oppreſſæ nefariæ ſpei, dirui extemplo juſſit. id (1) Æquimælium appellatum eſt. L. Minucius bove (2) aurato extra portam Trigeminam eſt donatus, ne plebe quidem invitâ, quia frumentum Mælianum, aſſibus in modios æſtimatum, plebi diviſit. Hunc Minucium, apud quoſdam auctores, tranſiſſe a Patribus ad plebem, undecimumque tribunum plebis cooptatum ſeditionem, motam ex Mælianâ cæde, ſedaſſe, invenio. Ceterùm vix credibile eſt, numerum tribunorum Patres augeri paſſos, idque potiſſimùm exemplum a patricio homine introductum ; nec deinde id plebem conceſſum ſemel obtinuiſſe (3), aut certè tentaſſe. ſed ante omnia (4) refellit falſum imaginis titulum paucis antè annis lege cautum, ne tribunis collegam cooptare liceret. Q. Cæcilius, Q. Junius, Sext. Titinius, ſoli ex collegio tribunorum neque tulerant de honoribus Minucii legem ; & criminari nunc Minucium, nunc Servilium apud plebem, querique indignam necem Mælii non deſtiterant. Pervicerunt igitur, ut tribunorum militum potiùs, quàm conſulum, comitia haberentur ; haud dubii, quin ſex locis (tot enim jam (5) creari licebat) & plebeii aliqui, profitendo ſe ultores fore Mælianæ cædis, crearentur. Plebs,

taphora etiam in noſtro ſermone frequens eſt. E. (8) Bona velut contagione quâdam vitiata ex domini ſcelere, qui illis mercari regnum voluerat.

C. 16. (1) Id eſt, ſolo æquata Mælii domus. (2) Quidam intelligunt bovem *auratis cornibus :* at ſic inepta foret mentio loci. Plinius autem Minucio ſtatuam extra portam Trigeminam memorat. Alii igitur hîc intelligunt ſimulacrum bovis deauratum. Eorum autem ſententiam refellit noſter, disertè dicens nullam ſtatuam auratam in Italiâ viſam eſſe, priuſquam a M'. Acilio Glabrione patri poneretur in æde Pietatis. vid. infrà l. 40. c. 34. Quare veriſimilis videtur conjectura legendum eſſe *bove ac prato.* (3) Vid. ſuprà not. 8. ad c. 36. l. 3. (4) Id probat falsò adſcriptum eſſe imagini Minucii titulum tribunatûs, quòd lege cautum fuerat, ne &c. Legem autem intellige Treboniam, de quâ l. 3. c. 65. Imaginibus domeſticis tituli honorum affigebantur, & ſæpe quidem falſi. vid. infrà l. 8. c. 40. l. 22. c. 31. (5) Antea tres tantùm. vid. ſuprà c. 6. (6) Prior

Plebs, quanquam agitata multis eo anno & variis motibus erat, nec plures, quàm tres, tribunos consulari potestate creavit, & in iis L. Quinctium Cincinnati filium: ex cujus dictaturæ invidiâ tumultus quærebatur. (6) Prælatus suffragiis Quinctio Mam. Æmilius, vir summæ dignitatis. L. Julium tertium (7) creant.

XVII. In horum magistratu Fidenæ, colonia Romana, ad Lartem Tolumnium Vejentium regem ac Vejentes defecere. Majus additum defectioni scelus. C. Fulcinium, Clœlium Tullum, Sp. Antium, L. Roscium, legatos Romanos, causam novi consilii quærentes, jussu Tolumnii interfecerunt. Levant quidam regis facinus. in tesserarum prospero jactu vocem ejus ambiguam, ut occidi jussisse videretur, ab Fidenatibus exceptam, causam mortis legatis fuisse. Rem incredibilem; interventu Fidenatium, novorum sociorum, consulentium de cæde ruptura jus gentium, non aversum ab intentione lusûs animum: (1) nec deinde in errorem versum facinus. propius est fidem, obstringi Fidenatium populum, ne respicere spem ullam ab Romanis posset, conscientiâ tanti sceleris voluisse. Legatorum,

U. c. 317. A. C. 435. Mam. Æmilio &c. Trib. Mil.

Legati Rom. a Fidenatibus cæsi.

(6) Prior quàm Quinctius nominatus est. (7) Tertio loco.

C. 17. (1) Nescio an nimium mihi sumpsisse videar hanc lectionem ex codicibus reducendo, adversantibus maximis viris Gebhardo, Gronovio, Drakenborchio, editisque fere omnibus, qui *nec deinde in* horrorem *versum facinus* præferunt. Scripti autem, uno alterove excepto, *errorem* habent, quemadmodum edendum curavi. Illi vulgatum interpretantur ac si Livius dixisset, *nec deinde Tolumnium exhorruisse ad tantum facinus.* Sed utrùm in hoc sensu *facinus verti in horrorem* Latinè dici possit, me multum dubitare ingenuè profiteor: &, pace tantorum virorum dixerim, aliqua exempla similis locutionis eos protulisse oportuit. Sed videamus annon lectionis, quam codices scripti tuentur, sensus clarior sit Livioque dignior. Dicit noster rem incredibilem esse, quâ quidam levare regis facinus tentabant; idque ob duas causas. primò incredibile esse interventu Fidenatium, consulentium de cæde legatorum, non aversum ab intentione lusûs Tolumnii animum. secundò, si vel hoc credendum sit, & errorem factum fuisse concedatur, incredibile tamen esse *facinus non deinde versum fuisse in errorem,* h. e. purgatum culpâ in errorem conjectâ; quod nunquam factum. Sic suprà c. 9. *quæque alia in Deûm iras vertunt.* infrà c. 25. *culpam in Patres vertere.* l. 30. c. 22. *culpam omnem belli in Hannibalem vertentes.* Tac. l. 1. Ann. c. 53. *famam cædis in Asprenatem verti.* l. 4. Hist. c. 25. *culpam cladis in Hordeonium vertebat.* *Error,* pro, peccatum inconsultò admissum, frequens est. Observandum porro lectionem, quam in contextum recepi, jampridem Sigonio placuisse: sed existimationem ejus forsitan imminuit ille, locum pravè

torum, qui Fidenis cæsi erant, statuæ (2) publicè in Rostris positæ sunt. Cum Vejentibus Fidenatibusque, (3) præterquam finitimis populis, ab causâ etiam tam nefandâ bellum exorsis, atrox dimicatio instabat. Itaque (4) ad curam summæ rerum quietâ plebe tribunisque ejus, nihil controversiæ fuit, quin consules crearentur M. Geganius Macerinus tertiùm & L. Sergius Fidenas; a bello credo, quod deinde gessit, appellatum. Hic enim (5) primus cis Anienem cum rege Vejentium secundo prœlio conflixit; nec incruentam victoriam retulit. Major itaque ex civibus amissis dolor, quàm lætitia fusis hostibus fuit. & senatus, ut in trepidis rebus, dictatorem dici Mam. Æmilium jussit. Is magistrum equitum ex collegio prioris anni, quo simul tribuni militum consulari potestate fuerant, L. Quinctium Cincinnatum, dignum parente juvenem, dixit. Ad delectum a consulibus habitum centuriones veteres belli periti adjecti, & numerus amissorum proximâ pugnâ expletus. Legatos Quinctium Capitolinum & M. Fabium Vibulanum sequi se dictator jussit. (6) Quum potestas major, tum vir quoque potestati par, hostes ex agro Romano trans Anienem submovere; collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt (7), referentes castra: nec antè in campos degressi sunt, quàm (8) legiones auxilio Faliscorum venerunt. Tum demum castra Etruscorum pro mœnibus Fidenarum posita. & dictator Romanus haud procul inde ad confluentes consedit in utriusque ripis amnis, (9) quâ sequi munimento poterat, vallo interposito. postero die in aciem eduxit.

U. c. 318. A. C. 434. M. Geganio III. L. Sergio Coss.

Dictator Mam. Æmilius.

pravè interpretando. E. (2) Vid. not. 4. ad c. 13. suprà. (3) Rationes redduntur cur *atrox* dimicatio instabat; nempe, tum quia finitimi populi erant, tum quia bellum exorsi erant ab causâ tam nefandâ. E. (4) Quiescente plebe a seditionibus ob curam de summâ rerum. (5) Alii ultra Anienem cum Vejentibus pugnaverant, quemadmodum Romulus & Tullus Hostilius; hic autem primus cis Anienem, h. e. inter Anienem & Romam. E. (6) Hæc duo, nempe potestatis dictatoriæ, quæ major est consulari, terror, & virtus Mam. Æmilii tantæ potestati par, tantum vel solâ famâ valuere ut hostes recederent ex agro Romano trans Anienem. *Submovere*, pro efficere ut quis recedere cogatur; ut suprà l. 2. c. 59. (7) Nempe hostes. vid. not. 2. ad c. 38. l. 3. suprà. (8) Legiones Faliscorum venerunt auxilio Fidenatibus & Vejentibus. (9) Vallo interposito in eo loco, ad quem usque sequi ripas utriusque amnis poterat muniendo & castra metando; quo ripæ utriusque amnis non ita divergebant, ut non posset secundum eas castra protendere.

XVIII. Inter

XVIII. Inter hoftes variæ fuere fententiæ. Falifcus, procul ab domo militiam ægre patiens, fatifque fidens fibi, pofcere pugnam: Vejenti Fidenatique plus fpei in trahendo bello effe. Tolumnius, quanquam fuorum magis placebant confilia, (1) ne longinquam militiam non paterentur Falifci, poftero die fe pugnaturum edicit. Dictatori ac Romanis, quòd detrectaffet pugnam hoftis, animi acceffere: pofteroque die, jam militibus caftra urbemque fe oppugnaturos frementibus, ni copia pugnæ fiat, utrinque acies inter bina caftra in medium campi procedunt. Vejens, multitudine abundans, qui (2) inter dimicationem caftra Romana aggrederentur, poft montes circummifit. Trium populorum exercitus ita ftetit inftructus, ut dextrum cornu Vejentes, finiftrum Falifci tenerent, medii Fidenates effent. Dictator dextro cornu adversùs Falifcos, finiftro contra Vejentem Capitolinus Quinctius intulit figna. ante mediam aciem cum equitatu magifter equitum proceffit. Parumper filentium & quies fuit, nec Etrufcis, nifi cogerentur, pugnam inituris, & dictatore arcem Romanam refpectante, ut ab auguribus, fimul aves ritè admififfent (3), ex compofito tolleretur fignum. Quod fimul confpexit, (4) primos equites clamore fublato in hoftem emifit. fecuta peditum acies ingenti vi conflixit. Nullâ parte legiones Etrufcæ fuftinuere impetum Romanorum. eques maximè refiftebat; equitumque longè fortiffimus ipfe rex, ab omni parte effusè fequentibus obequitans Romanis, trahebat certamen.

Vejentes cum fociis pugnant adversùs Romanos.

C. 18. (1) Ne longam militiam pati recufarent Falifci. vid. fuprà not. 4. ad. c. 31. l. 1. (2) *Inter dimicationem*, pro interea dum dimicatur. Ita *inter prælium*, infrà c. 19. *inter commiffum jam certamen*, l. 6. c. 24. (3) Statim ut aufpicia fecunda contigiffent. In difciplinâ augurali apud Romanos, aves *admittere* feu *addicere* dicuntur, quæ permittunt, quæ finunt, ut aliquid fiat: ut fuprà l. 1. c. 36 & 55. tumque aves dicebantur *admiffivæ*. Contrà dicebantur aves *remores*, *arculæ*, vel denique *inebræ*, quæ in aufpiciis morantur agentem, feu vetant aliquid fieri. Obfervandum porro dictatorem quatuor vel quinque milliaria ab arce Romanâ diftare, unde ab auguribus tollendum erat fignum. (4) *Primos equites emifit*, pro equites *primò* emifit. ut fuprà l. 1. c. 45. *ut prima apta dies facrificio vifa eft*; & alibi fæpe. *Emifit in hoftem*, nempe ex reliquâ acie in quam ordinati erant. Similiter *emittere haftam in fines*, nempe e manu, fuprà l. 1. c. 32. *educere in aciem*, nempe ex caftris, l. 1. c. 23. *educere in caftra*, nempe ex urbe, hoc lib. c. 5. aliaque plurima ejufdem generis.

XIX. Erat

Cossus regem eorum occidit

XIX. Erat tum (1) inter equites tribunus militum A. Cornelius Cossus, eximiâ pulchritudine corporis, animo ac viribus par, memorque generis, quod, amplissimum acceptum, majus auctiusque reliquit posteris. is quum ad impetum Tolumnii, quâcunque se intendisset, trepidantes Romanas videret turmas, insignemque eum regio habitu volitantem totâ acie cognosset, *Hiccine est*, inquit, (2) *ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris? Jam ego hanc mactatam victimam, (si modò sancti quicquam in terris esse Dii volunt) legatorum manibus dabo* (3). Calcaribus subditis, infestâ cuspide in unum fertur hostem. quem quum ictum equo dejecisset, confestim & ipse hastâ innisus se in pedes excepit (4). Assurgentem ibi regem umbone resupinat, repetitumque sæpius cuspide ad terram affixit. tum exsangui detracta spolia; caputque abscissum victor spiculo gerens, terrore cæsi regis hostes fundit. Ita equitum quoque fusa acies, quæ una fecerat anceps certamen. Dictator legionibus fugatis instat, & ad castra compulsos cædit. Fidenatium plurimi locorum notitiâ effugere in montes. Cossus, Tiberim cum equitatu transvectus, ex agro Vejentano ingentem detulit prædam ad urbem. (5) Inter prœlium & ad castra Romana pugnatum est adversùs partem copiarum, ab Tolumnio, ut antè dictum est, ad castra missam. Fabius Vibulanus coronâ primùm vallum defendit: intentos deinde hostes in vallum, egressus (6) dextrâ principali, cum triariis repentè invadit. quo pavore injecto, cædes minor, quia pauciores erant; fuga non minùs trepida, quàm in acie, fuit.

Vincuntur.

XX. Omnibus locis re bene gestâ, dictator senatusconsulto jussuque populi triumphans in urbem rediit. Longè maximum triumphi spectaculum fuit Cossus, spolia opima regis interfecti gerens. in eum milites carmina incondita, æquantes (1) eum Romulo, canere. Spolia in æde Jovis

Coss. spolia opima.

C. 19. (1) In ordine equestri; non autem inter equites militans. Nam tribuni militum peditibus tantùm legionis præerant. (2) Ideo hoc dicit, quia jussu ejus legati a Romanis ad Fidenates missi interfecti sunt. vid. suprà l. 2. c. 4. (3) Sic suprà l. 1. c. 25. *duos fratrum manibus dedi.* (4) Sic *excipere se in genua*, apud Senecam; & *excipere se poplitibus*, apud Curtium. (5) Vid. not. 2. ad cap. præc. (6) Vid. suprà not. 1. ad c. 5. l. 3.

C. 20. (1) Quidam codices habent *æquantes cum Romulo.* Utraque locutio

Jovis Feretrii prope Romuli ſpolia, quæ, (2) prima Opima appellata, ſola eâ tempeſtate erant, cum ſollenni dedicatione dono fixit (3). averteratque in ſe a curru dictatoris civium ora, & celebritatis ejus diei fructum propè ſolus tulerat. Dictator coronam auream libram (4) pondo ex publicâ pecuniâ, populi juſſu, in Capitolio Jovi donum poſuit. Omnes ante me auctores ſecutus, A. Cornelium Coſſum tribunum militum ſecunda ſpolia opima Jovis Feretrii templo intuliſſe, expoſui. ceterùm, præterquam quòd ea ritè (5) opima ſpolia habentur, quæ dux duci detraxit; nec ducem novimus, niſi cujus auſpicio bellum geritur; titulus ipſe, ſpoliis inſcriptus, (6) illos meque arguit, conſulem ea Coſſum cepiſſe. Hoc ego quum Auguſtum Cæſarem, templorum omnium conditorem aut reſtitutorem, ingreſſum ædem Feretrii Jovis, quam vetuſtate dilapſam refecit (7), ſe ipſum in thorace linteo ſcriptum legiſſe audiſſem (8); prope ſacrilegium ratus ſum, Coſſo ſpoliorum ſuorum Cæſarem, ipſius templi auctorem, (9) ſubtrahere teſtem. (10) qui ſi eâ in re ſit error, quòd (11) tam veteres annales, quódque magiſtratuum

tio, *æquare alicui* & *æquare cum aliquo*, paſſim occurrit. (2) Romuli ſpolia prima fuere quæ hoc nomen tulerunt, & eâ tempeſtate ſola. (3) *Dono figere* dictum eſt, ut *dono dare*, *dono mittere*. (4) Vid. not. 2. ad c. 29. l. 3. (5) Aliquando laxiore ſenſu *opima ſpolia* dicuntur, quæ magnifica, luculenta ſunt: ut infrà l. 23. c. 46. (6) Adversùs illos meque ipſum probat. (7) Monente Attico; uti diſcimus ex Corn. Nep. in Att. c. 20. (8) *Audiſſem Auguſtum ſe ipſum legiſſe*, pro, audiſſem Auguſtum *dicentem* ſe ipſum legiſſe. Sic ſuprà l. 1. c. 16. *etſi ſatis credebat Patribus ſublimem raptum procellâ*, ſubintellectâ voce *affirmantibus*. Vide etiam not. 3. ad c. 23. l. 1. & not. 4. ad c. 55. l. 3. Porro per *thoracem linteum*, in quo hic titulus ſcriptus fuit, intellige eum quem Coſſus Tolumnio detraxerat. jam antè dicitur *ſpoliis* inſcriptus. Diverſarum gentium militibus thoraces *lintei* in uſu fuere. Vid. Hom. Il. Ϭ. v. 529 & 830. (9) *Subtrahere Coſſo teſtem*, ut infrà l. 6. c. 1. *cui judicio eum mors opportuna ſubtraxit*; & alibi. (10) Utrùm error in eo ſit, quòd in nonum pòſt demum annum Coſſi conſulatus vulgò conferatur, qui fortaſſe in hunc annum retrahi oporteret, Livius in medio relinquit. Erraſſe ſcriptores, Coſſum *tribunum militum* ſpolia opima cepiſſe narrantes, pro comperto habet: ubi autem lateat error, jam conjecturâ auguratur. Obſervandum autem quòd, infrà c. 32. Æmilium dictatorem inducit loquentem ex ſententiâ vulgari, quam hîc refellit. *Si ſit*, pro *an ſit*. ſic *tentare ſi*...ſuprà l. 1. c. 57. l. 2. c. 25 & 35. *percunctari ſi*...infrà l. 33. c. 35. l. 36. c. 33. & ſimilia plurima. (11) *Tam veteres*, pro valde veteres, ut ſuprà l. 1. c. 3. [Elliptica eſt locutio, ac variis modis ſupplenda, prout ſenſus poſtulat. *Tam veteres annales*, nempe *quàm* hi quos erroris arguit titulus ſpoliorum. infrà

giſtratuum libri, quos (12) linteos in æde repoſitos Monetæ Macer Licinius citat identidem auctores, (13) nono pòſt demum anno cum T. Quinctio Penno A. Cornelium Coſſum conſulem habeant, (14) exiſtimatio communis omnibus eſt. (15) nam etiam illud accedit, ne tam clara pugna in eum annum transferri poſſet, quòd imbelle triennium ferme peſtilentiâ inopiâque frugum circa A. Cornelium conſulem fuit: adeò ut quidam annales, (16) velut funeſti, nihil præter nomina conſulum ſuggerant. (17) Tertius ab conſulatu Coſſi annus tribunum eum militum conſulari poteſtate habet; eodem anno magiſtrum equitum: quo in imperio alteram inſignem edidit pugnam equeſtrem. ea libera conjectura eſt. (18) Sed (ut ego arbitror) vana verſare in omnes opiniones licet: quum auctor pugnæ, recentibus ſpoliis in ſacrâ ſede poſitis, Jovem propè ipſum, cui vota erant, Romulumque intuens,

infrà l. 6. c. 18. *dum tam potentem haberet ducem*, nempe *quàm* Manlius ille fuit. l. 33. c. 45. *eam rem eſſe rati quæ maturata dilatave non tam magni momenti eſſet*, nempe *quin* rem Quinctio permitterent. E.] (12) Vid. ſuprà c. 7. (13) Decimo quidem ſi initium numerandi ab hoc anno fiat. vid. infrà c. 30. At non ſemper in numerando utriuſque extremi Livius rationem habet. (14) Cuique licet ſuam opinionem de eo interponere: ut infrà l. 23. c. 47. Sæpius *exiſtimatio* & *exiſtimare* ſenſu judicandi & arbitrandi apud Livium occurrunt. ſic infrà c. 41. *non militis de imperatore exiſtimationem eſſe.* Sic etiam Cicero, l. 3. in Verr. c. 82. De Provinc. c. 17. l. 1. de Leg. c. 2. (15) *Nam*, præter conſenſum ſcriptorum omnium, qui in hunc in quo nunc verſamur annum ea contulerunt, *etiam illud accedit ne tam clara pugna in eum annum*, quo Coſſus conſul fuiſſe memoratur in annalibus ac libris magiſtratuum, *transferri poſſet, quòd imbelle triennium* circa illud tempus *fuit.* (16) Quaſi ob crebra funera mœſtitiam præferentes. (17) Vid. infrà c. 21 & 23. Aliud argumentum affert erroris aliquid huic hiſtoriæ ineſſe, quòd idem Coſſus, contra eoſdem hoſtes Vejentes & Fidenates, ſub ejuſdem dictatoris auſpiciis, inſignem edidiſſe pugnam equeſtrem dicitur, tribunus militum conſulari poteſtate & magiſter equitum, tertio ab conſulatu anno. Utrùm hinc expediri poſſit difficultas, tanquam *liberam conjecturam*, in medio relinquit. (18) Sed, meo quidem judicio, verſari & quaſi circumagi in quaſcunque opiniones poſſunt res *vanæ*, i. e. falſæ, qualia ſunt ea quæcunque de ſpoliis opimis a Coſſo non conſule relatis jactabuntur; quæ quidem certiſſimè *vana* ſunt, *quum* is qui pugnam edidit *recentibus ſpoliis in ſacrâ ſede poſitis.., ſeſe conſulem ſcripſerit.* [Mihi in mentem veniebat ſic ordinandum eſſe locum: *ea libera conjectura eſt, ſed, ut ego arbitror, vana: (verſare in omnes opiniones licet) quum* &c. i. e. libera quidem eſt ea conjectura; nempe Coſſum magiſtrum equitum tertio poſt conſulatum anno ſpolia opima cepiſſe attamen, quanquam in omnes opiniones verſare licitum ſit, meo judicio vana eſt hæc conjectura; quum &c.

intuens, (19) haud spernendos falsi tituli testes, se A. Cornelium Cossum consulem scripserit (20).

XXI. M. Cornelio Maluginense, L. Papirio Crasso consulibus, exercitus in agrum Vejentem ac Faliscum ducti: prædæ abactæ hominum pecorumque: hostis in agris nusquam inventus, neque pugnandi copia facta. urbes tamen non oppugnatæ, quia pestilentia populum invasit. Et seditiones domi quæsitæ sunt, nec motæ tamen, ab Sp. Mælio tribuno plebis; qui, favore nominis moturum se aliquid ratus, & Minucio diem dixerat, & rogationem de publicandis bonis Servilii Ahalæ tulerat: falsis criminibus a Minucio circumventum Mælium arguens, Servilio cædem civis indemnati objiciens. (1) quæ vaniora

U. c. 319. A. C. 433. M. Cornelio, L. Papirio Coss. *Pestilentia.*

&c. E.] (19) Vid. not. 6. ad c. 35. l. 3. (20) Ita inscriptum fuisse potiùs ab Cossi posteris quàm ab ipso Cosso, Perizonius censet; nominibusque ejus mentionem consulatûs adjectam, non ut significarent eum quum consul esset opima ista spolia cepisse, sed honoris causâ, ut declararent eum Cornelium Cossum spolia cepisse, qui & consulatum gesserat. Probat idem ex tot *falsis imaginum titulis*, de quibus passim ipsi veteres queruntur (vid. infrà l. 8. c. 40. l. 22. c. 31.) eos longè pòst demum imaginibus priscorum hominum sæpe subscriptos esse: quoniam recenti adhuc re nemo sanæ mentis publicè ausus fuisset falsos eos proponere. Firmat porro argumentum adducendo locum, infrà l. 38. c. 35. ubi Livius dicit *sejuges in Capitolio auratos a P. Cornelio positos:* additque *consulem dedisse inscriptum est;* licet consulatum duos antè annos gessisset P. Cornelius, & tunc consules essent M. Valerius & C. Livius. unde liquet *consulis* vocabulum non semper designare annum, in quo res istic memorata gesta est, sed honorem viri qui eam gessit. Ceterùm de totâ hâc controversiâ fusè disserit Perizonius, Animadv. histor. c. 6. eumque adire lectori erit operæ pretium. Illud modò hîc observandum, quòd Livio, Plutarcho, Dioni, aliisque sentientibus non haberi ritè opima spolia, nisi quæ summus dux duci hostium detraxit, objicitur sententia Varronis, qui disertè affirmat, ut ex Festo discimus, *opima spolia etiam esse, si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium.* Hanc sententiam Perizonius, eumque secuti plures interpretes Liviani, tuentur; existimantque Livium in gratiam Augusti veritatem consultò obscurasse. [Hoc saltem vix credere potest qui ad Livii ingenium liberum ac populare paullo diligentiùs attenderit. Quod autem Festus testatur de Varronis sententiâ, illud magis in dubio est. Mihi, fateor, neque verisimile videtur summum apud Romanos honorem, quem præter tres principes viros nulli unquam adepti sunt, fuisse in medio etiam manipularibus militibus positum: neque moris origini satis consentaneum, Romulo prædicante se *regem regia arma ferre.* vid. suprà l. 1. c. 10. Festum aliis in rebus errasse ipse Perizonius fatetur: &, si Varro tale quid protulerit, puto eum *opima spolia* dixisse sensu illo laxiore, quem suprà memoravimus, not. 5. E.]

C. 21 (1) Vanus erat auctor harum criminationum Mælius, nec fide dignus;

vaniora ad populum ipſo auctore fuere. Ceterùm magis vis morbi ingraveſcens curæ erat, terroreſque ac prodigia; maximè quòd crebris motibus terræ ruere in agris nunciabantur tecta. (2) Obſecratio itaque a populo, (3) duumviris præeuntibus (4), eſt facta. Peſtilentior inde annus, C. Julio iterum & L. Virginio conſulibus, tantum (5) metum vaſtitatis in urbe agriſque fecit, ut non modò prædandi causâ quiſquam ex agro Romano non exiret, bellive inferendi memoria Patribus aut plebi eſſet; ſed ultro Fidenates, qui ſe primò aut oppido, aut montibus, aut muris (6) tenuerant, populabundi deſcenderent in agrum Romanum. deinde, Vejentium exercitu accito, (nam Faliſci perpelli ad inſtaurandum bellum, neque clade Romanorum, neque ſociorum precibus, potuere) duo populi tranſiere Anienem; atque haud procul Collinâ portâ ſigna habuere. Trepidatum itaque, non in agris magis, quàm in urbe, eſt. Julius conſul in aggere muriſque explicat copias. a Virginio ſenatus in æde Quirini conſulitur. Dictatorem dici (7) Q. Servilium placet, cui Priſco alii, alii Structo fuiſſe cognomen tradunt. Virginius, (8) dum collegam

U. c. 320. A. C. 432. C. Julio II. L. Virginio Coſſ.

Bellum cum Fidenatibus & Vejentibus.

Servilius dictator.

dignus; eoque vaniores ipſæ criminationes populo Romano videbantur. E. (2) *Obſecratio* eſt ſpecies ſupplicationis, quâ iram deorum avertebant, eorumque favorem ſibi conciliabant. infrà l. 26. c. 23. l. 31. c. 8 & 9. (3) Vid. not. 5. ad c. 10. l. 3. ſuprà. (4) Certam verborum, in quæ obſecratio fieret, formulam priùs recitantibus. Moris quippe Romanis erat, ut in devotionibus, in fœderibus ſanciendis, & aliis ejuſmodi ritibus ſacris peragendis, pontifex aliquis aut ſacerdos prior pronunciaret ſollennia verba, ne per inſcitiam laberetur is qui ea proferre debebat. Vid. infrà l. 8. c. 9. Sic etiam Suet. in Claud. Cæs. c. 22. *utque dirâ avi in urbe aut in Capitolio viſâ obſecratio haberetur; eamque ipſe jure maximi Pontificis, commonito pro Roſtris populo, præiret, ſubmotâque operariorum ſervorumque turbâ.* (5) Quidam interpretes expungi volunt vocem *metum*: at eam ſervant omnes ſcripti; neque inepta eſt. Metus, ne prorſus vaſtitatem faceret peſtilentia, ita occupaverat omnium animos, ut nemo de prædationibus armiſve cogitaret. E. (6) Nempe caſtellorum. (7) Drakenborchius, a codicum ſcriptorum lectione recedere veritus, dedit *A. Servilium.* Sed invictis argumentis quæ ipſe protulit inductus, *Q. Servilium* in contextum cum Crevierio aliiſque recepi. *Q. Servilii Priſci dictatoris* Livius infrà meminit, c. 46. eumque illo tempore *iterum* dictatorem dictum fuiſſe Faſti Capitolini memorant. Infrà etiam c. 26. *Q. Servilius Priſcus* dicitur *ſummis honoribus egregiè uſus fuiſſe*, quum tamen ejus ſummo honore fungentis nulla antea mentio facta ſit, ſi hoc loco *A. Servilium* legamus. Denique *Auli* prænomen vel nunquam, vel rariſſimè, in gente Serviliâ uſurpatum reperitur. (8) Virginius ſenatum conſuluerat, ſenatuique placuit dictatorem dici Q. Servilium. Virginius autem

collegam conſuleret, moratus, permittente eo, (9) nocte dictatorem dixit. is ſibi magiſtrum equitum Poſtumum Æbutium Elvam dicit.

XXII. Dictator omnes luce primâ extra portam Collinam adeſſe jubet. quibuſcunque vires ſuppetebant ad arma ferenda, præſtò fuere: (1) ſigna ex ærario prompta feruntur ad dictatorem. Quæ quum agerentur, hoſtes in loca altiora conceſſere. eò dictator agmine infeſto ſubit: nec procul Nomento ſignis collatis, fudit Etruſcas legiones. compulit inde in urbem Fidenas, valloque circumdedit. *Fidenas oppugnat.* Sed neque ſcalis capi poterat urbs alta & munita; neque in obſidione vis ulla erat, quia frumentum non neceſſitati modò ſatis, ſed copiæ quoque, abundè (2) ex antè convecto ſufficiebat. Ita, expugnandi pariter (3) cogendique ad deditionem ſpe amiſsâ, dictator in locis, propter propinquitatem notis, ab aversâ parte urbis maximè neglectâ, quia ſuâpte naturâ tutiſſima erat, agere in arcem cuniculum inſtituit. ipſe, diverſiſſimis locis ſubeundo ad mœnia quadrifariam diviſo exercitu, qui alii aliis ſuccederent ad pugnam, (4) continenti die ac nocte prœlio ab ſenſu operis hoſtes avertebat: donec, perfoſſo a caſtris monte, erecta in arcem via eſt; (5) intentiſque Etruſcis *Cuniculo capit.* ad vanas a certo periculo minas, clamor ſupra caput hoſtilis captam urbem oſtendit. Eo anno C. Furius Pacilus & M. Geganius Macerinus cenſores villam (6) publicam in campo Martio probaverunt (7): ibique primùm cenſus populi eſt actus.

tem priùs, quàm diceret dictatorem, moratus eſt dum collegam conſuleret. (9) Hoc ſollenne fuit. vid. infrà l. 8. c. 23. l. 9. c. 38.

C. 22. (1) Ejuſdem moris mentio occurrit ſuprà l. 3. c. 69. infrà l. 7. c. 23. Aquilæ, præcipua legionum ſigna, magno in cultu a militibus Romanis habebantur, & in ærario, quod in æde Saturni erat cuſtodiebantur: unde delectu habito iterum promi ſolebant. (2) *Ex antè convecto* Livio alibi etiam uſurpatur. infrà l. 5. c. 13 & 26. Ita *ex antè præparato*, l. 26. c. 20. & *ex præparato* l. 22. c. 42. (3) *Expugnandi* per vim; *cogendi ad deditionem* per obſidionem. (4) Indicat continuum prœlium fuiſſe die ac nocte. Eo ſenſu *continens* frequens eſt. (5) Quum vanæ minæ a certo periculo avertiſſent Etruſcorum animos. (6) Villam ad publicos uſus & impenſis publicis ædificatam. (7) *Probare* dicuntur cenſores, quum opus, quod mancipibus conſtruendum locarunt, examinant, rectè & ſecundùm formulam præſcriptam confectum pronunciant. ſic infrà l. 45. c. 15. Similiter *approbare* dicuntur mancipes ac redemptores, quum opus, quod exſtruendum conduxerunt, ſecundùm leges ſibi dictas abſolutum eſſe demonſtrant.

XXIII. Eoſdem

U. c. 321.
A. C. 431.
C. Julio III.
L. Virginio
II. Coss.

XXIII. Eosdem consules insequenti anno refectos, Julium tertiùm, Virginium iterum, apud (1) Macrum Licinium invenio. Valerius Antias & Q. Tubero M. Manlium & Q. Sulpicium consules in eum annum edunt. ceterùm in tam discrepante editione & Tubero & Macer libros linteos auctores profitentur: neuter, tribunos militum eo anno fuisse, traditum a scriptoribus antiquis dissimulat. Licinio libros haud dubiè sequi linteos placet: & Tubero incertus veri est. sed inter cetera, vetustate incomperta, hoc quoque in incerto positum. Trepidatum in Etruriâ est post Fidenas captas, non Vejentibus solùm exterritis metu similis excidii, sed etiam Faliscis memoriâ initi primò cum iis belli; quanquam rebellantibus non adfuerant. Igitur quum duæ civitates, legatis circa (2) duodecim populos missis, impetrassent, ut ad (3) Voltumnæ fanum indiceretur omni Etruriæ concilium; velut magno inde tumultu imminente, senatus Mam. Æmilium dictatorem iterum dici jussit. ab eo A. Postumius Tubertus magister equitum est dictus; bellumque tanto majore, quàm proximo (4), conatu apparatum est, quanto plus erat ab omni Etruriâ periculi, quàm ab duobus populis fuerat.

Dictator Mam. Æmilius.

XXIV. Ea res aliquanto exspectatione omnium tranquillior fuit. Itaque quum renunciatum a mercatoribus esset, negata Vejentibus auxilia, jussosque suo consilio bellum initum suis viribus exsequi, nec adversarum rerum quærere socios, cum quibus (1) spem integram communicati non sint: tum dictator, ne nequicquam creatus esset,

C. 23. (1) Cognomen nomini præponitur, ut sæpe aliàs. De Licinio Macro, vid. not. 12. ad c. 7. suprà. De Valerio Antiate, vid. not. 3. ad c. 5. l. 3. Tuberonem autem laudat Dionysius versùs finem libri primi: isque videtur fuisse Tubero ille, quo accusante Cicero defendit Ligarium. (2) Etruriæ in duodecim populos divisio nota est. vid. infrà l. 5. c. 33. Quum autem ex iis duo, Vejentes & Falisci, legatos circa reliquos misisse dicantur, videri posset præferenda esse lectio quorundam codicum, *circa decem populos*. Sed vulgatum servandum est, & eodem modo accipiendum, quo *Pindarus novemque Lyrici* dixit Petron. in Sat. c. 2. (3) Ad hujus deæ fanum convenire solebant Etrusci populi, quemadmodum Latini ad lucum Ferentinæ. (4) Gronovius reponi vult *proximè*, i. e. nuperrimè. Sed nil mutandum. subintelligitur bello. E.

C. 24. (1) Spem belli incipientis nullâ adhuc clade imminutam. *Communicati sint*, pro communicaverint. Similiter *fluctuari* sensu activo occurrit

esset, materiâ quærendæ bello gloriæ ademptâ, in pace aliquid operis edere, quod monumentum esset dictaturæ, cupiens, censuram minuere parat: seu nimiam potestatem ratus, seu non tam magnitudine honoris, quàm diuturnitate, offensus. Concione itaque advocatâ, (2) *rempublicam foris gerendam*, aït, *tutaque omnia præstanda, Deos immortales suscepisse: se, quod intra muros agendum esset, libertati populi Romani consulturum. maximam autem ejus custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent; & temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non posset. Alios magistratus annuos esse, quinquennalem censuram: grave esse, iisdem per tot annos* (3) *magnâ parte vitæ obnoxios vivere. se legem laturum, ne plus, quàm annua ac semestris, censura esset.* Consensu ingenti populi legem (4) postero die pertulit; &, *ut reipsâ*, inquit, *sciatis Quirites, quàm mihi diuturna non placeant imperia, dictaturâ me abdico.* Deposito suo magistratu, modo aliorum magistratui imposito, (5) fine alteri, cum gratulatione ac favore ingenti populi domum est reductus. Censores, ægre passi, Mamercum, quòd magistratum populi Romani minuisset, (6) tribu moverunt, (7) octuplicatoque censu (8) ærarium fecerunt. quam

† †

Censuræ tempus imminutum.

currit infrà l. 23. c. 33. l. 36. c. 10. (2) Externam administrationem reipublicæ deos suscepisse: sic suprà l. 3. c. 19. & alibi sæpe. (3) In plerisque rebus, in quibus vita occupatur. Eodem sensu scripsit Cic. l. 1. de Off. n. 4. *Nulla pars vitæ...vacare officio potest.* (4) Hinc videtur nondum quicquam de comitiis trinundino antè indicendis constitutum fuisse. vid. suprà not. 1. ad c. 35. l. 3. (5) Hæc verba omnes fere interpretes delenda censent: & procul dubio menda quædam inest. Suspicor autem, si mihi quoque in tanto codicum consensu conjecturam facere liceat, Livium scripsisse *fine artiori.* Mamercus modum censuræ imposuit, circumscribendo eam minori temporis spatio; quo sensu censorum *potestas finita* dicitur infrà l. 9. c. 34. Certè constat in voce *artior* (quemadmodum in optimis codicibus scripta invenitur, non verò *arctior*) sæpissime librarios indoctos peccasse, eamque cum voce *altior* confundere solitos esse. Unde si fidei aliquid huic conjecturæ afferatur, judicium sit penes alios. E. (6) E tribu honestiore in ignobiliorem transtulerunt. Rusticæ tribus honestiores habebantur urbanis, quia vita rustica magno in honore erat apud veteres Romanos; fabri autem, opifices, & tabernarii, quales in urbe versantur, ignobiliores habebantur. Dionysius etiam narrat Servium regem in urbanas tribus referri jussisse quicquid esset libertini generis. (7) Octies pluris æstimato ejus censu, quàm quanti æstimari reverà debebat; ut nempe octies majus tributum penderet. (8) De hujus vocis significatione parum inter interpretes convenit. Asconius Pedianus, haud temnendus auctor & Livio fere coætaneus, dicit (si quidem verba ejus rectè intelligantur) *eum qui ærarius fieret, per*

quam rem ipsum ingenti animo tulisse ferunt, causam potiùs ignominiæ intuentem, quàm ignominiam; (9) primores Patrum, quanquam deminutum (10) censuræ jus noluissent, exemplo acerbitatis censoriæ offensos: (11) quippe

hoc non esse in albo centuriæ suæ; sed ad hoc esse civem tantum ut pro capite suo tributi nomine æra penderet. At teste nostro, l. 39. c. 27. M. Livius censor, præter Mæciam tribum, *populum Romanum omnem, quatuor & triginta tribus, ærarios reliquit.* Quis autem putabit omnem populum Romanum, præter unam tribum, tum jure civium privari? Drakenborchius existimat eos ærarios dici *quorum census pœnæ nomine multiplicabatur.* Sed, præterea quòd Livius relationem inter ærarios cum multiplicatione censûs jungit, quæ proinde non prorsus eadem fuisse videntur; hæc quoque sententia haud minori fere premitur difficultate, quàm illa quæ Asconii nomine nititur: idemque dici potest de sententiâ Dodwelli (Append. Prælect. Acad. p. 712.) nempe *ærarium* appellari qui *mulctam* subierat, quòd *ærarii* proinde debitor fuit; vel etiam quòd non ad honores valuit censûs illa multiplicatio, sed ad onera tantùm, ac proinde in tributo duntaxat *ærario* inferendo tanti censûs ille habebatur. Neque enim verisimile videtur mulctam in quatuor & triginta tribus impositam fuisse, aut earum omnium censum multiplicatum. Ubi tot viri docti hærent, non temere quicquam pronunciare ausim. Attamen opinor Livium ipsum hujus vocabuli vim, in loco suprà allato, satis indicare. Ejus verba perpendamus, l. 29. c. 37. *Exitu censuræ, quum...C. Claudius in* ærarium *escendisset, inter nomina eorum quos* ærarios *reliquit, dedit collegæ nomen.* Nonne hinc videtur morem fuisse censoribus, magistratu abituris, in *ærarium* venire, ibique nomina eorum relata in tabulas relinquere, quos ignominiâ notare volebant, atque hos, ex loco ubi asservabantur tabulæ, *ærarios* appellari? *Deinde M. Livius in* ærarium *venit; & præter Mæciam tribum...populum Romanum omnem, quatuor & triginta tribus,* ærarios *reliquit; quòd & innocentem se condemnassent, & condemnatum consulem & censorem fecissent: neque inficiari possent, aut judicio semel, aut comitiis bis ab se peccatum esse.* At etiamsi comitiis bis ab se peccatum esse faterentur, an ob hujusmodi errorem mulcta indicenda foret? Non credo; sed harum tribuum nomina propter levitatem atque inconstantiam fuisse notata. Confirmant etiam hanc sententiam verba sequentia: *inter quatuor & triginta tribus et C. Claudium ærarium fore. quòd si exemplum haberet bis eundem ærarium relinquendi, C. Claudium nominatim se inter ærarios fuisse relicturum.* At quidni bis idem ærarius relinqueretur, si per hoc intelligenda foret indictio mulctæ, aut pœna aliqua ejusmodi? Sit autem nota censoria ignominiæ, quæ semel impressa manet; & ratio patet cur non iterum imprimeretur. Statuendum igitur mihi videtur eum *ærarium* dici, cui censor notam inussit, ejus nomine relatò in tabulas *ærario* repositas. Neque mihi adversari Asconium puto; loquitur enim ille de iis, qui non solùm ærarii fierent, sed & in Cæritum tabulas referrentur. Sed de his jam satis superque dictum est. E. (9) Repetendum est ex præcedenti *ferunt.* (10) Quoad diuturnitatem potestatis. Observandum autem est, quod infrà pleniùs dicetur, licet Mam. Æmilius censuram octodecim mensium spatio concluserit, non tamen postea quolibet mense octavodecimo novos censores creari; sed, quemadmodum antea fieri solebat, tantùm quolibet quinquennio, verùm hâc lege ut post octodecim menses honore

(11) quippe quum se quisque diutiùs ac sæpius subjectum censoribus fore cerneret, quàm censuram gesturum. Populi certè tanta indignatio coorta dicitur, ut vis a censoribus nullius auctoritate, præterquam ipsius Mamerci, deterreri quiverit.

XXV. Tribuni plebis, assiduis concionibus prohibendo consularia comitia, quum res propè ad interregnum perducta esset, evicere tandem, ut tribuni militum consulari potestate crearentur: victoriæ præmium, quod petebatur, ut plebeius crearetur, nullum fuit. omnes patricii creati sunt, M. Fabius Vibulanus, M. Fossius, L. Sergius Fidenas. Pestilentia eo anno aliarum rerum otium præbuit. (1) ædis Apollini pro valetudine populi vota est. multa (2) duumviri ex libris, placandæ Deûm iræ, avertendæque a populo pestis causâ, fecere: magna tamen clades in urbe agrisque, (3) promiscuè hominum pecorumque pernicie, accepta. famem (4) cultoribus agrorum timentes in Etruriam, Pomptinumque agrum, & Cumas, postremò in Siciliam quoque frumenti causâ misere. Consularium comitiorum nulla mentio habita est. Tribuni militum consulari potestate omnes patricii creati sunt, L. Pinarius Mamercinus, L. Furius Medullinus, Sp. Postumius Albus. Eo anno vis morbi levata; neque a penuriâ frumenti, quia antè provisum erat, periculum fuit. Consilia ad movenda bella in Volscorum Æquorumque conciliis, & in Etruriâ ad fanum Voltumnæ, agitata. Ibi prolatæ in annum res, decretoque cautum, ne quod antè concilium fieret; nequicquam Vejente populo querente, eandem,

U. c. 322. A. C. 430. M. Fabio &c. Trib. Mil. *Pestilentia.*

U. c. 323. A. C. 429. L. Pinario &c. Trib. Mil.

honore abirent, reliquo trium annorum & sex mensium spatio nulli censores in republicâ forent. (11) Ratio redditur cur exemplo acerbitatis censoriæ offensi fuerint Patres. Illud nempe formidolosum cuique erat, quamdiu censoribus subjectus foret. Deminutio autem censorii juris eo tantùm tempore ad quemque pertinere poterat, quo censor ipse futurus esset.

C. 25. (1) Sic suprà l. 1. c. 33. atque ita sæpe codices Liviani casum rectum singularem hujus vocis efferunt. (2) Vid. suprà l. 3. c. 10. (3) Gronovius scribendum putat *promiscuâ*. (4) Non satis apparet cur fames potiùs timeatur cultoribus agrorum, quàm urbi. Gronovius legendum suspicatur *incultu agrorum;* quemadmodum infrà l. 42. c. 12. & Sallust. in Catil. c. 55. & in Jug. c. 2. Unus codex manuscriptus habet *cultores.*

eandem, (5) quâ Fidenæ deletæ ſint, imminere Vejis fortunam. Interim Romæ principes plebis, jam diu nequicquam (6) imminentes ſpei majoris honoris, (7) dum foris otium eſſet, cœtus indicere in domos tribunorum plebei. ibi ſecreta conſilia agitare: queri, *ſe a plebe adeò ſpretos, ut, quum per tot annos tribuni militum conſulari poteſtate creentur, nulli unquam plebeio ad eum honorem aditus fuerit.* (8) *multum providiſſe ſuos majores, qui caverint, ne cui patricio plebeii magiſtratus paterent;* (9) *aut patricios habendos fuiſſe tribunos plebei. adeò ſe ſuis etiam ſordere, nec a plebe minùs, quàm a Patribus contemni.* Alii purgare plebem, culpam in Patres vertere: *eorum ambitione artibuſque fieri, ut* (10) *obſeptum plebi ſit ad honorem iter. ſi plebi reſpirare ab eorum mixtis precibus miniſque liceat, memorem eam ſuorum inituram ſuffragia eſſe, &* (11) *parto auxilio imperium quoque adſcituram.* Placet, tollendæ ambitionis causâ tribunos legem promulgare, ne cui (12) album in veſtimentum addere petitionis liceret causâ. Parva nunc res, & vix ſeriò agenda videri poſſit, quæ tunc ingenti certamine Patres ac plebem accendit. Vicere tamen tribuni, ut legem perferrent: apparebatque, irritatis animis, plebem ad ſuos (13) ſtudia inclinaturam. quæ ne libera eſſent, ſenatuſconſultum factum eſt, ut conſularia comitia haberentur.

Lex de albo in veſtimentum non addendo.

cultores. (5) Vid. ſuprà c. 22. (6) Sic ſuprà l. 3. c. 51. *imminenſque ei poteſtati.* & infrà l. 8. c. 22. *defectioni Campanorum imminentes.* (7) Legendum videtur vel *dum foris otium eſt*, vel *quum foris otium eſſet.* Vid. ſuprà not. 8. ad c. 32. l. 2. (8) Multâ prudentiâ prævidiſſe futura. (9) *Aut*, pro alioquin: ut fere infrà l. 42. c. 42. Porro Livius legem memorat, infrà l. 27. c. 21. & l. 30. c. 19. quâ cautum fuit ne quis, cujus pater curuli magiſtratu functus adhuc ſuperſtes eſſet, ad tribunatum ædilitatemve plebis admitteretur. Attamen duos patricios conſulareſque factos tribunos plebei ſuprà memoravit Livius l. 3. c. 65. [An igitur dicendum ſiquis e patriciis magiſtratu plebeio fungeretur, eum exinde plebeium fieri? Huc ſpectat quod de Minucio narratum eſt ſuprà c. 16. E.] (10) Sic infrà l. 9. c. 34. *plebi ad curules magiſtratus iter obſepſit.* (11) Parto jam tribunicio *auxilio* adſcituram quoque *imperium*, quod proprium erat patriciorum magiſtratuum, conſulatûs nempe, & militaris tribunatûs conſulari poteſtate. Vid. ſuprà not. 2. ad. c. 30. l. 3. (12) Intendendæ albedinis causâ cretam in togam addere. Togam albam Romani vulgò geſtabant. At qui petebant aliquem magiſtratum, ii togam cretâ additâ candentem, ſeu ſplendidam reddebant: atque hinc dicebantur *candidati.* Hinc etiam *cretata ambitio.* Perſ. Sat. 5. v. 177. Porro *addere in veſtimentum*, pro addere veſtimento: ut Salluſt. in Catil. c. 51. *quamobrem in ſententiam non addidiſti.* (13) Vid. not. 3. ad. c. 9. ſuprà.

XXVI. Tumultus

XXVI. Tumultus (1) caufa fuit; quem ab Æquis & Volfcis Latini atque Hernici nunciarant. T. Quinctius (2) L. F. Cincinnatus (eidem & Penno cognomen additur) & C. Julius Mento, confules facti: nec ultrà terror belli eft dilatus. (3) Lege facratâ, quæ maxima apud eos (4) vis cogendæ militiæ erat, delectu habito, utrinque validi exercitus profecti in Algidum convenere. ibique, feorfum Æqui, feorfum Volfci, caftra communivere; intentiorque, quàm unquam antè, muniendi exercendique militem cura ducibus erat. eo plus nuncii terroris Romam attulere. Senatui dictatorem dici placuit: quia, etfi fæpe victi populi, majore tamen conatu, quàm aliàs unquam, rebellarent: & aliquantum Romanæ juventutis morbo abfumptum erat. ante omnia pravitas confulum difcordiaque inter ipfos, & certamina in confiliis omnibus terrebant. Sunt, qui malè pugnatum ab his confulibus in Algido auctores fint, eamque caufam dictatoris creandi fuiffe. Illud fatis conftat, ad alia difcordes, in uno adversùs Patrum voluntatem confenfiffe, ne dicerent dictatorem: donec, quum alia aliis terribiliora afferrentur, nec (5) in auctoritate fenatûs confules effent, Q. Servilius Prifcus, fummis honoribus egregiè ufus, *Vos*, inquit, *tribuni plebis, quoniam ad extrema ventum eft, fenatus appellat, ut in tanto difcrimine reipublicæ dictatorem dicere confules pro poteftate veftrâ cogatis.* Quâ voce auditâ, occafionem oblatam rati tribuni augendæ poteftatis fecedunt, (6) proque collegio pronunciant, *placere, confules fenatui dicto audientes effe: fi adversùs confenfum ampliffimi ordinis ultrà tendant, in vincula fe duci eos juffuros.* Confules ab tribunis, quàm ab fenatu, vinci maluerunt; *proditum a Patribus fummi imperii jus, datumque fub jugum tribuniciæ poteftati* confulatum

U. c. 324. A. C. 428. T. Quinctio, C. Julio Coff.

Bellum cum Æquis & Volfcis.

Tribuni pl. minantur vincula confulibus.

C. 26. (1) Huic fenatufconfulto prætenderunt tumultum, quem &c. Vid. not. 1. ad c. 32. l. 2. E. (2) *L. F.* Lucii filius. (3) Vid. not. 4. ad c. 33. l. 2. Sic etiam infrà l. 10. c. 38. *delectu per omne Samnium habito novâ lege, ut qui juniorum non conveniffet ad imperatorium edictum, quique injuffu abiffet, caput Jovi facratum effet.* ut & l. 36. c. 38. (4) Nempe Æquos & Volfcos. Mox *cogendæ militiæ*, pro cogendorum militum; & hoc fenfu *cogere exercitum*, pro congregare, colligere, frequens eft. Vel etiam *cogendæ militiæ* fumi poteft pro cogendi ad militiam; ut mox hoc ipfo cap. *confules cogi aliquid:* ubi plura vide. (5) Sic infrà c. 56. & l. 9. c. 14. Sic etiam *in poteftate effe*, fuprà l. 3. c. 21. E. (6) Tanquam fententiam

et

consulatum memorantes, *siquidem* (7) *cogi aliquid pro potestate ab tribuno consules, & (quo quid ulterius privato timendum foret?) in vincula etiam duci possent.* Sors, ut dictatorem diceret, (nam ne id quidem inter collegas convenerat) T. Quinctio evenit. is A. Postumium Tubertum, socerum suum, severissimi imperii virum, dictatorem dixit: ab eo L. Julius magister equitum est dictus. Simul (8) edicitur & justitium: neque aliud totâ urbe agi, quàm bellum apparari: (9) cognitio vacantium militiæ munere post bellum differtur. Ita dubii quoque inclinant ad nomina danda. & Hernicis Latinisque milites imperati. utrinque enixè obeditum dictatori est.

Postumius dictator.

XXVII. Hæc omnia celeritate ingenti acta: relictoque C. Julio consule ad præsidium urbis, & L. Julio magistro equitum ad subita belli ministeria, ne qua res, quâ eguissent in castris, moraretur, dictator, (1) præeunte A. Cornelio pontifice maximo, (2) ludos magnos tumultûs causâ vovit: profectusque ab urbe, diviso cum Quinctio consule exercitu, ad hostes pervenit. Sicut bina castra hostium, parvo inter se spatio distantia, viderant, ipsi quoque mille ferme passus ab hoste, dictator Tusculo, consul Lanuvio (3), propiorem locum castris ceperunt. Ita quatuor exercitus, totidem munimenta, planitiem in medio, non parvis modò excursionibus ad prœlia, sed vel ad explicandas utrinque acies satis patentem, habebant. nec, ex quo castris castra collata sunt, cessatum a levibus prœliis est; facilè patiente dictatore, conferendo vires spem universæ victoriæ, tentato paullatim eventu certaminum, suos præcipere. Itaque hostes, nullâ in prœlio (4) justo relictâ spe, noctu adorti castra consulis, rem in casum ancipitis

et jussum totius collegii tribunicii. (7) Sic Virg. Æn. 3. v. 56. *quid non mortalia cogis Pectora?* Ter. Adel. 3. 4. 44. *quod vos jus cogit, id voluntate impetret.* Cic. l. 2. de Leg. c. 6. *omnia vi ac minis cogere.* (8) Æquè in usu sunt *edicere* & *indicere* justitium, delectum, comitia &c. Vid. suprà l. 3. c. 3 & 27. & not. 8. ad c. 38. l. 3. (9) Vid. suprà l. 3. c. 69.

C. 27. (1) Vid. not. 4. ad c. 21. suprà. (2) Memorat Livius l. 1. c. 35. ludos Magnos a Tarquinii Prisci temporibus sollennes annuos mansisse. Hìc autem intelligendi sunt ludi *votivi* Magnis similes; quales etiam memorantur infrà l. 22. c. 10. & alibi. (3) Aliquot codices habent *Lavinio*, quod stare non potest. Inde autem conjiciunt quidam legendum esse *Lavico*: inter Lavicum enim & Tusculum, Algidus situs fuisse videtur. (4) In prælio quo explicatæ utrinque acies, æquo campo apertâ

ancipitis eventûs committunt (5). Clamor ſubitò ortus, non conſulis modò vigiles, exercitum deinde omnem, ſed dictatorem quoque ex ſomno excivit. Ubi præſenti ope res egebant, conſul nec animo defecit, nec conſilio: pars militum portarum ſtationes firmant: pars coronâ vallum cingunt. In alteris apud dictatorem caſtris, quo minus tumultûs eſt, eo plus animadvertitur, quid opus facto ſit. miſſo extemplo ad caſtra ſubſidio, cui Sp. Poſtumius Albus legatus præficitur, ipſe parte copiarum parvo circuitu locum maximè ſecretum ab tumultu petit, unde (6) ex necopinato averſum hoſtem invadat (7). Q. Sulpicium legatum præficit caſtris (8): M. Fabio legato aſſignat equites. nec ante lucem movere jubet manum, inter nocturnos tumultus moderatu difficilem. Omnia, quæ vel alius imperator prudens & impiger in tali re præciperet ageretque, præcipit ordine atque agit. illud eximium conſilii animique ſpecimen, & neutiquam vulgatæ laudis, quòd (9) ultro ad oppugnanda caſtra hoſtium, (10) unde majore agmine profectos exploratum fuerat, M. Geganium cum cohortibus delectis miſit. qui, poſtquam (11) intentos homines in eventum periculi alieni, pro ſe incautos neglectis vigiliis ſtationibuſque, eſt adortus, priùs pene cepit caſtra, quàm oppugnari hoſtes ſatis ſcirent. inde, (12) fumo, ut convenerat, datum ſignum ubi conſpectum ab dictatore eſt, exclamat, capta hoſtium caſtra, nunciarique paſſim jubet.

Oppugnata conſulis caſtra.

XXVIII. Et jam luceſcebat, omniaque ſub oculis erant: & Fabius cum equitatu impetum dederat, & conſul eruptionem e caſtris in trepidos jam hoſtes fecerat. Dictator autem, parte alterâ ſubſidia & ſecundam aciem

[illegible]

apertâ vi, congrederentur. Sic infrà l. 39. c. 2. (5) Sic infrà l. 40. c. 21. *commiſſurum in aleam ejus, qui proponeretur, caſûs.* ſuprà l. 3. c. 3. *quòd in aciem commiſſa res ſit.* (6) Similiter uſurpantur *ex inſperato, improviſo, compoſito, integro, occulto*; & alia multa. E. (7) Vid. not. 2. ad c. 70. l. 3. (8) Caſtris, nempe, unde dictator ipſe profectus eſt. (9) Vid. not. 3. ad c. 5. l. 1. (10) Ea caſtra ex quibus hoſtes majore agmine profectos eſſe, compertum fuerat ope exploratorum. Ea autem fuiſſe caſtra Æquorum liquet ex cap. 29. infrà. E. (11) Sic ſuprà l. 2. c. 11 & 53. *intentus in occaſionem; intentos in caſtra.* infrà l. 7. c. 19. *in bellum Etruſcum intentam.* l. 9. c. 24. *intentæ in cuſtodiam urbis vigiliæ*: & alibi ſæpe. (12) Tan. Faber conjicit legendum eſſe *flammâ*: ſed codices pro vulgato ſtant. Videtur ſignum datum fuiſſe, quum jam luceſceret, & fumus eminus notari poſſet.

adortus

adortus, circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus hosti undique objecerat victorem peditem equitemque. Circumventi igitur jam in medio ad unum omnes pœnas rebellionis dedissent, ni Vectius Messius ex Volscis, nobilior vir factis, quàm genere, jam (1) orbem volventes suos increpans clarâ voce, *Hîc præbituri*, inquit, *vos telis hostium estis indefensi, inulti? Quid igitur arma habetis? aut quid ultro bellum intulistis; in otio tumultuosi, in bello segnes? Quid hîc stantibus spei est? an Deum aliquem protecturum vos, rapturumque hinc putatis? Ferro via facienda est. Hâc, quâ me prægressum videritis, agite, qui visuri domos, parentes, conjuges, liberos estis, ite mecum. Non murus, nec vallum, sed armati armatis obstant. virtute pares, necessitate, quæ ultimum ac maximum telum est, superiores estis.* Hæc locutum exsequentemque (2) dicta redintegrato clamore secuti, dant impressionem, quâ Postumius Albus cohortes objecerat: & moverunt victorem, donec dictator, pedem jam referentibus suis, advenit: eòque omne prœlium versum est. Uni viro Messio fortuna hostium innititur. multa utrinque vulnera, multa passim cædes est. Jam ne duces quidem Romani incruenti pugnant. (3) Unus Postumius, ictus saxo, perfracto capite, acie excessit. non dictatorem humerus vulneratus, non Fabium propè affixum equo femur, non brachium abscissum consulem ex tam ancipiti prœlio submovit.

XXIX. Messium impetus per stratos cæde hostes cum globo fortissimorum juvenum extulit ad castra Volscorum, quæ nondum capta erant. eòdem omnis acies inclinatur. Consul, effusos usque ad vallum persecutus, ipsa castra vallumque aggreditur: eòdem & dictator aliâ parte copias admovet. non segnior oppugnatio est, quàm pugna fuerat. Consulem signum quoque intra vallum injecisse ferunt, quo milites acriùs subirent; repetendoque signo primam impressionem factam. Et dictator, (1) proruto vallo, jam in castra prœlium intulerat. Tum abjici passim

C. 28. (1) In orbem se conglobantes, ita ut periculum foret, ne ab hostibus circumvenirentur. Sic infrà c. 39. *in orbem se tutabantur.* l. 23. c. 27. *coire in orbem.* Sallust. in Jug. 97. *orbes facere.* (2) Perficientem ea quæ locutus erat. (3) Licet plures ducum vulnerati forent, unus tantùm Postumius acie excessit.

C. 29. (1) Sic infrà l. 9. c. 14. *pars vellerent vallum, atque in fossas proruerent;*

sim arma, ac dedi hostes cœpti. castrisque & his captis, hostes, præter senatores, omnes venumdati sunt. Prædæ pars sua cognoscentibus Latinis atque Hernicis reddita; partem sub hastâ dictator vendidit: præpositoque consule castris, ipse, triumphans invectus urbem (2), dictaturâ se abdicavit. Egregiæ dictaturæ tristem memoriam faciunt, qui filium ab A. Postumio, quòd, (3) occasione bene pugnandi captus, injussu decesserit præsidio, victorem securi percussum tradunt. (4) Nec libet credere; & licet, in variis opinionibus. & argumento est, (5) quòd *imperia Manliana*, non *Postumiana*, appellata sint: quum, qui prior auctor tam sævi exempli foret, (6) occupaturus insignem titulum crudelitatis fuerit. (7) *Imperioso* quoque Manlio cognomen inditum: Postumius nullâ tristi notâ est insignitus. C. Julius consul ædem Apollinis, absente collegâ, sine sorte dedicavit: ægre id passus Quinctius, quum, dimisso exercitu, in urbem redisset, nequicquam in senatu est conquestus. Insigni magnis rebus anno additur, nihil tum ad rem Romanam pertinere visum, quòd Karthaginienses, tanti hostes futuri, (8) tum primum per seditiones Siculorum ad partis alterius auxilium in Siciliam exercitum trajecere.

Postumius an filium securi percusserit.

Karthaginienses in Siciliam trajiciunt.

U. c. 325.
A. C. 427.
L. Papirio,
L. Julio
Coss.

XXX. Agitatum in urbe ab tribunis plebis, ut tribuni militum consulari potestate crearentur; nec obtineri potuit. Consules fiunt L. Papirius Crassus, L. Julius.

ruerent; & c. 37. *ad vallum proruendum, fossasque implendas.* & alibi. (2) Sic suprà l. 2. c. 31. *dictator triumphans urbem invehitur*: & alibi. Aliquot codices habent *in urbem.* Utraque locutio apud Livium obvia. (3) Sic infrà l. 8. c. 30. *occasione bene gerendæ rei inductus.* (4) Τὸ *nec* dissolvendum, ut aliàs sæpe, in *et non. et libet non credere; et licet*, scilicet non credere; quum aliqua sit inter scriptores opinionum varietas. Rem tamen narrant Valerius, Diodorus, & Gellius. (5) Vid. infrà l. 8. c. 7. Postumiana tamen imperia & Manliana conjunxit Gellius, l. 1. c. 13. Levior autem illius in hâc re auctoritas. (6) Prior habere & sibi quodammodo asserere debuerit titulum, quo crudelitas ejus insigniretur ad posteros. Vid. not. 4. ad c. 38. l. 1. (7) At verò falsum est, ex ipsius Livii historiâ, T. Manlium eâ ex re *Imperiosi* cognomen accepisse: a patre enim L. Manlio hereditarium illud accepit. infrà l. 7. c. 3 & 4. Vid. Periz. Anim. Hist. l. 8. p. 350. (8) Herodotus tamen l. 7. narrat Amilcarem, ducem Karthaginiensium, cum trecentis millibus hominum, in Siciliâ cæsum a Gelone Syracusanorum rege, eodem die quo Xerxes apud Salamina devictus est, ac proinde quinquagesimo circiter ante hos consules anno.

Æquorum legati fœdus ab ſenatu cum petiſſent, (1) & pro fœdere deditio oſtentaretur, inducias annorum (2) octo impetraverunt. Volſcorum res, ſuper acceptam in Algido cladem, pertinaci certamine inter pacis bellique auctores in jurgia & ſeditiones verſa. Undique otium fuit Romanis. (3) Legem de mulctarum æſtimatione pergratam populo, quum ab tribunis parari conſules unius ex collegio proditione excepiſſent (4), ipſi præoccupaverunt ferre. Conſules L. Sergius Fidenas iterum, Hoſtus Lucretius Tricipitinus. Nihil dignum dictu actum his conſulibus. Secuti eos conſules A. Cornelius Coſſus, T. Quinctius Pennus iterum. Vejentes in agrum Romanum excurſiones fecerunt. Fama fuit, quoſdam ex Fidenatium juventute participes ejus populationis fuiſſe: cognitioque ejus rei L. Sergio, & Q. Servilio, & Mam. Æmilio permiſſa. Quidam Oſtiam relegati, quòd, cur per eos dies a Fidenis afuiſſent, parum conſtabat. colonorum additus numerus, agerque iis bello interemptorum aſſignatus. Siccitate eo anno plurimùm laboratum eſt: nec cœleſtes modò defuerunt aquæ, ſed terra quoque, ingenito humore egens, vix ad perennes ſuffecit amnes. defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivoſque ſtragem ſiti pecorum morientium dedit: ſcabie (5) alia abſumpta: (6) vulgatique contactu in homines morbi, & primò

U. c. 326. A. C. 426. L. Sergio II. Hoſto Lucretio Coſſ.

U. c. 327. A. C. 425. A. Cornelio, T. Quinctio II. Coſſ.

Siccitas.

C. 30. (1) Et præ ſe ferrent legati omnia Romanis ita dedita fore, ut ipſi leges fœderis dicerent. vid. infrà l. 34. c. 57. Vel forſitan ſic accipi verba poſſunt: quum ſenatus reſponderet, ſe non quidem æquo fœdere in pacem atque amicitiam cum Æquis venturos, ſed eos in deditionem eſſe accepturos. E. (2) Glareanus conjicit legendum eſſe *ſex* annorum, pro *octo*, quum ſexto abhinc anno rurſus Æqui inducias trium annorum impetrent: infrà c. 35. Codices nil mutant. (3) Mulctæ primo dicebantur certi numeri ovium & boum; & quidem ad arbitrium mulctantis. Damnatis autem Romilio & Veturio (vid. ſuprà l. 3. c. 31.) legem tulerunt conſules Sp. Tarpeius & A. Aterius, anno u. c. 300. quâ cautum eſt ne mulcta duos oves & triginta boves excederet, pro copiâ ſcil. boum & ovium penuriâ; eaque mulcta ſuprema appellata. Eâdem lege, quæ & Ateria & Tarpeia indifferenter dicitur, conſtitutum eſt ut boves centenis aſſibus æſtimarentur; oves autem denis. De eâdem re lex hoc anno lata egiſſe videtur. Vid. A. Gell. l. 11. c. 1. & Dionys. Hal. l. 10. (4) Sic ſuprà l. 3. c. 4. *Sermonem eorum ex ſervis unus excepit.* Inſidiarum ſignificatione verbum hoc Livio frequens eſt. infrà l. 5. c. 41. l. 9. c. 31. & alibi ſæpe. (5) Pecora alia ſiti abſumpta, alia ſcabie. (6) Sic ſuprà l. 3. c. 6. *miniſteriaque invicem ac contagio ipſa vulgabant morbos.* infrà l. 25. c. 26. *curatio ipſa & contactus ægrorum vulgabat morbos,*

primò in agreſtes ingruerant ſervitiaque. urbs deinde impletur. Nec corpora modò affecta tabo, ſed animos quoque multiplex religio, & pleraque externa, invaſit; novos ritus ſacrificandi vaticinando inferentibus in domos, (7) quibus quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi: (8) donec publicus jam pudor ad primores civitatis pervenit, cernentes in omnibus vicis ſacelliſque peregrina atque inſolita piacula (9) pacis Deûm expoſcendæ. Datum inde negotium ædilibus, ut animadverterent, ne qui, niſi Romani Dii, neu quo alio more, quàm patrio, colerentur. Iræ adversùs Vejentes in inſequentem annum, (10) C. Servilium Ahalam, L. Papirium Mugillanum conſules, dilatæ ſunt. Tunc quoque, ne confeſtim bellum indiceretur, neve exercitus mitterentur, religio obſtitit. feciales priùs mittendos ad res repetendas cenſuere. Cum Vejentibus (11) nuper acie dimicatum ad Nomentum & Fidenas fuerat: induciæque inde, non pax, facta: quarum & dies exierat, & ante diem rebellaverant. Miſſi tamen feciales: nec eorum, quum (12) more patrum jurati repeterent res, verba ſunt audita. Controverſia inde fuit, utrùm populi juſſu indiceretur bellum, an ſatis eſſet ſenatuſconſultum. Pervicere tribuni, denunciando impedituros ſe delectum, ut (13) conſules de bello ad populum ferrent.

Externa ſuperſtitio.

U. c. 328.
A. C. 424.
C. Servilio, L. Papirio Coſſ.

Vejentibus bellum indictum.

morbos. [Crevierius aliique, poſt Gruterum, editores, *vulgarique contactu in homines morbi,* dederunt: quam ſcripturam immeritò, ut mihi videtur, damnat Drakenborchius tanquam *ineptam & nullum commodum ſenſum reddentem.* Immo prorſus ſimilis utriuſque lectionis ſenſus, ſi modò *vulgari in homines morbi* oratione infinitivâ accipiatur. Et hæc ſcriptura mihi magis placeret, ni codices plurimos optimoſque pro alterâ ſtare Drakenborchius teſtatus fuiſſet. E.] (7) Subintelligitur, ut ſæpe aliàs, pronomen *illis:* vatibus, novos ritus ſacrificandi inferentibus in domos, prædicendo finem morbi fore, ſi Diis alienigenis & alio, quàm patrio, more ſacrificarent. Eandem rem infrà etiam pluribus Livius exſecutus eſt l. 25. c. 1. quem locum contuliſſe juvabit. (8) Donec pudor jam pro republicâ, i. e. pudor de hâc fœditate ſuperſtitionis, cujus dedecus jam ad rempublicam, non privatos modò, pertinebat, ad primores civitatis pervenit. (9) Subintelligitur *causâ.* Piacularia ſacra facta ad pacem Deûm expoſcendam. Aliàs dicitur *piaculum Deorum iræ,* infrà l. 8. c. 9. E. (10) *Annum, conſules* dixit eleganti epexegeſi, quam appoſitionem vocant. Porro hic L. Papirius diverſus videtur fuiſſe ab illo, qui cum L. Sempronio conſul memoratur, ſeptemdecim antè annos; ſuprà c. 7. Forſitan hujus anni conſul alterius filius fuit. (11) Octo antè annos. vid. ſuprà c. 22. (12) De more illo vid. ſuprà l. 1. c. 32. (13) Manuſcripti plures & veteres editi habent, *ut Quinctius conſul...*

ferret:

ferrent. omnes centuriæ juſſere. In eo quoque plebs ſuperior fuit, quòd tenuit, ne conſules in proximum annum crearentur.

U. c. 329. A. C. 423. T. Quinctio &c. Trib. Mil.

XXXI. Tribuni militum conſulari poteſtate quatuor creati ſunt, T. Quinctius Pennus ex conſulatu (1), C. Furius, M. Poſtumius, A. Cornelius Coſſus. ex iis Coſſus præfuit urbi. tres, delectu habito, profecti ſunt Vejos, † documentoque fuere, (2) quàm plurium imperium bello inutile eſſet. Tendendo ad ſua quiſque conſilia, quum aliud alii videretur, (3) aperuerunt ad occaſionem locum hoſti. incertam namque aciem, ſignum aliis dari receptui, aliis cani (4) jubentibus, invaſere opportunè Vejentes: caſtra propinqua turbatos ac terga dantes accepere. plus itaque ignominiæ, quàm cladis, eſt acceptum. Mœſta civitas fuit, vinci inſueta: odiſſe tribunos, poſcere dictatorem, in eo verti ſpes civitatis. & quum ibi quoque religio obſtaret, ne (5) non poſſet niſi ab conſule dici dictator, augures conſulti eam religionem exemere. A. Cornelius dictatorem Mam. Æmilium dixit: & ipſe ab eo magiſter equitum eſt dictus. Adeò, ſimul fortuna civitatis virtute verâ eguit, nihil (6) cenſoria animadverſio effecit, quo

Mam. Æmilius dictator.

ferret: cui lectioni conſonare videtur id, quod initio ſtatim cap. ſeq. legitur, Quinctium tribunum *ex conſulatu* creatum eſſe, i. e. proximo poſt conſulatum anno. At verò ſuprà conſules in hunc annum editi ſunt C. Servilius & L. Papirius. Suſpicari poſſumus alterutrum ex his conſulibus in magiſtratu mortuum eſſe, & ei T. Quinctium ſuffectum. [At Livius infrà c. 42 & 56. mentionem facit & L. Papirii Mugillani & C. Servilii Ahalæ: nec ulla cauſa eſt cur diverſi ab hujus anni conſulibus habeantur. E.]

C. 31. (1) T. Quinctius Pennus, non anno ſuperiore, ſed biennio antè, conſul fuiſſe memoratus eſt; & quidem cum A. Cornelio Coſſo. Quid igitur de his verbis ſtatuendum, parum liquet. Vid. not. præc. (2) Sic Homerus Il. β. v. 204. ὀυκ αγαθον πολυκοιρανιη. Vid. etiam ſuprà l. 3. c. 70. *Quàm inutile eſſet*, ut ſuprà l. 2. c. 32. *quàm inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet.* De *inutile*, vid. not. 6. ad c. 33. l. 3. (3) Infrà c. 53. *occaſionem aperire ad invadendum.* Cic. l. 5. in Verr. c. 71. *locum aperire ſuſpicioni.* (4) Nempe bellicum ſive claſſicum. (5) Magnus Gronovius aliique delendum volunt τὸ *non*, ut ſit *obſtaret ne poſſet dici dictator*, quemadmodum ſuprà cap. præc. *ne confeſtim bellum indiceretur religio obſtitit.* infrà l. 5. c. 36. *ne id, quod placebat, decernerent, ambitio obſtabat.* & alibi ſæpe. At codices omnes mutationi reclamant; & locum temere, ni fallor, viri docti ſollicitant. Jungendum conſeo *ne non poſſet* cum voce *religio*, non cum *obſtaret*, ſic; *quum ibi quoque obſtaret*, h. e. illi quoque rei in morâ eſſet, *religio ne non poſſet dictator dici niſi ab conſule*, h. e. metus ne dictatorem dici niſi ab conſule nefas eſſet. E. (6) Vid. ſuprà c. 24.

Mox,

quo minus regimen rerum ex notatâ indignè domo peteretur. Vejentes, re secundâ elati, missis circùm Etruriæ populos legatis, jactando tres duces Romanos ab se uno prœlio fusos, (7) quum tamen nullam publici consilii societatem movissent, voluntarios undique ad spem prædæ adsciverunt. Uni Fidenatium populo rebellare placuit: &, tanquam nisi ab scelere bellum ordiri nefas esset, sicut legatorum antea, ita tum novorum colonorum cæde imbutis armis, Vejentibus sese conjungunt. Consultare inde principes duorum populorum, Vejos an Fidenas sedem belli caperent. Fidenæ visæ opportuniores. itaque, trajecto Tiberi, Vejentes Fidenas transtulerunt bellum. Romæ terror ingens erat. accito exercitu ab Vejis, eoque ipso (8) ab re malè gestâ perculso, castra locantur ante portam Collinam, & in muris armati dispositi, & justitium in foro, tabernæque clausæ: fiuntque omnia castris, quàm urbi, similiora. *Fidenates rebellant.*

XXXII. Tum trepidam civitatem, præconibus per vicos dimissis, dictator ad concionem advocatam increpuit, *quòd animos ex tam levibus fortunæ momentis suspensos gererent, ut, parvâ jacturâ acceptâ, quæ ipsa non virtute hostium, nec ignaviâ Romani exercitûs, sed discordiâ imperatorum, accepta sit, Vejentem, hostem sexies* (1) *victum, pertimescant, Fidenasque propè sæpius captas quàm oppugnatas. Eosdem & Romanos & hostes esse, qui per tot secula fuerint: eosdem animos, easdem corporis vires, eadem arma gerere. se quoque eundem dictatorem Mam. Æmilium esse, qui antè Vejentium Fidenatiumque, adjunctis Faliscis, ad Nomentum exercitus fuderit* (2): *& magistrum equitum A. Cornelium eundem in acie fore, qui priore bello* (3) *tribunus militum, Larte Tolumnio rege Vejentium in conspectu duorum exercituum occiso, spolia* *Dictatoris oratio.*

Mox, pro *effecit*, Faber & Gronovius legendum judicant *offecit*, h. e. obstitit, impedivit. sed nil mutandum. (7) Quum ab nullâ civitate impetrassent, ut se iis publico consilio sociam adjungeret. Sic suprà l. 1. c. 30. *voluntarios traxere...publico auxilio nullo adjuti sunt.* (8) Sic suprà l. 2. c. 14. *inopi tum urbe* ab *longinquâ obsidione*. c. 49. *pacis impetratæ*, ab *insitâ animis levitate, pœnituit.* & alia plurima similia.

C. 32. (1) Intellige non prœlio tantùm & acie *victum*, sed bello. Mox dictator hanc numerat *septimam infelicem defectionem*: & l. 5. c. 4. Appius de iisdem Vejentibus, *septies rebellarunt.* (2) Pugna illa pro mœnibus Fidenarum pugnata narratur suprà c. 17, 18, & 19. (3) Vid. not. 10 & 20.

ſpolia opima Jovis Feretrii templo intulerit. Proin memores, ſecum triumphos, ſecum ſpolia, ſecum victoriam eſſe; cum hoſtibus ſcelus legatorum contra jus gentium interfectorum, cædem in pace Fidenatium colonorum, inducias ruptas, ſeptimam infelicem defectionem, arma caperent. Simul caſtra caſtris conjunxiſſent (4), *ſatis confidere, nec ſceleratiſſimis hoſtibus diuturnum ex ignominiâ exercitûs Romani gaudium fore; & populum Romanum intellecturum, quanto melius de republicâ meriti ſint, qui ſe dictatorem tertium dixerint; quàm* (5) *eos, qui, ob ereptum cenſuræ regnum, labem ſecundæ dictaturæ ſuæ impoſuerint* (6). Votis deinde nuncupatis profectus, mille & quingentos paſſus citra Fidenas caſtra locat: dextrâ montibus, lævâ Tiberi amne ſeptus. T. Quinctium Pennum legatum occupare montes jubet, occultumque id jugum capere, quod ab tergo hoſtibus foret. Ipſe poſtero die, quum Etruſci pleni animorum ab priſtini diei meliore occaſione (7), quàm pugnâ, in aciem proceſſiſſent, cunctatus parumper, dum ſpeculatores referrent, Quinctium evaſiſſe in jugum propinquum arci Fidenarum, ſigna profert: peditumque aciem inſtructam pleno gradu (8) in hoſtem inducit: magiſtro equitum præcipit, ne injuſſu pugnam incipiat: ſe, quum opus ſit equeſtri auxilio, ſignum daturum. tum ut memor regiæ pugnæ, memor opimi doni, Romulique ac Jovis Feretrii, rem gereret. Legiones impetu ingenti confligunt. Romanus odio accenſus, impium Fidenatem, prædonem Vejentem, ruptores induciarum, cruentos legatorum infandâ cæde, reſperſos ſanguine colonorum ſuorum, perfidos ſocios, imbelles hoſtes compellans, factis ſimul dictiſque odium explet.

& 20. ad c. 20. ſuprà. (4) Suprà c. 27. dicitur *caſtris caſtra conferre.* Utrumque frequens eſt. (5) Vox *eos* haud dubiè delenda eſt, licet conſtanter in omnibus ſcriptis ſuperſit. Librariis ellipſis pronominis demonſtrativi diſplicuit; ideoque nullo reſpectu ad præcedentia habito, id Livio reddere conati, turpem ſolœciſmum commiſerunt. (6) Sic *imponere contumeliam* dixit Salluſt. in Catil. c. 48. *imponere injuriam* Cic. pro Quinct. c. 31. (7) Ab priſtini diei ſucceſſu, qui potiùs bona occaſio, quàm proſpera pugna, dici debebat. (8) *Gradum militarem* & *Gradum plenum* diſtinguit Vegetius l. 1. de re mil. c. 9. *Militari gradu viginti millia paſſuum horis quinque duntaxat æſtivis conficienda ſunt. Pleno autem gradu, qui citatior eſt, totidem horis viginti quatuor millia peragenda ſunt. Quicquid addideris, jam curſus eſt, cujus ſpatium non poteſt definiri.*

XXXIII. Concuſſerat

XXXIII. Concufferat primo ftatim congreffu hoftem: quum repentè, patefactis Fidenarum portis, nova erumpit acies, inaudita ante id tempus invifitataque (1). ignibus armata ingens multitudo, facibufque ardentibus toto collucens, (2) velut fanatico inftincta curfu, in hoftem ruit: formaque infolitæ pugnæ Romanos parumper exterruit. Tum dictator, magiftro equitum equitibufque, tum ex montibus Quinctio accito, prœlium ciens, ipfe in finiftrum cornu, quod, (3) incendio fimilius quàm prœlio, territum cefferat flammis, accurrit: claràque voce, *Fumone victi*, inquit, *velut examen apum* (4) *loco veftro exacti, inermi cedetis hofti? Non ferro exftinguetis ignes? non faces has ipfas pro fe quifque, fi igni, non telis, pugnandum eft, ereptas ultro inferetis? Agite, nominis Romani ac virtutis patrum veftræque memores, vertite incendium hoc in hoftium urbem; & fuis flammis delete Fidenas, quas veftris beneficiis placare non potuiftis. Legatorum hoc vos veftrorum colonorumque fanguis, vaftatique fines monent.* Ad imperium dictatoris mota cuncta acies: faces partim emiffæ excipiuntur, partim vi eripiuntur: utraque acies armatur igni. Magifter equitum & ipfe (5) novat pugnam equeftrem. frenos ut detrahant equis, imperat: & ipfe princeps, calcaribus

Fidenates erumpunt facibus armati.

C. 33. (1) Vulgatum *inufitataque.* Codices in utramque partem eunt. (2) Velut divino quodam furore ad curfum incitati. *Fanaticus* eft numine Deorum adflatus. hinc *fanaticum carmen* infrà l. 38. c. 18. *Inftinctus* idem quod inftigatus, incitatus. fuprà l. 1. c. 17. *muliebribus inftinctus furiis.* (3) Siniftrum cornu potius videbatur aliquod incendium, quàm præliantum acies, ignibufque potiùs, quàm fignis & armis flagrabat. (4) Codices plures *apium* exhibent. Pari modo *parentium* pro *parentum* libri fcripti præferunt; *ætatium* pro *ætatum*, *hofpitium* pro *hofpitum*, *principium* pro *principum*, *fimultatium* pro *fimultatum*, *clientium* pro *clientum*, *civitatium* pro *civitatum*, *fupplicium* pro *fupplicum.* (5) *Novat* pro *renovat* hìc non capi poffe Drakenborchius cenfet, quia magifter equitum nunc demum pugnare incipit; Livium autem indicare Coffum confuetam formam pugnæ equeftris mutaffe, frenis nempe detractis. Obfervat porro *novare* paffim pro *mutare* in ufu effe, ut infrà l. 44. c. 8. Et hoc quidem minimè diffiteor. *novare* dicitur rem, qui vel omiffam inftaurat, vel cœptam aliâ quàm antea ratione gerit. Illud autem *novare pugnam*, pro ciere genus pugnæ inufitatum, haudquaquam ferendum puto. Demus modo Drakenborchio *novare* hîc pro *mutare* fumi; & major multo difficultas evadit. Eum enim hoc fenfu *novare pugnam* dici deberet, qui pugnam, priùs commiffam, alio, quàm priùs, modo facere pergit. Sed neque magnam vim habere mihi videtur caufa ob quam Drakenborchius notionem *renovandi* repudiavit. Pugna parumper intermiffa fuerat. Jam verò ad imperium dictatoris eam legiones reftituunt. Et ipfe magifter equitum

caribus ſubditis evectus, (6) effreno equo in medios ignes infertur: & alii concitati equi libero curſu ferunt equitem in hoſtem. Pulvis elatus, mixtuſque fumo, lucem ex oculis virorum equorumque aufert. ea, quæ militem terruerat, ſpecies nihil terruit equos. ruinæ igitur ſimilem ſtragem eques, quâcunque pervaſerat, dedit. Clamor deinde accidit novus: qui quum utramque mirabundam in ſe aciem vertiſſet, dictator exclamat; *Quinctium legatum & ſuos ab tergo hoſtem adortos:* ipſe, redintegrato clamore, infert acriùs ſigna. Quum duæ acies, duo diverſa prœlia, circumventos Etruſcos & a fronte & ab tergo urguerent, neque in caſtra retro, neque in montes, unde ſe novus hoſtis objecerat, iter fugæ eſſet, & (7) equitem paſſim liberi frenis diſpuliſſent equi, Vejentium maxima pars Tiberim effuſi petunt. Fidenatium qui ſuperſunt, ad urbem Fidenas tendunt. (8) Infert pavidos fuga in mediam cædem: obtruncantur in ripis: alios, in aquam compulſos, gurgites ferunt: etiam peritos nandi laſſitudo & vulnera & pavor degravant; pauci ex multis tranant. alterum agmen fertur per caſtra in urbem. eâdem & Romanos ſequentes impetus rapit: Quinctium maximè, & cum eo degreſſos modò de montibus, recentiſſimum ad laborem militem, quia ultimo prœlio advenerat.

Vincuntur Vejentes et Fidenates.

Captæ Fidenæ.

XXXIV. Hi, poſtquam mixti hoſtibus portam intravere, in muros evadunt (1); ſuiſque capti oppidi ſignum ex muro tollunt. Quod ubi dictator conſpexit, (jam enim & ipſe in deſerta hoſtium caſtra penetraverat) cupientem militem diſcurrere ad prædam, ſpe injectâ majoris

equitum inſtaurat pugnam *equeſtrem* i. e. equeſtribus copiis. Vox *equeſtrem*, opinor, indicat non tam genus pugnæ a Cornelio renovatæ, quàm modum quo pugnam & ipſe renovare dicitur. E. (6) Codices aliquot habent *effreni*, quod a recto *effrenis* formatum eſt; quemadmodum occurrunt *infrenis* & *infrenus*. Et eo utitur etiam Plinius l. 8. hiſt. nat. c. 44. (7) Quum equi, liberi frenis, equites Romanos in diverſas partes tuliſſent, per totum paſſim campum diffudiſſent, ita ut undique objicerentur fugientibus hoſtibus. Pro *diſpuliſſent* autem Gronovius rectè reponendum cenſet *diſtuliſſent*; quemadmodum & *efferre* equitem equus dicitur. (8) Hæc verba de Vejentibus accipienda videntur, quorum maximam partem Tiberim petiiſſe modò dixit; & ſequentia demum *alterum agmen* &c. de Fidenatibus.

C. 34. (1) *Evadere in muros* eſt nitendo in muros aſcendere. Sic ſuprà l. 2. c. 50. *in verticem collis evadere.* hoc. lib. c. 32. & alibi ſæpe. (2) Quum

ris in urbe prædæ, ad portam ducit; receptuſque intrà muros in arcem, quò ruere fugientium turbam videbat, pergit. Nec minor cædes in urbe, quàm in prœlio, fuit; donec, abjectis armis, nihil præter vitam petentes, dictatori deduntur. Urbs caſtraque diripiuntur. Poſtero die (2) ſingulis captivis ab equite ad centurionem ſorte ductis, &, quorum eximia virtus fuerat, binis, aliis ſub coronâ venumdatis, exercitum victorem opulentumque prædâ triumphans dictator Romam reduxit: juſſoque magiſtro equitum abdicare ſe magiſtratu, ipſe deinde abdicat die ſextodecimo, reddito in pace imperio, quod in bello trepidiſque rebus acceperat. (3) Claſſi quoque ad Fidenas pugnatum cum Vejentibus, quidam annales retulere: rem æquè difficilem atque incredibilem; nec nunc lato ſatis ad hoc amne; & tum aliquanto, ut a veteribus accepimus, arctiore: niſi in trajectu fortè fluminis prohibendo, aliquarum navium concurſum in majus (ut fit) celebrantes, navalis victoriæ vanum titulum appetivere. *Claſſibus pugnatum ad Fidenas.*

XXXV. Inſequens annus tribunos militares conſulari poteſtate habuit, A. Sempronium Atratinum, L. Quinctium Cincinnatum, L. Furium Medullinum, L. Horatium Barbatum. Vejentibus annorum viginti induciæ datæ, (1) & Æquis triennii, quum plurium annorum petiſſent. Et ab ſeditionibus urbanis otium fuit. Annum inſequentem, neque bello foris, neque domi ſeditione inſignem, ludi bello voti celebrem, & tribunorum militum apparatu, & finitimorum concurſu, fecere. Tribuni conſulari poteſtate erant Ap. Claudius Craſſus, Sp. Nautius Rutilus, L. Sergius Fidenas, Sex. Julius Iulus. (2) ſpectaculum comitate etiam hoſpitum, ad quod

U. c. 330. A. C. 422. A. Sempronio &c. Trib. Mil.

U. c. 331. A. C. 421. Ap. Claudio &c. Trib. Mil.

(2) Quum Romani, non quidem omnes, ſed tantùm ab equite ad centurionem, ſorte duxiſſent ſingulos captivos ſibi addicendos; quorum autem eximia virtus fuerat, binos. (3) Pro *claſſe*. Alii habent *claſſibus*. Conſtat autem ex Feſto & A. Gellio *claſſem procinctam* olim dici aciem inſtructam: unde Faber aliique poſt eum conjiciunt, nihil aliud voluiſſe horum annalium ſcriptores, quàm exercitibus inſtructis dimicatum fuiſſe. Sed huic ſententiæ vox *quoque* adverſatur. Mox, pro *quidam annales retulere*, codices aliquot, hique melioris notæ, habent *quidam in annales retulere*. Utraque locutio proba eſt.

C. 35. (1) Vid. not. 2. ad c. 30. ſuprà. (2) Spectaculum, ad quod finitimi

quod publico conſenſu venerant, advenis gratius fuit. Poſt ludos conciones ſeditioſæ tribunorum plebi fuerunt, objurgantium multitudinem, *quòd, admiratione eorum, quos odiſſet, ſtupens, in æterno ſe ipſa teneret ſervitio : & non modò ad* (3) *ſpem conſulatûs in partem rovocandam adſpirare non auderet, ſed ne in tribunis quidem militum creandis (quæ communia eſſent comitia Patrum ac plebis) aut ſui aut ſuorum meminiſſet. Deſineret ergo mirari, cur nemo de commodis plebis ageret : eo impendi laborem ac periculum, unde emolumentum atque honos ſperetur.* † *Nihil non aggreſſuros homines, ſi magna conatis magna præmia proponantur.* (4) *Ut quidem aliquis tribunus plebis ruat cæcus in certamina periculo ingenti, fructu nullo ; ex quibus pro certo habeat, Patres, adversùs quos tenderet* (5), *bello inexpiabili ſe perſecuturos ; apud plebem, pro quâ dimicaverit, nihilo ſe honoratiorem fore, neque ſperandum, neque poſtulandum eſſe.* † *Magnos animos magnis honoribus fieri.* (6) *neminem ſe plebeium contempturum, ubi contemni deſiſſent. Experiendam rem denique in uno aut altero eſſe, ſitne aliquis plebeius* (7) *ferendo magno honori ; an portento ſimile miraculoque*

Tribuni pl. multitudinem objurgant.

finitimi publico conſenſu venerant, advenis illis gratius fuit, propter comitatem etiam Romanorum qui eos hoſpitio excipiebant. Durior autem hæc conſtructio. Alii aliter locum emendari volunt. Drakenborchius, præeuntibus Rhenano & Gronovio, pro *ad quod publico conſenſu venerant*, legendum conjicit *in quam publicè conſenſerant*, nempe Romani. [Fortaſſe leviori mutatione ſententia ſatis expediri poteſt, omiſsâ tantùm præpoſitione, quæ etiam in quibuſdam codicibus non comparet. Spectaculum gratius fuit advenis etiam ob comitatem hoſpitum ; comiter autem hoſpitio excepti ſunt, *quòd venerant* Romam *publico conſenſu*, i. e. ſenatu populoque Romano publicè permittentibus. E.] (3) *Revocare ſpem conſulatûs in partem* ſc. plebis, eſt efficere ut plebs ſperare poſſet ſe conſulatum conſecuturam, homines ſui ordinis conſulatum adepturos. Vox *pars*, quæ pro factione plerumque numero plurali uſurpatur, interdum etiam eodem ſenſu numero ſingulari adhibetur : ut apud Cic. l. 10. ad Fam. Ep. 31. Suet. in Cæs. c. 39. (4) Pendent hæc verba ex illis quæ in fine periodi ſubjunguntur, & omnia hoc ordine componenda ſunt : *Neque ſperandum quidem, neque poſtulandum eſſe, ut aliquis tribunus plebis ruat* &c. (5) Perſæpe Livius aliique ſimplici *tendere* pro compoſito *contendere* utuntur : ut infrà l. 10. c. 6. l. 23. c. 14. (6) Neminem plebeium abjectè de ſe ipſo ſenſurum, & puſillo futurum animo, ſi magnis honoribus eorum erigerentur animi. Tan. Faber legendum conjicit *neminem plebeium contemptum iri*, [Mallem, *neminem plebeium contempturum*, h. e. fore ut nemo plebeium contemneret] *ubi ſe contemnere deſiſſent*. Sed codices in vulgatum conſentiunt. (7) In hâc phraſi *eſſe ferendo, ſolvendo, veſcendo* &c. ſubintelligitur

loque ſit, fortem ac ſtrenuum virum aliquem exſiſtere ortum ex plebe. Summâ vi expugnatum eſſe, ut tribuni militum conſulari poteſtate & ex plebe crearentur. Petiſſe viros domi militiæque ſpectatos: primis annis ſugillatos (8), *repulſos, riſui Patribus fuiſſe: deſiſſe poſtremò præbere ad contumeliam os. Nec ſe videre, cur non lex quoque abrogetur, quâ id liceat, quod nunquam futurum ſit.* (9) *minorem quippe ruborem fore in juris iniquitate, quàm ſi per indignitatem ipſorum prætereantur.* †

XXXVI. Hujus generis orationes, cum aſſenſu auditæ, incitavere quoſdam ad petendum tribunatum militum, alium alia de commodis plebis laturum ſe in magiſtratu profitentem. Agri publici dividendi coloniarumque deducendarum oſtentatæ ſpes; &, vectigali poſſeſſoribus agrorum impoſito, in ſtipendium militum erogandi æris. Captatum deinde tempus ab tribunis militum, quo per diſceſſum hominum ab urbe, quum Patres clandeſtinâ denunciatione (1) revocati ad diem certam eſſent, ſenatuſconſultum fieret, abſentibus tribunis plebi; ut, quoniam Volſcos in Hernicorum agros prædatum exiſſe fama eſſet, ad rem inſpiciendam tribuni militum proficiſcerentur, conſulariaque comitia haberentur. Profecti, (2) Ap. Claudium filium decemviri, præfectum urbis relinquunt, impigrum juvenem, & jam inde ab incunabulis imbutum

telligitur *aptus, idoneus, ſufficiens.* Vid. Sanctii Minerv. l. 4. c. 4. (8) *Sugillare* idem quod Græcè ὑπωπιαζειν, ſeu ὑπωπια ποιειν, facere ut ſub oculis exiſtant vibices & maculæ luridæ. ὑπωπιον enim ſignificat, non modò τὰ ὑπο τȣς ὀφθαλμȣς μερη, ſed & τὰ ὑπο τȣς ὀφθαλμȣς οιδηματα. Heſych. Hinc οἱ ὁ reddunt חברות per ὑπωπια, Prov. c. 20. v. 29. Per tranſlationem, verba notionem induunt *ignominiosè vexandi.* Evang. Luc. c. 18. v. 5. ἱνα μη ὑπωπιαζη με, ubi Vulgatus habet *ne ſugillet me;* q. d. ne *obtundat* me. Sic Ter. Andr. 2. 2. 11. Eun. 3. 5. 6. Phorm. 3. 2. 30. Adeat lector Schwarzii Comment. Schleuſneri Lex. & Suiceri Thes. ſub voce ὑπωπιαζειν. De etymologiâ verbi *ſugillare* variæ ſunt ſententiæ. Secundùm Voſſium *ſuggillare* dicitur quaſi *ſubcillare* a *ſuccilus* ſive *ſuccilium*, quod a *ſub* & *cilium* venit. [Mihi magis placeret vocem deducere a *ſub* & *gena*, quæ ſæpe pro palpebrâ ſumitur; literâ *E* in *I* mutatâ, & *N* in *L*. E.] (9) Huic loco convenit alius ſuprà hoc lib. c. 7. *Principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio ſui, quàm quibus ut indigni præterirentur.*

C. 36. (1) *Denunciare* eleganter ſumitur pro arceſſere, jubere, rogare præſtò eſſe: ut apud Cic. l. 11. ad Fam. Ep. 2. l. 5. Ep. 11. l. 13. Ep. 77. Mox ad *diem certam* obſervandum eſt, Livium in hâc ſimilibuſque locutionibus genere ſequiori uti amaſſe. (2) Unum nempe, ut videtur, ex hujus anni tribunis militaribus.

odio tribunorum plebisque. tribunis plebi nec cum absentibus iis, qui senatusconsultum fecerant, nec cum Appio, transactâ re, quod contenderent, fuit.

U. c. 332. A. C. 420. C. Sempronio, Q. Fabio Coss.

XXXVII. Creati consules sunt C. Sempronius Atratinus, Q. Fabius Vibulanus. Peregrina res, sed (1) memoriâ digna, traditur eo anno facta: Vulturnum, Etruscorum urbem, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam; Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) a campestri agro appellatam. Cepere autem, *Capua occupata a Samnitibus.* priùs bello fatigatis Etruscis, in societatam urbis agrorumque accepti: deinde festo die (2) graves somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturnâ cæde adorti. His rebus actis, consules ii, quos diximus, Idibus Decembribus magistratum occepere. Jam non solùm, qui ad id missi erant, retulerant, imminere Volscum bellum; sed legati quoque ab Latinis & Hernicis nunciabant, *Non antè unquam Volscos nec ducibus legendis, nec exercitui scribendo, intentiores fuisse. vulgò fremere, aut in perpetuum arma bellumque oblivioni danda, jugumque accipiendum;* † *aut iis, cum quibus de imperio certetur, nec virtute, nec patientiâ, nec disciplinâ rei militaris cedendum esse.* Haud vana attulere: sed *Bellum cum Volscis.* nec (3) perinde Patres moti sunt; & C. Sempronius, cui ea provincia sorti (4) evenit, tanquam constantissimâ re, fortunâ fretus, quòd victoris populi adversùs victos dux esset, omnia temere ac negligenter egit: adeò ut disciplinæ Romanæ plus in Volsco exercitu, quàm in Romano, esset. † Ergo fortuna, ut sæpe aliàs, virtutem est secuta. (5) Primo prœlio, quod ab Sempronio incautè inconsultéque commissum est, non subsidiis firmatâ acie, non equite aptè locato, concursum est. clamor indicium primum fuit, quò res

C. 37. (1) Codices aliquot habent *memoriæ.* Et sæpe quidem optimi scriptores τῷ *dignus* casum patrium junxerunt. (2) Suprà l. 1. c. 7. *cibo somnoque gravatum.* Utraque locutio, *gravis somno* & *gravatus somno*, tum Livio, tum aliis scriptoribus frequens est. Pariter Græcis βεβαρηκως usurpatur. Hom. Odyss. γ. v. 139. οἴνῳ βεβαρηότες. & Odyss. τ. v. 122. Evang. Luc. c. 9. v. 32. βεβαρημένοι ὕπνῳ. (3) Et Patres non *perinde* moti sunt, ut res postulavit; & Sempronius &c. Sic fere infrà l. 27. c. 8. *provinciam peragrabat, ut viseret agros, cultaque ab incultis notaret,* & perinde *homines laudaret castigaretque.* Elliptica est locutio. E. (4) Sic Virg. l. 4. Georg. v. 165. *quibus ad portas cecidit custodia sorti.* Similiter *igni, imbri, classi, amni* & similia, pro igne &c. Quanquam ad prædictum locum Virgilii doctissimus Heyne fatetur se non videre cur non *sorti cadere* res possit, tertio casu, h. e. in sortem; cum sors & ipsa portio ac munus sit. (5) Crevierius,

res inclinatura esset. excitatior crebriorque ab hoste sublatus; ab Romanis dissonus, impar, (6) segniùs sæpe iteratus, (7) incerto clamore prodidit pavorem animorum. *Premuntur Romani.* Eo ferocior illatus hostis, urgere scutis, micare gladiis; alterâ ex parte nutant (8) circumspectantibus galeæ, & incerti trepidant, (9) applicantque se turbæ. Signa nunc resistentia deferuntur ab antesignanis, nunc inter suos manipulos recipiuntur. nondum fuga certa, nondum victoria erat. (10) tegi magis Romanus quàm pugnare. Volscus inferre signa, urgere aciem, plus cædis hostium videre, quàm fugæ.

XXXVIII. Jam omnibus locis ceditur. nequicquam Sempronio consule objurgante atque hortante, nihil nec imperium, nec majestas valebat: dataque mox terga hostibus forent, ni Sex. Tempanius, (1) decurio equitum, labente jam re, præsenti animo subvenisset. qui quum magnâ voce exclamasset, ut equites, qui salvam rempublicam vellent esse, ex equis desilirent; omnium turmarum equitibus, velut ad consulis imperium motis, *Nisi hæc*, inquit,

(5) Crevierius, invitis omnibus codicibus, resecare vult vocem *primo*, quia hoc primum ultimumque prœlium est a Sempronio commissum. At vir doctissimus haud animadvertit *primo prælio* eleganter dici pro *initio prœlii*: ut suprà c. 33. *ultimo prælio*, pro fine prœlii; & passim *extremo anno*, pro anni extremâ parte. Similiter *in primâ fabulâ*, pro in primâ parte fabulæ, Ter. Prol. in Adelph. v. 9. E. (6) Hanc lectionem ex codicibus pluribus Drakenborchius in contextum recepit. Priùs edebatur *segnis, sæpe iterat. s.* Sed, uti ille observat, *sæpe iteratus clamor* non pavorem in exercitu ostendit, sed potiùs alacritatem militum, de felici eventu non desperantium: quemadmodum suprà l. 2. c. 65. & alibi (7) *Clamor....incerto clamore prodidit*, non potest non esse suspectum. Lipsius reponit *clangore*: sed hæc vox non de sono vocis humanæ usurpari solet, sed aut tubæ, aut avium quarundam, ut suprà l. 1. c. 34. infrà l. 5. c. 47. Gronovius conjicit legendum *incertus, prodidit*, omissâ voce *clamore*. Sigonius pro *clamore* legi vult *tenore*; cui etiam Drakenborchius favet, ostendens plurimis exemplis Livium hac voce delectatum videri. [Nihilominus mihi persuadere nequeo vocem *tenore* huic loco convenire. Semper enim, & apud nostrum & apud alios, indicare videtur continuationem quandam atque ordinem constantem, qualis in clamorem dissonum, imparem, incertum, convenire non potest. Si mihi quoque in re admodum incertâ conjecturam interponere liceat, legi malim *incerto tremore*. Sic *ululatus tremuli*, apud Statium; *trementi voce*, apud Ciceronem. E.] (8) Nempe Romanis. (9) Conglobantur inter se turbati. E. (10) Magis se contra impetum hostium tuentur Romani, quàm hostibus ultro oppugnant. E.

C. 38. (1) Turmæ singulæ habebant equites circiter triginta, & in tres

Equites pugnam restituunt. inquit, (2) *armata cohors sistat impetum hostium, actum de imperio est. Sequimini pro vexillo cuspidem meam. ostendite Romanis Volscisque, neque equitibus vobis ullos equites, nec peditibus* (3) *esse pedites pares.* Quum clamore comprobata adhortatio esset, vadit altè cuspidem gerens. quâcunque incedunt, vi viam faciunt (4): eò se inferunt objectis parmis, ubi suorum plurimum laborem vident. restituitur omnibus locis pugna, in quæ eos impetus tulit: nec dubium erat, quin, si tam pauci simul obire omnia possent, terga daturi hostes fuerint.

XXXIX. Et quum jam parte nullâ sustinerentur, dat signum Volscus imperator, ut parmatis, novæ cohorti hostium, locus detur, donec impetu illati ab suis excludantur. Quod ubi est factum, interclusi equites: nec perrumpere eâdem, quâ transierant, posse; ibi maximè confertis hostibus, quâ viam fecerant: & consul legionesque Romanæ, quum, quod tegumen modò omnis exercitûs fuerat, nusquam viderent, ne tot fortissimos viros interclusos opprimeret hostis, tendunt in quemcunque casum. (1) Diversi Volsci, hinc consulem ac legiones sustinere, alterâ fronte instare Tempanio atque equitibus. qui quum sæpe conati nequissent perrumpere ad suos, tumulo quodam occupato, (2) in orbem se tutabantur, nequaquam inulti. Nec pugnæ finis ante noctem fuit. consul quoque, nusquam (3) remisso certamine, dum quicquam superfuit lucis, hostem tenuit: nox incertos diremit: tantusque

(4) ab

tres decurias dividebantur. Decuriæ præfectus vocabatur decurio. (2) Schelius & Gronovius legi jubent *parmata.* Equites enim parmas gerebant rotundas, leviores ac minores scutis clypeisque. Mox sequitur, *eò se inferunt objectis parmis:* & cap. seq. *ut parmatis, novo cohorti hostium, locus detur.* [Quamvis hæc conjectura Crevierio & Drakenborchio arriserit, tamen fateor epitheton *parmata* hîc frigidius mihi videri. Vox *armata* rationem suppeditat cur impetum hostium sistendo essent. At quare Tempanius, equites adhortans, de *parmis* eorum præcipuè mentionem faciat, ego cernere non possum. Infrà quidem rectè *parmati* dicuntur ab hostium imperatore; equites enim Romanos hâc notâ suis designat. E.] (3) Nempe vobis. Neque equites ullos pares esse vobis ex equis pugnantibus, neque pedites ullos, quum ad pedes desilieritis. (4) Sic Virg. Æn. 2. v. 494. *fit via vi.*

C. 39. (1) In partes oppositas se vertentes. E. (2) Sic infrà l. 28. c. 22. *pugnare in orbem:* & c. 33. *defendere sese in orbem.* (3) h. e. *relaxato:* ut infrà l. 35. c. 5. *remisisse ardorem pugnæ.* Sall. in Jug. c. 60. *ubi hostes pugnam remiserant.* Ita *animos remittere* infrà est, l. 32. c. 5. Et eodem sensu verbum accipiendum, in locutionibus, *pestilentia, dolor remittit*

(4) i. e

Uterque exercitus castra deserit.

(4) ab imprudentiâ eventûs utraque castra tenuit pavor, ut, relictis sauciis & magnâ parte impedimentorum, ambo pro victis exercitus se in montes proximas reciperent. Tumulus tamen circumsessus ultra mediam noctem est. (5) quò quum circumsedentibus nunciatum esset, (6) castra deserta esse, victos rati suos, & ipsi, quâ quemque in tenebris pavor tulit, fugerunt. Tempanius metu insidiarum suos ad lucem tenuit. (7) digressus deinde ipse cum paucis speculatum, quum ab sauciis hostibus sciscitando comperisset, castra Volscorum deserta esse, lætus ab tumulo suos devocat, & in castra Romana penetrat. ubi quum vasta desertaque omnia, atque eandem, quam apud hostes, fœditatem invenisset, priusquam Volscos cognitus error reduceret, (8) quibus poterat sauciis ductis secum, ignarus quam regionem consul petisset, ad urbem proximis itineribus pergit.

XL. Jam eò fama pugnæ adversæ castrorumque desertorum perlata erat: & ante omnia deplorati erant equites, non privato magis, quàm publico, luctu: Fabiusque consul, terrore urbi quoque injecto, stationem ante portas agebat: quum equites, procul visi non sine terrore ab dubiis, quinam essent, mox cogniti, tantam ex metu lætitiam fecere, ut clamor urbem pervaderet gratulantium, salvos victoresque redisse equites: & ex mœstis paulo antè domibus, quæ (1) conclamaverant suos, procurreretur in vias; pavidæque matres ac conjuges, oblitæ præ gaudio decoris, obviàm agmini occurrerent, in suos quæque, simul corpore atque animo vix præ gaudio compotes (2), effusæ.

(4) i. e. quòd eventum prœlii nescirent. (5) *Quò nunciatum* eodem modo accipiendum est, quo *nunciare in urbem*, *nunciare Romam*, & similia. (6) Castra nempe sua, h. e. Volscorum. (7) Magis placeret *degressus*. (8) Vid. not. 5. ad c. 29. l. 1. suprà.

C. 40. (1) Pro deploratis ac desperatis habuerant. Moris erat antiquis, antequam mortuos sepulcro conderent, ter eorum nomina magnâ voce inclamare. Virg. Æn. 6. v. 506. Inde *conclamati* dicuntur ii, qui mortui creduntur. Hinc etiam formula sollennis *conclamatum est*. (2) Vid. not. 5. ad c. 70. l. 3. Ita locum distinxit Drakenborchius; nec quidquam ego mutavi. Attamen Gebhardi sententiam veriorem esse nullus dubito, nempe voces *corpore atque animo* jungendas esse cum *effusæ*, & locum sic interpungendum; *in suos quæque simul corpore atque animo, vix præ gaudio compotes, effusæ. Corpore effusæ*, quia advenientibus amplexus objecerunt; *animo*, quia vehementi affectione animi actæ fere extra decorum. Sic autem vox *compotes* sumenda erit pro *compotes sui*.

(3) Quinto

fusæ. Tribunis plebi, qui M. Postumio & T. Quinctio diem dixerant, quòd ad Vejos eorum operâ malè pugnatum esset (3), occasio visa est per recens odium Sempronii consulis renovandæ in eos invidiæ. Itaque, advocatâ concione, quum proditam Vejis rempublicam esse ab ducibus, proditum deinde, quia illis impunè fuerit, in Volscis ab consule exercitum, traditos ad cædem fortissimos equites, deserta fœdè castra, vociferati essent; C. Julius (4), unus ex tribunis, Tempanium equitem vocari jussit: coramque eis (5), *Sexte Tempani*, inquit, *quæro de te, arbitrerisne C. Sempronium consulem aut in tempore pugnam inisse, aut firmasse subsidiis aciem, aut ullo boni consulis functum officio? &, tune ipse, victis legionibus Romanis, tuo consilio equitem ad pedes deduxeris, restituerisque pugnam? excluso deinde ab acie nostrâ tibi atque equitibus num aut consul ipse subvenerit, aut miserit præsidium? postero denique die ecquid præsidii usquam habueris? an tu cohorsque in castra vestrâ virtute perruperitis? ecquem in castris consulem, ecquem exercitum inveneritis? an deserta castra, relictos saucios milites? Hæc pro virtute tuâ fideque, quâ unâ hoc bello respublica stetit* (6), *dicenda tibi sunt hodie. Denique, ubi C. Sempronius, ubi legiones nostræ sint? desertus sis, an deserueris consulem exercitumque? victi denique simus, an vicerimus?*

Tempanius interrogatur de Sempronio Cos.

Respondet Tempanius.

XLI. Adversùs hæc Tempanii oratio incompta fuisse dicitur; ceterùm militariter gravis, non suis vana laudibus, non crimine alieno læta: *Quanta prudentia rei bellicæ in C. Sempronio esset*, (1) *non militis de imperatore existimationem esse, sed populi Romani fuisse, quum eum comitiis consulem legeret. Itaque ne ab se imperatoria consilia, neu consulares artes exquirerent*, (2) *quæ pensitanda quoque magnis animis atque ingeniis essent; sed, quod viderit, referre posse. Vidisse autem se priùs, quàm ab acie interclude-retur*,

(3) Quinto antè anno. Vid. suprà c. 31. (4) Legendum videtur *Junius*, quia *Julia* gens erat patricia. (5) Nempe M. Postumio & T. Quinctio, in quos tribuni, per recens odium Sempronii consulis, invidiam renovare volebant. (6) *Stare*, pro incolumis superesse. Vid. suprà not. 2. ad c. 3. l. 1.

C. 41. (1) Non militis esse de eo judicare. Vid. not. 14. ad c. 20. suprà. (2) Quæ maturè expendenda essent vel magnis ingeniis. (3) Pendent

retur, consulem in primâ acie pugnantem, adhortantem, inter signa Romana telaque hostium versantem: postea se, ab conspectu suorum ablatum, ex strepitu tamen & clamore sensisse, usque ad noctem extractum certamen: nec ad tumulum, quem ipse tenuerat, præ multitudine hostium credere perrumpi potuisse. Exercitus ubi esset, se nescire: arbitrari, velut ipse in re trepidâ loci præsidio se suosque sit tutatus, sic consulem servandi exercitûs causâ loca tutiora castris cepisse. Nec Volscorum meliores res esse credere, quàm populi Romani. Fortunam noctemque omnia erroris mutui implesse. (3) precantemque deinde, ne se fessum labore ac vulneribus tenerent, cum ingenti laude, non virtutis magis, quàm moderationis, dimissum. Quum hæc agerentur, jam consul viâ Lavicanâ ad fanum Quietis erat. eò missa plaustra jumentaque (4) alia ab urbe exercitum, affectum prœlio ac viâ nocturnâ, excepere. Paullo post in urbem est ingressus consul, non ab se magis enixè amovens culpam, quàm Tempanium meritis laudibus ferens. Mœstæ civitati ab re malè gestâ & iratæ ducibus M. Postumius reus objectus, qui tribunus militum (5) pro consule ad Vejos fuerat, decem millibus (6) æris gravis damnatur. T. Quinctium (7) collegam ejus, quia & in Volscis consul auspicio dictatoris Postumii Tuberti, & ad Fidenas legatus dictatoris alterius Mam. Æmilii, res prospere gesserat, totam culpam ejus temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus absolverunt. profuisse ei Cincinnati patris memoria dicitur, venerabilis viri; & exactæ jam ætatis Capitolinus Quinctius, suppliciter orans, ne se, brevi reliquo vitæ spatio, tam tristem nuncium ferre ad Cincinnatum paterentur.

(3) Pendent hæc ex voce *dicitur*, initio capitis. *Dicitur oratio incompta fuisse*, & *dicitur precantem dimissum fuisse*. Similiter nominativo subjicitur accusativus, suprà l. 2. c. 5. *seges farris dicitur fuisse*... & paullo pòst, *acervos sedisse*. Et alibi Livius in compositione orationis variat, atque unum verbum dupliciter construit. (4) *Jumentum* etiam vectabulum, seu vehiculum, significare, quod adjunctis pecoribus trahebatur, docet A. Gellius l. 20. c. 1. (5) Dukerus conjicit scriptum fuisse *tribunus militum P. C.* i. e. potestate consulari. (6) Vid. not. 1. ad c. 43. l. 1. suprà. (7) Tres quidem apud Vejos tribuni malè pugnarunt: vid. suprà c. 31. accusantur autem duo tantùm Postumius & Quinctius, nullâ C. Furii mentione factâ; fortè quòd paullo post gestum tribunatum consularem obierit.

XLII. Plebs

U. c. 333. A. C. 419. L. Manlio &c. Tr. Mil.

Sempronius accusatur ab Hortensio.

Donatur precibus Tempanii.

XLII. Plebs tribunos plebi absentes (1), Sex. Tempanium, A. Sellium, Sex. Antistium, & Sp. Icilium, fecit; (2) quos & pro centurionibus sibi præfecerant, Tempanio auctore, equites. Senatus, quum odio Sempronii consulare nomen offenderet (3), tribunos militum consulari potestate creari jussit. creati sunt L. Manlius Capitolinus, Q. Antonius Merenda, L. Papirius Mugillanus. Principio statim anni L. Hortensius tribunus plebis C. Sempronio consuli anni prioris diem dixit. quem quum quatuor collegæ, inspectante populo Romano, orarent, ne imperatorem suum innoxium, in quo nihil præter fortunam reprehendi posset, vexaret: ægre Hortensius pati, tentationem eam credens esse perseverantiæ suæ; nec precibus tribunorum, quæ in speciem modò jactentur, sed auxilio confidere reum. itaque modò ad eum conversus, *Ubi illi patricii spiritus, ubi subnisus & fidens innocentiæ animus esset?* quærebat. *sub tribuniciâ umbrâ consularem virum delituisse.* modò ad collegas, *Vos autem,* (4) *si reum perago, quid acturi estis? an erepturi jus populo, & eversuri tribuniciam potestatem?* Quum illi, *& de Sempronio et de omnibus summam populi Romani potestatem esse,* dicerent, *nec se judicium populi tollere aut velle, aut posse; sed, si preces suæ pro imperatore, qui sibi parentis esset loco, non valuissent, se vestem cum eo mutaturos:* tum Hortensius, *Non videbit,* inquit, *plebs Romana sordidatos tribunos suos. C. Sempronium nihil moror* (5), *quando hoc est in imperio consecutus, ut tam carus esset militibus.* Nec pietas quatuor tribunorum, quàm Hortensii tam placabile ad justas preces ingenium, pariter plebi Patribusque gratior fuit. (6) Non diutiùs

C. 42. (1) Absentes in hâc re vocantur, non solùm qui ab urbe absunt, sed etiam qui absunt a campo ubi comitia habentur, & honorem non petunt. (2) In illâ nimirum nocte, quam interclusi a cetero exercitu sine certis ducibus egerant. *Pro centurionibus* autem dicit Livius, non *centuriones,* quia proprii erant illi pedestrium copiarum. Sed hi equites, quum sine equis tum essent, pro pedestribus copiis haberi potuerant & voluerant, atque ideo sibi quosdam quasi centuriones præfecerant. (3) *Offenderet,* nempe populum; vel offensum, invisum esset. (4) Si ad ultimum persto in accusando Sempronio; si reum perseveranter insequor, nec absisto ab accusatione. Particula *per* in compositione indicat absolutionem quamdam perfectionemque rei ad ultimum pervectæ. (5) Sollennis formula in reo dimittendo. Sic infrà l. 8. c. 35. l. 43. c. 16. Quin & eàdem fere formulâ utebatur consul, vel quicunque senatum habens cum dimittebat, dicendo *Nihil vos moramur, Patres conscripti.* Vid. Brisson. de form. l. 2. p. 191. (6) Hìc, opinor, incipere debet caput anni E

fortuna

fortuna Æquis indulsit, qui ambiguam victoriam Volscorum pro suâ amplexi fuerant.

XLIII. Proximo anno (1) N. Fabio Vibulano, T. Quinctio, Capitolini filio, Capitolino consulibus, ductu Fabii, cui sorte ea provincia evenerat, nihil dignum memoratu actum. quum trepidam tantùm ostendissent aciem Æqui, turpi fugâ funduntur, haud magno consulis decore. itaque triumphus negatur. Ceterùm ob Sempronianæ cladis levatam ignominiam, ut ovans urbem intraret, concessum est. Quemadmodum bellum minore, quàm timuerant, dimicatione erat perfectum, sic in urbe ex tranquillo necopinata moles discordiarum inter plebem ac Patres exorta est, cœpta ab duplicando quæstorum numero. quam rem, (ut, præter duos urbanos quæstores, duo consulibus ad ministeria belli præstò essent) a consulibus relatam, quum & Patres summâ ope approbassent; consulibus tribuni plebis certamen intulerunt, ut pars quæstorum (nam ad id tempus patricii creati erant) ex plebe fieret. Adversùs quam actionem primò & consules & Patres summâ ope adnisi sunt: concedendo deinde, ut, quemadmodum in tribunis consulari potestate creandis usi sunt (2), adæquè in quæstoribus liberum esset arbitrium populi, quum parum proficerent, totam rem de augendo quæstorum numero omittunt. Excipiunt omissam tribuni; aliæque subinde, inter quas & agrariæ legis, seditiosæ actiones exsistunt: propter quos motus quum senatus consules, quàm tribunos, creari mallet, neque posset per intercessiones tribunicias senatusconsultum fieri; respublica a consulibus ad interregnum, neque id ipsum (nam coïre (3) patricios tribuni prohibebant) sine certamine ingenti, redit. Quum pars major insequentis anni per novos tribunos plebi & aliquot interreges certaminibus extracta esset, modò prohibentibus tribunis patricios coïre ad prodendum interregem, modò interregem interpellantibus, ne senatusconsultum de comitiis consularibus faceret; postremò L. Papirius Mugillanus, proditus interrex, castigando nunc Patres, nunc tribunos plebi, *desertam omissamque ab hominibus rempublicam*,

U. c. 334. A. C. 418. N. Fabio, T. Quinctio Coss.

Duplicatus quæstorum numerus.

C. 43. (1) h. e. Numerius; quod prænomen literâ *N* notari solebat. (2) h. e. quemadmodum usi sunt libero arbitrio in &c. Adverbium *adæquè* sæpissime apud Plautum occurrit. (3) Vid. not. 3. ad c. 40. l. 3. suprà.

rempublicam, Deorum providentiâ curâque exceptam (4), memorabat *Vejentibus induciis & cunctatione Æquorum stare. Unde* (5) *si quid increpet terroris, sine patricio magistratu placere rempublicam opprimi? non exercitum, non ducem scribendo exercitui esse? an bello intestino bellum externum propulsaturos? Quæ si in unum conveniant, vix Deorum opibus, quin obruatur Romana res, resisti posse. quin illi, remittendo de summâ quisque juris,* (6) *mediis copularent concordiam: Patres, patiendo tribunos militum pro consulibus fieri: tribuni plebis, non intercedendo, quo minus quatuor quæstores promiscuè de plebe ac Patribus libero suffragio populi fierent.*

Quæstura promiscua plebi & Patribus.

U. c. 335. A. C. 417. L. Quinctio &c. Tr. Mil.

XLIV. Tribunicia primùm comitia sunt habita. (1) creati tribuni consulari potestate omnes patricii, L. Quinctius Cincinnatus tertiùm, L. Furius Medullinus iterum, M. Manlius, A. Sempronius Atratinus. Hoc tribuno comitia quæstorum habente, petentibusque inter aliquot plebeios filio Antistii tribuni plebis & fratre alterius tribuni plebis Sex. Pompilii, nec potestas, nec (2) suffragatio horum valuit, quin, quorum patres avosque consules viderant, eos nobilitate præferrent. Furere omnes tribuni plebis, ante omnes Pompilius Antistiusque, repulsâ suorum accensi, *Quidnam id rei esset? non suis beneficiis, non Patrum injuriis, non denique usurpandi libidine* (3), *quum liceat, quod antè non licuerit, si non tribunum militarem, ne quæstorem quidem quemquam ex plebe factum. non valuisse patris pro filio, fratris pro fratre preces, tribunorum plebis, potestatis sacrosanctæ, ad auxilium libertatis creatæ. Fraudem profectò in re esse, & A. Sempronium comitiis plus artis adhibuisse, quàm fidei. Ejus injuriâ* queri *suos honore dejectos.* Itaque quum in ipsum, & innocentiâ tutum & magistratu, in quo tunc erat, impetus fieri non posset, flexere iras in C. Sempronium, patruelem Atratini: eique ob

suprà. (4) *Excipere* hìc est suscipere, in tutelam accipere. Cic. pro leg. Man. c. 9. *hunc in illo timore & fugâ Tigranes excepit.* Pro Rabir. Post. c. 16. *Equitem Romanum labentem excepit.* (5) Si fragor armorum, si belli minæ insonuerint. Sic Cic. pro Mur. n. 22. *Simul atque increpuit suspicio tumultûs.* (6) Mediis consiliis, per mediam aliquam consilii viam, quâ utrique aliquid de suo jure remitterent.

C. 44. (1) Hi tribuni qui ex interregno magistratum occeperunt, non in integrum annum, sed tantùm in reliquos menses anni, honorem gessere. (2) *Suffragatio* est studium parandi suffragia. Sall. in Jug. c. 65. (3) Insitâ cupidine fruendi eo jure, quod novum concessum

ob ignominiam Volſci belli, adjutore collegâ M. Canuleio, diem dixere. Subinde ab iiſdem tribunis mentio in ſenatu de agris dividendis illata eſt, (cui actioni ſemper acerrimè C. Sempronius reſtiterat) ratis, id quod erat, aut (4) depoſitâ causâ leviorem futurum apud Patres reum, aut perſeverantem ſub judicii tempus plebem offenſurum. Adverſæ invidiæ objici maluit, & ſuæ nocere cauſæ, quàm publicæ deeſſe; ſtetitque in eâdem ſententiâ, *Ne qua largitio, ceſſura in trium gratiam tribunorum, fieret. nec tum agrum plebi, ſed ſibi invidiam, quæri. Se quoque ſubiturum eam tempeſtatem* (5) *forti animo. nec ſenatui tanti ſe civem, aut quemquam alium debere eſſe, ut in parcendo uni malum publicum fiat.* Nihilo demiſſiore animo, quum dies venit, causâ ipſe pro ſe dictâ, nequicquam omnia expertis Patribus, ut mitigarent plebem, quindecim millibus æris damnatur. Eodem anno Poſtumia, virgo Veſtalis, de inceſtu cauſam dixit, crimine innoxia (6), ob ſuſpicionem propter cultum amœniorem ingeniumque liberius, quàm virginem decet, parum (7) abhorrens famam. (8) Ampliatam, deinde abſolutam, (9) pro collegii ſententiâ pontifex maximus abſtinere jocis, colique ſanctè potiùs, quàm ſcitè, juſſit. Eodem anno a Campanis Cumæ, quam Græci tum urbem tenebant, capiuntur. In-

C Sempronius accuſatus & damnatus.

Veſtalis ſuſpecta ob cultum amœniorem.

ſum ſit. (4) Deſiſtentem impedire legem agrariam. (5) Sc. invidiæ, quam ſibi quæri modò dixerat. Sic ſuprà l. 3. c. 38. *quanta invidiæ immineret tempeſtas.* Cic. Or. 1. Cat. c. 9. *quanta tempeſtas invidiæ nobis impendeat.* (6) Sic *inſons crimine* ſuprà c. 15. *noxius crimine* infrà l. 7. c. 20. (7) Pro *abhorrens famâ*, vel *ab famâ.* *Abhorrere ab fide*, infrà l. 9. c. 36. *abhorrere vero*, Tac. Hiſt. l. 5. c. 24. Ceterùm fatendum eſt verbum *abhorrere*, quum accuſativo jungitur, notionem habere averſandi, deteſtandi; (ſic Cic. pro Cluent. c. 14. Suet. in Aug. c. 83.) quæ hîc vix locum habere poteſt. Gronovius pro *ob ſuſpicionem* legendum cenſet *ab ſuſpicione*, &, pro *famam*, *eam*: totamque locum ſic ordinari vult. *ab ſuſpicione... parum abhorrens. Eam ampliatam*, &c. Certè Poſtumiam *parum abhorrere ab ſuſpicione* dici poteſt, pro, Poſtumiam eam eſſe in quam fere ſuſpicio jure caderet. (8) Infrà l. 43. c. 2. *Ampliati* dicebantur quorum damnatio vel abſolutio differebatur. *Ampliare* verbum forenſe erat, & ſignificabat ſententiam differre, quum cauſa adhuc eſſet obſcura; unde judex pronunciabat *non liquet*. Idemque ſignificabat *amplius pronunciare*. Cic. l. 1. in Verr. c. 9. Pro Cæcin. c. 10. A. Gell. l. 14. c. 2. Hinc ampliationis nota fuit *N. L.* quemadmodum *A.* abſolutionis, & *C.* condemnationis. Aſcon. Ped. (9) Suprà c. 26 *pro collegio.* infrà c. 53. *ex collegii ſententiâ.*

ſequen-

ſequens annus tribunos militum conſulari poteſtate habuit, Agrippam Menenium Lanatum, P. Lucretium Tricipitinum, Sp. Nautium Rutilum.

U. c. 336. A. C. 416. Agr. Menenio, &c. Tr. Mil. *Servorum conjuratio.*

XLV. Annus, (1) felicitate populi Romani, periculo potiùs ingenti, quàm clade, inſignis. Servitia, urbem ut incenderent diſtantibus locis, conjurarunt; populoque ad opem paſſim ferendam tectis intento, ut arcem Capitoliumque armati occuparent. Avertit nefanda conſilia Jupiter: indicioque duorum comprehenſi ſontes pœnas dederunt. indicibus (2) dena millia gravis æris, quæ tum divitiæ habebantur, ex ærario numerata, & libertas præmium fuit. Bellum inde ab Æquis reparari cœptum: &, novos hoſtes Lavicanos conſilia cum veteribus jungere, haud incertis auctoribus Romam eſt allatum. Æquorum jam velut anniverſariis armis (3) aſſuerat civitas. Lavicos legati miſſi quum reſponſa inde retuliſſent dubia, quibus, nec tum bellum parari, nec diuturnam pacem fore, appareret; Tuſculanis negotium datum, *adverterent animos, ne quid novi tumultûs Lavicis oriretur.*

U. c. 337. A. C. 415. L. Sergio, III. &c. Tr. Mil. *Bellum cum Lavicanis & Æquis.*

Ad inſequentis anni tribunos militum conſulari poteſtate, inito magiſtratu, legati ab Tuſculo venerunt, L. Sergium Fidenatem, M. Papirium Mugillanum, C. Servilium, Priſci filium, quo dictatore Fidenæ captæ fuerant. Nunciabant legati, Lavicanos arma cepiſſe, et cum Æquorum exercitu depopulatos agrum Tuſculanum caſtra in Algido poſuiſſe. Tum Lavicanis bellum indictum: factoque ſenatuſconſulto, ut duo ex tribunis ad bellum proficiſcerentur, unus res Romæ curaret, certamen ſubitò inter

Diſcordia Tr. Mil.

tribunos exortum. ſe quiſque belli ducem potiorem ferre (4), curam urbis, ut ingratam ignobilemque, aſpernari. Quum parum decorum inter collegas certamen mirabundi Patres conſpicerent, Q. Servilius, *Quando nec* (5) *ordinis hujus ulla*, inquit, *nec reipublicæ eſt verecundia,*

C. 45. (1) Fecit fortuna populi Romani, ut, quamvis periculum ingens, nulla tamen clades foret. (2) Cuique indici decem millia. Vid. not. 13. ad c. 43. l. 1. (3) Pro *aſſueverat*. Sæpiſſime Livius tempora perfecta, & inde formata reliqua, per contractionem proferre amavit. Hujus generis ſunt, *conſueſſe, cognoſſe, ſciſſe, conſciſſe, deſciſſe, ſiſſe, deſiſſe, quieſſe, decreſſe;* & alia plurima. (4) i. e. prædicare. (5) *Verecundia hujus ordinis, reipublicæ*, eſt reverentia quam auctoritas ſenatûs aut reipublicæ in animis eorum excitare debebat. Sic *verecundia ætatis*, ſuprà l. 1. c. 4. & 6. *verecundia majeſtatis magiſtratuum*, l. 2. c. 36. *Verecundia*

cundia, (6) *patria majeſtas altercationem iſtam dirimet. filius meus extra ſortem urbi præerit. Bellum utinam, qui appetunt, conſideratiùs concordiúſque, quàm cupiunt, gerant.*

XLVI. Delectum haberi non ex toto paſſim populo placuit. decem tribus ſorte ductæ ſunt; ex his ſcriptos juniores duo tribuni ad bellum duxere. Cœpta inter eos in urbe certamina cupiditate eâdem imperii multo impenſiùs in caſtris accendi: nihil ſentire idem, pro ſententiâ pugnare: ſua conſilia velle, ſua imperia ſola rata eſſe: contemnere in vicem, & contemni. donec, caſtigantibus legatis, tandem ita comparatum eſt, ut alternis diebus ſummam imperii haberent. Quæ quum allata Romam eſſent, dicitur Q. Servilius, ætate & uſu doctus, precatus ab Diis immortalibus, ne diſcordia tribunorum damnoſior reipublicæ eſſet, quàm ad Vejos fuiſſet (1): &, velut haud dubiâ clade imminente, (2) inſtitiſſe filio, ut milites ſcriberet, & arma pararet. Nec falſus vates fuit. nam ductu L. Sergii, cujus dies imperii erat, loco iniquo ſub hoſtium caſtris, quum, quia ſimulato metu receperat ſe hoſtis ad vallum, ſpes vana expugnandi caſtra eò traxiſſet, repentino impetu Æquorum per (3) ſupinam vallem fuſi ſunt, multique (4) in ruinâ majore quàm fugâ oppreſſi obtruncatique: caſtraque, eo die ægre retenta, poſtero die, circumfuſis jam magnâ ex parte hoſtibus, per averſam portam fugâ turpi deſeruntur. duces legatique, & quod circa ſigna roboris de exercitu fuit, Tuſculum petiere. Palati alii per agros paſſim multis itineribus, majoris, quàm accepta erat, cladis nuncii Romam contenderunt. Minus trepidationis fuit, quòd eventus timori hominum congruens fuerat; & quòd ſubſidia, quæ reſpicerent in re trepidâ, præparata erant ab tribuno militum: juſſuque ejuſdem, per minores magiſtratus ſedato in urbe tumultu, ſpeculatores propere miſſi nunciavere, Tuſculi duces exercitumque eſſe; hoſtem caſtra loco non moviſſe.

Prælio vincuntur.

cundia Deûm, l. 6. c. 33. Sic etiam *pudor patris*, apud Ter. Andr. 1. 5. 27. (6) Ego, paternâ meâ auctoritate, dirimam.

C. 46. (1) Vid. ſuprà c. 31. (2) *Inſtare* hoc ſenſu apud Livium paſſim obvium; ut ſuprà l. 3. c. 19 & 46. (3) *Supina vallis* eſt, quibus eſt a tergo, ſuccedentibus ex valle in collem. infrà l. 6. c. 24. l. 7. c. 24. Alio nomine *averſa vallis* vocatur, l. 2. c. 31. l. 27. c. 41. (4) Quum potiùs alii ſuper alios ruerent, quàm fugerent.

(5) Inter

movisse. &, quod plurimum animorum fecit, dictator ex senatusconsulto dictus Q. Servilius Priscus; vir, cujus providentiam in republicâ quum multis aliis tempestatibus antè experta civitas erat, tum eventu ejus belli, quod uni certamen tribunorum suspectum ante rem malè gestam fuerat; magistro equitum creato, a quo ipse tribuno militum dictator erat dictus, filio suo, ut tradidere quidam, (nam (5) alii Ahalam Servilium magistrum equitum eo anno fuisse scribunt) novo exercitu profectus ad bellum, accitis qui Tusculi erant, duo millia passuum ab hoste locum castris cepit.

Q. Servilius dictator.

Vincit hostes.

XLVII. Transierat ex re bene gestâ superbia negligentiaque ad Æquos, quæ in Romanis ducibus fuerat. itaque primo statim prœlio quum dictator equitatu immisso antesignanos hostium turbasset, legionum inde signa inferri propere jussit, signiferumque ex suis unum cunctantem occidit. Tantus ardor ad dimicandum fuit, ut impetum Æqui non tulerint: victique acie quum fugâ effusâ petissent castra, brevior tempore & certamine minor castrorum oppugnatio fuit, quàm prœlium fuerat. Captis direptisque castris, quum prædam dictator militi concessisset, secutique fugientem ex castris hostem equites renunciassent, omnes Lavicanos victos (1), magnam partem Æquorum Lavicos confugisse; postero die ad Lavicos ductus exercitus: oppidumque, coronâ circumdatum, scalis captum ac direptum est. Dictator, exercitu victore Romam reducto, die octavo, (2) quàm creatus erat, magistratu se abdicavit; & opportunè senatus, priusquam ab tribunis plebi agrariæ seditiones, mentione illatâ de agro Lavicano dividendo, fierent, censuit frequens (3), coloniam Lavicos deducendam. coloni ab urbe mille & quingenti missi bina jugera acceperunt. Captis Lavicis, ac deinde tribunis militum consulari potestate, Agrippâ Menenio Lanato, & L. Servilio Structo, & P. Lucretio Tricipitino, iterum omnibus his, & Sp. Rutilio Crasso; & insequente anno

U. c. 338. A. C. 414. Agr. Menenio II. &c. Tr. Mil.

(5) Inter quos Capitolinorum fastorum auctores: eundemque Ahalam Servilium tertium hujus anni tribunum militum consulari potestate edunt.

C. 47. (1) Crevierio jure suspecta est ultima vox, tanquam malè nata ex postremis syllabis nominis præcedentis. (2) Vid. not. 1. ad c. 7. suprà. (3) Suprà l. 2. c. 61. *exsequias frequens celebravit.* l. 3. c. 38. *qui aliquanto spe omnium frequentior convenit,* & alibi sæpe.

A. Sempronio

A. Sempronio Atratino tertiùm, & duobus iterum M. Papirio Mugillano, & Sp. Nautio Rutilo, biennium tranquillæ externæ res, diſcordia domi ex agrariis legibus fuit.

U. c. 339. A. C. 413. A. Sempronio III. &c. Tr. Mil.

XLVIII. Turbatores vulgi erant (1) Spurii Mæcilius quartùm & Metilius tertiùm tribuni plebis, ambo (2) abſentes creati. & quum rogationem promulgaſſent, ut ager ex hoſtibus captus viritim divideretur, magnæque partis nobilium eo plebiſcito publicarentur fortunæ; (nec enim ferme quicquam agri, ut in urbe alieno ſolo poſitâ, non armis partum erat; (3) nec, quod veniſſet aſſignatumve publicè eſſet, præterquam plebs habebat) atrox plebi Patribuſque propoſitum videbatur certamen: nec tribuni militum, nunc in ſenatu, nunc (4) in conciliis privatis principum cogendis, viam conſilii inveniebant; quum Ap. Claudius, nepos ejus, qui decemvir legibus ſcribendis fuerat, minimus natu ex Patrum concilio, dicitur dixiſſe, *Vetus ſe ac familiare conſilium domo afferre.* (5) *proavum enim ſuum Ap. Claudium oſtendiſſe Patribus viam unam diſſolvendæ tribuniciæ poteſtatis per collegarum interceſſionem. Facilè homines novos auctoritate principum de ſententiâ deduci, ſi temporum*

Diſcordia ex agrariis legibus.

Ap. Claudii conſilium de parandis interceſſoribus.

C. 48. (1) Spurius Mæcilius & Spurius Metilius. Et alibi Livius, ſi duo junctim memorati eodem prænomine appellantur, id ita efferre ſolet. Sic infrà l. 10. c. 40. *Cajos Cædicium & Trebonium.* (2) Vid. not. 1. ad c. 42. ſuprà. (3) Et plebs nihil agri habebat, præterquam quod venierat, aſſignatumve publicè erat. (4) Crevierius delendam cenſet præpoſitionem *in*. *Cogendis conciliis* idem eſt ac *cogendo concilia*. Virg. Æn. 11. v. 304. *non tempore tali Cogere concilium.* Porro hîc obiter notare lubet differentiam inter *conſilium* & *concilium*, quæ ſæpe a librariis commiſcentur. *Conſilium* eſt vel excogitata ratio agendi, vel prudentia ipſa & facultas illam rationem excogitandi, vel denique homines qui conſilia ſuggerunt. *Concilium* autem ſignificat conventum & multitudinem hominum qui in unum locum congregantur. Derivatur a *concalando* h. e. convocando; quòd omnes in unum locum convocentur. (5) Potiùs *abavum*; utpote avum decemviri, cujus nepos hic Appius dicitur. Equidem voces *avus*, *proavus*, & ſimiliter *nepos*, *pronepos*, non ſemper ſtrictè accipiendæ ſunt; ſed in genere nonnunquam majores ac poſteros indicant. Hujus autem Appii mentio infrà occurrit l. 5. c. 1. & ſeq. l. 6. c. 40. denique dictator dicitur anno u. c. 393. l. 7. c. 6. prœlioque atroci vincit Hernicos. Hujus pater, idemque filius decemviri, memoratur ſuprà c. 35 & 36. anno u. c. 331. ibique *impiger juvenis* vocatur. De Appii Claudii decemviri patre, vid. l. 2. c. 56 & 61. Illius pater fuit Appius Claudius, ſive Attus Clauſus, qui Romam e Sabinis transfugit; idque conſilii, cujus hîc mentio fit, dedit anno u. c. 274. Vid. ſuprà l. 2. c. 44.

ſi temporum interdum potiùs, quàm majeſtatis, memor adhibeatur oratio. (6) *Pro fortunâ illis animos eſſe. ubi videant, collegas principes agendæ rei gratiam omnem ad plebem præoccupaſſe, nec locum in eâ relictum ſibi; haud gravatè acclinaturos ſe ad cauſam ſenatûs, per quam univerſo ordini* (7) *cum primoribus ſe Patrum concilient.* Approbantibus cunctis, & ante omnes Q. Servilio Priſco, quòd non degeneraſſet ab ſtirpe Claudiâ, collaudante juvenem, negotium datur, ut, quos quiſque poſſet ex collegio tribunorum, ad interceſſionem perlicerent. Miſſo ſenatu, prenſantur ab principibus tribuni: ſuadendo, monendo, pollicendoque gratum id ſingulis privatim, gratum univerſo ſenatui fore, ſex ad interceſſionem comparavere. Poſteroque die quum ex (8) compoſito relatum ad ſenatum eſſet de ſeditione, quam Mæcilius Metiliuſque largitione peſſimi exempli concirent; eæ orationes a primoribus Patrum habitæ ſunt, ut pro ſe quiſque *jam nec conſilium ſibi ſuppetere* diceret, *nec ſe ullam opem cernere aliam uſquam, præterquam in tribunicio auxilio. in ejus poteſtatis fidem circumventam rempublicam, tanquam privatum inopem, confugere* (9). *Præclarum ipſis poteſtatique eſſe, non ad vexandum ſenatum diſcordiamque ordinum movendam plus in tribunatu virium eſſe, quàm ad reſiſtendum improbis collegis.* Fremitus deinde univerſi ſenatûs ortus, quum ex omnibus partibus curiæ tribuni appellarentur: tum, ſilentio facto, ii, qui præparati erant gratiâ principum, *quam rogationem a collegis promulgatam ſenatus cenſeat diſſolvendæ reipublicæ eſſe, ei ſe interceſſuros* oſtendunt. Gratiæ interceſſoribus ab ſenatu actæ. Latores rogationis, concione advocatâ, proditores plebis commodorum ac ſervos conſularium appellantes, aliâque truci oratione in collegas invecti, actionem depoſuere.

U. c. 340. A. C. 412. P. Cornelio &c. Tr. Mil. XLIX. Duo (1) aſſidua bella inſequens annus habuiſſet, quo P. Cornelius Coſſus, C. Valerius Potitus, Q. Quinctius

(6) Eos, perinde ut ſe fortuna det, ita animatos eſſe. (7) Quâ amplectendâ concilient ſe, non tantùm primoribus Patrum, ſed etiam univerſo ordini. Si ullius codicis auctoritas accederet, melius videretur ***per quam*** *quum univerſo ordini tum primoribus* &c. (8) Quemadmodum convenerat inter primores Patrum & ſex tribunos ad intercedendum comparatos. (9) Vid. not. 3. ad c. 69. l. 3. ſuprà.

C. 49. (1) Quæ ſemper imminebant, præſtò erant. quemadmodum *hoſtis aſſiduus & præſidium aſſiduum*, ſuprà l. 2. c. 48. Vox tamen *aſſidua* hîc delenda

Quinctius Cincinnatus, (2) N. Fabius Vibulanus, tribuni militum consulari potestate fuerunt; ni Vejens bellum religio principum (3) distulisset, quorum agros Tiberis, super ripas effusus, maximè ruinis villarum vastavit. Simul Æquos triennio antè accepta clades prohibuit Bolanis, suæ gentis populo, præsidium ferre. Excursiones inde in confinem agrum Lavicanum factæ erant, (4) novisque colonis bellum illatum. quam noxam quum se (5) consensu omnium Æquorum defensuros sperassent, deserti ab suis, ne memorabili quidem bello, per obsidionem levemque unam pugnam & oppidum & fines amisere. (6) Tentatum ab L. Sextio tribuno plebis, ut rogationem ferret, quâ Bolas quoque, sicut Lavicos, coloni mitterentur, per intercessionem collegarum, qui nullum plebiscitum, nisi ex auctoritate senatûs, passuros se perferri ostenderunt, discussum est. Bolis insequente anno receptis, Æqui, coloniâque eò deductâ, novis viribus oppidum firmarunt, tribunis militum Romæ consulari potestate Cn. Cornelio Cosso, L. Valerio Potito, Q. Fabio Vibulano iterum (7), M. Postumio Regillensi. Huic bellum adversùs Æquos permissum est, pravæ mentis homini; quam tamen victoria magis, quàm bellum, ostendit. Nam, exercitu impigre scripto ductoque ad Bolas, quum levibus prœliis Æquorum animos fregisset, postremò in oppidum irrupit. deinde ab hostibus in cives certamen vertit: &, quum inter oppugnationem prædam militis fore edixisset, capto oppido, fidem mutavit. Eam, magis adducor, ut credam iræ causam exercitui fuisse, quàm quòd in urbe nuper direptâ coloniâque novâ minus (8) prædicatione tribuni prædæ fuerit. Auxit eam iram, postquam, ab collegis arcessitus, propter seditiones tribunicias, in urbem revertit, audita vox ejus in concione stolida ac propè vecors; quâ Sextio (9) tribuno

U. c. 341. A. C. 411. Cn. Cornelio &c. Tr. Mil.

delenda videtur; eamque optimi codices nesciunt. (2) Qui consulatum gessisse dicitur, c. 43. suprà. (3) Intellige Vejentes principes. (4) Vid. suprà c. 47. (5) Bolani speraverant se excursiones in agrum Lavicanum impunè habituros; quòd omnes Æqui factum illud probaturi essent. (6) Quod tentaverat L. Sextius discussum est. (7) Ejus quidem primus tribunatus hodie in Livio non exstat: sed excidisse videtur. (8) Minus prædæ quàm Postumius antè prædicaverat. Non credendum autem milites magnam prædam sperasse, quia & urbs nuper direpta & colonia nova erat. E. (9) Innuitur L. Sextius prioris anni tribunus, suprà hoc cap. memoratus;

M. Postumii vox stolida et vecors.

buno plebis, legem agrariam ferenti, simul, Bolas quoque ut mitterentur coloni, laturum se dicenti, (10) dignos enim esse qui armis cepissent, eorum urbem agrumque Bolanum esse; (11) *Malum quidem militibus meis*, inquit, *nisi quieverint.* quod auditum non concionem magis, quàm mox Patres, offendit. & tribunus plebis, vir acer nec infacundus, nactus inter adversarios superbum ingenium immodicamque linguam (12), quam irritando agitandoque in eas impelleret voces, quæ invidiæ, non ipsi tantùm, sed causæ atque universo ordini, essent, neminem ex collegio tribunorum militum sæpius, quàm Postumium, in disceptationem trahebat. Tum verò secundùm tam sævum atque inhumanum dictum, *Auditis*, inquit, *Quirites, sicut servis malum minantem militibus? tamen hæc bellua dignior vobis tanto honore videbitur, quàm qui vos, urbe agrisque donatos, in colonias mittunt; qui sedem senectuti vestræ prospiciunt; qui pro vestris commodis adversùs tam crudeles superbosque adversarios depugnant. Incipite deinde mirari, cur pauci jam vestram suscipiant causam. quid ut a vobis sperent? an honores? quos adversariis vestris potiùs, quàm populi Romani propugnatoribus, datis. Ingemuistis modò, voce hujus auditâ.* (13) *quid id refert? Jam, si suffragium detur, hunc, qui malum vobis minatur, iis, qui agros sedesque ac fortunas stabilire volunt, præferetis.*

Sextius Tr. Pl. in eum invehitur.

L. Perlata hæc vox Postumii ad milites multo in castris majorem indignationem movit. *Prædæne interceptorem fraudatoremque etiam malum minari militibus?* Itaque quum fremitus apertè esset, & quæstor P. Sestius (1) eâdem violentiâ coërceri putaret seditionem posse, quâ mota erat; misso

moratus; cui dignitas etiam hoc anno prorogata fuit. (10) Faber mavult *dignum esse*, h. e. æquum esse. Sed nil mutandum. constructio est; *illos, qui armis cepissent, dignos esse, urbem agrumque Bolanum esse eorum*; sive ut urbs agerque Bolanus sint eorum, vel quorum sint urbs & ager Bolanus. Omittitur, ut sæpe aliàs, pronomen demonstrativum. (11) Vox minantis, in servos plerumque adhibita. Vid. Plaut. Pers. 3. 1. 33. Ter. Eun. 4. 4. 46. Malum quidem habebunt milites mei, nisi a turbis movendis abstinuerint. Hoc sensu verbum *quiescere* occurrit suprà l. 3. c. 48 & 65. Itáque *inquietus* est seditiosus, l. 3. c. 46. (12) h. e. hominem superbi ingenii immodicæque linguæ. (13) Parum refert, quòd gemitu modò indignationem indicaveritis; nam, si jam suffragium detur &c.

C. 50. (1) Non *Sextius*, quemadmodum plerique codices habent. *Sextii* enim plebeii fuere; & nondum ex plebe fiebant quæstores. Hic autem

miſſo ad vociferantem quemdam militem lictore (2), quum inde clamor & jurgium oriretur, ſaxo ictus turbâ excedit; inſuper increpante, qui vulneraverat, *habere quæſtorem, quod imperator eſſet militibus minatus.* Ad hunc tumultum accitus Poſtumius aſperiora omnia fecit acerbis quæſtionibus, crudelibus ſuppliciis. poſtremò quum modum iræ nullum faceret, ad vociferationem eorum, quos necari ſub crate (3) juſſerat, concurſu facto, ipſe ad interpellantes pœnam vecors de tribunali decurrit. Ibi quum ſubmoventes paſſim lictores centurioneſque vexarent turbam, eò indignatio erupit, ut tribunus militum ab exercitu ſuo lapidibus cooperiretur. Quod tam atrox facinus poſtquam eſt Romam nunciatum, tribunis militum de morte collegæ per ſenatum quæſtiones decernentibus (4), tribuni plebis intercedebant. ſed ea contentio ex certamine alio pendebat; quòd cura inceſſerat Patres, ne metu quæſtionum plebs (5) irâque tribunos militum ex plebe crearet: tendebantque ſummâ ope, ut conſules crearentur. Quum ſenatuſconſultum fieri tribuni plebis non paterentur, iidem intercederent conſularibus comitiis, res ad interregnum rediit. victoria deinde penes Patres fuit.

Ab exercitu lapidibus obruitur Poſtumius.

LI. Q. Fabio Vibulano interrege comitia habente, conſules creati ſunt A. Cornelius Coſſus, L. Furius Medullinus. His conſulibus principio anni ſenatuſconſultum factum eſt, ut de quæſtione Poſtumianæ cædis tribuni primo quoque tempore ad plebem ferrent; plebeſque præficeret quæſtioni, quem vellet. A plebe conſenſu (1) populi conſulibus negotium mandatur. qui, ſummâ moderatione ac lenitate per paucorum ſupplicium, quos ſibimet ipſos conſciſſe mortem ſatis creditum eſt, tranſactâ re, nequivere tamen conſequi, ut non ægerrimè id plebs ferret.

U. c. 342. A. C. 410. A. Cornelio, L. Furio Coſſ.

Quæſtio de Poſtumii cæde.

jacere

autem P. Seſtii decemviri filius fuiſſe videtur. (2) Quæſtoribus quidem neque lictor neque viator apparebat. vid. A. Gell. l. 13. c. 12. Hîc autem, uti videtur, lictorem habet quæſtor, quòd abſente conſule, caſtris præeſſet. (3) De hoc ſupplicii genere vid. ſuprà l. 1. c. 51. & Tac. De mor. Germ. c. 12. (4) h. e. decernendas cenſentibus. (5) *Ira quæſtionum* i. e. ob quæſtiones. genus loquendi Livio frequens. Sic infrà c. 57. l. 5. c. 33. Vid. not. 3. ad c. 61. l. 2.

C. 51. (1) Poſſet utcunque exponi; plebiſcito tributis comitiis lato, quod ſubſecuta eſt lex centuriatis comitiis ab univerſo populo comprobata. At magis placeret, deletâ voce *populi*, legere; *a plebe conſenſu*, i. e. conſentientibus ſuffragiis, *negotium* &c. Vox *conſenſu* eodem modo abſo-

lutè

jacere tamdiu irritas ſanctiones (2), *quæ de ſuis commodis ferrentur :* (3) *quum interim de ſanguine & ſupplicio ſuo latam legem confeſtim exerceri, et tantam vim habere.* Aptiſſimum tempus erat, (4) vindicatis ſeditionibus, delenimentum animis Bolani agri diviſionem objici : quo facto minuiſſent deſiderium agrariæ legis, quæ poſſeſſo per injuriam agro publico Patres pellebat. Tunc hæc ipſa indignitas angebat animos (5), non in retinendis modò publicis agris, quos vi teneret, pertinacem nobilitatem eſſe ; ſed ne vacuum quidem agrum, nuper ex hoſtibus captum, plebi dividere ; mox paucis, ut cetera, futurum prædæ. Eodem anno adverſùs Volſcos, populantes Hernicorum fines, legiones ductæ a Furio conſule, quum hoſtem ibi non inveniſſent, Ferentinum, quò magna multitudo Volſcorum ſe contulerat, cepere. Minus prædæ, quàm ſperaverant, fuit : quòd Volſci, poſtquam ſpes tuendi exigua erat, ſublatis rebus, nocte oppidum reliquerunt. poſtero die propè deſertum capitur. Hernicis ipſe ager dono datus.

U. c. 343. A. C. 409. Q. Fabio, C. Furio Coſſ.

LII. Annum modeſtiâ tribunorum quietum excepit tribunus plebis L. Icilius, Q. Fabio Ambuſto, C. Furio Pacilo conſulibus. Is quum principio ſtatim anni, velut penſum nominis familiæque, ſeditiones agrariis legibus promulgandis cieret ; peſtilentia coorta, minacior tamen quàm pernicioſior, cogitationes hominum a foro certaminibuſque publicis ad (1) domum curamque corporum nutriendorum (2) avertit. minúſque eam damnoſam fuiſſe, quàm ſeditio futura fuerit, credunt. (3) Defunctâ civitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus, peſtilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, (ut plerumque fit) excepit, M. Papirio Atratino (4), C. Nautio Rutilo conſulibus. Jam fames, quàm peſtilentia, triſtior erat : ni,

Peſtilentia.

U. c. 344. A. C. 408. M. Papirio, C. Nautio Coſſ.

lutè ponitur ſuprà l. 3. c. 38. (2) *Sanctio* hìc in genere ponitur pro lege. (3) Sic infrà l. 6. c. 27. *fugere ſenatum teſtes...quum interim obæratam plebem objectari aliis atque aliis hoſtibus.* (4) Pœnâ affectis ſeditionum auctoribus. (5) Sic ſuprà l. 2. c. 7. *hæc dicta vulgo creditaque, quum indignitate angerent conſulis animum.*

C. 52. (1) Ad res domeſticas. (2) Curandorum, fovendorum. *Nutrire* ſæpe ſignificat, remediis & fomentis adhibitis curare. Sic infrà l. 7. c. 4. (3) Quum civitas a peſtilentiâ ita liberata eſſet, ut nulla major contigiſſet clades, quàm plurimorum morbi, perpauca funera. Vid. not. 3. ad c. 35. l. 2. ſuprà. Drakenborchius per *defunctâ* intelligit *liberatâ a turbis*, quæ ex ſeditione ab Icilio motâ imminebant. (4) Cognomen hoc, quod

ni, dimiſſis circa omnes populos legatis, qui Etruſcum mare, quique Tiberim accolunt, ad frumentum mercandum, annonæ foret ſubventum. Superbè ab Samnitibus, qui Capuam habebant Cumaſque, legati prohibiti commercio ſunt: contra ea benignè ab Siculorum tyrannis adjuti. maximos commeatus ſummo Etruriæ ſtudio Tiberis devexit. Solitudinem in civitate ægrâ experti conſules ſunt: quum, in legationes non plus ſingulis ſenatoribus invenientes, coacti ſunt binos equites adjicere. Præterquam ab morbo annonâque, nihil eo biennio inteſtini externive incommodi fuit. at ubi hæ ſollicitudines diſceſſere (5), omnia, quibus turbari ſolita erat civitas, domi diſcordia, foris bellum exortum. *Inopia frugum.*

LIII. M'. Æmilio, C. Valerio Potito conſulibus, bellum Æqui parabant: Volſcis, quanquam non publico conſilio capeſſentibus arma, voluntariis mercede ſecutis militiam. Ad quorum famam hoſtium (jam enim in Latinum Hernicumque tranſcenderant agrum) delectum habentem Valerium conſulem M. Mænius tribunus plebis, legis agrariæ lator, quum impediret, auxilioque tribuni nemo invitus ſacramento diceret; repentè nunciatur, arcem Carventanam ab hoſtibus occupatam eſſe. Ea ignominia accepta quum apud Patres invidiæ Mænio fuit, tum ceteris tribunis, jam ante præparatis interceſſoribus legis agrariæ, præbuit juſtiorem cauſam reſiſtendi collegæ. Itaque quum res diu ducta per altercationem eſſet; conſulibus Deos hominesque teſtantibus, *quicquid ab hoſtibus cladis ignominiæque aut jam acceptum eſſet, aut immineret, culpam penes Mænium fore, qui delectum impediret;* Mænio contrà vociferante, *ſi injuſti domini poſſeſſione agri publici cederent, ſe moram delectui non facere*; decreto interpoſito, novem tribuni ſuſtulerunt certamen; pronunciaveruntque ex collegii ſententiâ, *C. Valerio conſuli ſe* (1), *damnum aliamque coërcitionem, adversùs interceſſionem collegæ, delectûs causâ*

U. c. 345.
A. C. 407.
M'. Æmilio, C. Valerio Coſſ.
Bellum cum Æquis.

quod Semproniorum fuit, delendum eſſe viri docti cenſent; & quidem hujus conſulis cognomen videtur fuiſſe *Mugillanus.* (5) Gronovius legi jubet *deceſſere;* quod verius videtur: quemadmodum ſuprà l. 2. c. 31. *nec Patribus nec plebi cura deceſſerat.* infrà l. 9. c. 29. Sall. in Jug. c. 41. *illa formido mentibus deceſſit.*

C. 53. (1) Se auxilio futuros eſſe, adversùs interceſſionem collegæ, conſuli inhibenti damnum aliamque coërcitionem, delectûs causâ, detrectantibus

causâ detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros esse. Hoc decreto consul armatus quum paucis, appellantibus tribunum, collum torsisset (2), metu ceteri sacramento dixere. Ductus exercitus ad Carventanam arcem, quanquam (3) invisus infestusque consuli erat, impigre primo statim adventu, dejectis qui in præsidio erant, arcem recipit. prædatores, ex præsidio per negligentiam dilapsi, occasionem aperuere ad invadendum. Prædæ ex assiduis populationibus, quòd omnia in locum tutum congesta erant, fuit aliquantum. venditum sub hastâ consul in ærarium redigere quæstores jussit; tum prædicans participem prædæ fore exercitum, quum militiam non abnuisset. Auctæ inde plebis ac militum in consulem iræ. itaque, quum ex senatusconsulto urbem ovans introiret, (4) alternis inconditi versus militari licentiâ jactati: quibus consul increpitus, Mænii celebre nomen laudibus fuit, quum ad omnem mentionem tribuni favor circumstantis populi plausuque & assensu cum vocibus militum certaret. Plusque ea res, quàm (5) propè sollennis militum lascivia in consulem, curæ Patribus injecit. & (6) tanquam haud dubius inter tribunos militum honos Mænii, si peteret, consularibus comitiis est exclusus.

U. c. 346. A. C. 406. Cn. Cornelio, L. Furio II. Coss.

LIV. Creati consules sunt Cn. Cornelius Cossus, L. Furius Medullinus iterum. Non aliàs ægriùs plebs tulit, tribunicia sibi comitia non commissa. eum dolorem quæstoriis comitiis simul ostendit, & ulta est, tunc primùm plebeiis quæstoribus creatis: ita ut, in quatuor creandis, uni patricio K. Fabio Ambusto relinqueretur locus; tres plebeii, Q. Silius, P. Ælius, P. Pupius clarissimarum

Quæstores plebeii, indeque discordiæ.

trectantibus militiam. *Inhibere* damnum & coërcitionem, est infligere damnum & adhibere coërcitionem. Vid. suprà not. 1. ad c. 38. l. 3. Vox *damnum* propriè respicit jacturam rei familiaris, irrogatâ mulctâ. Sic infrà l. 7. c. 4. *acerbitas in delectu, non damno modò civium, sed etiam laceratione corporum lata.* Cic. l. 3. de Off. c. 5. *eos leges morte, exilio, vinculis, damno coërcent.* (2) Manus injici a lictoribus jussisset. Familiaris locutio, *collo obtorto rapere,* i. e. per vim injectis in caput & collum manibus. Cic. pro Cluent. c. 21. Plaut. Rud. 3. 6. 15. (3) *Invisus* hîc active sumitur pro eo qui invidet, qui odit: quemadmodum infrà l. 5. c. 8. (4) Per vices. Suprà l. 2. c. 2. *rogando alternis suadendoque.* (5) Quæ propè in consuetudinem abierat. Vid. not. 4. ad c. 29. l. 3. (6) Senatus, qui videret Mænium haud dubiè adepturum tribunatum militum, si peteret, spem honoris ei ademit, indictis consularibus comitiis, in quibus ratio ejus haberi non poterat.

familiarum

familiarum juvenibus præferrentur. Actores fuiſſe tam liberi populo ſuffragii Icilios accipio, ex familiâ infeſtiſſimâ Patribus tres in eum annum tribunos plebis creatos, multarum magnarumque rerum molem avidiſſimo (1) adeò populo oſtentantes: quum affirmaſſent, nihil ſe moturos, ſi ne qæſtoriis quidem comitiis, quæ ſola promiſcua plebi Patribuſque reliquiſſet ſenatus, ſatis animi populo eſſet ad id, quod tamdiu vellent, & per leges liceret. Pro ingenti itaque victoriâ id fuit plebi: quæſturamque eam non (2) honoris ipſius fine æſtimabant; ſed patefactus ad conſulatum ac triumphos locus novis hominibus videbatur. (3) Patres contrà, non pro communicatis, ſed pro amiſſis honoribus, fremere: negare, *Si ea ita ſint, liberos tollendos eſſe: qui pulſi majorum loco, cernenteſque alios in poſſeſſione dignitatis ſuæ, Salii Flamineſque nuſquam aliò* (4), *quàm ad ſacrificandum pro populo, ſine imperiis ac poteſtatibus relinquantur.* Irritatis utriuſque partis animis, quum & ſpiritus plebes ſumpſiſſet, & tres ad popularem cauſam celeberrimi nominis haberet duces; Patres omnia quæſtoriis comitiis, (5) ubi utrumque plebi liceret, ſimilia fore cernentes, tendere ad conſulum comitia, quæ nondum promiſcua eſſent. Icilii contrà tribunos militum creandos dicere, & tandem aliquando impartiendos plebi honores.

LV. Sed nulla erat conſularis actio, quam impediendo id, quod petebant, exprimerent (1): quum mirâ opportunitate, Volſcos & Æquos prædatum extra fines exiſſe in agrum

Volſci & Æqui bellum inferunt.

C. 54. (1) Avidiſſimo proinde; nempe quia multæ & magnæ res oſtentabantur. Sed pro *adeo* Grævius conjicit ſcribendum *ad ea.* Certum eſt *adeo* & *ad ea* ſæpe a librariis confundi. *Avidus ad ea*, ut apud Ter. Eun. 1. 2. 51. *ad rem eſt avidior.* & infrà l. 22. c. 21. noſter dixit *avida in novas res.* Præterea *magnarum rerum ad ea*, pro *ad eas*, ut apud Ter. Heaut. 5. 1. 3. *in me quidvis harum rerum convenit, quæ ſunt dicta in ſtultum.* (2) Non tanti modò æſtimabant quæſturam plebeiis mandatam, quanti erat ipſe quæſturæ honos; ſed etiam quanti via ad conſulatus & triumphos ſui ordinis hominibus aperta poterat æſtimari. (3) Patres fremunt, indignantur pro honoribus, non tanquam cum plebe communicatis, ſed tanquam planè amiſſis ſibi. (4) Ad nihil aliud adhibiti, quàm &c. Infrà l. 7. c. 18. *plebem nuſquam aliò natam, quàm ad ſerviendum.* (5) Omnia comitia quæ promiſcua eſſent, uti mox dicitur, in quibus plebi liceret creare & patricios magiſtratus & plebeios.

C. 55. (1) Sic ſuprà l. 3. c. 28. *ut exprimatur tandem confeſſio.* & c. 30 *expreſſi*

agrum Latinum Hernicumque, affertur. ad quod bellum ubi ex ſenatuſconſulto conſules delectum habere occipiunt; obſtare tunc enixè tribuni, ſibi plebique eam (2) fortunam oblatam memorantes. Tres erant, & omnes acerrimi viri, (3) generoſique jam, ut inter plebeios. duo, ſinguli ſingulos, ſibi conſules aſſervandos aſſiduâ operâ deſumunt; uni concionibus data nunc detinenda, nunc concienda, plebs. Nec delectum conſules, nec comitia, quæ petebant, tribuni expediebant. inclinante deinde ſe fortunâ ad cauſam plebis, nuncii veniunt, arcem Carventanam, dilapſis ad prædam militibus, qui in præſidio erant, Æquos, interfectis paucis cuſtodibus arcis, invaſiſſe. alios recurrentes in arcem, alios palantes in agris cæſos. Ea adverſa civitati res vires tribuniciæ actioni adjecit. nequicquam enim tentati, ut tum denique deſiſterent impediendo bello, poſtquam non ceſſere nec publicæ tempeſtati, nec ſuæ invidiæ, pervincunt, ut ſenatuſconſultum fiat de tribunis militum creandis: certo tamen pacto, ne cujus ratio haberetur, qui eo anno tribunus plebis eſſet: neve quis reficeretur (4) in annum tribunus plebis; haud dubiè Icilios denotante ſenatu, quos mercedem ſeditioſi tribunatûs petere (5) conſulatum inſimulabant. Tum delectus haberi, bellumque omnium ordinum conſenſu apparari cœptum. (6) Conſules ambo profecti ſint ad arcem Carventanam, an alter ad comitia habenda ſubſtiterit, incertum (7) diverſi auctores faciunt: illa pro certo habenda, in quibus non diſſentiunt, ab arce Carventanâ quum diu nequicquam oppugnata eſſet, receſſum: Verruginem in Volſcis eodem exercitu receptam, populationeſque & prædas & in Æquis & in Volſco agro ingentes factas.

Diſcordiæ domeſticæ.

U. c. 347. A. C. 405. C. Julio &c. Tr. Mil.

LVI. Romæ ſicut plebis victoria fuit in eo, ut, quæ mallent, comitia haberent; ita eventu comitiorum Patres vicere. namque tribuni militum conſulari poteſtate con-

expreſſit hoc neceſſitas. & alibi. (2) Eam occaſionem a fortunâ oblatam. (3) Qui jam inciperent aliquâ generis claritudine nobilitari, *ut inter plebeios* tamen, apud quos nulla tunc nobilitas erat. (4) *In annum*, pro *in inſequentem annum*: ut infrà l. 5. c. 25. & alibi. (5) Vox *conſulatum* hîc accipienda pro *conſularem poteſtatem*, ſive tribunatum militarem conſulari poteſtate. (6) Omittitur prior dubitandi particula; ut ſæpe aliàs. (7) Auctores in diverſas partes euntes. E.

tra

tra ſpem omnium tres patricii creati ſunt, C. Julius Iulus, P. Cornelius Coſſus, C. Servilius Ahala. Artem adhibitam ferunt a patriciis, (cujus eos Icilii tum quoque inſimulabant) quòd turbam indignorum candidatorum intermiſcendo dignis, tædio ſordium in quibuſdam inſignium, populum a plebeiis avertiſſent. Volſcos deinde & Æquos, (1) ſeu Carventana arx retenta in ſpem, ſeu Verrugine amiſſum præſidium ad iram compuliſſet, fama affertur ſummâ vi ad bellum coortos: (2) caput rerum Antiates eſſe: eorum legatos utriuſque gentis populos circumiſſe, caſtigantes ignaviam, quòd, abditi intra muros, populabundos in agris vagari Romanos priore anno, & opprimi Verruginis præſidium, paſſi eſſent. *jam non exercitus modò armatos, ſed colonias etiam, in ſuos fines mitti: nec ipſos modò Romanos ſua diviſa* (3) *habere, ſed Ferentinum etiam de ſe captum Hernicis donaſſe.* Ad hæc quum inflammarentur animi, ut ad quoſque ventum erat, numerus juniorum conſcribebatur. Ita omnium populorum juventus Antium contracta, ibi caſtris poſitis hoſtem opperiebantur. Quæ ubi tumultu majore etiam, quàm res erat, nunciantur Romam, ſenatus extemplo (quod in rebus trepidis ultimum conſilium erat) dictatorem dici juſſit. quam rem ægre paſſos Julium Corneliumque ferunt; magnoque certamine animorum rem actam: quum primores Patrum, nequicquam conqueſti, non eſſe in auctoritate ſenatûs tribunos militum, poſtremò etiam tribunos plebei appellarent, (4) & conſulibus quoque ab eâ poteſtate vim ſuper tali re inhibitam referrent: tribuni plebei, læti diſcordiâ Patrum, *nihil eſſe in his auxilii* dicerent, *qui non civium, non denique hominum numero eſſent; ſi quando promiſcui honores,* (5) *communicata reſpublica eſſet, tum ſe animadverſuros, ne qua, ſuperbiâ magiſtratuum, irrita ſenatuſconſulta eſſent; interim patricii, ſoluti legum magiſtratuumque verecundiâ, per ſe quoque tribuniciam poteſtatem agerent.*

Bellum a Volſcis et Æquis illatum.

LVII. Hæc contentio minimè idoneo tempore, quum tantum belli in manibus eſſet, occupaverat cogitationes

C. 56. (1) Sive in ſpem adducti eſſent, ob retentam Carventanam arcem; ſive irâ accenſi, ob amiſſum Verrugine præſidium. (2) Præcipui auctores belli renovandi: ut ſuprà l. 3. c. 10. *id caput belli eſſe.* infrà l. 8. c. 19. *capita conjurationis.* E. (3) Suſpicatur Gronovius, *diviſui.* (4) Vid ſuprà c. 26. (5) In ſocietatem reipublicæ gerendæ admiſſi plebeii.

hominum:

hominum: donec, ubi diu (1) alternis Julius Corneliusque, *quum ad id bellum ipsi satis idonei duces essent, non esse æquum, mandatum sibi a populo eripi honorem*, differuere; tum Ahala Servilius tribunus militum, *Tacuisse se tamdiu*, aït, *non quia incertus sententiæ fuerit; (quem enim bonum* † *civem secernere sua a publicis consilia?) sed quia maluerit, collegas suâ sponte cedere auctoritati senatûs, quàm tribuniciam potestatem adversùs se implorari paterentur. Tum quoque, si res sineret, libenter se daturum tempus iis fuisse ad receptum* † *nimis pertinacis sententiæ. sed, quum belli necessitates non exspectent humana consilia, potiorem sibi collegarum gratiâ rempublicam fore: &, si maneat in sententiâ senatus, dictatorem nocte proximâ dicturum: (2) ac, si quis intercedat senatusconsulto, auctoritate se fore contentum.* Quo facto quum haud immeritam laudem gratiamque apud omnes tulisset, dictatore P. Cornelio dicto, ipse ab eo magister equitum creatus exemplo fuit collegas eumque intuentibus, † quàm gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus essent. Bellum haud memorabile fuit. uno atque eo facili prœlio cæsi ad Antium hostes. victor exercitus depopulatus Volscum agrum. castellum ad lacum Fucinum vi expugnatum: atque in eo tria millia hominum capta, ceteris Volscis intra mœnia compulsis, nec defendentibus agros. Dictator, bello ita gesto, ut (3) tantùm non defuisse fortunæ videretur, felicitate, quàm gloriâ, major in urbem rediit, magistratuque se abdicavit. Tribuni militum, mentione nullâ comitiorum consularium habitâ, (credo ob iram dictatoris creati) tribunorum

P. Cornelius dictator.

Victi Volsci.

C. 57. (1) Vid. not. 4. ad c. 53. suprà. (2) Ac, si quis tribunus plebis intercedendo impediret quo minus Patres senatusconsultum facerent de creando dictatore, se fore contentum voluntate senatûs declaratâ etiam sine senatusconsulto. *Auctoritas senatûs* est judicium senatûs perscriptum, cui legitima senatusconsulti forma accedere non potuit. Quum enim aut numerus senatorum sufficiens non adesset, aut non loco dieve idoneo, aut edicto non legitimo convocatus esset senatus, aut intercessio fieret senatusconsulto ab tribuno plebis; tum senatusconsultum fieri non poterat: judicium tamen senatûs perscribebatur, eaque auctoritas dicebatur. Hæc testatur Dio l. 55. Vid. etiam epistolam Cœlii apud Cic. l. 8. ad Fam. Ep. 8. (3) Tantùm non hîc capi non debet eâ significatione, quâ particulæ illæ suprà expositæ sunt, not. 11. ad c. 2. hujus lib. pro parum abest quin: sed τὸ *tantum* cum *videretur* jungendum, τὸ *non* cum *defuisse*. ut *tantum videretur non defuisse fortunæ.*

Prœlium

norum militum comitia edixerunt. Tum vero gravior cura (4) Patribus inceſſit; quippe quum prodi cauſam ab ſuis cernerent. Itaque ſicut priore anno per indigniſſimos ex plebeiis candidatos omnium, etiam dignorum, tædium fecerant; ſic tum, primoribus Patrum ſplendore gratiâque ad petendum præparatis, omnia loca obtinuere; ne cui plebeio aditus eſſet. Quatuor creati ſunt, omnes jam functi eo honore, L. Furius Medullinus, C. Valerius Potitus, N. Fabius Vibulanus, C. Servilius Ahala. hic refectus continuato honore, quum ob alias virtutes, tum ob recentem favorem unicâ moderatione partum.

U. c. 348.
A. C. 404.
L. Furio, &c. Tr. Mil.

LVIII. Eo anno, quia tempus (1) induciarum cum Vejenti populo exierat, per legatos fecialeſque res repeti cœptæ. quibus venientibus ad finem (2) legatio Vejentium obviàm fuit. Petiere, ne priùs, quàm ipſi ſenatum Romanum adiſſent, Vejos iretur. Ab ſenatu impetratum, quia diſcordiâ inteſtinâ laborarent Vejentes, ne res ab iis repeterentur. tantum afuit, (3) ut ex incommodo alieno ſua occaſio peteretur. Et in Volſcis accepta clades, amiſſo Verrugine præſidio. ubi tantum in tempore fuit momenti, ut, quum precantibus opem militibus, qui ibi a Volſcis obſidebantur, ſuccurri, ſi maturatum eſſet, potuiſſet, ad id venerit exercitus ſubſidio miſſus, ut ab recenti cæde palati ad prædandum hoſtes opprimerentur. Tarditatis cauſa in ſenatu magis fuit, quàm in tribunis: (4) qui, quia ſummâ vi reſtare (5) nunciabantur, parum cogitaverunt,

† *Arriſſum Verrugine præſidium.*

Prœlium facile fuit, & fortuna ſecunda; cui quidem dictator non defuit: ſed vix ulla fortitudinis ac prudentiæ indicia edendi occaſionem habuit. (4) Suprà c. 50. dixit *cura inceſſerat Patres*; & alibi ſæpe. Sed nec alterum inuſitatum. Virg. l. 4. Georg. v. 68. *regibus inceſſit diſcordia.*

C. 58. (1) Suprà c. 35. anno ante hunc undevicеſimo *Vejentibus annorum viginti induciæ datæ* dicuntur. Harum autem initium ſumi videtur a fine priorum induciarum, quarum dies exiiſſe dicitur anno u. c. 328. ſuprà c. 30. (2) Vid. ſuprà not. 6. ad c. 3. l. 1. Sic etiam l. 2. c. 49. Et alibi ſæpe vocem *finis* hoc ſenſu numero ſingulari uſurpare Livius amat. (3) Quod Livius hîc dicit, ita exprimit Terent. in Andr. 4. 1. 3. *ex incommodis Alterius ſua ut comparent commoda.* (4) *Qui* reſpicit *ſenatum* ſeu *Patres*, non *tribunos*. Neque exemplo caret, relativum aliaque pronomina non ad nomen propinquius, ſed interdum etiam ad remotius, referri. Sall. in Jug. c. 31. *metum a ſcelere ſuo ad ignaviam veſtram tranſtulere: quos omnis* &c. Flor. l. 3. c. 5. *fiduciam nuncius fecit, docens adventare Lucullum; qui per medias hoſtium naves evaſerat.* (5) Quia nunciatum eſt præſidiarios milites reſiſtere ſummâ vi. *Reſtare* pro *reſiſtere* ſæpe occurrit apud noſtrum: ut infrà l. 6. c. 30 & 32. Sic etiam Tac. l.

U. c. 349. A. C. 403. P. Cornelio, &c. Tr. Mil.

cogitaverunt, (6) nullâ virtute ſuperari humanarum virium modum. Fortiſſimi milites non tamen, (7) nec vivi, nec poſt mortem, inulti fuere. Inſequenti anno, P. & Cn. Corneliis Coſſis, N. Fabio Ambuſto, L. Valerio Potito, tribunis militum conſulari poteſtate, Vejens bellum motum ob ſuperbum reſponſum Vejentis ſenatûs; qui legatis repetentibus res, ni faceſſerent propere urbe finibuſque, daturos, (8) quod Lars Tolumnius dediſſet, reſponderi juſſit. Id Patres ægre paſſi decrevere, ut tribuni militum de bello indicendo Vejentibus primo quoque die ad populum ferrent. Quod ubi primò promulgatum eſt, fremere juventus, *Nondum debellatum cum Volſcis eſſe: (9) modò duo præſidia occidione occiſa, & cum periculo retineri. Nullum annum eſſe, quo non acie dimicetur:* &, (10) *tanquam pœniteat laboris, novum bellum cum finitimo populo & potentiſſimo parari, qui omnem Etruriam ſit concitaturus.* Hæc ſuâ ſponte agitata. inſuper tribuni plebis accendunt: *Maximum bellum Patribus cum plebe eſſe* dictitant: *eam de induſtriâ vexandam militiâ trucidandamque hoſtibus objici: eam procul urbe haberi atque ablegari, ne domi per otium memor libertatis coloniarumque, aut agri publici, aut ſuffragii liberè ferendi conſilia agitet:* prenſanteſque veteranos, ſtipendia cujuſque & vulnera ac cicatrices numerabant: *quid jam integri eſſe in corpore loci ad nova vulnera accipienda?* (11) *quid ſuper ſanguinis, qui dari pro republicâ poſſet?* rogitantes. Hæc quum in ſermonibus concionibuſque interdum agitantes avertiſſent plebem ab ſuſcipiendo bello, profertur tempus ferundæ legis (12): quam, ſi ſubjecta invidiæ eſſet, antiquari apparebat.

Decretum ſenatûs de indicendo Vejentibus bello.

Tac. l. 3. Ann. c. 46. *reſtantibus laminis adverſùm pila & gladios.* Et eo ſenſu *reſtitare* Livius utitur, infrà l. 10. c. 19. (6) Quantumlibet egregia virtus adſit, eſſe tamen ſuum modum humanis viribus, ultra quem nemo eniti poſſit. (7) *Nec vivi,* quia ſummâ vi reſtabant; *nec poſt mortem,* quia hoſtes palati ad prædandum oppreſſi ſunt. (8) Vid. ſuprà c. 17. (9) Nempe apud Verruginem priore anno, & apud arcem Carventanam tribus antè annis. Quod autem additur & *cum periculo retineri,* eo indicatur arcem Carventanam receptam eſſe, quod tamen nuſquam memoratum eſt. Porro vox *præſidia* hîc accipitur primò pro præſidiariis militibus, deinde pro arcibus ipſis. (10) Tanquam non ſatis laboris a plebe tolerari putent. (11) h. e. quid ſanguinis ſupereſſe? Sic. Virg. l. 3. Æn. v. 489. *O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.* (12) Nempe de indicendo Vejentibus bello: quam ſi hoc tempore ferretur quum ingrata populo erat, rejici apparebat. Decretum de bello indicendo dicitur *lex* etiam infrà c. 60.

LIX. Interim

LIX. Interim tribunos militum in Volſcum argum ducere exercitum placuit. Cn. Cornelius unus Romæ relictus. Tres tribuni, poſtquam nullo loco caſtra Volſcorum eſſe, nec commiſſuros ſe prœlio apparuit, tripartitò ad devaſtandos fines diſceſſere. Valerius Antium petit, Cornelius Ecetras: quâcunque inceſſere, latè populati ſunt tecta agroſque, (1) ut diſtinerent Volſcos: Fabius, quod maximè petebatur, ad Anxur oppugnandum ſine ullâ populatione acceſſit. Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ ſunt; urbs prona in paludes. ab eâ parte Fabius oppugnationem oſtendit. Circummiſſæ quatuor cohortes cum C. Servilio Ahalâ quum imminentem urbi collem cepiſſent; ex loco altiore, quâ nullum erat præſidium, ingenti clamore ac tumultu mœnia invaſere. ad quem tumultum obſtupefacti, qui adversùs Fabium urbem (2) infimam tuebantur, locum dedere ſcalas admovendi, plenaque hoſtium cuncta erant, & immitis diu cædes pariter fugientium ac reſiſtentium armatorum atque inermium fuit. Cogebantur itaque victi, quia cedentibus ſpei nihil erat, pugnam inire: quum (3) pronunciatum repentè, ne quis præter armatos violaretur, (4) reliquam omnem multitudinem voluntariam exuit armis: quorum ad (5) duo millia & quingenti vivi capiuntur. a ceterâ prædâ Fabius militem abſtinuit, donec collegæ venirent: ab illis quoque exercitibus captum Anxur dictitans eſſe, qui ceteros Volſcos a præſidio ejus loci avertiſſent. Qui ubi venerunt, oppidum vetere fortunâ opulentum tres exercitus diripuere. eaque primùm benignitas imperatorum plebem Patribus conciliavit. Additum deinde (6) omnium maximè tempeſtivo principum in multitudinem munere, ut ante mentionem ullam plebis tribunorumve decerneret ſenatus, ut

Bellum cum Volſcis.

Decretum militibus ſtipendium.

C. 59. (1) Ut Volſcis diſtractis, exercitumque dividentibus, Fabius Anxur oppugnandi commodam occaſionem haberet. (2) Infimam urbis partem, quæ prona erat in paludes. (3) Edictum Fabii per præcones pronunciatum impulit reliquam omnem hoſtium multitudinem, ut volens & ſuâ ſponte arma ponerent. Alibi ſæpe participia neutra pro ſubſtantivis ponuntur. vid. ſuprà not. 1. ad c. 53. l. 1. (4) Quæ adhuc ſuperſtes erat. E. (5) Livio familiare eſt *ad* numero additum, pro circiter, ſine caſu ponere: ut ſuprà l. 3. c. 15. (6) *Omnium maximè tempeſtivo* i. e. ſummè tempeſtivo. *Munere in multitudinem*, ut infrà l. 5. c. 3 *munere*

ut ſtipendium miles (7) de publico acciperet, quum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet.

LX. Nihil acceptum unquam a plebe tanto gaudio traditur. Concurſum itaque ad curiam eſſe, prenſataſque exeuntium manus, & Patres verè appellatos; effectum eſſe fatentibus (1), ut nemo pro tam munificâ patriâ, donec quicquam virium ſupereſſet, corpori aut ſanguini ſuo parceret. (2) Quum commoditas juvaret, rem familiarem ſaltem acquieſcere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reipublicæ eſſet; tum, quòd ultro ſibi oblatum eſſet, (3) non a tribunis plebis unquam agitatum, non ſuis ſermonibus efflagitatum, id efficiebat multiplex gaudium cumulatioremque gratiam rei. Tribuni plebis, communis ordinum lætitiæ concordiæque ſoli expertes, *Calumniæ tribunorum.* negare, *Tam id lætum Patribus univerſis nec proſperum fore, quàm ipſi crederent. conſilium ſpecie primâ melius fuiſſe, quàm uſu appariturum. Unde enim eam pecuniam confici poſſe, niſi tributo populo indicto?* (4) *ex alieno igitur aliis largitos. neque, id etiamſi ceteri ferant, paſſuros eos, quibus jam emerita ſtipendia eſſent, meliore conditione alios militare, quàm ipſi militaſſent; et eoſdem in ſua ſtipendia impenſas feciſſe* (5), *et in aliorum facere* (6). His vocibus moverunt partem plebis. *Tributum indictum.* poſtremò, indicto jam tributo, edixerunt etiam tribuni, auxilio ſe futuros, ſi quis in militare ſtipendium tributum *Patres conferunt primi.* non contuliſſet. Patres bene cœptam rem perſeveranter tueri: conferre ipſi primi: &, (7) quia nondum argentum

munere Patrum in plebem. (7) Hic *miles* ſumitur pro pedite. Equiti enim non aſſignatum eſt ſtipendium, niſi quarto poſt hunc anno. Vid. l. 5. c. 7. Et alibi ſæpe *milites* ab *equitibus* diſtingui ſolent. ſic infrà l. 26. c. 19. *decem millia militum & mille equites adduntur.* Cic. l. 10. ad Fam. Ep. 23. *non miles ullus, non eques.* Cæs. l. 4. Bell. Gall. c. 7. *milites, equites conſcendere naves jubet.* Neque aliter exercitum equitatui opponunt: ut infrà l. 30. c. 36.

C. 60. (1) Nempe plebeiis fatentibus effectum eſſe ut &c. (2) Duplex proponitur cauſa gaudii plebis. primò, *commoditas* h. e. utilitas muneris, juvabat h. e. grata erat accipientibus, *rem familiarem*, dum militarent, *ſaltem acquieſcere* h. e. non deteri, non conſumi, ut priùs; ſecundò, *id efficiebat multiplex gaudium* h. e. multipliciter gaudium augebat, quòd munus hoc ſponte datum eſſet. De particulis *quum tum* vid. not. 2. ad c. 21. l. 1. (3) Mentio quidem aliqua facta erat ſtipendii militibus conſtituendi. vid. ſuprà c. 36. Sed res non a tribunis agitata fuerat. (4) Sic ſuprà l. 3. c. 1. *largiendo de alieno.* (5) Quum nihil e publico militantes acceperint. (6) Quum tributum conferant, unde illis ſtipendium perſolvatur. (7) Argentum ſignatum anno u. c. 484. quinque annis ante primum bellum

tum ſignatum erat, æs grave plauſtris quidam ad ærarium convehentes, (8) ſpecioſam etiam collationem faciebant. Quum ſenatus ſummâ fide ex cenſu contuliſſet, primores plebis, nobilium amici, ex compoſito conferre incipiunt. quos quum & a Patribus collaudari, & a militari ætate tanquam bonos cives conſpici vulgus hominum vidit, repentè, ſpreto tribunicio auxilio, certamen conferendi eſt ortum. &, lege perlatâ de indicendo Vejentibus bello, exercitum magnâ ex parte voluntarium novi tribuni militum conſulari poteſtate Vejos duxere.

Plebs ſequitur.

LXI. Fuere autem tribuni T. Quinctius Capitolinus, Q. Quinctius Cincinnatus, C. Julius Iulus iterum, A. Manlius, L. Furius Medullinus tertiùm, M'. Æmilius Mamercinus. Ab his primùm circumſeſſi Veji ſunt; ſub cujus initium obſidionis quum Etruſcorum concilium ad fanum Voltumnæ (1) frequenter habitum eſſet, parum conſtitit, bellone publico gentis univerſæ tuendi Vejentes eſſent. Ea oppugnatio ſegnior inſequenti anno fuit, parte tribunorum exercituſque ad Volſcum avocatâ bellum. Tribunos militum conſulari poteſtate is annus habuit C. Valerium Potitum tertiùm, M'. Sergium Fidenatem, P. Cornelium Maluginenſem, Cn. Cornelium Coſſum, K. Fabium Ambuſtum, Sp. Nautium Rutilum iterum. Cum Volſcis inter Ferentinum atque Ecetram ſignis collatis dimicatum. Romanis ſecunda fortuna pugnæ fuit. Artena inde, Volſcorum oppidum, ab tribunis obſideri cœpta. inde inter eruptionem tentatam, compulſo in urbem hoſte, occaſio data eſt Romanis irrumpendi; præterque arcem cetera capta. in arcem munitam naturâ globus armatorum conceſſit. Infra arcem cæſi captique multi mortales. arx deinde obſidebatur: nec aut vi capi poterat, quia pro ſpatio loci ſatis præſidii habebat; aut ſpem dabat deditionis, omni publico frumento, priuſquam urbs caperetur, in arcem convecto. tædioque receſſum inde foret, ni ſervus arcem Romanis prodidiſſet. ab eo milites per locum arduum

U. c. 350.
A. C. 402.
T. Quinctio &c. Tr. Mil.

Obſeſſi Veji.

U. c. 351.
A. C. 401.
C. Valerio III. &c. Tr. Mil.

Victi Volſci

bellum Punicum. (8) Efficiebant ut collatio tributi etiam ſpeciem i. e. pompam & dignitatem aliquam haberet, quæ converteret oculos vulgi.

C. 61. (1) Per vocem *frequenter* vel intelligendum eſt plura concilia habita fuiſſe, quemadmodum infrà l. 5. c. 5. memorantur *crebra Etruriæ concilia de mittendis Vejos auxiliis*; vel potiùs indicatur magnam in concilio legatorum multitudinem adfuiſſe: ut ſuprà l. 1. c. 11. *Romam inde frequenter*

arduum accepti cepere. a quibus quum custodes trucidarentur, cetera multitudo, repentino pavore oppressa, in deditionem venit. Dirutâ & arce & urbe Artenâ, reductæ legiones ex Volscis, omnisque vis Romana Vejos conversa est. Proditori, præter libertatem, duarum familiarum bona in præmium data. Servius Romanus vocitatus. Sunt, qui Artenam Vejentium, non Volscorum, fuisse credant. Præbet errorem, quòd ejusdem nominis urbs inter Cære atque Vejos fuit: sed eam reges Romani delevere (2), Cæretumque, non Vejentium, fuerat. Altera hæc nomine eodem in Volsco agro fuit, cujus excidium est dictum.

gr[illegible]ter migratum est. (2) Sic infrà l. 5. c. 21. *ad delendam urbem Vejos.* c. 42. *non omnibus delendæ urbis libido erat.*

EPITOME

EPITOME LIBRI QUINTI.

IN obſidione Vejorum hibernacula militibus facta ſunt. ea res quum eſſet nova, indignationem tribunorum plebis movit, querentium non dari plebi nec per hiemem militiæ requiem. Equites tum primùm equis ſuis merere cœperunt. Quum inundatio ex lacu Albano facta eſſet, vates, qui eam rem interpretaretur, de hoſtibus captus eſt. Furius Camillus dictator decem annos obſeſſos Vejos cepit: ſimulacrum Junonis Romam tranſtulit: decimam partem prædæ Delphos Apollini miſit. Idem tribunus militum, quum Faliſcos obſideret, proditos hoſtium filios parentibus remiſit: ſtatimque deditione factâ, (1) *Faliſcorum victoriam juſtitiâ conſecutus eſt. Quum alter ex cenſoribus C. Julius deceſſiſſet, in locum ejus M. Cornelius ſuffectus eſt. nec id poſtea factum eſt: quoniam eo luſtro a Gallis Roma capta eſt. Furius Camillus, quum ei dies a L. Appuleio tribuno plebis dicta eſſet, in exſilium abiit. Quum Senones Galli Cluſium obſiderent, & legati, a ſenatu miſſi ad componendam inter eos & Cluſinos pacem, pugnantes contra Gallos in acie Cluſinorum ſtetiſſent; hoc facto eorum concitati Senones urbem infeſto exercitu petierunt, fuſiſque ad Alliam flumen Romanis, cepere urbem præter Capitolium, in quod ſe juventus contulerat: majores natu, cum inſignibus honorum, quos quiſque geſſerat, in veſtibulis ædium ſedentes, occiderunt. & quum per averſam partem Capitolii jam in ſummum evaſiſſent, proditi clangore anſerum, M. Manlii præcipuè operâ dejecti ſunt. coactis deinde propter famem Romanis deſcendere* (2), *ut mille pondo auri darent, & hoc pretio finem obſidionis emerent; Furius Camillus, dictator abſens creatus, inter pendendum aurum cum exercitu venit, & Gallos poſt ſextum menſem urbe expulit, ceciditque. Ædes Ajo Loquutio facta, quo loco ante urbem captam vox audita erat,* adventare Gallos. *Dictum eſt, ad Vejos migrandum eſſe propter incenſam & dirutam urbem. quod conſilium Camillo auctore diſcuſſum eſt* (3). *Movit populum vocis quoque omen ex centurione auditæ, qui, quum in forum veniſſet, manipulariis ſuis dixerat,* Sta miles; hîc optimè manebimus.

Lib. 5. Epit. (1) h. e. de Faliſcis victoriam. (2) Duriſſimam hanc conditionem ſubire ut &c. *Deſcendere* dicuntur qui ad gravem aliquam conditionem inviti neceſſitate veniunt. Cic. l. 2. de invent. c. 58. *ad conditionem alterius deſcendere.* Cæs. l. 1. Bell. Civ. c. 8. *ad omnia ſe deſcendere paratum.* Sic etiam infrà noſter locutus eſt, l. 23. c. 14. l. 45. c. 15. (3) Ita noſter ſuprà l. 2. c. 52. *periculum audaciâ diſcuſſit.*

T. LIVII PATAVINI

LIBER QUINTUS.

U. c. 352. A. C. 400. Man. Æmilio II. &c. Tr. Mil.

Vejentes regem creant.

I. PACE alibi partâ, Romani Vejique in armis erant tantâ irâ odioque, ut victis finem adesse appareret. Comitia utriusque populi longe diversâ ratione facta sunt. Romani auxere tribunorum militum consulari potestate numerum. (1) octo, quot nunquam antea, creati, M'. Æmilius Mamercinus iterum, L. Valerius Potitus tertiùm, Ap. Claudius Crassus, M. Quinctilius Varus, L. Julius Iulus, M. Postumius, M. Furius Camillus, M. Postumius Albinus. Vejentes contrà tædio annuæ ambitionis, quæ interdum discordiarum causa erat, regem creavere. Offendit ea res populorum Etruriæ animos, non majore odio regni, quàm ipsius regis. gravis jam is antea genti fuerat opibus superbiâque, quia sollennia ludorum, quos intermitti nefas est, violenter diremisset: quum ob iram repulsæ, quòd suffragio duodecim populorum alius sacerdos ei prælatus esset, artifices (2), quorum magna pars ipsius servi erant, ex medio ludicro repentè abduxit. Gens itaque, ante omnes alias eo magis dedita religionibus, quòd excelleret arte colendi eas, auxilium Vejentibus negandum, donec sub rege essent, decrevit. cujus decreti suppressa fama est Vejis propter metum regis; qui, a quo tale quid dictum referretur, pro seditionis eum principe, non

C. I. (1) Alii, ex fragmento fastorum Capitolinorum, evincere conantur sex tantùm hoc anno tribunos militum fuisse. M. autem Camillum & M. Postumium Albinum censores fuisse, non tribunos. Sed constat Livium sæpe alios annales secutum esse, quàm secuti sunt auctores fastorum Capitolinorum. (2) Intellige artifices scenicos, sive histriones. Sic

non vani fermonis auctorem (3), habebat. Romanis etfi quietæ res ex Etruriâ nunciabantur, tamen, quia omnibus conciliis eam rem agitari afferebatur, ita muniebant (4), ut ancipitia munimenta effent: alia in urbem & contra oppidanorum eruptiones verfa; (5) aliis frons in Etruriam fpectans auxiliis, fi qua fortè inde venirent, obftruebatur.

Hibernacula ad Vejos.

II. Quum fpes major imperatoribus Romanis in obfidione, quàm in oppugnatione, effet; hibernacula etiam, res nova militi Romano, ædificari cœpta: confiliumque erat, hiemando continuare bellum. quod poftquam tribunis plebis, jam diu nullam novandi res caufam invenientibus, Romam eft allatum, in concionem profiliunt, follicitant plebis animos, *Hoc illud effe* dictitantes, *quòd æra militibus fint conftituta. nec fe fefelliffe, id donum inimicorum veneno illitum fore.* (1) *Veniffe libertatem plebis: remotam in perpetuum & ablegatam ab urbe & ab republicâ juventutem, jam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere, ac domos & res invifere fuas. Quam putarent continuatæ militiæ caufam effe? nullam profectò aliam inventuros, quàm ne quid* (2) *per frequentiam juvenum eorum, in quibus vires omnes plebis effent, agi de commodis eorum poffet. Vexari præterea & fubigi multo acriùs, quàm Vejentes. quippe illos hiemem fub tectis fuis agere, egregiis muris fituque naturali urbem tutantes* (3): *militem Romanum in opere ac labore, nivibus pruinifque obrutum, fub pellibus durare, ne hiemis quidem fpatio, quæ omnium bellorum terrâ*

Tribunorum pl. querelæ. †

Sic infrà l. 7. c. 2. *vernaculis artificibus...nomen hiftrionibus inditum.* (3) *Auctore* legendum cenfent, quibus difplicet aliam conftructionem in priori membro, aliam in pofteriori adhiberi. Id autem Livio folenne eft, orationem, quâcunque ratione poffit, variare. *Habebat eum pro principe feditionis, non* habebat eum *auctorem vani fermonis*, h. e. pro nuncio falfi rumoris. Vid. not. 8. ad c. 13. l. 4. (4) Vejos nempe obfidentes. Porro *ancipitia munimenta* dicuntur utrinque fefe eodem modo habentia. *Anceps* eft hinc & illinc capitatum. *Anceps Janus* Ovid. l. 14. Met. v. 334. *quum anceps hoftis & a fronte & a tergo urgeret* infrà l. 6. c. 33. (5) Per alia munimenta *frons in Etruriam fpectans obftruebatur* adversùs auxilia. Infrà c. 5. *munitiones non in urbem modò, fed in Etruriam etiam fpectantes, fi qua inde auxilia veniant, oppofuere.*

C. 2. (1) Venundatam effe. (2) Agere aliquid *per frequentiam*, vel *per infrequentiam* aliorum, h. e. quum frequentes vel infrequentes adeffent, in eorum frequentiâ vel infrequentiâ. Eodem fenfu *per* accipi debet fuprà l. 3. c. 16. *manfuetum id malum, & per aliorum quietem malorum femper exoriens.* Similiter *per tenebras* Ovid. Ep. 4. Her. v. 141. *per noctem* Juft. l. 1. c. 8 & 10. (3) Jac. Gronovius fcribendum cenfuit *tutante.* Sed nil mutandum. fic fuprà l. 2. c. 30. *locoque magis quàm armis freti, fummis fe*

terrâ marique sit quies, arma deponentem. Hoc neque reges, neque ante tribuniciam potestatem creatam superbos illos consules, neque triste dictatoris imperium, neque importunos decemviros injunxisse servitutis (4), *ut perennem militiam facerent, quod tribuni militum in plebe Romanâ regnum exercerent.* (5) *Quidnam illi consules dictatoresve facturi essent, qui proconsularem imaginem tam sævam ac trucem fecerint? Sed id accidere haud immeritò. non fuisse ne in octo quidem tribunis militum locum ulli plebeio. Antea trina loca cum contentione summâ patricios explere solitos: nunc jam octojuges ad imperia obtinenda ire; & ne in turbâ quidem hærere* (6) *plebeium quemquam: qui, si nihil aliud, admoneat collegas; liberos, & cives eorum, non servos, militare, quos hieme saltem in domos ac tecta reduci oporteat: et aliquo tempore anni parentes liberosque ac conjuges invisere, et usurpare libertatem, et creare magistratus.* Hæc taliaque vociferantes adversarium haud imparem nacti sunt Ap. Claudium, relictum a collegis ad tribunicias seditiones comprimendas; virum imbutum jam ab juventâ certaminibus plebeiis: quem auctorem aliquot annis antè fuisse memoratum est (7), per collegarum intercessionem, tribuniciæ potestatis dissolvendæ.

Respondet Ap. Claudius.

III. Is tum jam, non promptus ingenio tantùm, sed usu etiam exercitatus, talem orationem habuit: *Si unquam dubitatum est, Quirites, utrùm tribuni plebis vestrâ, an suâ, causâ seditionum semper auctores fuerint, id ego hoc anno desisse dubitari certum habeo. & quum lætor, tandem longi erroris vobis finem factum esse, tum, quòd secundis potissimùm vestris rebus hic error est sublatus, & vobis, & propter vos reipublicæ gratulor. An est quisquam, qui dubitet,* (1) *nullis injuriis vestris, si quæ fortè aliquando fuerunt, unquam æquè, quàm munere Patrum in plebem, quum æra militantibus constituta sunt,*

se jugis montium tutabantur. l. 3. c. 42. *naturâ loci ac vallo, non virtute aut armis se tutabantur.* (4) *Hoc servitutis* genus loquendi est Livio familiare. suprà l. 3. c. 25. *hoc intervalli.* infrà hoc lib. c. 39. *hoc consilii.* l. 6. c. 40. *hoc portenti.* l. 9. c. 11. *hoc juris.* & passim. (5) Quidnam illi tribuni militum facturi essent, si consules vel dictatores creati fuissent. Sic infrà l. 9. c. 18. *victis Macedonibus*, pro, si Macedones victi fuissent. c. 43. *conjungi utique passi duo consulares exercitus*, i. e. si passi essent conjungi. & similia. (6) Sic Ter. in Eun. 5. 8. 25. *ut hæream in parte aliquâ tandem apud Thaidem.* Turbam autem vocat octo tribunos militum, quot nunquam antea creati fuerant. (7) Vid. suprà l. 4. c. 48.

C. 3. (1) Tribunos plebis non æquè offensos esse ullis injuriis vobis illatis,

ſunt, tribunos plebis offenſos, ac concitatos eſſe? quid illos aliud aut tum timuiſſe creditis, aut hodie turbare velle, niſi concordiam ordinum, quam (2) *diſſolvendæ maximè tribuniciæ poteſtatis rentur eſſe? Sic, hercule, tanquam artifices improbi, opus quærunt: qui & ſemper ægri aliquid eſſe in republicâ volunt, ut ſit, ad cujus curationem a vobis adhibeantur. Utrùm enim defenditis, an impugnatis plebem? utrùm militantium adverſarii eſtis, an cauſam agitis? Niſi fortè hoc dicitis,* Quicquid Patres faciunt, diſplicet; *ſive illud pro plebe, ſive contra plebem eſt. Et, quemadmodum ſervis ſuis vetant domini quicquam rei cum alienis hominibus eſſe, pariterque in iis beneficio ac maleficio abſtineri æquum cenſent: ſic vos interdicitis* (3) *Patribus commercio plebis; ne nos comitate ac munificentiâ noſtrâ provocemus plebem, nec plebs nobis dicto audiens atque obediens ſit. Quanto tandem, ſi quicquam in vobis, non dico civilis, ſed humani eſſet, favere vos magis, &, quantum in vobis eſſet, indulgere potiùs comitati Patrum atque obſequio plebis oportuit? quæ ſi perpetua concordia ſit, quis non ſpondere auſit, maximum hoc imperium inter finitimos brevi futurum eſſe?* †

IV. *Atque ego, quàm hoc conſilium collegarum meorum, quo abducere infectâ re a Vejis exercitum noluerunt, non utile ſolùm, ſed etiam neceſſarium fuerit, poſtea diſſeram: nunc de ipsâ conditione dicere militantium libet. Quam orationem, non apud vos ſolùm, ſed etiam in caſtris, ſi habeatur, ipſo exercitu diſceptante, æquam arbitror videri poſſe. in quâ ſi mihi ipſi nihil, quod dicerem, in mentem venire poſſet, adverſariorum certè orationibus contentus eſſem. Negabant nuper, danda eſſe æra militibus, quia nunquam data eſſent.* (1) *quonam modo igitur nunc indignari poſſunt, quibus aliquid novi adjectum commodi ſit, eis laborem etiam novum* (2) *pro portione injungi? Nuſquam nec opera ſine emolumento, nec emolumentum ferme ſine* †

illatis, quàm &c. (2) Vid. not. 1. ad c. 24. l. 3. ſuprà. (3) Sic infrà l. 8. c. 14. *interdictumque mari Antiati populo eſt.* Cic. de Senect. c. 7. *malè rem gerentibus patribus bonis interdici ſolet.* Sed & dici potuiſſet *interdicitis Patribus commercium plebis:* quemadmodum infrà l. 34. c. 7.

C. 4. (1) Negare non poterant tribuni plebis aliquid *novi* commodi militibus adjectum eſſe; ipſam enim novitatem rei nuper exagitabant. Hinc Appius arguit minime querendum eſſe, ſi aliquid novi laboris militibus injungatur. (2) Sic infrà l. 7. c. 1. *pro portione & ex multitudine alia multa funera fuiſſe.* Cic. l. 2. de Orat. c. 79. l. 5. in Verr. c. 21. *Portio* eſt

† *ſine impenſâ operâ eſt. labor voluptaſque, diſſimillima naturâ, ſocietate quâdam inter ſe naturali ſunt juncta. Moleſtè antea ferebat miles, ſe ſuo ſumptu operam reipublicæ præbere: gaudebat idem, partem anni ſe agrum ſuum colere; quærere, unde domi militiæque ſe ac ſuos* (3) *tueri poſſet. Gaudet nunc, fructui ſibi rempublicam eſſe, & lætus ſtipendium accipit. æquo igitur animo patiatur, ſe ab domo, ab re familiari, cui gravis impenſa non eſt, paullo diutiùs abeſſe. An, ſi* (4) *ad calculos eum reſpublica vocet, non meritò dicat?* annua æra habes, annuam operam ede. An tu æquum cenſes, militiâ ſemeſtri (5) ſolidum te ſtipendium accipere? *Invitus in hâc parte orationis, Quirites, moror: ſic enim agere debent, qui mercenario milite utuntur. at nos tanquam cum civibus agere volumus: agique tanquam cum patriâ nobiſcum æquum cenſemus. Aut non ſuſcipi bellum oportuit; aut geri pro dignitate populi Romani, & perfici quàm primùm oportet. Perficietur autem, ſi urgemus obſeſſos: ſi non antè abſcedimus, quàm ſpei noſtræ finem captis Vejis impoſuerimus. Si, Hercules, nulla alia cauſa, ipſa indignitas* (6) *perſeverantiam imponere debuit. Decem quondam annos urbs oppugnata eſt ob unam mulierem ab univerſâ Græciâ: quàm procul ab domo? quot terras, quot maria diſtans? Nos intra* (7) *viceſimum lapidem, in conſpectu propè urbis noſtræ, annuam oppugnationem perferre piget.* (8) *ſcilicet, quia levis cauſa belli eſt, nec ſatis quicquam juſti doloris eſt, quod nos ad perſeverandum ſtimulet. Septies rebellarunt,* (9) *in pace nunquam fidâ fuerunt: agros noſtros millies depopulati ſunt: Fidenates deficere a nobis coëgerunt: colonos noſtros ibi interfecerunt: auctores fuere contra jus gen-*

eſt id quod vulgò *proportio* dicitur; Græcis *ἀναλογια*. (3) *Tueri* pro *alere* ut apud Virg. l. 2. Georg. v. 195. *armenta...vituloſque tueri.* Infrà l. 23. c. 48. *quantos exercitus terreſtres navaleſque tuerentur.* Similiter Anglicè dicimus *to keep, maintain, ſupport.* E. (4) Nempe ad putandam rationem, ut conſtet quid a republicâ acceperit, quid in vicem ipſi debeat. Cic. de Amic. c. 16. *Hoc quidem eſt nimis exiguè & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum et datorum.* (5) Integrum, ſive annuum, ſtipendium. Sic ſuprà l. 1. c. 19. *Solido anno.* (6) Ad perſeverantiam nos adigere debuit. (7) *Duodecimum lapidem* ſcribendum eſſe Cluverius contendit. Et ſanè conſtat ex Plinio & Dionyſio urbem Vejos a Româ diſtare paullo plus quàm duodecim millia paſſuum. (8) Per ironiam; cui ſæpe hoc adverbium inſervit. Virg. Æn. 4. v. 379. Ter. Andr. 1. 2. 14. (9) *Eſſe in pace* ſæpe apud Livium occurrit. & eâdem ratione dixit *eſſe in induciis* infrà l. 7. c. 38. *eſſe in lætitiâ, victoriâ* l. 8. c. 33. *Pax fida* autem, ut infrà c. 17. l. 8. c. 21. Sic contrà *pax infida* ſuprà l. 4. c. 10. Pro *fidâ*, alii habent *fidi.* ſed illud longè præſtat.

tium

tium cædis impiæ legatorum noſtrorum: Etruriam omnem adverſùs nos concitare voluerunt, hodieque id moliuntur: res repetentes legatos noſtros, haud procul afuit, quin violarent. Cum his molliter & per dilationes bellum geri oportet.

V. *Si nos tam juſtum odium nihil movet, ne illa quidem, oro vos, movent? Operibus ingentibus ſepta urbs eſt, quibus intra muros coërcetur hoſtis. agrum non coluit, & culta evaſtata ſunt bello. Si reducimus exercitum, quis eſt, qui dubitet, illos, non a cupiditate ſolùm ulciſcendi, ſed etiam neceſſitate impoſitâ ex alieno prædandi, quum ſua amiſerint, agrum noſtrum invaſuros? non differimus igitur bellum iſto conſilio, ſed intra fines noſtros accipimus. Quid? illud, quod propriè ad milites pertinet, quibus* (1) *boni tribuni plebis, quum ſtipendium extorquere voluerint, nunc conſultum repentè volunt, quale eſt? Vallum foſſamque, ingentis utramque rem operis, per tantum ſpatii duxerunt: caſtella primò pauca, poſtea, exercitu aucto, creberrima fecerunt: munitiones non in urbem modò, ſed in Etruriam etiam ſpectantes, ſi qua inde auxilia veniant, oppoſuere. Quid turres, quid* (2) *vineas teſtudineſque & alium oppugnandarum urbium apparatum loquar? Quum tantum laboris exhauſtum ſit, & ad finem jam operis tandem perventum; relinquendane hæc cenſetis, ut ad æſtatem rurſus novus de integro his inſtituendis exſudetur labor?* (3) *Quanto eſt minus opera tueri facta, & inſtare, & perſeverare, defungique curâ? Brevis enim profectò res eſt, ſi uno tenore peragitur,* (4) *nec ipſi per intermiſſiones has intervallaque lentiorem ſpem noſtram facimus. loquor de opere, & de temporis jacturâ. Quid? periculi, quod differendo bello adimus, num obliviſci nos hæc tam crebra Etruriæ concilia de mittendis Vejos auxiliis patiuntur? Ut nunc res ſe habet, irati ſunt, oderunt, negant miſſuros: quantum in illis eſt, capere Vejos licet. quis eſt, qui ſpondeat, eundem, ſi differtur bellum, animum poſtea fore? quum,* (5) *ſi laxamentum dederis, major frequentiorque legatio itura ſit: quum id, quod nunc offendit Etruſcos, rex creatus Vejis, ſpatio interpoſito mutari poſſit, vel conſenſu civitatis,*

C. 5. (1) Ironicè. Qui nuper ſtipendium militibus dari noluerant, iidem nunc militum commodis ſe inſervire ſimulant, eos a militiâ revocantes. (2) De *vineis* vid. not. 1. ad c. 17. l. 2. Neque iis valde abſimiles machinæ erant *teſtudines*. Vid. ſis Lipſii l. 1. Poliorc. Dial. 8. (3) Quanto facilius eſt tueri opera quæ jam facta ſunt. (4) Et ſi non ipſi cauſa ſumus, ut lentiùs eveniat id quod ſperamus. (5) Vid. not. 4. ad

vitatis, ut eo reconcilient Etruriæ animos, vel ipsius voluntate regis, qui obstare regnum suum saluti civium nolit. Videte, quot res, quàm inutiles (6), *sequantur illam viam consilii: jactura operum tanto labore factorum, vastatio imminens finium nostrorum, Etruscum bellum pro Vejente concitatum. Hæc sunt, tribuni, consilia vestra, non, hercule, dissimilia, ac si quis ægro, qui, curari se fortiter* (7) *passus, extemplo convalescere possit,* (8) *cibi gratiâ præsentis aut potionis longinquum & forsitan insanabilem morbum efficiat.*

VI. *Si,* (1) *me Dius fidius, ad hoc bellum nihil pertineret, ad disciplinam certè militiæ plurimum intererat, insuescere militem nostrum, non solùm* (2) *paratâ victoriâ frui; sed, si res etiam lentior sit, pati tædium, & quamvis seræ spei exitum exspectare; &, si non sit æstate perfectum bellum, hiemem operiri; nec, sicut æstivas aves, statim autumno tecta ac recessum circumspicere. Obsecro vos, venandi studium ac voluptas homines per nives ac pruinas in montes silvasque rapit; belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam vel lusus ac voluptas elicere solet? Adeòne effeminata corpora militum nostrorum esse putamus, adeò molles animos, ut hiemem unam durare in castris, abesse ab domo non possint? ut, tanquam navale bellum, tempestatibus captandis & observando tempore anni, gerant, non æstus, non frigora pati possint? Erubescant profectò, si quis eis hæc objiciat; contendantque, & animis & corporibus suis virilem patientiam inesse, & se juxta hieme atque æstate bella gerere posse: nec se patrocinium mollitiæ inertiæque mandasse tribunis, & meminisse,* (3) *hanc ipsam potestatem non in umbrâ nec in tectis majores suos creasse. Hæc virtute militum vestrorum, hæc Romano nomine sunt digna, non Vejos tantùm, nec hoc bellum intueri, quod instat; sed famam & ad alia bella & ad ceteros populos in posterum quærere. An mediocre discrimen opinionis secuturum ex hâc re putatis? utrùm tandem finitimi populum Romanum eum esse putent, cujus si qua*

ad c. 24. l. 2. (6) Vid. not. 6. ad c. 33. l. 3. (7) Si passus esset. Vid. not. 5. ad c. 2. suprà. (8) Præsentis cibi aut potionis voluptate impertiendâ.

C. 6. (1) Vid not. 8. ad c. 31. l. 2. (2) *Paratâ victoriâ frui* est tam facile vincere, ut potiùs devolantis in sinum victoriæ compos fieri, quàm illam tuis viribus reportare videare. (3) Potestatem tribuniciam, creatam

qua urbs primum illum breviſſimi temporis ſuſtinuerit impetum, nihil deinde timeat? an hic ſit terror nominis noſtri, ut exercitum Romanum non tædium longinquæ oppugnationis, non vis hiemis ab urbe circumſeſſâ ſemel amovere poſſit, nec finem ullum alium belli, quàm victoriam, noverit; nec impetu potiùs bella, quàm perſeverantiâ, gerat? quæ in omni quidem genere militiæ, maximè tamen in obſidendis urbibus, neceſſaria eſt; quarum pleraſque, munitionibus ac naturali ſitu inexpugnabiles, fame ſitique tempus ipſum vincit atque expugnat: ſicut Vejos expugnabit; niſi auxilio hoſtibus tribuni plebis fuerint, & Romæ invenerint præſidia Vejentes, quæ nequicquam in Etruriâ quærunt. An eſt quicquam, quod Vejentibus optatum æquè contingere poſſit, quàm ut ſeditionibus primùm urbs Romana, deinde velut ex contagione caſtra impleantur? At, hercule, apud hoſtes tanta modeſtia eſt, ut non obſidionis tædio, non (4) *denique regni, quicquam apud eos novatum ſit* (5); *non negata auxilia ab Etruſcis irritaverint animos. morietur enim extemplo, quicunque erit ſeditionis auctor. nec cuiquam dicere ea licebit, quæ apud vos impunè dicuntur.* (6) *Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit. Auctores ſigna relinquendi, & deſerendi caſtra, non uni aut alteri militi, ſed univerſis exercitibus, palam in concione audiuntur. adeò quicquid tribunus plebi loquitur, etſi prodendæ patriæ diſſolvendæque reipublicæ eſt,* (7) *aſſueſtis æqui audire; et, dulcedine poteſtatis ejus capti, quælibet ſub eâ ſcelera latere ſinitis. Reliquum eſt, ut, quæ hîc vociferantur, eadem in caſtris et apud milites agant, et exercitus corrumpant, ducibuſque parere non patiantur: quoniam ea de-*

creatam in Sacro monte. (4) Eleganter particulam *denique* adhibent Latini ſcriptores, quum non adeò multa enumerata ſunt, & non placet plura enumerare, quæ poſſent: ut videatur notare ad *ſummum, ut paucis dicam.* Cic. l. 1. ad Quint. Frat. Ep. 1. *Multi nuntii, fama denique ipſa.* Juſt. l. 9. c. 4. *Hujus victoriæ callidè diſſimulata lætitia eſt: denique non ſolita ſacra Philippus eâ die fecit, non in convivio riſit.* (5) *Novare* in rebus periculoſis & tumultuoſis dicitur, pro turbas excitare. Infrà l. 24. c. 23. *tanquam novandi res aliquam occaſionem quærentes.* Sall. in Cat. c. 55. *ne quid eo ſpatio novaretur.* Eodem ſenſu Græci νεωτερίζειν uſurpant. Et ſic *res novæ* paſſim pro *ſeditiones.* (6) Militaris pœna, quæ ſic a Polybio deſcribitur l. 6. Accepto fuſte tribunus leviter attingit damnatum: quo facto omnes ejuſdem legionis milites, quà fuſtibus quà ſaxis inibi intra caſtra ſontem, ut plurimum necant. Sed & ſi qui evaſerint, neque in patriam iis redire licet, neque quiſquam neceſſariorum eos audet tecto recipere. (7) Vid. not. 3. ad c. 45. l. 4. *æqui* h. e. æquo animo, faventes.

mum Romæ libertas eſt, non ſenatum, non magiſtratus, non mores majorum, non inſtituta patrum, non diſciplinam vereri militiæ.

Opera Rom. ad Vejos incendio abſumpta.

VII. Par jam etiam in concionibus erat Appius tribunis plebis; quum ſubitò, unde minimè quis crederet, accepta calamitas apud Vejos & ſuperiorem Appium in causâ, & concordiam ordinum majorem ardoremque ad obſidendos pertinaciùs Vejos fecit. Nam quum agger promotus ad urbem, vineæque tantùm non jam injunctæ mœnibus eſſent, dum opera interdiu fiunt intentiùs, quàm nocte cuſtodiuntur, patefactâ repentè portâ, ingens multitudo, facibus maximè armata, ignes conjecit: horæque momento ſimul aggerem ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hauſit (1): multique ibi mortales nequicquam opem ferentes, ferro ignique abſumpti ſunt. Quod ubi Romam eſt nunciatum, mœſtitiam omnibus, ſenatui curam metumque injecit, ne tum verò ſuſtineri nec in urbe ſeditio, nec in caſtris poſſet, & tribuni plebis velut ab ſe victæ reipublicæ inſultarent: quum repentè (2) quibus cenſus equeſter erat, equi publici non erant aſſignati, conſilio priùs inter ſeſe habito, ſenatum adeunt; factâque dicendi poteſtate, equis ſe ſuis ſtipendia facturos promittunt. Quibus quum ampliſſimis verbis gratiæ ab ſenatu actæ eſſent, famaque ea forum atque urbem pervaſiſſet, ſubitò ad curiam concurſus fit plebis. (3) *Pedeſtris ordinis ſe*, aiunt, *nunc eſſe, operamque reipublicæ extra ordinem polliceri, ſeu Vejos, ſeu quò aliò ducere velint. ſi Vejos ducti ſint*, negant, *ſe inde priùs, quàm captâ urbe hoſtium, redituros eſſe*. Tum verò jam ſuperfundenti ſe lætitiæ vix temperatum eſt. non enim, ſicut equites, dato magiſtratibus negotio, laudari juſſi; neque aut in curiam vocati, quibus reſponſum daretur, aut limine curiæ continebatur ſenatus:

Equites equis ſuis merentes.

Plebs pedeſtrem militiam extra ordinem profitetur.

C. 7. (1) Sic infrà l. 3. c. 5. *multos in ipſis cubilibus ſemiſomnos hauſit flamma*. Tac. l. 3. Ann. c. 72. *Pompeii theatrum igne fortuito hauſtum*. l. 4. Hiſt. c. 60. *cunctiſque, qui prœlio ſuperfuerant, incendium hauſit*. (2) Qui eum habebant cenſum, ut in equeſtrem ordinem referri poſſent: ſed quibus nondum equi publici aſſignati erant a cenſoribus, nec proinde equeſtris gradus attributus. Equus *publicus* dicebatur, qui de publico emebatur, & alebatur; ut memoravit Livius ſuprà l. 1. c. 43. (3) Se eâ nunc conditione eſſe ut pedibus ſtipendia facere debeant, equis militare non poſſint. Vera autem videtur eſſe emendatio Cuperi, qui ſic legendum cenſet; *pedeſtris ordinis, aiunt, nunc eſſe operam reipublicæ extra*

natus: sed pro se quisque ex superiore loco ad multitudinem, in comitio stantem, voce manibusque significare publicam lætitiam. Beatam urbem Romanam, & invictam, & æternam illâ concordiâ dicere: laudare equites, laudare plebem, diem ipsum laudibus ferre: victam esse fateri comitatem benignitatemque senatûs. Certatim Patribus plebique manare gaudio lacrimæ; donec, revocatis in curiam Patribus, senatusconsultum factum est, *Ut tribuni militares* (4), *concione advocatâ, peditibus equitibusque gratias agerent: memorem* (5) *pietatis eorum erga patriam dicerent senatum fore. placere autem, omnibus his voluntariam extra ordinem professis militiam æra procedere* (6). & equiti certus numerus æris est assignatus (7). Tum primùm equis (8) merere equites cœperunt. Voluntarius ductus exercitus Vejos non amissa modò restituit opera, sed nova etiam instituit. ab urbe commeatus intentiore, quàm antea, subvehi curâ; ne quid tam bene merito exercitui ad usum deesset.

Stipendium equiti assignatum.

tra ordinem polliceri. (4) Ap. Claudius aliique, qui in urbe manserant. (5) *Pietas*, inquit Cicero, *erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine conjunctos officium servare monet.* l. 2. de Inv. n. 22. Suprà l. 4. c. 42. memoratur *pietas* Tempanii & reliquorum erga Sempronium: dux enim militibus suis loco parentis est. E. (6) Hanc extraordinariam operam valere ad implenda justa stipendia, quæ juniores ex instituto debebant, perinde ac si delectu conscripti æstiva integra in castris egissent: continuari cum aliis quæ fecissent, aut facturi essent, stipendiis. Eodem sensu *stipendia procedere* dixit Livius infrà l. 25. c. 5. l. 27. c. 11. Eleganter *procedere* dicitur pro continuari, connumerari. (7) Plerique hæc verba accipiunt de stipendio equiti assignato: Drakenborchius autem de numero annorum definito, quos militare equites debebant. Utinam autem vel unum exemplum attulisset ille, unde constaret *æs*, numero singulari, pro annis militiæ unquam fuisse usurpatum. Vir autem eruditus in hanc interpretationem inductus videtur verbis proximè sequentibus, quæ demum ad stipendium equiti assignandum pertinere censebat. E. (8) Videtur hìc interjiciendum *suis*, quemadmodum & in Epitome hujus libri & suprà hoc ipso capite legitur. Huc usque non alii equites fuerant in exercitibus Romanis, quàm quibus equi publici assignati essent. [Gronovius autem & Drakenborchius nil mutandum censent, & per vocem *merere* intelligunt *accipere stipendia* militiæ causâ. Sed annon sic prorsus supervacaneum foret *τὸ equis?* Immo, secundum genium Latini sermonis, quid intelligendum est quum dicitur aliquos *tum primum equis meruisse*, nisi quòd, qui antè pedibus militaverant, tum equis militare cœperunt? quod hìc locum habere nequit. Omnino igitur *τὸ suis* inferendum puto: & ut hanc sententiam amplectar eo magis adducor lectione quam Drakenborchius ipse attulit ex optimo codice Florentino, ubi pro *merere* invenitur *suis merere*. E.]

VIII. Insequens

U. c. 355. A. C. 399. C. Servilio III. &c. Tr. Mil.

VIII. Insequens annus tribunos militum consulari potestate habuit C. Servilium Ahalam tertiùm, Q. Servilium, L. Virginium, Q. Sulpicium, A. Manlium iterum, M'. Sergium iterum. his tribunis, dum cura omnium in Vejens bellum intenta est, neglectum Anxuri præsidium (1) vacationibus militum, & Volscos mercatores vulgo receptando, proditis repentè portarum custodibus, oppressum est. minus militum periit, quia, præter ægros, lixarum in modum omnes per agros vicinasque urbes negotiabantur. Nec Vejis meliùs gesta res, quod tum caput omnium curarum publicarum erat. nam & duces Romani plus inter se irarum, quàm adversùs hostes animi, habuerunt: & auctum est bellum adventu repentino Capenatium atque Faliscorum. Hi duo Etruriæ populi, quia proximi regione erant, devictis Vejis, bello quoque Romano se proximos fore credentes; Falisci propriâ etiam causâ infesti, quòd Fidenati bello se jam antea immiscuerant, per legatos ultro citroque missos jurejurando inter se obligati, cum exercitibus necopinato ad Vejos accessere. Fortè eâ regione, quâ M'. Sergius tribunus militum præerat, castra adorti sunt, ingentemque terrorem intulere; quia Etruriam omnem (2) excitam sedibus magnâ mole adesse Romani crediderant. eadem opinio Vejentes in urbe concitavit. Ita ancipiti prœlio castra Romana oppugnabantur; concursantesque, quum huc atque illuc signa transferrent, nec Vejentem satis cohibere intra munitiones (3), nec suis munimentis arcere vim, ac tueri se ab exteriore poterant hoste. una spes erat, si ex majoribus castris subveniretur, ut diversæ legiones, aliæ adversùs Capenatem ac Faliscum, aliæ contra eruptionem oppidanorum pugnarent. Sed castris præerat Virginius, privatim Sergio invisus infestusque. is, quum pleraque castella oppugnata, superatas munitiones, utrinque invehi hostem nunciaretur, in armis milites tenuit: si opus foret auxilio, collegam dictitans ad se missurum. Hujus arrogantiam pertinacia alterius æquabat; qui, ne quam opem ab inimico videretur petisse, vinci

C. 8. (1) *Vacationes* sunt quæ suprà *commeatus* dixit, l. 1. c. 57. Sic infrà l. 7. c. 28. l. 8. c. 20. Et ita *vacantes militiæ munere* l. 4. c. 26. (2) Sic infrà l. 27. c. 51. *Metapontinos, civitatem universam, excitos sedibus suis.* l. 32. c. 13. l. 42. c. 11. & alibi. (3) Quas Vejis Romani circumdederant.

vinci ab hoste, quàm vincere per civem, maluit. Diu in medio cæsi milites; postremò, desertis munitionibus, perpauci in majora castra, pars maxima atque ipse Sergius Romam pertenderunt. ubi quum omnem culpam in collegam inclinaret, acciri Virginium ex castris, interea præesse legatos placuit. Acta deinde in senatu res est, certatumque inter collegas maledictis. (4) pauci reipublicæ, huic atque illi, ut quosque studium privatim aut gratia occupaverunt, adsunt.

IX. Primores Patrum, sive culpâ sive infelicitate imperatorum tam ignominiosa clades accepta esset, censuere, *Non exspectandum justum tempus comitiorum, sed extemplo novos tribunos militum creandos esse, qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent.* (1) In quam sententiam quum pedibus iretur, ceteri tribuni militum nihil contradicere. at enimvero Sergius Virginiusque, propter quos pœnitere magistratuum ejus anni senatum apparebat, primò deprecari ignominiam, deinde intercedere senatusconsulto: negare, se ante Idus Decembres, sollennem ineundis magistratibus diem, honore abituros esse. Inter hæc tribuni plebis, quum in concordiâ hominum secundisque rebus civatatis inviti silentium tenuissent, feroces repentè minari tribunis militum, nisi in auctoritate senatûs essent, se in vincula eos duci jussuros esse. Tum C. Servilius Ahala tribunus militum: *Quod ad vos attinet, tribuni plebis, minasque vestras, næ ego libenter experirer, quàm non plus* (2) *in his juris, quam in vobis animi, esset. Sed nefas est tendere adversùs auctoritatem senatûs. proinde & vos desinite inter nostra certamina locum injuriæ quærere: & collegæ aut facient, quod censet senatus, aut, si pertinaciùs tendent, dictatorem extemplo dicam, qui eos abire magistratu cogat.* Quum omnium assensu comprobata oratio esset, gauderentque Patres, sine tribuniciæ potestatis terriculis inventam esse aliam vim majorem ad coërcendos magistratus; victi con-

Tr. Mil. ante tempus abdicare coguntur.

dederant. E. (4) Pauci, quid publica utilitas postulet, intuentur: plerique huic atque illi favent, prout quemque propensus in hunc vel illum privatim amor aut gratia præoccupayerunt. De verbo *adesse* vid. not. 5. ad c. 44. l. 3.

C. 9. (1) Vid. not. 1. ad c. 41. l. 3. (2) In minis vestris. Quum vos, inquit, respicio & minas vestras, cupio magistratum non deponere, & palam facere, nec jus vobis esse talia minandi, nec animum aut audaciam faciendi, quod minamini.

sensu

ſenſu omnium comitia tribunorum militum habuere, qui Kalendis Octobribus magiſtratum occiperent: ſeque ante eam diem magiſtratu abdicavere.

U. c. 354. A. C. 398. L. Valerio IV. &c. Tr. Mil.

X. L. Valerio Potito quartùm, M. Furio Camillo iterum, M'. Æmilio Mamercino tertiùm, Cn. Cornelio Coſſo iterum, K. Fabio Ambuſto, L. Julio Iulo, tribunis militum conſulari poteſtate, multa domi militiæque geſta. nam & bellum multiplex fuit eodem tempore, ad Vejos, & ad Capenam, & ad Falerios, & in Volſcis, ut Anxur ab hoſtibus recuperaretur: & Romæ ſimul delectu, ſimul tributo conferendo, laboratum eſt (1): & de tribunis plebei cooptandis contentio fuit: & haud parvum motum duo judicia eorum, qui paullo antè (2) conſulari poteſtate fuerant, excivere. (3) Omnium primum tribunis militum fuit, delectum haberi; nec juniores modò conſcripti, ſed ſeniores etiam coacti nomina dare, ut urbis cuſtodiam agerent.

Tributum ægre collatum.

(4) Quantum autem augebatur militum numerus, tanto majore pecuniâ in ſtipendium opus erat: eaque tributo conferebatur, invitis conferentibus, qui domi remanebant, quia tuentibus urbem operâ quoque militari laborandum, ſerviendumque reipublicæ erat. Hæc per ſe gravia, indigniora ut viderentur, tribuni plebis ſeditioſis concionibus faciebant; *ideo æra militibus conſtituta eſſe* arguendo, *ut plebis partem militiâ, partem tributo conficerent. Unum bellum annum jam* (5) *tertium trahi, & conſultò malè geri, ut diutius gerant. in quatuor deinde bella uno delectu exercitus ſcriptos, & pueros quoque ac ſenes extractos* (6). *Jam non*

C. 10. (1) *Laborare delectu*, ut *laborare magnitudine* in præfat. *laboratum eſt annonâ, ſiccitate*, l. 3. c. 31. l. 4. c. 30. (2) Supple *tribuni militum*. Intelligendi autem Sergius Virginiuſque. vid. cap. ſeq. (3) Ante omnia tribuni militum curarunt, ut delectus haberetur. E. (4) Quanto major militum numerus conſcribebatur, tanto &c. Similiter componuntur *quantum* & *tanto* apud Virg. l. 12. Æn. v. 19. Sic etiam *quanto* & *tantum*, infrà l. 6. c. 38. *quanto jure potentior interceſſio erat, tantum vinceretur* &c. Immo interdum etiam componuntur, licet utrumque habeat adjunctum comparativum. Sall. in Jug. c. 85. *quantum vita illorum præclarior, tanto horum ſocordia flagitioſior.* quemadmodum & infrà l. 44. c. 7. *quantum procederet longiùs a Theſſaliâ, eo majorem rerum omnium inopiam ſentiret*. (5) Quintum jam annum Vejens bellum durabat. vid. ſuprà l. 4. c. 61. Verum hic numerandi initium ſumitur ab eo anno, quo hibernacula circa Vejos ædificari cœpta. (6) Invitos milites ſcriptos, &, ut ſuprà hoc cap. dixit, *coactos fuiſſe nomina dare*. Sic Hor. l. 1. Sat. 1. v. 11. *qui rure extractus in urbem eſt*. Ita *extrahi ex Italiâ* dicitur, qui eam invitus

non æstatis nec hiemis discrimen esse, ne ulla quies unquam miseræ plebi sit: quæ nunc etiam vectigalis (7) *ad ultimum facta sit; ut, quum confecta labore, vulneribus, postremò ætate corpora retulerint, incultaque omnia diutino dominorum desiderio domi invenerint, tributum ex* (8) *affectâ re familiari pendant; æraque militaria, velut fœnore accepta, multiplicia reipublicæ reddant.* Inter delectum tributumque, & occupatos animos majorum rerum curis, comitiis tribunorum plebis numerus expleri nequiit. Pugnatum inde, in loca vacua ut patricii cooptarentur. postquam obtineri non poterat, tamen labefactandæ (9) legis Treboniæ causâ effectum est, ut cooptarentur tribuni plebis C. Lacerius & M. Acutius, haud dubiè patriciorum opibus.

XI. Fors ita tulit, ut eo anno tribunus plebis Cn. Trebonius esset, qui nomini ac familiæ debitum præstare videretur Treboniæ legis patrocinium. is, (1) *quod petissent Patres quidam, primo incepto repulsi, tamen tribunos militum expugnasse,* vociferans; *legem Treboniam sublatam, et cooptatos tribunos plebis non suffragiis populi, sed imperio patriciorum; et eò* (2) *revolvi rem, ut aut patricii, aut patriciorum assectæ habendi tribuni plebis sint: eripi sacratas leges, extorqueri tribuniciam potestatem; id fraude patriciorum, scelere ac proditione collegarum factum* arguere. Quum (3) arderent invidiâ, non Patres modò, sed etiam tribuni plebis, cooptati pariter, & qui cooptaverant; tum ex collegio tres, P. Curiatius, M. Metilius, & M. Minucius,

Duo Tr. Mil. anni superioris accusantur.

tus relinquere cogitur, infrà l. 29. c. 20. (7) *Ad ultimum*, pro denique: ut suprà l. 1. c. 53. *talis ad ultimum in liberos esset.* & alibi. (8) Sic infrà c. 18. *vires corporis affectæ.* c. 52. *affectæ Vejente bello reipublicæ.* Suprà l. 4. c. 41. *exercitum affectum prœlio ac viâ nocturnâ.* (9) Vid. suprà l. 3. c. 65.

C. 11. (1) Vociferans tribunos militum effecisse id quod Patres quidam frustra petissent, nempe cooptationem tribunorum. Sic suprà l. 4. c. 35. *summâ vi expugnatum esse, ut* &c. Cic. l. 1. in Verr. n. 44. *illam sibi legationem expugnavit*, i. e. impetravit, quasi de oppido capiendo sermo esset. (2) Sublatâ lege Treboniâ eò *revolvebatur* res, quò olim ante eam legem latam *devoluta* erat. vid. suprà l. 3. c. 65. (3) Quum invisi apud populum essent. *Invidia* plerumque sumitur sensu passivo, non pro odio quod gerimus, sed pro eo quod in nos quis habet. Vel enim *ardet invidiâ*, qui vehementer invidet; quemadmodum *irâ ardere* dicitur qui vehementer irascitur, *ardere cupiditate* qui vehementer cupit: vel etiam *ardet invidiâ*, cui multum invidetur, quæ hujus loci sententia est. Cic. l. 2. ad Quint. Frat. Ep. 15. *res ardet invidiâ.* Or. 1. in Cat.

cius, (4) trepidi rerum ſuarum, in Sergium Virginiumque, prioris anni tribunos militares, incurrunt: in eos ab ſe iram plebis invidiamque, die dictâ, avertunt. *Quibus delectus, quibus tributum, quibus diutina militia longinquitaſque belli ſit gravis, qui clade acceptâ ad Vejos doleant, qui amiſſis liberis, fratribus, propinquis, affinibus, lugubres domos habeant; iis publici privatique doloris exſequendi jus poteſtatemque ex duobus noxiis capitibus datam ab ſe,* memorant. *Omnium namque malorum in Sergio Virginioque cauſas eſſe: nec id accuſatorem magis arguere, quàm fateri reos: qui, noxii ambo, alter in alterum cauſam conferant, fugam Sergii Virginius, Sergius proditionem increpans Virginii. Quorum adeò incredibilem amentiam fuiſſe, ut multo veriſimilius ſit,* (5) *compacto eam rem et communi fraude patriciorum actam. Ab his* (6) *et priùs datum locum Vejentibus ad incendenda opera, belli trahendi causâ; & nunc proditum exercitum, tradita Faliſcis Romana caſtra. Omnia fieri, ut conſeneſcat ad Vejos juventus: nec de agris, nec de aliis commodis plebis ferre ad populum tribuni,* (7) *frequentiâque urbanâ celebrare actiones, et reſiſtere conſpirationi patriciorum poſſint.* (8) *Præjudicium jam de reis et ab ſenatu, et ab populo Romano, et ab ipſorum collegis factum eſſe. nam et ſenatuſconſulto eos* (9) *ab republicâ remotos eſſe, et recuſantes abdicare ſe magiſtratu, dictatoris metu ab collegis coërcitos eſſe: et populum Romanum tribunos creaſſe, qui non Idibus Decembribus die ſollenni, ſed extemplo Kalendis Octobribus magiſtratum occiperent, quia ſtare diutiùs reſpublica, his manentibus in magiſtratu, non poſſet. Et tamen eos, tot judiciis confoſſos prædamnatoſque,* (10) *venire ad populi judicium; et exiſtimare,* (11) *defunctos ſe eſſe, ſatiſque pœnarum dediſſe, quod duobus menſibus citiùs privati facti ſint: neque intelligere, nocendi ſibi diutiùs tum poteſtatem*

ereptam

c. 11. *tum te non exiſtimas invidiæ incendio conflagraturum?* (4) Sic infrà l. 36. c. 31. Virg. l. 12. Æn. v. 589. Sic etiam *feſſi rerum* l. 1. Æn. v. 178. (5) Pro *ex compacto*, vel ex compoſito, ut apud Plaut. in Captiv. 3. 1. 29. Sic etiam *compoſito*, pro ex compoſito, apud Virg. l. 2. Æn. v. 129. Et ita *improviſo* paſſim apud noſtrum, pro quo etiam *ex improviſo* & *de improviſo* dici ſolet. (6) Nempe patriciis. (7) Frequentiâ urbanæ multitudinis robur & dignitatem conciliare actionibus tribuniciis. (8) Reos jam prædamnatos eſſe & ab &c. (9) Ab adminiſtratione reipublicæ remotos, quum juſſi fuerint abdicare ſe magiſtratu. (10) Haud vereri ſe coram populo ſiſtere. E. (11) Vid. ſuprà not

3. ad

ereptam esse, non pœnam irrogatam; quippe et collegis abrogatum imperium, qui certè nihil deliquissent. Illos repeterent animos Quirites, quos recenti clade acceptâ habuissent, quum fugâ trepidum, plenum vulnerum ac (12) *pavore incidentem portis exercitum viderint, non fortunam aut quemquam Deorum, sed hos duces accusantem. Pro certo se habere, neminem in concione stare, qui illo die* (13) *non caput, domum, fortunasque L. Virginii ac M'. Sergii sit exsecratus detestatusque. Minimè convenire, quibus iratos quisque Deos precatus sit, in iis suâ potestate, quum liceat & oporteat, non uti. Nunquam Deos ipsos admovere nocentibus manus. satis esse, si occasione ulciscendi læsos arment.* †

XII. His orationibus incitata plebs denis millibus æris gravis reos condemnat, nequicquam Sergio (1) Martem communem belli fortunamque accusante, Virginio deprecante, ne infelicior domi, quàm militiæ, esset. In hos versa ira populi cooptationis tribunorum fraudisque, contra legem Treboniam factæ, memoriam obscuram fecit. Victores tribuni, ut præsentem mercedem judicii plebes haberet, legem agrariam promulgant, tributumque conferri prohibent: quum tot exercitibus stipendio opus esset, resque militiæ (2) ita prospere gererentur, ut nullo bello veniretur ad exitum spei. namque Vejis castra, quæ amissa erant, recuperata castellis præsidiisque firmantur. Præerant tribuni militum M'. Æmilius & K. Fabius. M. Furio in Faliscis, & Cn. Cornelio in Capenate agro hostes nulli extra mœnia inventi: prædæ actæ, incendiisque villarum ac frugum vastati fines: (3) oppida oppugnata, nec obsessa sunt.

Damnati.

Bellum multiplex

3. ad c. 35. l. 2. (12) Magis placeret *pavoris;* licet constet & Livium utroque modo *τὸ plenus* construere, & sæpe orationis variandæ causâ uni voci duas pluresve alias diversâ constructione addere. Potest etiam *pavore* referri ad *τὸ incidentem portis;* quemadmodum infrà l. 27. c. 13. *cum tanto pavore incidentibus vobis in vallum portasque.* Ceterùm locutio *incidere portis, castris* &c. apud Livium frequens est. ut suprà l. 2. c. 65. l. 3. c. 3. (13) Illo nempe die quo exercitum incidentem portis viderint.

C. 12. (1) *Mars communis belli* alibi sæpe memoratur. Sic infrà l. 7. c. 8. l. 8. c. 11 & 23. Atque ita Cic. l. 3. de Orat. c. 42. & alibi. (2) Resque militiæ prospere quidem hoc anno gererentur, sed ita tamen ut nullum bellum terminaretur speratâ victoriâ. (3) Oppida, Falerii & Capena, oppugnata quidem a ducibus Romanis, tentantibus si ea primo impetu expugnare possent; nec tamen, quando illud frustra fuit, obsessa sunt. Plerique editi post Aldum habent *oppida nec oppugnata, nec obsessa*

ſunt. At in Volſcis, depopulato agro, Anxur nequicquam oppugnatum, loco alto ſitum; &, poſtquam vis irrita erat, vallo foſsâque obſideri cœptum. Valerio Potito (4) Volſci provincia evenerat. Hoc ſtatu militarium rerum, ſeditio inteſtina majore mole coorta (5), quàm bella tractabantur. &, quum tributum conferri per tribunos non poſſet, nec ſtipendium imperatoribus mitteretur, æraque militaria flagitaret miles, haud procul erat, quin caſtra quoque urbanæ ſeditionis contagione turbarentur.

Tr. Mil. plebeius. Inter has iras plebis in Patres, quum tribuni plebis nunc illud tempus eſſe dicerent ſtabiliendæ libertatis, & ab Sergiis Virginiiſque ad plebeios viros fortes ac ſtrenuos tranſferendi ſummi honoris; non tamen ultra proceſſum eſt,

U. c. 355. A. C. 397. P. Licinio &c. Tr. Mil. quàm ut unus ex plebe, (6) uſurpandi juris causâ, P. Licinius Calvus tribunus militum conſulari poteſtate crearetur: (7) ceteri patricii creati P. Mænius, L. Titinius, P. Mælius, L. Furius Medullinus, L. Publilius Volſcus. Ipſa plebes mirabatur, ſe tantam rem obtinuiſſe; non is modò, qui creatus erat, vir nullis ante honoribus uſus, vetus tantùm ſenator (8), & ætate jam gravis. Nec ſatis conſtat, cur primus ac potiſſimus ad novum delibandum honorem ſit habitus. (9) Alii Cn. Cornelii fratris, qui tribunus militum

obſeſſa ſunt. ſed codices ſcripti omittunt *τὸ nec.* (4) Sic ſuprà l. 2. c. 40. *Aquillio Hernici provincia evenit.* & alibi ſæpe. (5) Coorta mole majore quàm quâ bella tractabantur. Sic Virg. l. 1. Æn. v. 147. *coorta eſt Seditio.* Ita *coorta vis* ſuprà l. 3. c. 11. (6) Vid. not. 3. ad c. 44. l. 4. (7) Contrà ſtatuendum videtur omnes Licinii collegas, præter ſolum Furium, plebeios, non patricios, fuiſſe. Et ipſe Livius ex his omnibus tribunos plebis, ad quem magiſtratum utique homines patriciarum gentium non admittebantur, per occaſionem in hiſtoriis ſuis memoravit. Perizonius in Anim. Hiſt. c. 8. cenſet id Livio fraudi fuiſſe, quòd in faſtis legiſſet Licinium *primum* ex plebe tribunum militum conſulari poteſtate factum eſſe; unde etiam *ſolum* de plebe creatum eſſe putaverit. Illud autem de Licinio potiſſimùm dici, quòd is primo loco inter ceteros plebeios deſignatus fuerit: quemadmodum L. Brutus *primus Conſul* a Valerio Max. aliiſque dicitur. (8) Hoc primùm loco fit mentio apud Livium ſenatoris plebeii. Quo autem tempore aditus in ſenatorium ordinem plebeiis patuerit, non ſatis conſtat. Dionyſius quidem de plebeiis in ſenatum admiſſis, inter alia ejuſmodi, ſe ſuo loco dicturum promittit. Quum igitur in libris ſuperſtitibus hujus rei non meminerit, libri autem Dionyſiani ſuperſint uſque ad annum u. c. 312. accidiſſe debuit intra quadrageſimum quartum annum ante Licinium primum tribunum militum conſulari poteſtate ex plebe. (9) Alii credunt Licinium ad tantum honorem extractum fuiſſe gratiâ fratris ſui Cn. Cornelii. Licinius

militum priore anno fuerat (10) triplexque ſtipendium equitibus dederat, gratiâ extractum (11) ad tantum honorem credunt. alii orationem ipſum tempeſtivam de concordiâ ordinum, Patribus plebique gratam, habuiſſe. Hâc victoriâ comitiorum exſultantes tribuni plebis, quod maximè rempublicam impediebat, de tributo remiſerunt. collatum obedienter, miſſumque ad exercitum eſt.

XIII. Anxur in Volſcis brevi receptum eſt, neglectis die feſto cuſtodiis urbis. Inſignis annus hieme gelidâ ac nivosâ fuit, adeò ut viæ clauſæ, Tiberis innavigabilis fuerit. annona ex (1) anteconvectâ copiâ nihil mutavit. Et quia P. Licinius, ut ceperat haud tumultuosè magiſtratum, majore gaudio plebis, quàm indignatione Patrum, ita etiam geſſit; dulcedo invaſit (2) proximis comitiis tribunorum militum plebeios creandi. Unus M. Veturius ex patriciis candidatis locum tenuit: plebeios alios tribunos militum conſulari poteſtate omnes fere centuriæ dixere, M. Pomponium, C. Duilium, Voleronem Publilium, Cn. Genucium, L. Atilium. Triſtem hiemem, ſive ex intemperie cœli, raptim mutatione in contrarium factâ, ſive aliâ quâ de cauſâ, gravis peſtilenſque omnibus animalibus æſtas excepit. cujus inſanabili pernicie (3) quando nec causa nec finis inveniebatur, libri Sibyllini ex ſenatuſconſulto aditi ſunt. Duumviri ſacris faciundis, (4) lectiſternio tunc primùm in urbe Romanâ facto, per dies octo Apollinem, Latonamque & Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum tribus, quàm ampliſſimè tum apparari poterat,

U. c. 356. A. C. 396.

M. Veturio &c. Tr. Mil.

Peſtilentia.

Lectiſternium primum.

Licinius & Cornelius fratres uterini fuere, eâdem matre nati; ille plebeio, hic patricio patre genitus. (10) Triplum ejus quod pediti dabatur. Sic infrà l. 7. c. 41. *æquè impotens poſtulatum fuit, ut de ſtipendio equitum (merebant autem triplex eâ tempeſtate) æra demerentur.* (11) Extractum ex plebe ubi latitaverat. E.

C. 13. (1) Vid. not. 2. ad c. 22. l. 4. (2) Nempe plebem. Solet τὸ *invadere* ſine caſu poni. Sic infrà l. 28. c. 20. *terror inde ac deſperatio invaſerat.* Sall. in Cat. c. 2. *ubi pro labore deſidia, pro continentiâ & æquitate lubido atque ſuperbia invaſere.* Sic etiam *inceſſit* intranſitivè ponitur. infrà l. 29. c. 10. *tanta inceſſerit vis morbi.* Tac. l. 2. Hiſt. c 63. *ubi formido inceſſiſſet.* Sall. in Jug. c. 13. *tanta commutatio inceſſit.* (3) Pernicie in caſu tertio eſt. Olim enim caſus & ſecundus & tertius quintæ declinationis non modò in *eï*, ſed & in *e* terminabantur. Vox autem *finis* ſæpe apud noſtrum cum caſu tertio conſtruitur. (4) Hic extraordinarius fuit ſupplicandi diis ritus. Ad epulas dii invitabantur, iiſque lecti ſternebantur, in quibus eorum reponebantur ſimulacra: tum convivium apponebatur.

poterat, ſtratis lectis placavere. Privatim quoque id ſacrum celebratum eſt. totâ urbe patentibus januis, promiſcuoque uſu rerum omnium in propatulo poſito, notos ignotoſque paſſim advenas in hoſpitium ductos ferunt; & cum inimicis quoque benignè ac comiter ſermones habitos, (5) jurgiis ac litibus temperatum; vinctis quoque dempta in eos dies vincula; (6) religioni deinde fuiſſe, (7) quibus eam opem Dii tuliſſent, vinciri. Interim ad Vejos terror multiplex fuit; tribus in unum bellis collatis. namque eodem, quo antea, modo circa munimenta, quum repentè Capenates Faliſcique ſubſidio veniſſent, adversùs tres exercitus ancipiti prœlio pugnatum eſt. Ante omnia adjuvit memoria damnationis Sergii ac Virginii. itaque (8) majoribus caſtris, unde antea ceſſatum fuerat, brevi ſpatio circumductæ copiæ Capenates, in vallum Romanum verſos, ab tergo aggrediuntur. Inde pugna cœpta & Faliſcis intulit terrorem, trepidanteſque eruptio ex caſtris opportunè facta avertit. repulſos deinde inſecuti victores ingentem ediderunt cædem. Nec ita multo pòſt jam palantes, (9) veluti fortè oblati, populatores Capenatis agri reliquias pugnæ abſumpſere: & Vejentium refugientes in urbem multi ante portas cæſi, dum præ metu, ne ſimul Romanus irrumperet, objectis foribus extremos ſuorum excluſere.

XIV. Hæc eo anno acta. Et jam comitia tribunorum militum aderant, quorum propè major Patribus, quàm belli, cura erat; quippe non communicatum modò cum plebe, ſed propè amiſſum, cernentibus ſummum imperium. Itaque clariſſimis viris ex compoſito præparatis ad petendum, quos prætereundi verecundiam crederent fore, nihilominus

ponebatur. (5) In feriis imperandis per præconem edici ſolitum, *ut litibus et jurgiis ſe abſtinerent*. Cic. l. 1. de Divin. c. 45. l. 2. de Leg. c. 8. Vid. Briſſon. de Form. l. 1. p. 118. (6) Vid. not. 1. ad c. 29. l. 3. (7) Quibus vincula in eos dies, Deorum causâ, dempta fuiſſent, hos denuo vinciri religio fuit. E. (8) Videtur excidiſſe præpoſito *e;* quam facilè elidere potuit litera finalis vocis proximè præcedentis. (9) Diſplicet Crevierio, Dukero, aliiſque vox *veluti;* quia populatores agri Capenatis non tantùm *veluti forte*, ſed *revera forte* oblati erant. Sed viri docti falluntur. Namque *fors* ſæpiſſime ſumitur pro fortunâ gubernatrice, quæ, abſque humano conſilio, res humanas regit. Sic ſuprà l. 1 c. 4. *forte quâdam divinitus.* Ter. Hec. 3. 3. 26. *Quæque fors fortuna eſt, inquit, quæ te hodie obtulit, Per eam te obteſtamur.* Revera igitur haud ſuo conſilio Romani populatores hoſtibus occurrerunt: tamen eorum adventus adeo opportunus fuit, ut *veluti* forte quâdam divinitus offerri videretur. E.

hilominus ipſi, perinde ac ſi omnes candidati eſſent, cuncta experientes, non homines modò, ſed Deos etiam, excipiebant (1); in religionem vertentes comitia biennio habita: *priore anno intolerandam hiemem prodigiiſque divinis ſimilem coortam* (2): *proximo non prodigia, ſed jam eventus, peſtilentiam agris urbique illatam haud dubiâ irâ Deûm: quos peſtis ejus arcendæ causâ placandos eſſe, in libris fatalibus inventum ſit. Comitiis, auſpicatò quæ fierent, indignum Diis viſum honores vulgari,* (3) *diſcriminaque gentium confundi.* Præterquam majeſtate petentium, religione etiam attoniti homines patricios omnes, partem magnam honoratiſſimum quemque, tribunos militum conſulari poteſtate creavere, L. Valerium Potitum quintùm, M. Valerium Maximum, M. Furium Camillum tertiùm, L. Furium Medullinum tertiùm, Q. Servilium Fidenatem iterum, Q. Sulpicium Camerinum iterum. His tribunis ad Vejos nihil admodum memorabile actum eſt. tota vis in populationibus fuit. Duo ſummi imperatores, Potitus a Faleriis, Camillus a Capenâ, prædas ingentes egere, nullâ incolumi relictâ re, cui ferro aut igni noceri poſſet.

U. c. 357. A. C. 395 L. Valerio V. &c. Tr. Mil.

XV. Prodigia interim multa nunciari; quorum pleraque, & quia ſinguli auctores erant, parum credita ſpretaque, & quia, hoſtibus Etruſcis, per quos ea procurarent, aruſpices non erant. in unum omnium curæ verſæ ſunt, quòd lacus in Albano nemore ſine ullis cœleſtibus aquis, causâve quâ aliâ, quæ rem miraculo eximeret, in altitudinem inſolitam crevit. Quidnam eo Dii portenderent prodigio, miſſi ſciſcitatum oratores ad Delphicum oraculum: ſed propior interpres (1) fatis oblatus ſenior quidam Vejens, qui, inter cavillantes in ſtationibus ac cuſtodiis milites Romanos Etruſcoſque, vaticinantis in modum cecinit (2), *Priuſquam ex lacu Albano aqua emiſſa foret, nunquam potiturum Vejis Romanum.* Quod primò, velut temere jactum, ſperni, agitari deinde ſermonibus cœptum eſt; donec unus ex ſtatione Romanâ percunctatus proximum oppidanorum, (jam per longinquitatem belli commercio

Albanus lacus in altitudinem inſolitam creſcit.

Aruſpex Etruſcu

C. 14. (1) Legendum videtur *acciebant*, vel *exciebant*. Clarum eſt ſenſum hîc eſſe, ad partes ſuas trahebant. (2) Sic dicitur *tempeſtas coorta* l. 1. c. 16. *peſtilentia coorta* l. 4. c. 52. & ſimilia. E. (3) Vid. not. 2. ad c. 1. l. 4.

C. 15. (1) Qui fata interpretaretur. (2) Verbum proprium de vaticinantibus.

commercio sermonum facto) quisnam is esset, qui (3) per ambages de lacu Albano jaceret? postquam audivit aruspicem esse, vir haud intacti religione animi, (4) caussatus de privati portenti procuratione, si operæ illi esset, consulere velle, ad colloquium vatem elicuit. Quumque progressi ambo a suis longiùs essent inermes, sine ullo metu; prævalens juvenis Romanus senem infirmum, in conspectu omnium raptum, nequicquam tumultuantibus Etruscis, ad suos transtulit. qui quum perductus ad imperatorem, inde Romam ad senatum missus esset, sciscitantibus, quidnam id esset, quod de lacu Albano docuisset,

Ejus responsum de lacu Albano.

respondit: *Profectò iratos Deos Vejenti populo illo fuisse die, quo sibi eam mentem objecissent, ut* (5) *excidium patriæ fatale proderet. Itaque, quæ tum cecinerit divino spiritu instinctus, ea se nec, ut indicta sint, revocare posse; et tacendo forsitan, quæ Dii immortales vulgari velint, haud minus, quàm celanda effando, nefas contrahi. Sic igitur libris fatalibus, sic disciplinâ Etruscâ traditum esse,* (6) *ut quando aqua Albana abundasset, tum, si eam Romanus ritè emisisset, victoriam de Vejentibus dari. antequam id fiat, Deos mœnia Vejentium deserturos non esse.* (7) Exsequebatur inde, quæ sollennis derivatio esset. Sed auctorem levem, nec satis fidum super tantâ re Patres rati, decrevere, legatos (8) sortesque oraculi Pythici exspectandas.

U. c. 358. A. C. 394. L. Julio II. &c. Tr. Mil.

XVI. Priusquam a Delphis oratores redirent, Albanive prodigii piacula invenirentur, novi tribuni militum consulari potestate, L. Julius Iulus, L. Furius Medullinus quartùm, L. Sergius Fidenas, A. Postumius Regil-

cinantibus. (3) Qui obscura quædam & ambagibus involuta dicta jaceret. Suprà l. 2. c. 12. *quas insidiarum sibi minas per ambages jaceret.* Sed & simpliciter verbum *jacere* usurpatur de brevibus dictis. Quinct. l. 6. c. 3. *in narrando Cicero consistere facetias putat, dicacitatem in jaciendo.* (4) De hâc voce vid. suprà not. 1. ad c. 32. l. 2. de locutione *operæ esse*, not. 7. ad c. 8. l. 4. (5) Alii hîc & alibi edunt *exscidium.* Utrumque rectè dici potest. *Exscidium* est ab *exscindere*, *excidium* ab *excidere*. tam autem *excidere urbem*, quàm *exscindere urbem* optimis scriptoribus in frequenti usu est. (6) Delenda est particula *ut*, quæ vitiosam orationis structuram facit; ni quis putet *ut quando* accipi posse pro *si quando.* [Infinitivum poni post particulam *quum* suprà notavimus, not. 3. ad c. 51. l. 4. aliaque exempla suppeditat doctissimus Cortius in Sallust. Jug. c. 98. Utrùm conjunctio *ut* hoc loco similiter construatur, aliis judicandum relinquo. E.] (7) i. e. pergebat aruspex narrare, quo legitimo modo & diis accepto aqua emitteretur. (8) Vid. suprà not. 2. ad c. 56. l. 1. Pythicus unum ex Apollinis cognominibus, ei inditum vel a serpente Pythone interempto, vel a Græco verbo πυνθάνεσθαι, quod est *sciscitari.*

lensis,

lensis, P. Cornelius Maluginensis, A. Manlius, magistratum inierunt. Eo anno Tarquinienses novi hostes exorti. quia simul multis bellis, Volscorum ad Anxur, ubi præsidium obsidebatur, Æquorum ad Lavicos, qui Romanam ibi coloniam oppugnabant, ad hoc Vejenti quoque & Falisco & Capenati bello occupatos videbant Romanos, nec intra muros quietiora negotia esse certaminibus Patrum ac plebis; inter hæc locum injuriæ rati esse, prædatum in agrum Romanum cohortes expeditas mittunt. aut enim passuros inultam eam injuriam Romanos, ne novo bello se onerarent: aut exiguo, eoque parum valido, exercitu persecuturos. Romanis indignitas major, quàm cura, populationis Tarquiniensium fuit. eo nec magno conatu suscepta, nec in longum dilata res est. A. Postumius & L. Julius non justo delectu, (etenim ab tribunis plebis impediebantur) sed propè voluntariorum, quos adhortando incitaverant, coactâ manu, per agrum Cæretem obliquis tramitibus egressi, redeuntes a populationibus gravesque prædâ Tarquinienses oppressere. multos mortales obtruncant, omnes exuunt impedimentis; &, receptis agrorum suorum spoliis, Romam revertuntur. Biduum ad (1) recognoscendas res datum dominis: tertio incognita (erant autem ea pleraque hostium ipsorum) sub hastâ (2) veniere; quodque inde redactum, militibus est divisum. Cetera bella, maximéque Vejens, incerti exitûs erant. Jamque Romani, desperatâ ope humanâ, fata & Deos spectabant, quum legati ab Delphis venerunt, sortem oraculi afferentes, congruentem responso captivi vatis. *Romane,* (3) *aquam Albanam cave lacu contineri, cave in mare manare suo flumine sinas. emissam per agros rigabis* (4), *dissipatamque rivis extingues. Tum tu insiste audax hostium muris; memor, quam per tot annos obsides urbem, ex eâ tibi his, quæ nunc panduntur, fatis victoriam datam. Bello perfecto, donum amplum*

Apollinis Delphici responsum de lacu Albano.

C. 16. (1) In eâdem re, & verbo *cognoscere* & simplici *noscere* Livius utitur: quemadmodum suprà l. 3. c. 10. infrà l. 10. c. 20 & 36. (2) Hastam in foro poni solere in venditione publicâ notum est. Et quidem quoties Romæ pars aliqua imperii aut jurisdictionis adeò & potestatis summæ exerceretur, *hasta* adhibita signi loco est. (3) Ne sinas aquam vel contineri lacu, vel ipsam sibi viam facere in mare. E. (4) Sic Virg. l. 4. Georg. v. 115. *amicos irriget imbres.* Neque illud absimile est, l. 1. Æn. v. 691. *placidam per membra quietem Irrigat.* Vide sis Salmasii Exerc. Plin. p. 588. Ed. Paris. 1629.

victor

victor ad mea templa portato: ſacraque patria, quorum omiſſa cura eſt, inſtaurata, ut aſſolet, facito.

XVII. Ingens (1) inde haberi captivus vates cœptus, eumque adhibere tribuni militum Cornelius Poſtumiuſque ad prodigii Albani procurationem ac Deos ritè placandos cœpere. Inventumque tandem eſt, ubi neglectas ceremonias intermiſſumve ſollenne Dii arguerent, nihil profectò aliud eſſe, quàm magiſtratus, vitio creatos, (2) Latinas ſacrumque in Albano monte non ritè concepiſſe (3). Unam expiationem eorum eſſe, ut tribuni militum abdicarent ſe magiſtratu, auſpicia de integro repeterentur, & interregnum iniretur. Ea ita facta ſunt ex ſenatusconſulto. Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Servilius Fidenas, M. Furius Camillus. Nunquam deſitum interim turbari, comitia interpellantibus tribunis plebis, donec conveniſſet priùs, ut major pars tribunorum militum ex plebe crearetur. Quæ dum aguntur, concilia Etruriæ ad fanum Voltumnæ habita, poſtulantibuſque Capenatibus ac Faliſcis, ut Vejos communi animo conſilioque omnes Etruriæ populi ex obſidione eriperent, reſponſum eſt: *antea ſe id Vejentibus negaſſe, quia, unde conſilium non petiſſent ſuper tantâ re, auxilium petere non deberent. nunc jam pro ſe* (4) *fortunam ſuam illis negare; maximè in eâ parte Etruriæ* (5). *Gentem inviſitatam, novos accolas Gallos eſſe, cum quibus nec pax ſatis fida,*

C. 17. (1) Vid. not. 3. ad c. 6. l. 4. (2) Latinas ferias; ut infrà l. 38. c. 44. *Latinæ inde fuerunt.* Earum auctor Tarquinius Superbus, qui poſt ictum cum Latinis fœdus (de quo noſter l. 1. c. 52.) cui & Hernici & quidam e Volſcis adſcripti ſunt, ut ejus memoria nunquam aboleretur, commune horum omnium populorum ſacrum inſtituit, quod Jovi Latiali quotannis in monte Albano fieret. Hujus ſacri participes erant ſeptem ſupra quadraginta populi: Romani præerant. Hoc quum celebraretur, ab omni vi ac bello ceſſabatur. [Similitudinem quamdam obſervare licet inter Latinas ferias ludoſque Olympicos. E.] Tarquinius unum diem iis feriis dicaverat: alter adjectus poſt exactos reges; tertius, poſt fœdus cum Latinis a Sp. Coſſo Conſule ictum anno u. c. 261. quartus denique poſt legem de plebeio conſulatu latam. Mos erat ut conſules non antè in provincias proficiſcerentur quàm has ferias indixiſſent & celebraſſent. vid. infrà l. 25. c. 12. (3) Nota proprietatem verbi. Feriæ enim Latinæ *conceptivæ* erant; i. e. non ſtatos ac certos habebant in anno ac menſe dies, ſed quotannis agebantur iis diebus, in quos conſules indixiſſent. (4) Non ſe, ſed præſentem rerum ſuarum ſtatum negare Vejentibus auxilia. (5) Alii hæc verba jungunt cum ſequentibus. Porro quâ in parte Etruriæ non definitur. Quidam delendum cenſent

fida, nec bellum pro certo fit: fanguini tamen nominique & præfentibus periculis confanguineorum id dari, ut, fi qui juventutis fuæ voluntate (6) *ad id bellum eant, non impediant.* Eum magnum adveniffe hoftium numerum, fama Romæ erat. eoque mitefcere difcordiæ inteftinæ metu communi, ut fit, cœptæ. †

P. Licinio offertur tribunatus Mil.

XVIII. Haud invitis Patribus P. Licinium Calvum (1) prærogativa tribunum militum non petentem creant (2), moderationis expertæ in priore magiftratu virum, ceterùm jam tum exactæ ætatis: (3) omnefque deinceps ex collegio ejufdem anni refici apparebat, L. Titinium, P. Mænium, P. Mælium, Cn. Genucium, L. Atilium: qui priufquam renunciarentur, (4) jure vocatis tribubus permiffu

cenfent *τὸ ea.* Sanè menda aliqua ineffe videtur. (6) i. e. fponte eant. ut fuprà l. 3. c. 41 & 69. & paffim apud noftrum. Sic etiam Sall. in Jug. c. 13. *Urbes partim vi, alias voluntate imperio fuo adjungit.*

C. 18. (1) *Prærogativa centuria* eft centuria forte educta, quæ prima rogaretur fuffragium. Hinc patet jam tum immutatum effe ordinem fuffragiorum ab Servio inftitutum, de quo fuprà l. 1. c. 43. fed quonam tempore hæc mutatio facta fuerit, Livius non docet. Aliquando *prærogativæ* quoque *tribûs* mentio fit in comitiis etiam centuriatis: quemadmodum mox *jure vocatæ tribus* memorantur. Poftquam enim centuriæ, quæ primò nihil ad tribuum diftributionem pertinuerant, in iis funt inclufæ, (quâ de re vid. not. 16. ad c. 43. l. 1.) duplex in comitiis centuriatis fortitio facta fuiffe videtur; prima inter tribus, quarum quæ prima forte exiret, *prærogativa tribus* diceretur; altera inter centurias prærogativæ tribûs, earumque quæ prima educebatur *prærogativa centuria* vocabatur, ac prima fuffragium ferebat. Poft eam deinde primæ claffis centuriæ, tum fecundæ, fuo quæque ordine ad fuffragium ferendum vocabantur; ut colligere licet ex Cic. Phil. 2. n. 82. (2) Quidam legi volunt *creat.* Sed *prærogativa creant* dici poteft ut alia hujus generis, quæ collectiva vocant grammatici. Infrà l. 26. c. 22. *quum centuria frequens fucclamaffet, nihil fe mutare fententiæ, eofdemque confules* dicturos *effe.* (3) Hîc nofter memoriâ lapfus videtur: ex iis enim quorum nomina fequuntur, tres quidem priores fuerunt collegæ Licinii. At duo poftremi non eodem quo Licinius anno, fed fequente tribunatum gefferunt. Vid. fuprà c. 12 & 13. (4) Alii jungunt verba *jure vocatis tribubus* cum *renunciarentur,* hoc fenfu: priufquam præco renunciaret ad jure vocatas tribus nomina eorum, qui prærogativæ fuffragiis ad tribunatum vocabantur. Moris enim erat ut, poft fuffragium ab unaquaque tribu vel centuriâ latum, præco fententiam ejus clarâ voce renunciaret. Sed utrùm verbo *renunciare* hâc in re cafus tertius addi debeat, non extra dubium pofitum eft. Porro tribus, centuriæ omnes in comitiis præter prærogativam, *jure vocatæ* dicebantur; inde ducto, ut videtur, nomine, quòd hæ jam jure h. e. legitimo inter fe ordine, non forte prælatæ poftpofitæve, ad fuffragium ferendum vocarentur. *Tribus* ergo *jure vocatæ* in comitiis centuriatis, qualia funt hæc de quibus hoc loco Livius agit, intelligendæ funt

miſſu interregis P. Licinius Calvus ita verba fecit: (5) *Omen concordiæ, Quirites, rei maximè in hoc tempus utili, memoriâ noſtri magiſtratûs vos his comitiis petere in inſequentem annum video.* (6) *Si collegas eoſdem reficitis, etiam uſu meliores factos; me jam non eundem, ſed umbram nomenque P. Licinii relictum videtis. vires corporis affectæ* (7), *ſenſus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtuſus. En vobis,* inquit, *juvenem,* filium tenens, *effigiem atque imaginem ejus, quem vos antea tribunum militum ex plebe primum feciſtis. Hunc ego, inſtitutum diſciplinâ meâ, vicarium pro me Reipublicæ do dicoque. Voſque quæſo, Quirites, delatum mihi ultro honorem huic petenti,* (8) *meiſque pro eo adjectis precibus, mandetis.* Datum id petenti patri; filiuſque ejus P. Licinius tribunus militum conſulari poteſtate cum iis, quos ſuprà ſcripſimus, declaratus. Titinius Genuciuſque tribuni militum, profecti adversùs Faliſcos Capenateſque, dum bellum majore animo gerunt, quàm conſilio, (9) præcipitavere in inſidias. Genucius, morte honeſtâ temeritatem luens, ante ſigna inter primores cecidit. Titinius, in editum tumulum ex multâ trepidatione militibus collectis, aciem reſtituit; nec ſe tamen æquo loco hoſti commiſit. Plus ignominiæ erat, quàm cladis, acceptum; quæ propè in cladem ingentem vertit; tantum inde terroris non Romæ modò, quò multiplex fama pervenerat, ſed in caſtris quoque fuit ad Vejos. Ægre ibi miles retentus a fugâ eſt, quum pervaſiſſet caſtra rumor, ducibus exercituque cæſo, victorem Capenatem ac Faliſcum Etruriæque omnem juventutem haud procul inde abeſſe. His tumultuoſiora

Ejus filio, petente patre, mandatur.

U. c. 359.
A. C. 393.
P. Licinio &c. Tr. Mil.

Apud Faliſcos malè res geſta.

ſunt ex tribus, ex quibus centuriæ non ſorte, ſed ſuo quæque ordine, ut quæque maximi erat cenſûs, ad ſuffragium ferendum citabantur. (5) Video vos, ex memoriâ noſtri magiſtratûs concordiſſimè acti petere in his comitiis omen concordiæ in inſequentem annum, dum eoſdem collegas reficitis. *Petere omen concordiæ, rei utili,* eodem modo dictum eſt quo *quærere locum ſeditioni,* & ſimilia multa. [Ruddimannus dedit *utilis*; neſcio an conſultò. id verò, ſi codices ſcripti ferrent, mallem: tumque *his comitiis* caſu tertio accipiendum foret. *petere his comitiis omen concordiæ in inſequentem annum.* E.] (6) Ante Drakenborchium locus diſtinguebatur, *video, ſi collegas eoſdem reficitis, etiam uſu meliores factos. Me jam* &c. Ille autem interpunctionem hoc modo mutavit; *video. Si...factos, me jam* &c. cui & ego aſſentior; modò paullo major diſtinctio poſt *factos* fiat: ſupplendum enim exiſtimo *videbitis, reperietis eos,* aut quid ſimile. E. (7) Vid. not. 8. ad c. 10. ſuprà. (8) Gronovius & Drakenborchius malunt *meis quoque,* ita ut voces *meis adjectis precibus* caſu ſexto accipiantur. (9) Verbum *præcipitare* ſæpius abſolutè ſine caſu uſurpari ſuprà obſervatum eſt, ad

tuosiora Romæ, jam castra ad Vejos oppugnari, jam partem hostium tendere ad urbem agmine infesto, crediderant: concursumque in muros est, & matronarum, quas ex domo conciverat publicus pavor, obsecrationes in templis factæ: precibusque ab Diis petitum, ut exitium ab urbis tectis templisque ac mœnibus Romanis arcerent, (10) Vejosque eum averterent terrorem, si sacra renovata ritè, si procurata prodigia essent.

XIX. Jam (1) ludi Latinæque instauratæ erant: jam ex lacu Albano aqua emissa in agros, (2) Vejosque fata appetebant. Igitur, fatalis dux ad excidium illius urbis (3) servandæque patriæ, M. Furius Camillus dictator dictus magistrum equitum P. Cornelium Scipionem dixit. *Camillus dictator.* Omnia repentè mutaverat imperator mutatus. alia spes, alius animus hominum, fortuna quoque alia urbis videri. Omnium primum in eos, qui a Vejis in illo pavore fugerant, (4) more militari animadvertit, effecitque (5), ne hostis maximè timendus militi esset. deinde, indicto delectu in diem certam, ipse interim Vejos ad confirmandos militum animos intercurrit: inde Romam ad scribendum novum exercitum redit, nullo detrectante militiam. Peregrina etiam juventus, Latini Hernicique, operam suam pollicentes ad id bellum, venere; quibus quum gratias in senatu egisset dictator, satis jam omnibus ad id bellum paratis, (6) ludos magnos ex senatusconsulto vovit Vejis captis se facturum; ædemque (7) Matutæ matris refectam

ad c. 43. l. 3. Sic infrà l. 6. c. 30. *ipsi in insidias præcipitavere.* (10) *Vejos averterent*, ut suprà l. 1. c. 40. *cum intentus in eum se rex totus averteret.* Pleniùs alibi exprimitur non modò *in quem* aliquis *avertitur*, sed etiam *a quo:* ut suprà l. 2. c. 5. *a ceteris in se averterant omnium oculos.*

C. 19. (1) Ludi qui Latinas ferias comitari solebant. Porro *ludi Latinæque instauratæ* eodem modo dictum est, quo *legatos sortesque exspectandas* suprà c. 15. (2) Gronovius scribendum censet *Vejisque;* ut apud Plaut. Aulul. 1. 1. 36. *propinqua partitudo cui appetit.* *Appetere* pro imminere, instare, accedere, frequens est; quo sensu sæpius absolutè ponitur: quemadmodum infrà c. 44. *ubi nox appetit.* (3) Et ad servandam patriam. Alludit ad ereptam Gallis a Camillo Romam. (4) Sic infrà c. 47. *in omnes more militari se animadversurum.* forsitan *decimatione.* (5) Xenophon refert Clearchum dicere solitum esse, ὡς δέοι τὸν στρατιώτην φοβεῖσθαι μᾶλλον τὸν ἄρχοντα, ἢ τοὺς πολεμίους. de Exp. Cyri l. 2. p. 290. (6) Vid. not. 2. ad c. 27. l. 4. (7) Hæc fuit Ino, Cadmi filia, Athamantis uxor; Græcis Λευκοθέα: de quâ vid. Ovid. l. 4. Metam. Matutino tempori præfuit. Lucret. l. 5. v. 654. *Tempore item certo roseam Matuta per oras Ætheris auroram*

tam dedicaturum, jam antè ab rege Ser. Tullio dedicatam. Profectus cum exercitu ab urbe exſpectatione hominum majore (8), quàm ſpe, in agro primùm Nepeſino cum Faliſcis & Capenatibus ſigna confert. Omnia ibi † ſummâ ratione conſilioque acta fortuna etiam, ut fit, ſecuta eſt (9). non prœlio tantùm fudit hoſtes, ſed caſtris quoque exuit, ingentique prædâ eſt potitus; cujus pars maxima ad quæſtorem redacta eſt (10): haud ita multum militi datum. Inde ad Vejos exercitus ductus, denſioraque caſtella facta; & a procurſationibus, quæ multæ temere inter murum ac vallum fiebant, edicto, ne quis injuſſu pugnaret, ad opus milites traducti. Operum fuit omnium longè maximum ac laborioſiſſimum, cuniculus in arcem hoſtium agi cœptus. quod ne intermitteretur opus, neu ſub terrâ continuus labor eoſdem conficeret, in partes ſex (11) munitorum numerum diviſit: ſenæ horæ (12) in orbem operi attributæ ſunt: nocte ac die nunquam antè omiſſum, quàm in arcem viam facerent.

Cuniculum in arcem Vejorum agit.

XX. Dictator, quum jam in manibus videret victoriam eſſe, urbem opulentiſſimam capi, tantumque prædæ fore, quantum non omnibus in unum collatis antè bellis fuiſſet; ne quam inde aut militum iram (1) ex malignitate prædæ partitæ, aut invidiam apud Patres ex prodigâ largitione caperet, literas ad ſenatum miſit: *Deûm immortalium benignitate, ſuis conſiliis, patientiâ militum, Vejos jam fore in poteſtate populi Romani. quid de prædâ faciendum cenſerent?* Duæ ſenatum diſtinebant ſententiæ: (2) ſenis P. Licinii, quem primum dixiſſe a filio interrogatum ferunt, *edici palam placere populo, ut, qui particeps eſſe prædæ vellet, in caſtra Vejos iret:* altera Ap. Claudii, qui, largitionem novam, prodigam,

Deliberatio de prædâ Vejorum.

auroram defert, & lumina pandit. (8) Hominibus potiùs anxiè exſpectantibus eventum, quàm multum boni ſperantibus. E. (9) Similis ſententia ſuprà fuit l. 4. c. 37. *fortuna, ut ſæpe aliàs, virtutem eſt ſecuta.* (10) Quæſtori tradita eſt & in publicum redacta. (11) Infrà l. 7. c. 23. *qui pro munitoribus intenti armatique ſteterant.* (12) Sic infrà l. 6. c. 4. *quum in ſex partes diviſas exercitus Romanus ſenis horis* in orbem *ſuccederet prœlio*: & alibi ſæpe.

C. 20. (1) Ex malignâ, i. e. nimiùm parcâ prædæ partitione. vid. not. 2. ad c. 63. l. 3. (2) Codices aliquot habent, *una ſenis* &c. ſed eam voculam integriores ignorant. Hujuſmodi ellipſes Livius optimique ſcriptores amant. Sic ſuprà l. 3. c. 37. *virgis cædi, alii ſecuri ſubjici.* Similiter Salluſt. in Jug. c. 31. *incedunt per ora veſtra magnificè, ſacerdotia & conſulatus,* *pars*

prodigam, inæqualem, inconſultam arguens, ſi (3) ſemel nefas ducerent captam ex hoſtibus in ærario exhauſto bellis pecuniam eſſe, auctor erat ſtipendii ex eâ pecuniâ militi numerandi, ut eo minus tributi plebes conferret. *Ejus enim doni ſocietatem ſenſuras æqualiter omnium domos: non avidas* (4) *in direptiones manus otioſorum urbanorum prærepturas fortium bellatorum præmia eſſe: quum ita ferme eveniat,* (5) *ut ſegnior ſit prædator, ut quiſque laboris periculique præcipuam petere partem ſoleat.* † Licinius contrà, *ſuſpectam & inviſam ſemper eam pecuniam fore*, aiebat; *cauſaſque criminum* (6) *ad plebem, ſeditionum inde ac legum novarum, præbituram. Satius igitur eſſe, reconciliari eo dono plebis animos: exhauſtis atque exinanitis tributo tot annorum ſuccurri: et ſentire prædæ fructum ex eo bello, in quo propè conſenuerint. gratius id fore lætiuſque, quod quiſque ſuâ manu ex hoſte captum domum retulerit, quàm ſi multiplex alterius arbitrio accipiat.* † *Ipſum dictatorem* (7) *fugere invidiam ex eo criminaque. eo delegaſſe ad ſenatum. Senatum quoque debere* (8) *rejectam rem ad ſe permittere plebi, ac pati habere, quod cuique fors belli dederit.* Hæc tutior viſa ſententia eſt, quæ popularem ſenatum faceret. Edictum itaque eſt, ad prædam Vejentem, quibus videretur, in caſtra ad dictatorem proficiſcerentur.

XXI. Ingens profecta multitudo replevit caſtra. Tum dictator, auſpicatò egreſſus, quum edixiſſet, ut arma milites caperent, *Tuo ductu*, inquit, *Pythice Apollo, tuoque numine inſtinctus pergo ad delendam urbem Vejos: tibique hinc decimam partem prædæ voveo. Te ſimul, Juno Regina, quæ nunc Vejos colis, precor, ut nos victores in noſtram, tuamque mox futuram, urbem ſequare: ubi te dignum amplitudine* *Vejorum exſcidium.*

pars triumphos ſuos oſtentantes. (3) Quid de hoc loco cenſuerint alii interpretes neſcio. Ego τὸ *ſemel* ſic accipiendum arbitror: ſi *omnino* nefas ducerent pecuniam iſtam in ærarium redigere, ita ut de eâ re ne quidem cogitare vellent. *Semel* ſæpe uſurpatur, quemadmodum ἅπαξ apud Græcos, pro παντελῶς. E. (4) Vid. ſuprà not. 1. ad c. 54. l. 4. (5) Ut, quo quiſque ad laborem capeſſendum periculaque adeunda promptior eſt, eo ſegnior plerumque ſit ad prædandum. Poſterius *ut* idem ſonat ac *prout.* Similem autem ſententiam vid. apud Xenoph. de Cyri Inſtit. l. 7. p. 181. ἐν τῇ ἁρπαγῇ εὖ οἶδ' ὅτι οἱ πονηροὶ πλεονεκτήσειαν ἄν. (6) *Crimina ad plebem* ſunt quorum quis apud plebem accuſatur. Ita *criminari ad plebem* ſuprà eſt l. 3. c. 9 & 31. Similiter *reus ad populum* l. 2. c. 54. (7) Vitare velle ne ex eo ſibi invidia criminationeſque creentur. (8) Sic ſuprà l. 2. c 22. *de fœdere rem ad novos magiſtratus rejicerent.* & alibi ſæpe.

tuâ

tuâ templum accipiat (1). Hæc precatus, (2) ſuperante multitudine, ab omnibus locis urbem aggreditur, quo minor ab cuniculo ingruentis periculi ſenſus eſſet. Vejentes, ignari ſe jam ab ſuis vatibus, jam ab externis oraculis proditos, jam in partem prædæ ſuæ vocatos Deos (3), alios votis ex urbe ſuâ evocatos (4) hoſtium templa novaſque ſedes ſpectare (5), ſeque ultimum illum diem agere; nihil minùs timentes, quàm ſubrutis cuniculo mœnibus arcem jam plenam hoſtium eſſe, in muros pro ſe quiſque armati diſcurrunt; mirantes quidnam id eſſet, quòd, quum tot per dies nemo ſe ab ſtationibus (6) Romanis moviſſet, tum, velut repentino icti furore, improvidi currerent ad muros. Inſeritur huic loco fabula: immolante rege Vejentium, vocem aruſpicis dicentis, *qui ejus hoſtiæ exta proſecuiſſet* (7), *ei victoriam dari*, exauditam in cuniculo, moviſſe Romanos milites, ut, adaperto cuniculo, exta raperent, & ad dictatorem ferrent. Sed in rebus tam antiquis,
† ſi, quæ ſimilia (8) veri ſint, pro veris accipiantur, ſatis habeam. (9) Hæc ad oſtentationem ſcenæ, gaudentis miraculis, aptiora, quàm ad fidem, neque affirmare neque refellere eſt operæ pretium. Cuniculus, delectis militibus eo tempore plenus, in æde Junonis, quæ in Vejentanâ

C. 21. (1) Ita urbs, caſtra, dicuntur accipere eum qui ingreditur. ſuprà l. 1. c. 60. *liberatorem urbis læta caſtra accepere.* (2) *Superat multitudo* quæ ſupereſt, abundat. ſic ſuprà l. 3. c. 5. infrà c. 38. Similiter Salluſt. in Catil. c. 20. *illis divitias ſuperare.* (3) Deos *alios* vocatos in partem prædæ ſuæ, *alios* votis evocatos &c. Vid. not. 2. ad cap. præc. *Deos vocatos in partem prædæ* h. e. ut partem prædæ acciperent, parte prædæ Diis votâ. Sic Virg. l. 3. Æn. v. 222. *Divos ipſumque vocamus In partem prædamque Jovem. In partem vocare* locutio eſt ex jure deſumpta, ac ponitur pro participem facere. Cic. pro Cæc. c. 4. *itaque in partem mulieres vocatæ ſunt.* (4) Docet Macrobius l. 3. Saturn. c. 9. morem Romanorum arcanum & multis ignotum fuiſſe, ut, quum obſiderent urbem hoſtium, eamque jam capi poſſe confiderent, certo carmine evocarent tutelares deos: quòd aut aliter urbem capi poſſe non crederent, aut, ſi poſſet, nefas æſtimarent deos habere captivos. Numinibus autem evocatis, urbes exercitusque hoſtium devovebant. (5) Sic infrà l. 6. c. 24. *quid vallum & caſtra ſpectatis?* (6) Potiùs *Romanus*; quemadmodum codices aliquot præferunt. vid. not. 3. ad c. 60. l. 3. (7) Verbum ſacrificiorum proprium. Græci dicunt σπλαγχνων ἀπαρξασθαι. *Proſecta*, ſive *proſiciæ*, ſunt exta quæ aris dantur, ex fibris pecudum diſſecta. Vid. Briſſon. de form. l. 1. p. 24. & Salmaſii Plin. Exerc. p. 127. & ſeq. (8) Aliter dixit *ſimilia veris* l. 10. c. 20. Sed Livium alioſque voci *ſimilis* modò ſecundum, modò tertium caſum jungere, nullo habito diſcrimine, paſſim obſervare licet. (9) Similem ſententiam vid. ſuprà in præfat.

(10) Potiùs

jentanâ arce erat, armatos repentè edidit. & pars averſos in muris invadunt hoſtes: pars clauſtra portarum revellunt: pars, quum ex tectis ſaxa tegulæque a mulieribus ac ſervitiis jacerentur, inferunt ignes. Clamor omnia variis terrentium ac paventium vocibus, mixto mulierum ac puerorum ploratu, complet. Momento temporis dejectis ex muro undique armatis, patefactiſque portis, quum alii agmine irruerent, alii deſertos ſcanderent muros, urbs hoſtibus impletur, omnibus locis pugnatur. Deinde, multâ jam editâ cæde, ſeneſcit pugna: & dictator præcones edicere jubet, ut ab inermi abſtineatur. is finis ſanguinis fuit. Dedi inde inermes cœpti: & ad prædam miles permiſſu dictatoris diſcurrit. quæ quum ante oculos ejus aliquantum ſpe atque opinione major, majoriſque pretii rerum ferretur, dicitur manus ad cœlum tollens precatus eſſe; *ut, ſi cui Deorum hominumque* (10) *nimia ſua fortuna populique Romani videretur,* (11) *ut eam invidiam lenire, quàm minimo ſuo privato incommodo publicoque, populo Romano liceret.* (12) Convertentem ſe inter hanc venerationem, traditur memoriæ, prolapſum cecidiſſe: idque omen pertinuiſſe poſtea eventu rem conjectantibus viſum ad damnationem ipſius Camilli, captæ deinde urbis Romanæ, quod poſt paucos accidit annos, cladem. Atque ille dies cæde hoſtium ac direptione urbis opulentiſſimæ eſt conſumptus.

(10) Potiùs *hominumve.* atque ita eſt in uno codice. (11) Ut ipſe populuſque Romanus defungerentur quàm minimo fieri poſſet infortunio. Aliter locus vulgo edebatur, ſic; *lenire ſuo privato incommodo quàm minimo publico populi Romani liceret.* h. e. ut eam invidiam ſuo privato incommodo potiùs, quàm vel minimo publico, lenire & luere Camillum ſinerent. vid. not. 2. ad c. 40. l. 3. Et ita fere hoc votum concipiunt & Valerius Max. & Plutarchus. Similiter etiam infrà l. 45. c. 41. Paullus Æmilius dicit, *illud optavi, ut, quum ex ſummo retro volvi fortuna conſueſſet, mutationem ejus domus mea potiùs, quàm reſpublica, ſentiret.* [Fateor vulgatam lectionem, quam Crevierius retinuit, mihi quoque præferendam videri, ut quæ ſenſum præbeat & Livio & Camillo digniorem. Nec ab eâ tam longè recedunt ſcripturæ quorundam codicum. Unus habet *lenire minimo ſuo privato quàm publico incommodo Romani populi liceret:* et hoc ipſum ita vertiſſe videtur Plutarchus; ἐυχομαι ταυτην [την νεμεσιν]...εἰς ἐμαυτον ἐλαχιστῳ κακῳ τελευτησαι. E.] (12) Solebant Romani poſt precationes convertere ſe & circumagere in dextram partem, ut teſtatur Plut. in Cam. & Marcel. Vide ſis Briſſon. de form. l. 1. p. 37.

XXII. Poſtero die libera corpora dictator ſub coronâ vendidit. ea ſola pecunia in publicum redigitur, haud ſine irâ plebis. & (1) quod retulere ſecum prædæ, nec duci, qui ad ſenatum, malignitatis auctores quærendo, rem arbitrii ſui rejeciſſet; nec ſenatui, ſed Liciniæ familiæ, ex quâ filius ad ſenatum retuliſſet, pater tam popularis ſententiæ auctor fuiſſet, acceptum referebant. Quum jam humanæ opes egeſtæ (2) a Vejis eſſent, amoliri tum Deûm dona ipſoſque Deos, ſed colentium magis, quàm rapientium, modo, cœpere. namque delecti ex omni exercitu juvenes, purè lautis corporibus, candidâ veſte, quibus deportanda Romam Regina Juno aſſignata erat, venerabundi templum iniere, primò religioſè admoventes manus: quòd id (3) ſignum more Etruſco, niſi certæ gentis ſacerdos, attrectare non eſſet ſolitus. dein quum quidam, ſeu ſpiritu divino tactus, ſeu juvenili joco, *Viſne Romam ire Juno?* dixiſſet, annuiſſe ceteri Deam conclamaverunt: inde fabulæ adjectum eſt, vocem quoque dicentis, *Velle*, auditam. motam certè ſede ſuâ parvi molimenti adminiculis, (4) ſequentis modo, accepimus levem ac facilem tranſlatu fuiſſe: integramque in Aventinum, æternam ſedem ſuam, quò vota Romani dictatoris vocaverant, perlatam, ubi templum ei poſtea idem, qui voverat, Camillus dedicavit. Hic Vejorum occaſus fuit, urbis opulentiſſimæ Etruſci nominis, magnitudinem ſuam vel ultimâ clade indicantis: quòd (5) decem æſtates hiemeſque continuas circumſeſſa, quum plus aliquanto cladium intuliſſet, quàm accepiſſet, poſtremò, jam fato tum denique urgente, operibus tamen, non vi, expugnata eſt.

Dii Vejis ablati.

C. 22. (1) De locutione *quod prædæ* vid. not. 4. ad c. 2. ſuprà. Iraſcebatur plebs propter illam prædæ partem quæ in publicum redacta fuit; quin pro eo quod ſecum retulere nec Camillo nec ſenatui gratiam habebant, ſed Liciniæ familiæ. Non Camillo acceptum referebant, quòd rem ſui arbitrii rejeciſſet ad ſenatum, ejus nempe auctoritate malignitatem ſuam in partitione prædæ tegere volens. vid. not. 1. ad c. 20. ſuprà. E. (2) Sic infrà l. 6. c. 3. *prædam ex hoſtium tectis egerentem.* (3) Junonis nempe ſtatuam. Mox *non...niſi* pro *nemo niſi.* (4) Tanquam non auferretur, ſed ſponte ſequeretur. (5) Veji decimo quidem anno poſtquam obſideri cœpti erant, ab Romanis capti ſunt. At hibernacula tertio obſidionis anno ædificari cœpta. Itaque octo, non decem, *æſtates hiemeſque continuas* circumſeſſi fuere.

XXIII. Romam

XXIII. Romam ut nunciatum eſt, Vejos captos, (1) quanquam & prodigia procurata fuerant, & vatum reſponſa, & Pythicæ ſortes notæ; &, quantum humanis adjuvari conſiliis potuerat res, ducem M. Furium, maximum imperatorum omnium, legerant; tamen, quia tot annis (2) variè ibi bellatum erat, multæque clades acceptæ, velut ex inſperato immenſum gaudium fuit: &, priuſquam ſenatus decerneret, plena omnia templa Romanarum matrum, grates Diis agentium, erant. Senatus in quatriduum, quot dierum nullo antè bello, ſupplicationes decernit. Adventus quoque dictatoris, omnibus ordinibus obviàm effuſis, celebratior, quàm ullius unquam antea fuit: triumphuſque omnem conſuetum honorandi diei illius modum aliquantum exceſſit. Maximè conſpectus (3) ipſe eſt, curru equis albis juncto urbem invectus: (4) parumque id non civile modò, ſed humanum etiam, viſum. Jovis Soliſque equis æquiparari dictatorem, in religionem etiam trahebant: triumphuſque ob eam unam maximè rem clarior, quàm gratior, fuit. Tum Junoni Reginæ templum in Aventino locavit, dedicavitque (5) Matutæ Matri. atque, his divinis humaniſque rebus geſtis, dictaturâ ſe abdicavit. Agi deinde de Apollinis dono cœptum. cui ſe decimam voviſſe prædæ partem quum diceret Camillus, pontifices ſolvendum religione populum cenſerent; haud facilè inibatur ratio jubendi referre prædam populum, ut ex eâ pars debita in ſacrum ſecerneretur. tandem eò, quod leviſſimum videbatur, decurſum eſt, ut, qui ſe domumque religione exſolvere vellet, quum ſibimet ipſe prædam æſtimaſſet ſuam, decimæ pretium partis in publicum deferret: ut ex eo donum aureum, dignum amplitudine templi ac numine Dei, ex dignitate populi Romani fieret. Ea quoque collatio plebis animos a Camillo alienavit. Inter hæc pacificatum legati a Volſcis & Æquis venerunt: impetrataque pax, magis ut feſſa tam diutino bello acquieſceret civitas, (6) quàm quòd digni peterent.

Dictator triumphat.

Decima prædæ pars Apollini data.

C. 23. (1) *Quanquam* ille eventus *ſperari* debuerat ob cauſas jam dicendas, tamen velut *ex inſperato* immenſum gaudium fuit. E. (2) *Variè bellare* eſt variâ victoriâ, quum modò Romani, modò Vejentes ſuperiores eſſent, bellum gerere. Suprà l. 1. c. 33. infrà c. 28. (3) Vid. not. 5. ad c. 47. l. 1. (4) Parum conveniens non ſolùm civis modeſtiæ, ſed etiam hominis conditioni. (5) Supple *ædem.* Hanc autem dedicavit ex ſenatuſconſulto ſuprà c. 19. memorato. (6) Quàm quòd illi peterent, qui merebantur ut pacem impetrarent.

U. c. 360. A. C. 392. P. Cornelio Coſſo &c. Tr. Mil.

XXIV. Vejis captis, ſex tribunos militum conſulari poteſtate inſequens annus habuit, duos P. Cornelios, Coſſum & Scipionem, M. Valerium Maximum iterum, K. Fabium Ambuſtum tertiùm, L. Furium Medullinum

Varia bella.

quintùm, Q. Servilium tertiùm. Corneliis Faliſcum bellum, Valerio ac Servilio Capenas ſorte evenit. ab iis non urbes vi aut operibus tentatæ, ſed ager eſt depopulatus, prædæque rerum agreſtium actæ. nulla (1) felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. Ea clades Capenatem populum ſubegit. pax petentibus data. In Faliſcis bellum

Seditio domi.

reſtabat. Romæ interim multiplex ſeditio erat: cujus leniendæ causâ coloniam in Volſcos, quò tria millia civium Romanorum ſcriberentur, deducendam cenſuerant: triumvirique ad id creati terna jugera & (2) ſeptunces viritim diviſerant. Ea largitio ſperni cœpta; quia ſpei majoris avertendæ ſolatium objectum cenſebant. *Cur enim rele-*

Vejos tranſmigrare plebs Romana cupit.

gari plebem in Volſcos, quum pulcherrima urbs Veji agerque Vejentanus in conſpectu ſit, uberior ampliorque Romano agro? Urbem quoque urbi Romæ, vel ſitu, vel magnificentiâ publicorum privatorumque tectorum ac locorum, præponebant. quin (3) illa quoque actio movebatur, quæ poſt captam utique Romam a Gallis celebratior fuit, tranſmigrandi Vejos. Ceterùm, partim plebi, partim ſenatui deſtinabant habitandos Vejos; duaſque urbes communis reipublicæ in-

Obſiſtunt optimates.

coli a populo Romano poſſe. Adversùs quæ (4) quum optimates ita tenderent, ut *morituros ſe citiùs* dicerent *in conſpectu populi Romani, quàm quicquam earum rerum rogaretur. quippe nunc in unâ urbe tantum diſſenſionum eſſe; quid in*

C. 24. (1) *Felices* arbores ſunt quæ fructum ferunt; *infelices*, quæ non ferunt. ſuprà l. 1. c. 26. (2) Septem uncias, i. e. ſeptem duodecimas jugeri partes. *Uncia* eſt duodecima pars libræ, vel cujuſcunque rei. (3) Ad populum quoque agi cœptum de illâ re, quæ poſt captam præcipuè a Gallis Romam majore animorum motu & frequentioribus vulgò ſtudiis agitata eſt, nempe de migrando Vejos. (4) Pendet oratio uſque ad hæc verba, *nulla res alia plebem manibus temperare cogebat.* Quum autem nimium diſtaret poſterius hujus periodi membrum a priore, ob eam rem, abſolutâ oratiunculâ optimatum, Livius revocat prioris membri memoriam his verbis, *hæc quum fœdis certaminibus agerentur.* Hujuſmodi repetitiones, propter plura interpoſita antequam cœptæ periodi pars altera compareat, apud Livium optimoſque ſcriptores frequenter occurrunt. Sic ſuprà l. 1. c. 49. *Octavio Mamilio (is longe princeps* &c.) *ei Mamilio filiam nuptum dat.* l. 3. c. 19. *Si quis vobis humillimus homo de veſtrâ plebe (quam partem* &c.) *ſi quis ex iis nunciaret.* Ejuſdem generis eſt illud in Act. Apoſt.

in duabus fore? Victamne ut quisquam victrici patriæ præferret? sineretque, majorem fortunam captis esse Vejis, quàm incolumibus fuerit? Postremò, se relinqui a civibus in patriâ posse: ut relinquant patriam atque cives (5), *nullam vim unquam subacturam; et T. Sicinium* (is enim ex tribunis plebis rogationis ejus lator erat) *conditorem Vejos sequantur, relicto Deo Romulo, Dei filio, parente et auctore urbis Romæ.* (6) hæc quum fœdis certaminibus agerentur, (nam partem tribunorum plebis Patres in suam sententiam traxerant) nulla res alia manibus temperare plebem cogebat, quàm quòd, ubi rixæ committendæ causâ clamor ortus esset, principes senatûs, primi turbæ offerentes se, peti, feriri, atque occidi jubebant. ab horum ætatibus dignitatibusque & honoribus violandis dum abstinebatur, & ad reliquos similes conatus verecundia iræ obstabat; Camillus identidem omnibus locis concionabatur: *Haud mirum id quidem esse, furere civitatem, quæ,* (7) *damnata voti, omnium rerum potiorem curam, quàm religione se exsolvendi, habeat.* (8) *Nihil de collatione dicere,* (9) *stipis veriùs, quàm decumæ; quando eâ se quisque privatim obligaverit, liberatus sit populus. Enimvero, illud se tacere, suam conscientiam non pati: quòd ex eâ tantùm prædâ, quæ* (10) *rerum moventium*

Religio injecta a Camillo de decimâ prædæ Vejentanæ.

Apost. c. 4. v. 10. ἐν τω ὀνοματι Ιησου Χριστου του Ναζωραιου (ὁν ὑμεις &c.) ἐν τουτω οὑτος παρεστηκεν ἐνωπιον ὑμων ὑγιης. (5) i. e. illam partem civium, quæ Romæ mansura erat. (6) Malè hîc Drakenborchius aliique initium statuunt capitis seq. Vid. not. 4. suprà. In editione Crevierianâ incipit cum verbis *Camillus identidem.* E. (7) *Damnatus voti* dicitur qui, ejus quod a Diis precatus erat compos factus, ideo obligatur ad persolvendum votum. Sic Virg. Ecl. 5. v. 80. *damnabis tu quoque votis.* [Aliter dicitur *voti reus:* neque enim rectè discrimen inter has duas phrases Macrobius statuisse videtur. vid. Brisson. de form. l. 1. p. 102. Forsitan lector sacrarum literarum studiosus haud pigebit conferre illud, Psalm. 65. v. 2. ולך ישלם נדר τῷ Virgilii *damnabis tu quoque votis* respondens. Mirè autem sententiam exornat regius vates *Laudis* prosopopœiâ. Illa silens fidensque exspectat, donec persolvenda sint vota, quorum profectò damnabitur quicunque Deum Israëlis invocaverit; tum demum gloriam ejus cantatura. E.] (8) Se non ideo dicere civitatem nondum religione exsolutam esse, quòd promissam decumam non contulerint cives (nam hujus voti liberatum esse populum, quum quisque eâ collatione se privatim obligaverit; quamvis minoris prædam æstimando stipem potiùs, quàm decumam, contulerint) sed quòd decumæ rerum immobilium, quæ publicè Apollini solvenda est, nulla mentio fiat. (9) *Stips* dicitur nummus exiguus quem Diis & ad res sacras offerebant, vel etiam mendicis porrigebant. infrà l. 25. c. 12. Suet. in Aug. c. 91. (10) *Res moventes* sunt res mobiles. *Quæ moveri possunt* vocantur Nepoti in Themist. c. 2.

(11) Potiùs

ventium sit, decuma designetur: urbis atque agri capti, quæ & ipsa voto contineatur (11), *mentionem nullam fieri.*

XXV. Quum ea disceptatio, anceps senatui visa, delegata ad pontifices esset; adhibito Camillo, visum collegio, (1) quod ejus ante conceptum votum Vejentium fuisset, & post votum in potestatem populi Romani venisset, ejus partem decimam Apollini sacram esse. Ita in æstimationem urbs agerque venit: pecunia ex ærario prompta, & tribunis militum consularibus, ut aurum ex eâ coëmerent, negotium datum. cujus quum copia non esset, matronæ, cœtibus ad eam rem consultandam habitis, (2) & communi decreto pollicitæ tribunis militum aurum & omnia ornamenta sua, in ærarium detulerunt. Grata ea res, ut quæ maximè senatui unquam, fuit: honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut (3) pilento ad sacra ludosque, carpentis (4) festo profestoque uterentur. Pondere ab singulis auri accepto æstimatoque, ut pecuniæ solverentur, crateram auream fieri placuit, quæ donum Apollini Delphos portaretur. Simul ab religione animos remiserunt, integrant seditionem tribuni plebis: incitatur multitudo in omnes principes, ante alios in Camillum. *Eum prædam Vejentanam* (5) *publicando sacrandoque ad nihilum redegisse.* (6) absentes ferociter increpant: præsentium, quum se ultro iratis offerrent, verecundiam habent. (7) Simul extrahi rem ex eo anno viderunt, tribunos plebis latores legis (8) in annum eosdem reficiunt. & Patres hoc

Donum Apollini decretum.

Ad id matronæ aurum suum conferunt.

Seditio redintegrata.

(11) Potiùs *contineantur;* quemadmodum & codices aliquot præferunt, atque ita *quæ ipsa* accipienda forent de urbe agroque, in numero multitudinis, genere neutro.

C. 25. (1) Quod ex totâ illa prædâ. ut suprà c. 22. *quod prædæ.* (2) Quidam codices habent *e;* quod probum videtur. *E communi decreto,* ut *ex collegii sententiâ* suprà l. 4. c. 53. Alibi librarios eas voculas confundere solitos esse constat. (3) *Pilenta* erant *carpentis* elegantiora ac molliora; vehicula pensilia, & quatuor rotis instructa. Virg. l. 8. Æn. v. 666. *Pilentis matres in mollibus.* (4) Indifferenter diebus festis profestisque. *Festi* dies dicebantur qui Diis dicati erant; *profesti,* qui hominibus ad administrandam rem privatam publicamque concessi erant. *Intercisi* erant Deorum hominumque communes. Ceterùm hoc juris postea immutatum. vid. l. 34. c. 1. & seq. (5) In ærarium redigendo. (6) Principes absentes ferociter increpat multitudo. (7) Simul ac viderunt rem ita dilatam ut eo anno peragi non posset. *Simul,* pro simul atque, ut passim. (8) Vid. not. 4. ad c. 55. l. 4. Per *legem* intellige rogationem tribuniciam

hoc idem de (9) intercessoribus legis annisi. ita tribuni plebis magnâ ex parte iidem refecti. U. c. 361. A. C. 391. M. Furio Camillo IV. &c. Tr. Mil.

XXVI. Comitiis tribunorum militum Patres summâ ope evicerunt, ut M. Furius Camillus crearetur. propter bella simulabant parari ducem, sed largitioni tribuniciæ adversarius quærebatur. Cum Camillo creati tribuni militum consulari potestate, L. Furius Medullinus sextùm, C. Æmilius, L. Valerius Publicola, Sp. Postumius, P. Cornelius iterum. Principio anni tribuni plebis nihil moverunt, donec M. Furius Camillus in Faliscos, cui id bellum mandatum erat, proficisceretur. differendo deinde elanguit res: & Camillo, quem adversarium maximè metuebant, gloria in Faliscis crevit. Nam, quum primò moenibus se hostes tenerent, tutissimum id rati, populatione agrorum atque incendiis villarum coëgit eos egredi urbe; sed timor longiùs progredi prohibuit. Mille fere passuum ab oppido castra locant; nullâ re aliâ fidentes ea satis tuta esse, quàm difficultate aditûs, asperis confragosisque circà, & partim arctis, partim arduis viis. Ceterùm Camillus, captivum indicem ex agris secutus ducem, castris (1) multâ nocte motis, primâ luce aliquanto superioribus locis se ostendit. Trifariam Romani muniebant. alius exercitus proelio intentus stabat. Ibi impedire opus conatos hostes fundit fugatque; tantumque inde pavoris Faliscis injectum est, ut, effusâ fugâ castra sua, quæ propiora erant, prælati (2), urbem peterent. Multi cæsi vulneratique, priusquam paventes portis inciderent. castra capta; præda (3) ad quæstores redacta cum magnâ militum irâ: sed, severitate imperii victi, eandem virtutem & oderant, & mirabantur. Obsidio inde urbis, & munitiones, & interdum per occasionem impetus oppidanorum in Romanas stationes, proeliaque parva fieri; & teri tempus, neutrò inclinatâ spe; quum frumentum copiæque aliæ ex antè convecto largiùs obsessis, quàm obsidentibus, supperterent. Videbaturque æquè diuturnus futurus labor, ac Vejis

Bellum Faliscum.

†

ciam de migrando Vejos. (9) Intellige tribunos plebei, amicos Patrum, & intercedentes rogationi collegarum suorum

C. 26. (1) Sic suprà l. 3. c. 60. *postquam multa jam dies erat.* Simili modo dicitur *ὡρας πολλης γενομενης*, in Evang. Marc. c. 6. v. 35. (2) Præter castra sua lati. ut suprà l. 2. c. 14. *effuséque prælatos hostes.* (3) Sic suprà c. 19.

Vejis fuisset; ni (4) fortuna imperatori Romano simul & cognitæ rebus bellicis virtutis specimen & maturam victoriam dedisset.

Magistri Falisca juventutis scelus & pœna.

XXVII. Mos erat Faliscis (1), eodem magistro liberorum & comite uti: simulque plures pueri, quod hodie quoque in Græciâ manet, unius curæ demandabantur. principum liberos (2), sicut fere fit, qui scientiâ videbatur præcellere, erudiebat. Is quum in pace instituisset pueros ante urbem lusûs exercendique causâ producere; nihil eo more per belli tempus intermisso, tum, modò brevioribus, modò longioribus spatiis, trahendo eos a portâ, lusu sermonibusque variatis, longiùs solito, (3) ubi res

c. 19. *prædæ pars maxima ad quæstorem redacta est.* (4) Gronovius aliique mendosum hunc locum censent; & ille sic emendari vult: *ni fortuna imperatoris Romani simul, & cognitæ re non bellicâ virtutis specimen* (exemplo nempe justitiæ fideique quod cap. seq. enarratur) *ei maturam victoriam dedisset.* Certè quidam codices scripti habent *imperatoris Romani*, & *ei* pro *et*. Sed *re non bellicâ*, pro *rebus bellicis* audacius est. Drakenborchius & Doujatius vulgatum servandum putant, quod sic interpretantur. duo fuere quæ victoriam, non modò non lentam, sed vel celerem, Camillo præstiterint (τῷ & pro etiam accepto): & fortuna, quæ scilicet occasionem præbuit ostendendæ fidei & humanitatis antea incognitæ, & simul specimen paullo antè ab eo editum satis cognitæ virtutis bellicæ. [At credere nequeo Livium illud specimen bellicæ virtutis hîc omnino in animo habuisse; quum statim post fugatos in acie Faliscos ipse dixerit neutrò inclinare spem, & obsidionem maximè diuturnam futuram videri. Sed & parum idonea mihi videtur vox *fortuna*, quâ solâ indicetur præcipua maturatæ victoriæ causa, nempe justitia fidesque Camilli. Omnino igitur mendam aliquam loco inesse existimo, licet Gronovii conjecturam probare nequeam. Mallem legere, quemadmodum & ipse quemdam velle narrat, *incognitæ rebus bellicis virtutis*. h. e. justitiæ fideique majoris quàm quæ unquam antè rebus bellicis cognita erat. Utut sit, prorsus probandum censeo τὸ *fortuna imperatoris Romani*, & τὸ *ei maturam victoriam dedisset.* E.]

C. 27. (1) Hoc ideo observat Livius, quia apud Romanos res aliter se habebat. Diversa erant præceptorum pædagogorumque munia. Præceptores publicè docebant: puerorum comitandorum privatimque instituendorum cura ad pædagogos pertinebat. Nec simul plures pueri unius pædagogi curæ demandabantur: sed suus cujusque familiæ pueris pædagogus præerat. (2) Quos hîc *principum liberos*, infrà *liberos regis* vocat l. 42. c. 47. Alii diversos hoc loco, quàm ibi, auctores Livium secutum esse censent; alii locum illum mendosum existimant, & variis modis sanare conantur. [Mihi difficultas vel nulla vel minima videtur. Quidni enim & regis & principum liberi ab eodem magistro erudiri possent? Neque inculpandus noster, omnes hîc uno nomine complexus, infrà autem solius regis liberos memorans, ubi nihil aliud agebatur quàm fidem justitiamque Camilli breviter in memoriam revocare. E.] (3) Ubi occasio

res dedit, progressus, inter stationes eos hostium castraque inde Romana in prætorium ad Camillum perduxit. ibi scelesto facinori scelestiorem sermonem addidit: *Falerios se in manus Romanis tradidisse;* (4) *quando eos pueros, quorum parentes capita ibi rerum sint,* (5) *in potestatem dediderit.* Quæ ubi Camillus audivit, *Non ad similem,* inquit, (6) *tui nec populum, nec imperatorem, scelestus ipse cum scelesto munere venisti.* (7) *Nobis cum Faliscis, quæ pacto fit humano, societas non est. quam ingeneravit natura utrisque, est, eritque. Sunt & belli, sicut pacis, jura: justéque ea* (8), *non minùs quàm fortiter, didicimus gerere. Arma habemus, non adversùs eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur: sed adversùs* (9) *armatos et ipsos, qui, nec læsi, nec lacessiti a nobis, castra Romana ad Vejos oppugnarunt. Eos tu, quantum in te fuit, novo scelere vicisti: ego Romanis artibus, virtute, opere, armis, sicut Vejos, vincam.* Denudatum deinde eum, manibus post tergum illigatis, reducendum Falerios pueris tradidit: virgasque eis, quibus proditorem agerent in urbem verberantes, dedit. Ad quod spectaculum concursu populi primùm facto, deinde a magistratibus de re novâ vocato senatu, tanta mutatio animis est injecta (10), ut, qui modò, efferati odio irâque, Vejentium exitum (11) penè, quàm Capenatium pacem, mallent, apud eos pacem universa posceret civitas. Fides Romana, justitia imperatoris, in foro & curiâ celebrantur: consensuque omnium legati ad Camillum in castra, atque inde permissu Camilli Romam ad senatum, qui dederent Falerios, proficiscuntur. Introducti ad senatum ita locuti traduntur:

Falisci dedunt se Romanis.

occasio oblata est. infrà l. 28. c. 5. *prout tempus ac res se daret.* In hâc locutione, pronomen vel omittitur vel additur. Ter. Heaut. 5. 1. 4. Hec. 3. 3. 20. (4) *Quando* pro quòd, quoniam, apud Livium obvium est ut suprà l. 2. c. 15 & 29. l. 3. c. 35. l. 4. c. 45. (5) Sic *dedere in ditionem* suprà l. 1. c. 34. *dedere in fidem, in potestatem* infrà l. 39. c. 54. (6) Vid. not. 8. ad c. 21. suprà. (7) Non est nobis cum Faliscis illa societas quæ fit pacto humano: est autem eritque illa, quam utrisque ingeneravit natura. [Vix dignum notatu videri potest, sic vulgò interpungi; *quam ingeneravit natura, utrisque est, eritque.* Per *quam ingeneravit natura utrisque* intelligendum censeo, *quæ ex communi utriusque populi naturâ humanâ oritur. E.*] (8) Nempe bella. Enallage numeri. (9) Adversùs eos, qui, ut nos sumus armati, ita & ipsi quoque arma gerant. (10) Vid. suprà not. 2. ad c. 64. l. 3. (11) i. e. finem, excidium. Et pari fere modo ἔξοδος Græcis pro morte ponitur. Vid. Elsneri Observ. ad Evang. Luc. c. 9. v. 31.

traduntur: *Patres conscripti, victoriâ, cui nec Deus, nec homo quisquam invideat, victi a vobis et imperatore vestro, dedimus nos vobis; rati, quo nihil victori pulchrius est, meliùs nos sub imperio vestro, quàm legibus nostris, victuros. Eventu hujus belli duo salutaria exempla prodita humano generi sunt. Vos fidem in bello, quàm præsentem victoriam, maluistis: nos, fide provocati, victoriam ultro detulimus. Sub ditione vestrâ sumus. Mittite, qui arma, qui obsides, qui urbem patentibus portis accipiant. Nec vos fidei nostræ, nec nos imperii vestri pœnitebit.* Camillo & ab hostibus & a civibus gratiæ actæ. Faliscis in stipendium militum ejus anni, ut populus Romanus tributo vacaret, pecunia imperata. Pace datâ, exercitus Romam reductus.

XXVIII. Camillus meliore multo laude, quàm quum triumphantem albi per urbem vexerant equi, insignis justitiâ fideque (1) hostibus victis, quum in urbem rediisset, (2) tacitè ejus verecundiam non tulit senatus, quin sine morâ voti liberaretur: crateramque auream donum Apollini Delphos legati qui ferrent, L. Valerius, L. Sergius, A. Manlius, missi (3) longâ unâ nave, haud procul freto Siculo a piratis Liparensium excepti, devehuntur Liparas. Mos erat civitatis, velut publico latrocinio partam prædam dividere. fortè eo anno in summo magistratu erat Timasitheus quidam, Romanis vir similior, quàm suis. qui, legatorum nomen, donumque, & Deum, cui mitteretur, & doni causam veritus (4) ipse, multitudinem quoque, (5) quæ semper ferme regenti est similis, religionis justæ implevit: adductosque in publicum hospitium

Mittunt Delphos legati cum dono.

Timasithei Liparensis religio.

†

C. 28. (1) Drakenborchius sic interpungit, *insignis justitiâ fideque, hostibus victis, quum* &c. Censeo autem Crevierium rectè distinctionem omisisse, & rectè etiam locum interpretari: insignis victoriâ ex hostibus per justitiam & fidem reportatâ. (2) Gronovius legit *taciti*, i. e. tacentis, non querentis. Etiam tacens, solo aspectu, admonebat voti non exsoluti. [Fortasse vulgatum, in quod codices omnes conspirant, servari potest. *Tacitus*, vel *tacitè fert*, qui aliquid negligit, sine observantiâ prætermittit. infrà c. 29. *taciti tulissent.* l. 42. c. 16. *tacitè habere id patique statuerat.* Verecundia autem Camilli pepulit eos ad mentionem voti nondum exsoluti faciendam. *Ejus verecundia*, est verecundia quâ is Patres affecit. Sic *verecundia ætatis* suprà l. 1. c. 3. E.] (3) Longis navibus, quas & Græci vocant *μακρας*, opponuntur onerariæ, quæ Græcè sæpe *στρογγυλαι*, i. e. rotundæ dicuntur. Illis ad bella, his ad negotiationem utebantur. Illæ remis, hæ velis agebantur. (4) *Vereri* hîc est venerari, revereri. ut infrà l. 39. c. 37. Cic. l. 1. ad Q. Frat. Ep. 3. (5) Similem sententiam

pitium legatos, cum præſidio etiam navium Delphos proſecutus, Romam inde ſoſpites reſtituit. Hoſpitium cum eo ſenatuſconſulto eſt factum, (6) donaque publicè data. Eodem anno in Æquis variè bellatum: adeò ut (7) in incerto fuerit & apud ipſos exercitus & Romæ, (8) viciſſent, victine eſſent. Imperatores Romani fuere ex tribunis militum C. Æmilius, Sp. Poſtumius. Primò rem communiter geſſerunt: fuſis inde acie hoſtibus, Æmilium præſidio Verruginem obtinere placuit, Poſtumium fines vaſtare. Ibi eum, incompoſito agmine negligentiùs ab re bene geſtâ euntem, adorti Æqui, terrore injecto, in proximos compulere tumulos: pavorque inde Verruginem etiam ad (9) præſidium alterum eſt perlatus. Poſtumius, ſuis in tutum receptis, quum concione advocatâ terrorem increparet ac fugam; *fuſos eſſe ab ignaviſſimo et fugaciſſimo hoſte;* conclamat univerſus exercitus, meritò ſe ea audire, & fateri admiſſum flagitium: ſed eoſdem (10) correcturos eſſe, neque diuturnum id gaudium hoſtibus fore. Poſcentes, ut confeſtim inde ad caſtra hoſtium duceret, (in conſpectu erant poſita in plano) nihil pœnæ recuſabant, ni ea ante noctem expugnaſſent. Collaudatos corpora curare, paratoſque eſſe quartâ vigiliâ jubet. & hoſtes, (11) nocturnam fugam ex tumulo Romanorum ut ab eâ viâ, quæ ferebat Verruginem, excluderent, fuere obvii: prœliumque ante lucem (ſed luna pernox erat) commiſſum eſt: & haud incertius diurno prœlio fuit. (12) Sed clamor Verruginem perlatus, quum caſtra Romana crederent oppugnari, tantum injecit pavoris, ut, nequicquam retinente atque obſecrante Æmilio, Tuſculum palati fugerent. Inde fama Romam perlata

Bellum cum Æquis.

tentiam videre licet ſuprà l. 1. c. 21. (6) Quæ Græci ξενια vocant. De voce *publicè* vid. ſuprà not. 4. ad c. 13. l. 4. (7) Sic infrà l. 8. c. 6. *in incerto relictum ſit.* Sall. in Catil. c. 41. *Allobroges diu in incerto habuere.* Huic reſpondet ἐν ἀπορῳ ἐιχοντο. Thucyd. l. 1. c. 25. Sic etiam *in obſcuro eſſe* ſuprà in præfat. *in dubio eſſe* l. 2. c. 3. l. 3. c. 19. *in facili, in difficili eſſe* l. 3. c. 8 & 65. *in integro eſſe* l. 3. c. 10. *in obvio eſſe* infrà l. 37. c. 23. *in æquo eſſe* l. 39. c. 37. (8) Vid. not. 6. ad c. 55. l. 4. (9) i. e. ad alterum exercitum qui ibi in præſidio erat. E. (10) Propriè *corrigere* eſt in rectum reſtituere. (11) Ut Romanos, ſi per noctem fugere ex tumulo vellent, excluderent ab eâ viâ quæ ducebat ad oppidum Verruginem. (12) Voculæ *ſed* vis hæc eſſe videtur: prœlium haud magis incertum ſive anceps fuit, quàm ſi ſole lucente committeretur:

perlata est, Postumium exercitumque occisum. Qui, (13) ubi prima lux metum insidiarum effusè sequentibus sustulit, quum perequitasset aciem, (14) promissa repetens, tantum injecit ardoris, ut non ultrà sustinuerint impetum Æqui. cædes inde fugientium, qualis ubi irâ magis, quàm virtute, res geritur, ad perniciem hostium facta est; tristemque ab Tusculo nuncium, nequicquam exterritâ civitate, literæ a Postumio laureatæ (15) sequuntur: victoriam populi Romani esse; Æquorum exercitum deletum.

XXIX. Tribunorum plebis actiones quia nondum invenerant finem, & plebs continuare latoribus legis tribunatum, & Patres reficere intercessores legis annisi sunt. sed plus suis comitiis plebs valuit. quem dolorem ulti Patres sunt, senatusconsulto facto, ut consules, invisus plebi magistratus, crearentur. (1) Annum post quintum

U. c. 362. A. C. 390. L. Lucretio, Ser. Sulpicio Coss.

decimum creati consules L. Lucretius Flavus, (2) Ser. Sulpicius Camerinus. Principio hujus anni, ferociter, quia nemo ex collegio intercessurus erat, coortis ad perferendam legem tribunis plebis, nec segniùs ob id ipsum consulibus resistentibus, omnique civitate in unam eam curam conversâ, Vitelliam coloniam Romanam in suo agro Æqui expugnant. colonorum pars maxima incolumis, quia nocte proditione oppidum captum (3) liberam per aversa urbis fugam dederat, Romam perfugere. L. Lucretio consuli ea provincia evenit. is, cum exercitu profectus, acie hostes vicit; victorque Romam ad majus

De tribuni pl. accusati & damnati.

aliquanto certamen redit. Dies dicta erat tribunis plebis biennii superioris A. Virginio & Q. Pomponio: quos defendi

teretur: *tamen* clamor Verruginem perlatus vano timore præsidiarios milites implevit. E. (13) Ubi prima lux fecit, ut nullæ jam insidiæ metuendæ Romanis essent, *si* effuse sequerentur. Hostes nondum terga vertisse ex tota narratione patet. Vid. not. 5. ad c. 2. suprà. (14) Promissa nempe militum quæ paullo suprà memorata sunt. (15) Lauro involutæ: quod solitum Romanis ducibus de re bene gestâ ad senatum scribentibus.

C. 29. (1) Anno u. c. 356. consules creati sunt Cn. Cornelius & L. Furius. vid. suprà l. 4. c. 54. Inde autem usque ad hunc annum tribuni militum erant consulari potestate. (2) Codices scripti fere omnes & editi antiqui habent *Sergius*; sed malè. *Sergius* enim nomen gentis est: *Servius* prænomen. (3) Libera fuga iis fuerat per aversa urbis, quoniam nocte oppidum captum sit proditione. *Oppidum captum . . . dederat liberam fugam,* haud absimilis locutio est ei quæ suprà occurrit c. 12.

versa

defendi Patrum consensu ad fidem senatûs pertinebat. neque enim eos aut vitæ ullo crimine alio aut gesti magistratûs quisquam arguebat, præterquam quòd, gratificantes Patribus, rogationi tribuniciæ intercessissent. Vicit tamen gratiam senatûs plebis ira; & pessimo exemplo innoxii denis millibus gravis æris condemnati sunt. Id ægre passi Patres. Camillus palam (4) sceleris plebem arguere: *quæ, jam in suos versa, non intelligeret, se pravo judicio de tribunis intercessionem sustulisse; intercessione sublatâ, tribuniciam potestatem evertisse. Nam, quod illi sperarent, effrenatam licentiam ejus magistratûs Patres laturos, falli eos. Si tribunicia vis tribunicio auxilio repelli nequeat, aliud telum Patres inventuros esse.* Consulesque increpabat, quòd (5) fide publicâ decipi tribunos eos taciti tulissent, qui senatûs auctoritatem secuti essent. Hæc propalam concionabundus in dies magis augebat iras hominum.

Camillus invehitur in plebem Rom.

XXX. Senatum vero incitare adversùs legem haud desistebat: *ne aliter descenderent in forum, quum dies ferendæ legis venisset, quam ut qui meminissent, sibi pro aris focisque & Deûm templis ac solo, in quo nati essent, dimicandum fore. Nam quod ad se privatim attineat, si suæ gloriæ sibi inter dimicationem patriæ meminisse sit fas, sibi* (1) *amplum quoque esse, urbem ab se captam frequentari, quotidie se frui monumento gloriæ suæ, & ante oculos habere urbem latam in triumpho suo, insistere omnes vestigiis laudum suarum. sed nefas ducere, desertam ac relictam ab Diis immortalibus incoli urbem; & in captivo solo habitare populum Romanum, & victrice patriâ victam mutari* (2). His adhortationibus principis (3) concitati Patres, senes juvenesque, quum ferretur lex, agmine facto in forum venerunt: dissipatique per tribus, suos quisque tribules prensantes, orare cum

Senatum incitat adversùs legem de migrando Veios.

versa ira ... memoriam obscuram fecit. E. (4) *Scelus* propriâ significatione est id quod adversatur pietati. Porro contra pietatem est *in suos verti*, suos violare. (5) In fraudem impelli fiduciâ promissi ab senatu auxilii, quod illis præstitum non fuerit.

C. 30. (1) Sic suprà l. 2. c. 9. *amplum Tuscis ratus.* & infrà l. 28. c. 42. (2) Sic Horat. l. 1. Od. 17. *Velox amœnum sæpe Lucretilem Mutat Lycæo Faunus;* i. e. ex Lycæo in Lucretilem migrat. Similiter apud Græcos aliquando construitur verbum ἀλλάττω, ἀλλάττομαι. Aliâ tamen constructione Livius infrà utitur l. 9. c. 12. *victoriæ possessionem incertâ pace mutasse.* Utraque loquendi ratio apud optimos scriptores obtinet. (3) Nempe Camilli; cujus præcipua auctoritas fuit inter reliquos

cum lacrimis cœpere, *Ne eam patriam, pro quâ fortissimè felicissiméque ipsi ac patres eorum dimicassent, desererent;* Capitolium, ædem Vestæ, cetera circà templa Deorum ostentantes. *Ne exsulem, extorrem populum Romanum ab solo patrio ac Diis penatibus in hostium urbem agerent; eóque rem adducerent, ut melius fuerit, non capi Vejos, ne Roma desereretur.* Quia non vi agebant, sed precibus, & inter preces multa Deorum mentio erat, religiosum parti maximæ fuit. *Antiquatur lex.* & legem (4) unâ plures tribus antiquarunt, quàm jusserunt. Adeóque ea victoria læta Patribus fuit, ut postero die, referentibus consulibus, senatusconsultum fieret, ut agri Vejentani septena jugera plebi dividerentur; nec patribus familiæ tantùm, sed ut omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur; vellentque in eam spem liberos tollere.

U. c. 363. A. C. 389. L. Valerio Potito, M. Manlio Coss.

XXXI. Eo munere delenita plebe, nihil certatum est, quo minus consularia comitia haberentur. creati consules L. Valerius Potitus, M. Manlius, cui (1) Capitolino postea etiam fuit cognomen. Hi consules magnos ludos fecere, quos M. Furius dictator voverat Vejenti bello. Eodem anno ædes Junonis Reginæ, ab eodem dictatore eodemque bello vota, dedicatur: celebratamque dedicationem ingenti matronarum studio tradunt. Bellum haud memorabile in Algido cum Æquis gestum est, fusis hostibus priùs pene, quàm manus consererent. Valerio, quòd perseverantior (2) cædendis in fugâ fuit, triumphus; Manlio, ut ovans ingrederetur urbem, decretum est. *Volsiniense bellum.* Eodem anno novum bellum cum Volsiniensibus exortum: quò propter famem pestilentiamque in agro Romano, ex siccitate caloribusque nimiis ortam, exercitus duci nequivit. ob quæ Volsinienses, Salpinatibus adjunctis, superbiâ elati, ultro agros Romanos incursavere. Bellum inde duobus populis (3) indictum. C. Julius

quos senatores. (4) Eæ tribus quæ antiquabant, vicere unius tribûs numero. sic suprà l. 2. c. 7. *uno plus Etruscorum cecidisse*. Porrò *antiquare* verbum sollenne est, quo populus significabat se non accipere legem.

C. 31. (1) Hoc cognomen multo priùs in eâ familiâ fuisse, liquet ex *L. Manlio Capitolino* suprà memorato l. 4. c. 42. licet noster hîc & infrà l. 6. c. 17. id M. Manlio datum esse ob Capitolium servatum innuere videtur. (2) Perseveravit cædere hostes. (3) Nempe Volsiniensibus

M. Cornelius cenſor ſuffectus.

Julius (4) cenſor deceſſit: in ejus locum M. Cornelius ſuffectus. quæ res poſtea religioni fuit; quia eo luſtro Roma eſt capta. nec deinde unquam in demortui locum cenſor ſufficitur. Conſulibuſque morbo (5) implicitis placuit, per interregnum renovari auſpicia. Itaque, quum ex ſenatuſconſulto conſules magiſtratu ſe abdicaſſent, interrex creatur M. Furius Camillus; qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit. ab eo creati ſex tribuni militum conſulari poteſtate; ut, etiamſi cui eorum incommoda valetudo fuiſſet, copia magiſtratuum reipublicæ eſſet.

U. c. 364.
A. C. 388.
L. Lucretio &c. Tr. Mil.

Volſinienſes victi.

XXXII. Kalendis Quinctilibus magiſtratum occepere L. Lucretius, Ser. Sulpicius, M. Æmilius, L. Furius Medullinus ſeptimùm, Agrippa Furius, C. Æmilius iterum. Ex his L. Lucretio & C. Æmilio Volſinienſis provincia evenit: Salpinates Agrippæ Furio & Ser. Sulpicio. Priùs cum Volſinienſibus pugnatum eſt: bellum numero hoſtium ingens, certamine haud ſanè aſperum fuit. Fuſa concurſu primo acies in fugam: millia octo armatorum ab equitibus intercluſa, poſitis armis, in deditionem venerunt. Ejus belli fama effecit, ne ſe pugnæ committerent Salpinates. mœnibus armati ſe tutabantur. Romani prædas paſſim & ex Salpinati agro, & ex Volſinienſi, nullo eam vim arcente, egerunt: donec Volſinienſibus feſſis bello eâ conditione, ut res populo Romano redderent, ſtipendiumque ejus anni exercitui præſtarent, in viginti annos induciæ datæ. Eodem anno M. Cædicius de plebe nunciavit tribunis, ſe in novâ viâ, ubi nunc ſacellum eſt, ſupra ædem Veſtæ, vocem noctis ſilentio audiſſe clariorem humanâ, quæ magiſtratibus dici juberet, *Gallos adventare*. Id, ut fit, propter auctoris humilitatem ſpretum, & quòd longinqua, eoque ignotior, gens erat. Neque Deorum modò monita, ingruente fato, ſpreta; ſed humanam quoque opem, quæ una erat, M. Furium ab urbe amovere. qui, die dictâ ab L. Appuleio tribuno

Vox divinitus miſſa de Gallorum adventu.

†

Camillus accuſatus in exſilium abit.

enſibus & Salpinatibus. (4) Hujus collegam fuiſſe L. Papirium Curſorem diſcimus ex l. 9. c. 34. infrà. (5) Suprà l. 1. c. 31. *longinquo morbo eſt implicitus.* l. 3. c. 2. *morbo implicitum exercitum.* & alibi.

tribuno plebis propter prædam Vejentanam (1), filio quoque adolescente per idem tempus orbatus, quum, accitis domum tribulibus clientibusque, (magna pars plebis erat) percunctatus animos eorum, responsum tulisset, *se collaturos, quanti damnatus esset,* (2) *absolvere eum non posse*, in exsilium abiit: precatus ab Diis immortalibus, *si innoxio sibi ea injuria fieret, primo quoque tempore desiderium sui civitati ingratæ facerent.* absens quindecim millibus gravis æris damnatur.

Legati Clusini auxilium petunt adversùs Gallos.

XXXIII. Expulso cive, quo manente, si quicquam humanorum certi est, capi Roma non potuerat; adventante fatali urbi clade, legati ab Clusinis veniunt, auxilium adversùs Gallos petentes. Eam gentem traditur famâ, dulcedine frugum maximéque vini, novâ tum voluptate, captam, Alpes transisse, agrosque ab Etruscis antè cultos possedisse: & invexisse in Galliam vinum illiciendæ gentis causâ Aruntem Clusinum, (1) irâ corruptæ uxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat ipse, præpotente juvene, & a quo expeti pœnæ, nisi externa vis quæsita esset, nequirent. hunc transeuntibus Alpes ducem, auctoremque Clusium oppugnandi fuisse. Equidem haud abnuerim, Clusium Gallos ab Arunte, seu quo alio Clusino, adductos: sed eos, qui oppugnaverint Clusium, non fuisse, qui primi Alpes transierint, satis constat. ducentis quippe annis antè, quàm Clusium oppugnarent, urbemque Romam caperent, in Italiam Galli transcenderunt: nec cum his (2) primùm Etruscorum, sed multo antè cum iis, qui inter Apenninum Alpesque incolebant (3), sæpe exercitus Gallici pugnavere. Tuscorum ante Romanum imperium latè terrâ marique opes patuere (4). mari supero inferoque, quibus Italia insulæ modo cingitur, (5) quantum potuerint, nomina sunt argumento;

Tuscorum antiquæ opes.

C. 32. (1) Ex eâ Camillum tribunus arguebat quædam intervertisse; secundùm Plutarchum in Cam. (2) h. e. secundùm Crevierium, efficere ut absolveretur. Et sanè huic interpretationi verba Plutarchi favent. *οἱ φίλοι ... ἀπεκρίναντο, πρὸς μὲν τὴν κρίσιν αὐτῷ μηδὲν οἴεσθαι βοηθήσειν.*

C. 33. (1) Vid. not. 3. ad c. 61. l. 2. (2) Nempe Clusinis. Docet Livius bellum cum Clusinis non primum fuisse quod a Gallis in Italiâ gestum sit. *Cum his Etruscorum*, pro *cum his Etruscis*, constructio passim obvia. (3) *Incolere* hîc absolutè ponitur sine casu; ut suprà l. 1. c. 1. (4) Per magnum spatium terrâ marique extensæ fuerunt. (5) Quantæ illis

to; quòd alterum Tuſcum communi vocabulo gentis, alterum Hadriaticum mare, ab Hadriâ Tuſcorum coloniâ, vocavere Italicæ gentes. Græci eadem Tyrrhenum atque Hadriaticum vocant. (6) Ii in utrumque mare vergentes incoluere urbibus duodenis terras; priùs cis Apenninum ad inferum mare, poſtea trans Apenninum, totidem, quot capita originis erant, coloniis miſſis: (7) quæ trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui ſinum circumcolunt maris, uſque ad Alpes tenuere. Alpinis quoque ea gentibus haud dubiè origo eſt, maximè Rætis: quos loca ipſa efferarunt, ne quid ex antiquo, præter ſonum linguæ, nec eum incorruptum, retinerent.

XXXIV. De tranſitu in Italiam Gallorum hæc accepimus. Priſco Tarquinio Romæ regnante, Celtarum, quæ pars Galliæ tertia eſt, penes Bituriges ſumma imperii fuit. ii regem Celtico (1) dabant. Ambigatus is fuit, virtute fortunâque quum ſuâ, tum publicâ, præpollens, quòd (2) imperio ejus Gallia adeò frugum hominumque fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videretur poſſe. Hic magno natu ipſe jam, exonerare prægravante turbâ regnum cupiens, Belloveſum ac Sigoveſum, ſororis filios, impigros juvenes, miſſurum ſe eſſe, in quas Dii dediſſent auguriis ſedes, oſtendit. *Quantum ipſi vellent numerum hominum, excirent, ne qua gens arcere advenientes poſſet.* Tum Sigoveſo ſortibus dati (3) Hercynii ſaltus: Belloveſo haud paullo lætiorem in Italiam viam Dii dabant. Is, (4) quod eis ex populis abundabat, Bituriges, Arvernos, Senones

Tranſitus Gallorum in Italiam.

illis opes fuerint per mare ſuperum inferumque, ex horum nominibus liquet. (6) Tuſci incoluere terras vergentes in utrumque mare duodenis in quâque regione urbibus. (7) *Quæ*, nempe coloniæ, *tenuere omnia loca* &c.

C. 34. (1) *Celtica* vocatur Plinio. Quemadmodum autem ſub voce *Celtica* intelligitur *regio*, ita ſub *Celticum* intelligi poteſt *corpus* vel *imperium*, vel quid ſimile. (2) *Imperio ejus*, pro imperante illo: quemadmodum *ludis*, pro eo die quo ludi edebantur, ſuprà l. 2. c. 36. (3) Vulgò *Hercinii*. ſed Græcis Ἑρκύνιος δρυμὸς paſſim ſcribitur. (4) Bituriges &c. excivit; non quidem univerſos, ſed quod ex eis abundabat. [Hanc lectionem reduxi, quæ vulgò in editis obtinuit ante Drakenborchium. Is, ſuadentibus Rhenano & Jac. Gronovio, pluribus etiam codicibus ſcriptis ſuffragantibus, dedit *quod ejus ex populis abundabat*. Tò *ejus* Rhenanus refert ad Ambigatum, quod mihi duriuſculum videtur; at Jac. Gronovius ad præcedens *numerum hominum*, jungenda eſſe obſervans

Senones (5), Æduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos, excivit. Profectus ingentibus peditum equitumque copiis, in (6) Tricastinos venit. Alpes inde oppositæ erant; quas inexsuperabiles visas haud equidem miror, (7) nullâ dum viâ (quod quidem continens memoria sit (8), nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas. Ibi quum velut septos montium altitudo teneret Gallos, circumspectarentque, quânam per juncta cœlo juga in alium orbem terrarum transirent, (9) religio etiam tenuit, quòd allatum est, advenas quærentes agrum ab (10) Salyum gente oppugnari. Massilienses erant hi, navibus a (11) Phocæâ profecti. Id Galli fortunæ suæ omen rati adjuvere, ut, quem primum in terram egressi occupaverant, locum (12) patentibus silvis communirent. ipsi per Taurinos saltusque (13) invios Alpes transcenderunt: fusisque acie Tuscis

vans duo pronomina *quod ejus*, quemadmodum *qui eorum* infrà c. 41. Hanc interpretationem prorsus nequeo intelligere: quibus mens perspicacior est, illis fortasse placebit. Observandum autem est aliquot codices scriptos habere, *quod ea gens populis abundabat;* quam scripturam ὁ πάνυ Gronovius probavit, sic autem interpretatus est: quia *Italia* jam tum populis frequens erat & cultoribus abundabat, ille quoque multitudine suorum succinctus ire voluit, & ex Celtarum populis compluribus delectum egit. Sed Drakenborchius rectè observat voces *ea gens* non capi posse de Italiâ. Ego intelligere mallem ipsam Celticam gentem, in complures diversos populos divisam; ideo autem hæc verba addita, ne quis miretur Bellovesum septem omnes populos excivisse. E.] (5) Ex his, nempe solis, constitisse ultimam coloniam scribit noster cap. seq. Sed hæc prima colonia ex variis populis constitit. (6) Hi memorantur infrà l. 21. c. 31. (7) *Nullâ dum*, pro nondum ullâ, ut suprà l. 3. c. 60. *nec omnes dum*. & alibi sæpe. Similis vis atque constructio est apud Græcos particulæ πω; de quâ adeat lector doctissimum Hoogeveen. E. (8) Quod *factum esse* certa fides sit ex monumentis a tempore rei gestæ ad nostrum usque ævum transmissis. Sic *quod quidam auctores sunt* infrà l. 23. c. 16. l. 30. c. 26. ubi similiter subintelligendum *factum esse*. *Continens* passim dicitur apud nostrum id quod continuum nec interruptum est. Drakenborchius autem accipit voces *continens sit* pro *contineat:* quemadmodum *pertinens sit*, pro *pertineat*, infrà l. 28. c. 44. (9) Religioni nempe fuit non adjuvare iis, qui, sicut ipsi, novas sedes quærebant. (10) Codices quidam habent *Saluviorum*, quò & vestigia aliorum tendunt. & fortè iidem sunt qui cap. seq. sub *Salluviorum* nomine memorantur. Populum Galliæ Narbonensis indicari inde constat, quòd Massilienses in eorum regione consedisse dicantur. (11) De Phocæensibus, Ioniæ populo, patrium solum communi consilio relinquentibus, propter Cyri tyrannidem, consule Herod. l. 1. *Phocæorum Velut profugit exsecrata civitas*. Hor. Epod. 16. (12) Quo in loco nihil aliud tum erat, quàm patentes silvæ. (13) Olim edebatur *saltusque Juliæ Alpis;*

Tuſcis haud procul Ticino flumine, quum, in quo conſederant, agrum Inſubrium (14) appellari audiſſent, (15) cognomine Inſubribus pago Æduorum, ibi, omen ſequentes loci, condidere urbem: Mediolanum appellarunt.

XXXV. Alia ſubinde manus (1) Cenomanorum, Elitovio duce, veſtigia priorum ſecuta, eodem ſaltu, favente Belloveſo, quum tranſcendiſſet Alpes, (2) ubi nunc Brixia ac Verona urbes ſunt, (locos tenuere Libui) conſidunt. (3) poſt hos Salluvii, prope antiquam gentem Lævos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem. (4) Penino deinde Boji Lingoneſque tranſgreſſi, quum jam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus trajecto, non Etruſcos modò, ſed etiam Umbros, agro pellunt: intra Apenninum tamen ſeſe tenuere. Tum Senones, recentiſſimi advenarum, ab Utente flumine uſque ad Æſim fines habuere. Hanc gentem Cluſium, Romamque inde, veniſſe comperio. id parum certum eſt, ſolamne, an ab omnibus Ciſalpinorum Gallorum populis adjutam. Cluſini, novo bello exterriti, quum multitudinem, quum formas hominum inviſitatas cernerent & genus armorum, audirentque, ſæpe ab iis, cis Padum ultraque, legiones Etruſcorum fuſas, quanquam (5) adversùs Romanos nullum

Cluſini a Gallis oppugnati.

Alpis; idque ſtabilire videntur omnium fere codicum ſcripturæ. *Juliarum Alpium* Tacitus meminit l. 3. Hiſt. c. 8. ſed viris doctis diſplicet prolepſis nominis; neque ſitus earum huic hiſtoriæ congruere cenſetur. Mentio etiam *Taurinorum*, gentis Subalpinæ, occurrit apud Tac. l. 2. Hiſt. c. 66. *Saltus* autem Livius paſſim vocat anguſtias viarum præcelſis præruptiſque jugis ac ſilvis utrinque ſeptas. (14) Inſubrium Gallorum mentio fit infrà l. 30. c. 18. (15) Gronovius legi jubet *cognominem.* ſed ſubaudiri poteſt *exiſtente*, ut alibi ſæpe. Senſus eſt, apud Æduos quoque pagum fuiſſe, qui Inſubrium diceretur. De voce *pagus*, vid. not. 6. ad c. 1. l. 1.

C. 35. (1) *Germanorum* præferunt omnes codices ſcripti. Sed conſentiunt viri docti lectionem illam vitioſam eſſe. (2) Conſidunt ad ea loca, ubi nunc Brixia ac Verona, quæ quidem antea Libuorum erant. (3) *Poſt hos Salluvii,* quum eodem ſaltu tranſcendiſſent Alpes, conſidunt *prope antiquam gentem Lævos Ligures*, ſive e Ligurum genere, *incolentes circa Ticinum amnem. Lævorum Ligurum* Plinius meminit l. 3. c. 17. *ex Liguribus Lævi ac Marici condidere Ticinum.* Etiam noſter infrà l. 33. c. 37. Quidam locum hoc modo diſtinguunt: *urbes ſunt, locos tenuere. Libui conſidunt poſt hos.* Ceterùm de iis quæ hîc leguntur plures moventur quæſtiones Geographicæ; quas, cui libet, videat in editione Drakenb. congeſtas. (4) Penino jugo, ita dicto a Deo quodam qui in vertice montis erat ſacratus vid. infrà l. 21. c. 38. (5) Obſerva uſum præpoſitionis

lum eis jus societatis amicitiæve erat, nisi quòd Vejentes consanguineos adversùs populum Romanum non defendissent, legatos Romam, qui auxilium ab senatu peterent, misere. De auxilio nihil impetratum. legati tres M. Fabii Ambusti filii missi, qui senatûs populique Romani nomine agerent cum Gallis, *Ne, a quibus nullam injuriam accepissent, socios populi Romani atque amicos oppugnarent. Romanis eos bello quoque, si res cogat, tuendos esse. sed melius visum, bellum ipsum amoveri, si posset; & Gallos, novam gentem, pace potiùs cognosci, quàm armis.*

Legatio a Romanis ad Gallos impetrant.

XXXVI. Mitis legatio, ni præferoces legatos, Gallisque magis quàm Romanis similes, habuisset. quibus, postquam mandata ediderunt in concilio Gallorum, datur responsum: *Etsi novum nomen audiant Romanorum, tamen credere viros fortes esse, quorum auxilium a Clusinis in re trepidâ sit imploratum. &, quoniam legatione adversùs se maluerint, quàm armis, tueri socios, ne se quidem pacem, quam illi afferant, aspernari, si Gallis, egentibus agro, quem latiùs possideant, quàm colant, Clusini, partem finium concedant: aliter pacem impetrari non posse. Et responsum coram Romanis accipere velle: &, si negetur ager, coram iisdem Romanis dimicaturos, ut nunciare domum possent, quantum Galli virtute ceteros mortales præstarent. Quodnam id jus esset, agrum a possessoribus petere, aut minari arma?* Romanis quærentibus, &, *quid in Etruriâ rei Gallis esset?* quum illi *se in armis jus ferre,* & *omnia fortium virorum esse,* ferociter dicerent, accensis utrinque animis ad arma discurritur, & prœlium conseritur. Ibi, jam urgentibus Romanam urbem fatis (1), legati contra jus gentium arma capiunt. nec id clam esse potuit, quum ante signa Etruscorum tres nobilissimi fortissimique Romanæ juventutis pugnarent. tantum eminebat (2) peregrina virtus. Quin etiam Q. Fabius, evectus extra aciem equo, (3) ducem Gallorum, ferociter in ipsa signa Etruscorum incursantem, per latus transfixum hastâ, occidit: spoliaque ejus legentem Galli agnovere, perque totam aciem, Romanum

Legati contra Gallos arma capiunt.

positionis *adversus.* Ita infrà l. 10. c. 11. *adversùs Romanos fides sit.* l. 45. c. 8. *pacem cum summâ fide adversùs eum coluimus.*

C. 36. (1) Suprà c. 32. dixit *ingruente fato.* & c. 33. *adventante fatali urbi clade.* (2) Nempe supra virtutem Clusinorum. (3) Quemdam e ducibus

manum legatum esse, (4) signum datum est. Omissâ inde in Clusinos irâ, receptui canunt, minantes Romanis. Erant, qui extemplo Romam eundum censerent. vicere seniores, ut legati priùs mitterentur questum injurias postulatumque, ut pro jure gentium violato Fabii dederentur. Legati Gallorum quum ea, sicut erant mandata, exposuissent, senatui nec factum placebat Fabiorum, & jus postulare barbari videbantur. sed, ne id, quod placebat, decerneret in tantæ nobilitatis viris, (5) ambitio obstabat. Itaque, ne penes ipsos culpa esset cladis fortè Gallico bello acceptæ (6), cognitionem de postulatis Gallorum ad populum rejiciunt. ubi tanto plus gratia atque opes valuere, ut, quorum de pœnâ agebatur, tribuni militum consulari potestate in insequentem annum crearentur. Quo facto, haud secus quàm dignum erat, infensi Galli bellum propalam minantes, ad suos redeunt. Tribuni militum cum tribus Fabiis creati Q. Sulpicius Longus, Q. Servilius quartùm, Ser. Cornelius Maluginensis.

Galli postulant ut legati Rom. sibi dedantur.

Eluditur eorum postulatio.

U. c. 365. A. C. 387. Tribus Fabiis &c. Tr. Mil.

XXXVII. Quum tanta moles mali instaret, (adeò occæcat animos fortuna, ubi vim suam ingruentem refringi non vult) civitas, quæ adversùs Fidenatem ac Vejentem hostem aliosque finitimos populos, ultima experiens auxilia, dictatorem multis tempestatibus dixisset; ea tunc, invisitato atque inaudito hoste ab Oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente, nihil extraordinarii imperii aut auxilii quæsivit. Tribuni, quorum temeritate bellum (1) contractum erat, summæ rerum præerant: delectumque nihilo accuratiorem, quàm ad (2) media bella haberi solitus erat, (extenuantes etiam famam belli) habebant. Interim Galli, postquam accepere, (3) ultro honorem habitum violatoribus juris humani, elusamque legationem suam

Negligenter paratur bellum in Gallos.

ducibus. (4) h. e. jussu imperatoris per totam aciem, singulis ad proximos perferentibus, nunciatum est. Sic fere l. 21. c. 14. *signo dato, ut omnes puberes interficerentur.* (5) Pravus in potentes favor. (6) Si acciperetur. vid. not. 5. ad c. 2. suprà.

C. 37. (1) Ita *contrahere certamen* infrà l. 35. c. 28. & similia sunt *contrahere amicitiam, odium, rixam*; & hujus generis alia passim obvia. (2) *Medius* hìc est mediocris. ut suprà l. 2. c. 49. *nihil medium . . . sed immensa omnia.* infrà l. 6. c. 14. & alibi. (3) Non modò nullam indictam esse pœnam, sed etiam honorem iis habitum. De voce *ultro* vid. not.

3, ad

ſuam eſſe, flagrantes irâ, cujus impotens eſt gens, confeſtim ſignis convulſis, citato agmine iter ingrediuntur. Ad quorum prætereuntium raptim tumultum quum exterritæ urbes ad arma concurrerent, fugaque agreſtium fieret, *Romam ſe ire*, magno clamore ſignificabant; quâcunque ibant, equis viriſque longè ac latè fuſo agmine immenſum obtinentes loci (4). Sed, antecedente famâ nunciiſque Cluſinorum, (5) deinceps inde aliorum populorum, plurimum terroris Romam celeritas hoſtium tulit. quippe quibus, velut tumultuario exercitu raptim ducto, ægre ad undecimum lapidem occurſum eſt, quâ flumen Allia, Cruſtuminis montibus prægalto defluens alveo, haud multum infra viam Tiberino amni miſcetur. Jam omnia (6) contrà circàque hoſtium plena erant; & nata in vanos tumultus gens, truci cantu clamoribuſque variis, horrendo cuncta compleverant ſono.

Romam Galli contendunt.

XXXVIII. Ibi tribuni militum, non loco caſtris antè capto, non præmunito vallo, quò receptus eſſet, non Deorum (1) ſaltem, ſi non hominum, memores, (2) nec auſpicatò, nec litatò, inſtruunt aciem (3) deductam in cornua, ne circumveniri multitudine hoſtium poſſent. nec tamen æquari frontes poterant, quum extenuando infirmam & vix cohærentem mediam aciem haberent. Paullum erat ab dexterâ editi loci, quem ſubſidiariis repleri placuit; eaque res, ut initium pavoris ac fugæ, ſic una ſalus fugientibus fuit. Nam Brennus, regulus Gallorum, in paucitate hoſtium artem maximè timens, ratus ad id captum ſuperiorem locum, ut, ubi Galli cum acie legionum

Vincunt Romanos ad Alliam.

3. ad c. 5. l. 1. (4) Ita infrà l. 21. c. 33. *in immenſum altitudinis.* Ita contrà *exiguum campi* l. 27. c. 27. Ejuſdem generis ſunt *multum diei*, *reliquum noctis*, & ſimilia. (5) Similiter hæ duæ particulæ junguntur Cicerone in Bruto c. 90. Indicant autem poſt Cluſinos idem etiam alios populos Romam nunciaſſe, ita tamen ut eorum nuncii non ſimul advenerint, ſed alii poſt alios, prout adventum Gallorum ſenſerant. vid. ſuprà not. 4. ad c. 47. l. 2. (6) Et ex adverſo Romanis, & a lateribus.

C. 38. (1) Elliptica locutio. *non deorum memores*, quorum *ſaltem* memores eſſe debuerunt, etiam *ſi non hominum.* vid. not. 3. ad. cap. 43. l. 2. E. (2) Diis neque auſpicio capto conſultis, neque placatis ſacrificio facto. (3) Alii *diductam.* *Diducere* autem eſt ſeparare, in partes ſcindere. *deducere*, in longitudinem extendere, & ita quaſi extenuare; quo ſenſu *fila* dicuntur *deduci.* *Deductum* Virgilius uſurpat

legionum rectâ fronte concucurrissent, subsidia in (4) aversos transversosque impetum darent ad subsidiarios signa convertit: si eos loco depulisset, haud dubius, facilem in æquo campi tantum (5) superanti multitudini victoriam fore. adeò non fortuna modò, sed ratio etiam, cum barbaris stabat. In alterâ acie nihil simile Romanis, non apud duces, non apud milites, erat. pavor fugaque occupaverat animos, & tanta (6) hominum oblivio, ut multo major pars Vejos, in hostium urbem, quum Tiberis arceret, quàm recto itinere Romam ad conjuges ac liberos fugerent. Parumper subsidiarios tutatus est locus. in reliquâ acie (7) simul est clamor, proximis ab latere, ultimis ab tergo, auditus, ignotum hostem priùs pene quàm viderent, non modò non tentato certamine, sed ne clamore quidem reddito, integri intactique fugerunt. Nec (8) ulla cædes pugnantium fuit. terga cæsa suomet ipsorum certamine in turbâ impedientium fugam. Circa ripam Tiberis, quò armis abjectis totum sinistrum cornu defugit (9), magna strages facta est: multosque, imperitos nandi aut invalidos, graves loricis aliisque tegminibus hausere gurgites. maxima tamen pars incolumis Vejos perfugit; unde non modò præsidii quicquam, sed ne nuncius quidem cladis, Romam est missus. Ab dextro cornu, quod procul a flumine & magis sub monte steterat, Romam omnes petiere, &, ne clausis quidem portis urbis, in arcem confugerunt.

Turpis Romanorum fuga.

XXXIX. Gallos quoque velut obstupefactos miracu-

Galli spoliis lectis Roma[illegible] cunt.

pat pro *tenue*, Ecl. 6. v. 5. (4) A tergo & a latere. (5) Facilem multitudini quæ tantum abundabat. vid. not. 2. ad c. 21. suprà. In hanc scripturam codices scripti fere omnes conspirant. Vulgò edebatur *tantum superanti multitudine*, subintellecto pronomine *sibi*, ut passim; nec incommodè. Alii volunt *tantum superante multitudine*. (6) Haud dubiè legendum *omnium*. Voces *homines* & *omnes* infinitis locis librarii commutant. (7) Simul atque clamorem quasi ab latere venientem proximi, quasi ab tergo venientem ultimi accepere. [Oppugnabant Galli subsidiarios qui locum editiorem ab dexterà obtinuerant *proximi* igitur sunt dextrum cornu exercitûs Romani, quibus a latere auditus est clamor; *ultimi* autem sinistrum cornu, quos a tergo circumsonuit. E.] (8) Nulli in prœlio cæsi fuerunt; sed quicunque perierunt, in fugâ interfecti sunt, quòd certatim ruentium turbâ ac tumultu fuga impedita. (9) Gronovius vult *diffugit*. nam *defugere* est vitare aut recusare.

Jam

lum victoriæ tam repentinæ tenuit. & ipsi (1) pavore defixi primùm steterunt, velut ignari, quid accidisset. deinde insidias vereri; postremò cæsorum spolia legere, armorumque cumulos, ut mos eis est, coacervare. Tum demum, postquam nihil usquam hostile cernebatur, viam ingressi, haud multo ante solis occasum ad urbem Romam perveniunt. ubi quum prægressi equites, non portas clausas, non stationem pro portis excubare, non armatos esse in muris, retulissent; aliud priori simile miraculum eos sustinuit; noctemque veriti & ignotæ situm urbis, inter Romam atque Anienem consedere, exploratoribus missis circa mœnia aliasque portas, quænam hostibus in perditâ re consilia essent. Romani, quum pars major ex acie Vejos petisset, nemo superesse quemquam præter eos, qui Romam refugerant, crederet, complorati omnes, pariter vivi mortuique, totam propè urbem lamentis impleverunt (2). Privatos deinde luctus stupefecit publicus pavor, postquam hostes adesse nunciatum est. mox ululatus cantusque dissonos, vagantibus circa mœnia turmatim barbaris, audiebant. Omne inde tempus suspensos ita tenuit animos usque ad lucem alteram, ut identidem jam in urbem futurus videretur impetus (3) primo adventu, quo accesserant ad urbem. mansuros enim ad Alliam fuisse, nisi hoc consilii foret. Deinde sub occasum solis, quia haud multum diei supererat, ante noctem rati se invasuros; tum in noctem dilatum consilium esse, quo plus pavoris inferrent. Postremò lux appropinquans exanimare: timorique perpetuo ipsum malum

Romanorum pavor.

C. 39. (1) *Pavor* est interdum medium aliquid inter spem & metum, quum scilicet animus in discrimine aliquo & successum sperat, & tamen quò res evasura sit dubitat. Sic Sil. Ital. l. 16. v. 432. *successu nimio lætoque pavore proditus.* Virg. l. 3. Georg. v. 105. *Quum spes arrectæ juvenum, exsultantiaque haurit Corda pavor.* Ad quem locum vid. doctissimum Heyne. (2) Dederunt causam lamentis quibus urbs impleta est. Quærunt autem viri docti quò vox hujus periodi initialis *Romani* pertineat. Alii *τὸ Romani* referunt ad complorati impleverunt. Alii, *Romani quum pars major*, exponunt, *quum pars major Romanorum.* Sic apud Ælianum l. 10. Var. Hist. c. 16. *οἱ δε, ἐδεις αυτω προσειχον.* [Vox *Romani* hîc idem sonare videtur ac *quod ad Romanos attinet*, vel, *Romani* quid agebant nunc dicendum est. E.] (3) A primo illo tempore quo advenerant Galli. Crevierius periodum claudit voce *impetus;* ut vocibus *primo adventu* designetur unum ex illis temporibus, quibus *identidem* rati sunt Gallos

lum continens (4) fuit, quum ſigna infeſta portis ſunt illata. Nequaquam tamen eâ nocte, neque inſequenti die ſimilis illi, quæ ad Alliam tam pavidè fugerat, (5) civitas fuit. Nam quum defendi urbem poſſe, tam parvâ relictâ manu, ſpes nulla eſſet, placuit, cum conjugibus ac liberis juventutem militarem ſenatûſque robur in arcem Capitoliumque concedere (6): armiſque & frumento collatis, ex loco inde munito Deos hominesque & Romanum nomen defendere. (7) Flaminem ſacerdoteſque Veſtales ſacra publica a cæde, ab incendiis procul auferre: nec antè deſeri cultum eorum, quàm non ſupereſſent, qui colerent. Si arx Capitoliumque, (8) ſedes Deorum, ſi ſenatus, caput publici conſilii, ſi militaris juventus ſuperfuerit imminenti ruinæ urbis, facilem jacturam eſſe ſeniorum, relictæ in urbe utique (9) perituræ turbæ. &, quo id æquiore animo de plebe multitudo ferret, ſenes triumphales conſulareſque ſimul ſe cum illis palam dicere obituros; nec his corporibus, quibus non arma ferre, non tueri patriam poſſent, oneraturos inopiam armatorum.

Capitolium militaris juventus occupat.

XL. Hæc inter ſeniores morti deſtinatos jactata ſolatia. Verſæ inde adhortationes ad agmen juvenum, quos in Capitolium atque in arcem proſequebantur; commendantes virtuti eorum juventæque urbis per trecentos ſexaginta annos omnibus bellis victricis, quæcunque reliqua eſſet, fortunam. Digredientibus, qui ſpem omnem atque opem ſecum ferebant, ab iis, qui captæ urbis non ſupereſſe ſtatuerant exitio; quum ipſa res ſpecieſque miſerabilis erat, tum muliebris fletus & concurſatio incerta, nunc hos nunc illos ſequentium, rogitantiumque viros natoſque, cui ſe fato darent, (1) nihil, quod humanis ſupereſſet malis

Gallos ſe invaſuros. nec malè. (4) Sine ullo intervallo conjunctum. (5) Cives, Romani. Senſus eſt, Romanos eâ nocte & inſequenti die longè alios ſe præſtitiſſe, quàm fuerant ad Alliam, unde tam pavidè fugerant. (6) Sic ſuprà l. 4. c. 61. *in arcem . . . globus armatorum conceſſit.* infrà l. 38. c. 2. Alii habent *conſcendere*, quod ex gloſsâ natum videtur. (7) Quirinalem, ut patet ex cap. ſeq. (8) Suprà l. 3. c. 17. *Capitolium* vocat *domum Jovis optimi maximi.* & infrà hoc lib. c. 51. (9) Utique peritura erat ſeniorum turba, ſive in Capitolium cum militari juventute concederet ob commeatuum inopiam, ſive relinqueretur in urbe. & ideo facilis erat jactura, quâ reliquorum, ceteroquin ſimul cum iis moriturorum, vita redimebatur.

C. 40. (1) Nihil relinquebant, quod amplius hominum miſeriis addi poſſet.

malis, relinquebant. magna pars tamen earum in arcem ſuos (2) proſecutæ ſunt, nec prohibente ullo, nec vocante: quia, quod utile obſeſſis ad minuendam imbellem multitudinem, (3) id parum humanum erat. Alia, maximè plebis, turba, quam nec capere tam exiguus collis, nec alere in tantâ inopiâ frumenti poterat, ex urbe effuſa velut agmine jam uno petiit Janiculum. inde pars per agros dilapſi, pars urbes petunt finitimas, ſine ullo duce aut conſenſu, ſuam quiſque ſpem, ſua conſilia, communibus deploratis (4), exſequentes. Flamen interim Quirinalis virgineſque Veſtales, omiſsâ rerum ſuarum curâ, quæ ſacrorum ſecum ferenda, quæ (quia vires ad omnia ferenda deerant) relinquenda eſſent, conſultantes, quiſve ea locus fideli aſſervaturus cuſtodiâ eſſet; optimum ducunt, condita in doliolis ſacello proximo ædibus flaminis Quirinalis, ubi nunc deſpui religio eſt, defodere: cetera inter ſe onere partito ferunt viâ, quæ ſublicio ponte ducit ad Janiculum. In eo clivo eas quum L. Albinius, de plebe Romanâ homo, conſpexiſſet, plauſtro conjugem ac liberos vehens inter ceteram turbam, quæ inutilis bello urbe excedebat; ſalvo (5) etiam tum diſcrimine divinarum humanarumque rerum, irreligioſum ratus, ſacerdotes publicos ſacraque populi Romani pedibus ire, ferrique; ſe ac ſuos in vehiculo conſpici; deſcendere uxorem ac pueros juſſit, virgines ſacraque in plauſtrum impoſuit: & Cære, quò iter ſacerdotibus erat, pervexit.

Albinii pietas.

XLI. Romæ interim, ſatis jam omnibus, ut in tali re, ad tuendam arcem compoſitis, turba ſeniorum, domos regreſſa, adventum hoſtium obſtinato ad mortem animo exſpectabat. qui eorum curules geſſerant magiſtratus, ut in fortunæ priſtinæ honorumque aut virtutis inſignibus morerentur, quæ auguſtiſſima veſtis eſt (1) tenſas ducentibus

Senes mortem expectant domi.

poſſet. (2) Quidam codices habent *perſecutæ*; nec malè. Infrà l. 29. c. 31. *familiæ aliquot . . . perſecutæ ſunt regem.* (3) Nempe eas prohibere. (4) Pro perditis habitis. E. (5) Etiam in eâ calamitate, quæ plerumque jura omnia confundit.

C. 41. (1) *Tenſæ*, ſive *thenſæ*, ſunt ſacra vehicula, quibus ſimulacra Deorum ludis Circenſibus in Circum ad pulvinar deferebantur. Ante ipſas lora tendebantur, quæ fortaſſe manu tenebant principes viri, atque ideo ducere eas dicebantur. Porro *quæ auguſtiſſima veſtis eſt, eâ induti*, pro *eâ veſte, quæ auguſtiſſima eſt, induti.* Sic infrà l. 21. c. 18. *quod C. Lutatius conſul primò nobiſcum fœdus icit, negaſtis vos eo teneri.* l. 40. c. 20. *inquiſitumque*

tibus triumphantibusve, eâ vestiti medio ædium eburneis sellis sedere. Sunt, qui, M. Fabio pontifice maximo (2) præfante carmen, devovisse eos se pro patriâ Quiritibusque Romanis, tradant. Galli, & quia interpositâ nocte a contentione pugnæ remiserant animos, & quòd nec in acie ancipiti usquam certaverant prœlio, nec tum impetu aut vi capiebant urbem, sine irâ, sine ardore animorum ingressi postero die urbem patente Collinâ portâ, in forum perveniunt, circumferentes oculos ad templa Deûm arcemque, solam belli speciem tenentem. Inde, modico relicto præsidio, (ne quis in dissipatos ex arce aut Capitolio impetus fieret) dilapsi ad prædam vacuis (3) occursu hominum viis, pars in proxima quæque tectorum agmine ruunt; pars ultima, velut ea demum intacta & referta prædâ, petunt. (4) inde rursus ipsâ solitudine absterriti, ne qua fraus hostilis vagos exciperet (5), in forum ac propinqua foro loca conglobati redibant: ubi eos, plebis ædificiis obseratis, patentibus atriis principum, major propè cunctatio tenebat aperta, quàm clausa, invadendi. adeò haud secus quàm venerabundi intuebantur in ædium vestibulis sedentes viros, præter ornatum habitumque humano augustiorem, majestate etiam quam vultus gravitasque oris præ se ferebat, simillimos Diis. Ad eos velut (6) simulacra versi quum starent, M. Papirius unus ex his dicitur Gallo, barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti, scipione eburneo in caput incusso iram movisse; atque ab eo initium cædis ortum, ceteros in sedibus suis trucidatos. Post principum cædem nulli deinde mortalium parci, diripi tecta, exhaustis injici ignes.

Galli diripiunt urbem.

inquisitumque missi de iis, quorum Perseus Demetrium insimulasset sermonum cum Romanis. Vid. suprà not. 4. ad c. 57. l. 2. (2) *Præfari* hîc idem est, quod *præire verbis* vocat infrà l. 8. c. 9. Vid. suprà not. 4. ad c. 21. l. 4. & not. 11. ad c. 24. l. 1. (3) h. e. *ab* occursu; in quibus nulli homines occurrebant, quia qui Romæ manserant se continebant in ædibus. Sic infrà l. 36. c. 23. *nullum tempus vacuum dimicatione.* Sed & cum præpositione *ab* construxit Livius infrà l. 37. c. 13. *vacuo ab hostibus mari.* (4) h. e. ab ultimis tectorum, quæ antea petierant. Jungi potest τὸ *inde* vel cum *absterriti*, vel cum *redibant.* (5) Vid. not. 4. ad c. 30. l. 4. suprà. (6) Hâc voce innuitur obstinatum eorum silentium, & immobilis consessus; quasi non homines vivi, sed simulacra forent.

XLII. Ceterùm,

XLII. Ceterùm, ſeu non (1) omnibus delendæ urbis libido erat, ſeu ita placuerat principibus Gallorum, & oſtentari quædam incendia terroris causâ, ſi compelli ad deditionem caritate (2) ſedium ſuarum obſeſſi poſſent; & non omnia concremari tecta, ut, quodcunque ſupereſſet urbis, id pignus ad flectendos hoſtium animos haberent; nequaquam perinde atque in captâ urbe primâ die aut paſſim aut latè vagatus eſt ignis. Romani, ex arce plenam hoſtium urbem cernentes, vagoſque per vias omnes curſus, quum aliâ atque aliâ parte nova aliqua clades oriretur, (3) non mentibus ſolùm conſipere, ſed ne auribus quidem atque oculis ſatis conſtare (4) poterant. Quocunque clamor hoſtium, mulierum puerorumque ploratus, ſonitus flammæ, & fragor ruentium tectorum avertiſſet (5), paventes ad omnia, animos oraque & oculos flectebant, velut ad ſpectaculum a fortunâ poſiti occidentis patriæ, nec ullius rerum ſuarum relicti, præterquam corporum, vindices: tanto ante alios miſerandi magis, qui unquam obſeſſi ſunt, quòd interclusi a patriâ obſidebantur, omnia ſua cernentes in hoſtium poteſtate. Nec tranquillior nox diem tam fœdè actum excepit; (6) lux deinde

C. 42. (1) Placeret legere cum Gronovio *omnis*. Seu temere, & quia ita libebat, factum ut non omnem delere urbem vellent; ſive id conſilio faciebant, principibuſque Gallorum ita placuerat. *Omnis urbis* pro *totius urbis*. vid. ſuprà not. 5. ad c. 15. l. 3. Si vulgatum ſervandum ſit, *non omnibus* accipi poteſt pro *nullis*. vid. Cic. pro Roſcio Amer. c. 27. Sæpius ſimilis locutio οὐ πᾶς pro οὐδεὶς apud ſcriptores ſacros Novi Fœderis occurrit. Evang. Matth. c. 24. v. 22. Evang. Luc. c. 1. v. 13. Epiſt. ad Rom. c. 3. v. 20. & alibi. Hujuſmodi locutiones, linguæ Hebraicæ ſolennes, apud optimos etiam linguæ Græcæ auctores interdum inveniri viri docti monent. (2) *Sedes* interdum, non tantùm in genere patriam, locum, in quo moramur, verùm etiam ædes, domicilium, in quo habitamus, notat. Sic cap. præc. *ceteros in ſedibus ſuis trucidatos*. Et eo ſenſu templa vocantur *ſedes Deorum* ſuprà c. 39 & 50. & alibi ſæpe. (3) Non ſolùm mentium compotes eſſe non poterant, ſed ne aures quidem atque oculos ab inquietâ agitatione continere. *Non ſolùm* pro *non ſolùm non*. vid. not. 1. ad c. 40. l. 1. & not. 12. ad c. 3. l. 4. Verbum *conſipere* occurrit apud A. Gell. l. 7. c. 3 idque aliquoties Senecæ reſtituit Gronovius. (4) Ita *mente conſtare* Cic. l. 4. Tuſcul. c. 17. Aliter dicitur *mens conſtare*, infrà l. 8. c. 19. (5) Nempe a conſpectu aliarum rerum ad ſe. ſed omnino præſtat *advertiſſet*; quod & nonnulli codices ſcripti præferunt. Sic ſuprà l. 1. c. 12. *adverteratque ea res etiam Sabinos*. (6) Repetendum eſt ex præcedenti *nec tranquillior*: q. d. nec tranquillior fuit aut nox quæ diem tam fœdè actum excepit,

deinde noctem inquietam insecuta est. nec ullum erat tempus, quod a novæ semper cladis alicujus spectaculo cessaret. Nihil tamen, tot onerati atque obruti malis, flexerunt animos, quin, etsi omnia flammis ac ruinis æquata vidissent, quamvis inopem parvumque, quem tenebant, collem, libertati relictum, virtute defenderent: & jam, quum eadem quotidie acciderent, velut assueti malis, abalienaverant ab sensu rerum suarum animos; arma tantùm ferrumque in dextris, velut solas reliquias spei suæ, intuentes. †

XLIII. Galli quoque, per aliquot dies in tecta modò urbis nequicquam bello gesto, quum inter incendia ac ruinas captæ urbis nihil superesse, præter armatos hostes, viderent, (1) nec quidquam tot cladibus territos, nec flexuros ad deditionem animos, ni vis adhiberetur; experiri ultima, & impetum facere in arcem statuunt. Primâ luce, signo dato multitudo omnis in foro instruitur. inde, clamore sublato ac (2) testudine factâ, subeunt. adversùs quos Romani nihil temere nec trepidè, ad omnes aditus stationibus firmatis, quâ signa ferri videbant, eâ robore virorum opposito scandere hostem sinunt: quo successerit magis in arduum, eo pelli posse per proclive faciliùs rati. Medio fere clivo restitere: atque inde ex loco superiore, qui propè suâ sponte in hostem inferebat (3), impetu facto, strage ac ruinâ fudere Gallos: ut nunquam postea nec pars, nec universi tentaverint tale pugnæ genus. Omissâ itaque spe per vim atque arma subeundi, obsidionem parant: cujus ad id tempus immemores, &, quod in urbe fuerat, frumentum incendiis (4) urbis

Galli arcem frustra oppugnant.

cepit, aut lux quæ deinde noctem inquietam insecuta est. Gronovius verò conjicit legendum *inquieta*.

C. 43. (1) Drakenborchius, edita ante Frobenium & scripta aliquot secutus, dedit *nequidquam*; hoc sensu: Galli frustra Romanos tot cladibus terruerant, neque fructum, quem proposuerant, ex terrore hostium perceperunt. At vulgatam lectionem, cum Ruddimanno & Bipontinis, reduxi: quod enim Drakenborchius objicit, Livium cap. præc. Romanos *ad omnia paventes* descripsisse, id nullius esse ponderis mihi videtur. Initio certè repentinis cladibus fuerant attoniti: sed jam aliquot exierant dies, & Romani ultima experiri parati erant, obstinatis animis & ab sensu malorum, quotidiano usu, abalienatis. E. (2) Scutis super capita densatis; quemadmodum fusiùs infrà describitur l. 44. c. 9. (3) Impetum fecerunt Romani; sed & locus superior, unde restitere, propè suâ sponte sine ullo eorum impetu inferebat eos in hostem. (4) Gronovius

(4) urbis absumpserant, & ex agris per ipsos dies raptum omne Vejos erat. Igitur, exercitu diviso, partim per finitimos populos prædari placuit, partim obsideri arcem; ut obsidentibus frumentum populatores agrorum præberent.

Populatores Galli in Ardeatium agro.

XLIV. Proficiscentes Gallos ab urbe (1) ad Romanam experiendam virtutem fortuna ipsa Ardeam, ubi Camillus exsulabat, duxit: qui mœstior ibi fortunâ publicâ, quàm suâ, quum Diis hominibusque accusandis senesceret (2), indignando mirandoque ubi illi viri essent, qui secum Vejos Faleriosque cepissent, qui alia bella fortiùs semper, quàm feliciùs, gessissent; repentè audit, Gallorum exercitum adventare, atque de eo pavidos Ardeates consultare. nec secus quàm divino spiritu tactus, quum se in mediam concionem intulisset, abstinere suetus antè talibus conciliis; *Ardeates*, inquit, *veteres amici, novi etiam cives mei, quando & vestrum beneficium ita tulit, & fortuna hoc* (3) *egit mea, nemo vestrûm conditionis meæ oblitum me huc processisse putet: sed res ac periculum commune cogit, quod quisque possit in re trepidâ præsidii, in medium conferre. Et quando ego vobis pro tantis vestris in me meritis gratiam referam, si nunc cessavero? aut ubi usus erit mei vobis, si in bello non fuerit? Hâc arte in patriâ steti; &, invictus bello, in pace ab ingratis civibus pulsus sum. Vobis autem, Ardeates* (4) *fortuna oblata est, &* (5) *pro tantis pristinis populi Romani beneficiis, quanta ipsi meministis, (nec enim exprobranda apud memores sunt) gratiæ referendæ, & huic urbi decus ingens belli ex hoste communi pariendi. Quæ effuso agmine adventat, gens est, cui natura corpora animosque magna magis, quàm firma dederit. eo in certamen omne plus terroris, quàm virium, ferunt. Argumento sit clades Romana. patentem cepere urbem; ex arce Capitolioque his exiguâ resistitur manu. Jam obsidionis tædio victi*

Ad eos opprimendos Camillus Ardeates incitat.

†

†

(4) Gronovius expungi vult vocem *urbis*. sed vid. suprà l. 2. not. 1. ad c. 31 & 56.

C. 44. (1) Fortuna, quo Romanam virtutem experirentur, eos Ardeam duxit ubi Camillus erat. E. (2) Mœrore contabesceret. ut infrà l. 39. c. 34. (3) Suspicor Livium scripsisse *egit*. Ardeatium beneficium tulit ut Camillus civis eorum fieret; & fortuna Camilli fecit ut hoc beneficio egeret. E. (4) *Fortuna oblata est*, h. e. occasio a fortunâ oblata est, & gratiæ referendæ, & decus ingens pariendi &c. E. (5) Vid. suprà

victi abſcedunt, vagique per agros palantur, cibo vinoque raptim hauſto repleti. Ubi nox appetit, prope rivos aquarum, ſine munimento, ſine ſtationibus ac cuſtodiis, paſſim ferarum ritu ſternuntur, nunc ab ſecundis rebus magis etiam ſolito incauti. Si vobis in animo eſt tueri mœnia veſtra, nec pati hæc omnia Galliam fieri, primâ vigiliâ capite arma frequentes: me ſequimini ad cædem, non ad pugnam. niſi (6) vinctos ſomno, velut pecudes, trucidandos tradidero, non recuſo eundem Ardeæ rerum mearum exitum, quem Romæ habui.

XLV. (1) Æquis iniquiſque perſuaſum erat, tantum bello virum neminem uſquam eâ tempeſtate eſſe. Concione dimiſsâ, corpora curant, intenti, quàm mox ſignum daretur. quo dato, primæ ſilentio noctis ad portas Camillo præſtò fuere. Egreſſi, haud procul urbe, ſicut prædictum erat, caſtra Gallorum, intuta neglectaque ab omni parte nacti, clamore invadunt. Nuſquam prœlium, omnibus locis cædes eſt: (2) nuda corpora & ſoluta ſomno trucidantur. extremos tamen pavor cubilibus ſuis excitos, quæ aut unde vis eſſet, ignaros, in fugam, & quoſdam in hoſtem ipſum improvidos tulit. magna pars in agrum Antiatem delati, incurſione ab oppidanis in palatos factâ, circumveniuntur. Similis in agro Vejenti Tuſcorum facta ſtrages eſt: qui urbis, jam prope quadringenteſimum annum vicinæ, oppreſſæ ab hoſte inviſitato inauditoque, adeò nihil miſeriti ſunt, ut in agrum Romanum eo tempore incurſiones facerent, plenique prædæ Vejos etiam, præſidiumque & ſpem ultimam Romani nominis, in animo habuerint oppugnare. Viderant eos milites Romani, vagantes per agros & congregatos agmine, prædam præ ſe agentes, & caſtra cernebant haud procul Vejis poſita. inde primùm miſeratio ſui, deinde indignitas (3), atque ex eâ ira animos cepit; *Etruſciſne etiam, a quibus bellum Gallicum in ſe avertiſſent, ludibrio eſſe clades ſuas?* Vix temperavere animis, quin extemplo impetum facerent: compreſſique (4) a Cædicio centurione,

Galli ab Ardeatibus victi.

Tuſcorum ſtrages in agro Vejenti.

ſuprà l. 4. c. 9. & ſeq. (6) Vulgò *victos*: quod forſitan quibuſdam æquè placebit.

C. 45. (1) Omnibus perſuaſum erat, ſeu favore ſeu invidiâ Camillum proſequebantur. E. (2) *Nudus* pro *inermis* alibi ſæpe occurrit. ut ſuprà l. 1. c. 27. l. 3. c. 19. (3) Vid. not. 2. ad c. 40. l. 1. (4) Plures

turione, quem ſibimet ipſi præfecerant, rem in noctem ſuſtinuere. Tantùm par Camillo defuit auctor, cetera eodem ordine eodemque fortunæ eventu geſta. quin etiam, ducibus captivis, qui cædi nocturnæ ſuperfuerant, ad aliam manum Tuſcorum ad (5) Salinas profecti, nocte inſequenti ex improviſo majorem cædem edidere, duplicique victoriâ ovantes Vejos redeunt.

Fabius Dorſo. XLVI. Romæ interim plerumque obſidio ſegnis & utrinque ſilentium eſſe, ad id tantùm intentis Gallis, ne quis hoſtium evadere inter ſtationes poſſet: quum repentè juvenis Romanus admiratione in ſe cives hoſteſque convertit. Sacrificium erat (1) ſtatum in Quirinali colle genti Fabiæ. ad id faciendum C. Fabius Dorſo, (2) Gabino cinctu, ſacra manibus gerens, quum de Capitolio deſcendiſſet, per medias hoſtium ſtationes egreſſus, nihil ad vocem cujuſquam terroremve motus, in Quirinalem collem pervenit. ibique omnibus ſollenniter peractis, eâdem revertens ſimiliter conſtanti vultu graduque, ſatis ſperans † propitios eſſe Deos, quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deſeruiſſet, in Capitolium ad ſuos rediit; ſeu attonitis Gallis miraculo audaciæ, ſeu religione etiam motis cujus haudquaquam negligens eſt gens. Vejis interim non animi tantùm in dies, ſed etiam vires, *Vejos conveniunt Romani ex agris.* creſcebant: nec Romanis ſolùm eò convenientibus ex agris, qui (3) a prœlio adverſo aut clade captæ urbis palati fuerant, ſed etiam ex Latio voluntariis confluentibus, ut in parte prædæ (4) eſſent. Maturum jam videbatur, repeti patriam eripique ex hoſtium manibus: ſed corpori valido caput deerat. Locus ipſe admonebat Camilli, & magna pars militum erat, qui ductu auſpicioque ejus res proſpere geſſerant: & Caedicius negare, ſe commiſſurum, (5) cur ſibi aut Deorum aut hominum quiſquam

res codices ſcripti teſtantur legendum eſſe *compreſſi a Q. Cædicio.* (5) De his vid. ſuprà l. 1. c. 33.

C. 46. (1) Sic infrà l. 23. c. 35. *Campanis omnibus ſtatum ſacrificium ad Hamas.* (2) Cinctus Gabinus fuit, quum una togæ lacinia ſupra humerum ſiniſtrum in tergum rejecta, infra humerum ita revocabatur ad pectus, ut hominem cingeret. Eo habitu conſul Jani portam re erat apud Virgil. l. 7. Æn. v. 612. Eodem ambo Decii ſe devovent pro exercitibus Romanis infrà l. 8. c. 9. & l. 10. c. 28. (3) *A prœlio* eſt poſt prœlium. Vulgò edebatur *aut prœlio.* (4) *Prædæ* ſc. quâ ex Gallis potiri ſperabant. E. (5) Uſitatius foret *ut.* Cædicius declarat ſe non

quiſquam imperium finiret potiùs, quàm ipſe memor ordinis ſui poſceret imperatorem. Conſenſu omnium placuit, ab Ardeâ Camillum acciri; ſed antea conſulto ſenatu, qui Romæ eſſet. adeò regebat omnia pudor (6), diſcriminaque rerum propè perditis rebus ſervabant. Ingenti periculo tranſeundum per hoſtium cuſtodias erat. ad eam rem Pontius Cominius, impiger juvenis, operam pollicitus, incubans cortici, ſecundo Tiberi ad urbem defertur. inde, quâ proximum fuit a ripâ, per præruptum, eoque neglectum hoſtium cuſtodiæ, ſaxum in Capitolium evadit: &, ad magiſtratus ductus, mandata exercitûs edit. Accepto inde ſenatûs decreto, ut &, comitiis curiatis revocatus de exſilio, (7) juſſu populi Camillus dictator extemplo diceretur, militeſque haberent imperatorem, quem vellent, eâdem degreſſus nuncius Vejos contendit: miſſique Ardeam legati ad Camillum, Vejos eum perduxere: ſeu (quod magis credere libet, non priùs profectum ab Ardeâ, quàm comperit legem latam; quòd nec injuſſu populi (8) mutari finibus poſſet, nec, niſi dictator dictus, auſpicia in exercitu habere) lex curiata lata eſt, dictatorque abſens dictus.

Arceſſunt Camillum.

Camillus dictator dicitur

XLVII. Dum hæc Vejis agebantur, interim arx Romæ Capitoliumque in ingenti periculo fuit. namque Galli, ſeu veſtigio notato humano, quâ nuncius a Vejis pervenerat, ſeu ſuâ ſponte animadverſo ad (1) Carmentis ſaxorum aſcenſu æquo, nocte ſubluſtri, quum primò inermem, qui tentaret viam, præmiſiſſent, tradentes inde arma, ubi quid iniqui eſſet, alterni innixi, ſublevanteſque in vicem & trahentes alii alios, prout poſtularet locus; tanto

Capitolii periculum.

non expectaturum dum ſibi ab alio aliquo finiatur imperium, ſed potiùs ipſum poſcere imperatorem, cui libens pareret. (6) Reverentia ſenatùs auctoritatis, ſic *pudor patris*, apud Terentium. Mox *diſcriminaque rerum . . ſervabant*, ut ſuprà dixit c. 40. *ſalvo etiam tum diſcrimine divinarum humanarumque rerum.* (7) Infrà l. 22. c. 8. teſtatur Livius *nunquam ante eam diem* dictatorem a populo creatum eſſe. Comitia igitur curiata habita fuiſſe videntur, non ut iis Camillus dictator diceretur, ſed ut ab exſilio revocaretur. Poſtea verò populum interdum deſignaſſe eos qui & dictator & magiſter equitum dicerentur conſtat. infrà l. 27. c. 5. (8) Redire ab exſilio. ita *mutari civitate.* Cic. pro L. Cor. n. 31 & 42.

C. 47. Subintelligitur *ædem*, ut paſſim. Fanum Carmentis ſive Carmentæ, matris Evandri, fuiſſe ſub Capitolio, vel in imo Tarpeii montis, memoriæ proditum eſt. Vulgò autem edebatur *ad Carmentis ſaxum*: Jac. Gronovius legi vult *ſaxo aſcenſu æquo* h. e. uno aliquo e ſaxis aſcenſû-

tanto silentio in summum evasere, ut non custodes solùm fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal ad nocturnos strepitus, excitarent. (2) Anseres non fefellere, quibus sacris Junoni in summâ inopiâ cibi tamen abstinebatur. quæ res saluti fuit. Namque clangore eorum alarumque crepitu excitus M. Manlius, qui triennio antè consul fuerat, vir bello egregius, armis arreptis, simul ad arma ceteros ciens, vadit; &, dum ceteri trepidant, Gallum, qui jam in summo constiterat, umbone ictum deturbat. Cujus casus prolapsi quum proximos sterneret, trepidantes alios, armisque omissis saxa, quibus adhærebant, manibus amplexos, trucidat. jamque & alii congregati telis missilibusque saxis proturbare hostes, ruinâque tota prolapsa acies in præceps deferri. Sedato deinde tumultu, reliquum noctis (quantum in turbatis mentibus poterat, quum præteritum quoque periculum sollicitaret) quieti datum est. Luce ortâ, vocatis classico ad concilium militibus (3) ad tribunos, quum & rectè & perperam facto (4) pretium deberetur; Manlius primùm ob virtutem laudatus donatusque, non ab tribunis solùm militum, sed consensu etiam militari: cui universi (5) selibras farris & quartarios vini ad ædes ejus, quæ in arce erant, contulerunt. rem dictu parvam, ceterùm inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis, quum, (6) se quisque victu suo fraudans, detractum corpori atque usibus necessariis ad honorem unius viri conferret. Tum vigiles ejus loci, quâ fefellerat ascendens hostis, citati: & quum in omnes more militari se animadversurum Q. Sulpicius tribunus militum pronunciasset; consentiente clamore militum, in unum vigilem conjicientium culpam, deterritus, a ceteris abstinuit: reum haud dubium ejus noxæ, approbantibus cunctis, de saxo dejecit. Inde intentiores utrinque custodiæ esse; & apud Gallos, quia vulgatum

Anseres. (margin, beside "ad nocturnos strepitus")

M. Manlii virtus. (margin, beside "eorum alarumque crepitu")

† (margin, beside "sollicitaret) quieti datum est")

æqui, sive in quo esset æquus ascensus: quod præferendum videtur. (2) Docet Plutarchus suo adhuc ævo, in memoriam ejus rei, sollenni pompâ gestari solitum esse canem in furcâ suffixum, anserem verò in lecticâ & veste stragulâ velut triumphantem. (3) Ut hîc *ad concilium … ad tribunos*, sic infrà l. 8. c. 7. *ad prætorium ad patrem tendit.* (4) *Pretium* mercedem notat in utramque partem; quicquid datur pro merito. (5) *Σιτου μεν ἡμιλιτρον, οινου δε κοτυλης Ἑλληνικης τεταρτον.* Plut. *Quartarius* est quarta pars sextarii. (6) Vid. suprà l. 2. c. 10. ad fin. (7) Vid.

vulgatum erat, inter Vejos Romamque nuncios commeare; & apud Romanos, (7) ab nocturni periculi memoriâ.

XLVIII. Sed ante omnia obsidionis bellique mala fames (1) utrinque exercitum urgebat: Gallos pestilentia etiam, quum loco jacente inter (2) tumulos castra habentes, tum ab incendiis torrido & vaporis pleno, cineremque, non pulverem modò, ferente, quum quid venti motum esset. quorum intolerantissima gens, humorique ac frigori assueta, quum (3) æstu & angore vexata, vulgatis velut in (4) pecua morbis, moreretur; jam pigritiâ singulos sepeliendi promiscuè acervatos cumulos hominum urebant: bustorumque (5) inde Gallicorum nomine insignem locum fecere. Induciæ deinde cum Romanis factæ, & colloquia permissu imperatorum habita: in quibus quum identidem Galli famem objicerent, eâque necessitate ad deditionem vocarent, dicitur avertendæ ejus opinionis causâ multis locis panis de Capitolio jactatus esse in hostium stationes. Sed jam neque dissimulari, neque ferri ultrà fames poterat. Itaque, dum dictator delectum per se Ardeæ habet, magistrum equitum L. Valerium a Vejis (6) abducere exercitum jubet, parat, instruitque, quibus haud impar adoriatur hostes; interim Capitolinus exercitus, stationibus vigiliisque fessus, superatis tamen humanis omnibus malis, quum famem unam natura vinci non sineret, diem de die prospectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret, postremò spe quoque jam, non solùm cibo, deficiente, &, (7) quum stationes procederent, propè obruentibus infirmum corpus armis,

Fames & pestilentia.

(7) Vid. suprà not. 8. ad c. 31. l. 4.

C. 48. (1) Placeret magis *utrumque;* quod etiam unus & alter codex præfert. (2) Nempe colles, in quibus Romæ urbs sita erat. (3) *Æstus* referri debet ad solem, qui incommodus magis est in convallibus ac loco qui tumulis cinctus erat, *angor* ad vaporem ac cinerem vento motum; cujus utriusque intolerantissimi erant Galli, humori ac frigori assueti. (4) *Pecua* a *pecu* formatum Livio non insolitum est. infrà l. 26. c. 34. l. 35. c. 21. (5) Originem nominis paullo aliter tradit Varro. *Locus ad busta Gallica, quod, Româ recuperatâ, Gallorum ossa, qui possederunt urbem, ibi coacervata & consita.* Eorum etiam meminit Livius infrà l. 22. c. 14. (6) Unus codex habet *adducere*, nempe Ardeam ubi Camillus erat; quod omnino Livianum videtur. (7) Gronovius censet quòd *stationes procedere* dicuntur, quæ usque & usque continuantur, hìc quidem ab iisdem, propter paucitatem propugnantium. Vid. not. 6. ad c. 7. supra.

armis, vel dedi, vel redimi se, quâcunque pactione possent, (8) jussit; jactantibus non obscurè Gallis, haud magnâ mercede se adduci posse, ut obsidionem relinquant. Tum senatus habitus, tribunisque militum negotium datum, ut paciscerentur. Inde inter Q. Sulpicium tribunum militum & Brennum regulum Gallorum colloquio transacta res est, & mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum. Rei, fœdissimæ per se, adjecta indignitas est. pondera ab Gallis allata iniqua, &, tribuno recusante, additus ab insolente Gallo ponderi gladius: auditaque intoleranda Romanis vox, *Væ victis esse.*

Paciscuntur Romani cum Gallis.

XLIX. Sed Diique & homines (1) prohibuere redemptos vivere Romanos. nam forte quâdam, priùs quàm infanda merces perficeretur, per altercationem nondum omni auro appenso, dictator intervenit; auferrique aurum de medio, & Gallos submoveri jubet. Quum illi renitentes pactos dicerent sese, negat eam pactionem ratam esse, quæ, postquam ipse dictator creatus esset, injussu suo ab inferioris juris magistratu facta esset: denunciatque Gallis, ut se ad prœlium expediant. Suos in acervum conjicere sarcinas, & arma aptare, ferroque, non auro, recuperare patriam jubet, in conspectu habentes fana Deûm, & conjuges, & liberos, & solum patriæ, deforme belli malis, & omnia, quæ defendi repetique & ulcisci fas sit (2). Instruit deinde aciem, ut loci natura patiebatur, in semirutæ solo urbis, (3) & naturâ inæquali; & omnia, quæ arte belli secunda suis eligi præpararive poterant, providit. Galli, novâ re trepidi, arma capiunt, irâque magis, quàm consilio, in Romanos incurrunt. Jam verterat fortuna, jam Deorum opes humanaque consilia rem Romanam adjuvabant. Igitur primo concursu haud majore momento fusi Galli sunt, quàm ad

Dictatoris adventus.

Vincit Gallos.

suprà. At Drakenborchius *procedere* alio sensu capit. *arma propè obruebant infirmum corpus, quum stationes,* sive milites stationarii quorum vices erant ut stationem agerent, *procederent* in locum assignatum. Certè milites sæpe *procedere* dicuntur in aciem; & *acies* dicuntur *procedere in medium campi*. Suprà l. 4. c. 18. (8) Exercitus jussit se redimi, *quâcunque pactione possent* magistratus redimere.

C. 49. (1) Polybius tamen tradit Gallos, fœdere cum Romanis facto conditionibus quibus voluerant, ad patrias sedes rediisse: nec ullam mentionem facit Camilli ejusque de Gallis victoriarum. (2) Leges sanctissimæ jubeant. (3) Solo non modò ruinis inæquali, sed etiam naturâ

ad Alliam vicerant. (4) Juſtiore altero deinde prœlio ad octavum lapidem Gabinâ viâ, quò ſe ex fugâ contulerant, ejuſdem ductu auſpicioque Camilli vincuntur. Ibi cædes omnia obtinuit. caſtra capiuntur, & ne nuncius quidem cladis relictus. Dictator, recuperatâ ex hoſtibus patriâ, triumphans in urbem redit : (5) interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, Romulus ac parens patriæ conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellatur. Servatam deinde bello patriam iterum in pace haud dubiè ſervavit, quum prohibuit migrari Vejos, & tribunis rem intentiùs agentibus poſt incenſam urbem, & per ſe inclinatâ magis plebe ad id conſilium. eaque cauſa fuit non abdicandæ poſt triumphum dictaturæ, ſenatu obſecrante, ne rempublicam in incerto relinqueret ſtatu.

L. Omnium primum, ut erat diligentiſſimus religionum cultor, quæ ad Deos immortales pertinebant, retulit ; & ſenatuſconſultum facit (1), *Fana omnia, quòd ea hoſtis poſſediſſet, reſtituerentur,* (2) *terminarentur, expiarenturque, expiatioque eorum in libris* (3) *per duumviros quæreretur. Cum Cæretibus hoſpitium* (4) *publicè fieret, quòd ſacra populi Romani ac ſacerdotes recepiſſent, beneficioque ejus populi non intermiſſus honos Deûm immortalium eſſet : ludi Capitolini fierent, quòd Jupiter optimus maximus ſuam ſedem atque arcem populi Romani in re trepidâ tutatus eſſet : collegiumque ad eam rem M. Furius dictator conſtitueret ex iis, qui in Capitolio atque arce habitarent.* Expiandæ etiam vocis nocturnæ, quæ nuncia cladis ante bellum Gallicum audita neglectaque eſſet, mentio illata, juſſumque templum in Novâ viâ (5) Ajo Locutio fieri. Aurum, quod Gallis ereptum erat, (6) quodque

Senatuſconſultum de rebus ad religionem ſpectantibus.

naturâ. (4) Vid. not. 4. ad c. 27. l. 4. (5) Vid. ſuprà l. 3. c. 29.

C. 50. (1) i. e. faciendum curat. ut ſuprà l. 4. c. 11. *Fabius & Æbutius conſules . . . ſenatuſconſultum fecerunt.* Similiter uſurpari *creare magiſtratus*, ſuprà obſervatum eſt ad l. 2. c. 33. & l. 3. c. 1. Porro ſubintelligitur vocula *ut;* quemadmodum ſuprà l. 3. c. 21. *Senatusconſulta fiunt, neque tribuni legem eo anno ferrent* &c. Et ſolet ea ſæpius omitti poſt verba jubendi, imperandi, & ſimilia. Sic ſuprà l. 3. c. 20. *edicimus itaque omnes . . . adſitis.* (2) Conceptis verbis templorum fines terminabantur. Romulus, l. 1. c. 10. *templum iis regionibus, quas modò animo metatus ſum, dedico.* (3) Vid. ſuprà not. 5. ad. c. 10. l. 3. (4) Publicâ auctoritate, nomine reipublicæ. vid. not. 4. ad. c. 13. l. 4. (5) Paullo aliter dicitur *Ajus Loquens.* Cic. l. 2. de Divin. c. 32. *Ajus iſte Loquens . . ajebat & loquebatur, & ex eo nomen invenit.* Plutarchus in Camillo φημην και κληδονα vertit. (6) Et aurum quod, adventantibus Gallis,

que ex aliis templis inter trepidationem in Jovis cellam (7) collatum, quum, in quæ referri oporteret, confuſa memoria eſſet, ſacrum omne judicatum, & ſub Jovis (8) ſellâ poni juſſum. Jam antè in eo religio civitatis apparuerat, quòd, quum in publico deeſſet aurum, ex quo ſumma pactæ mercedis Gallis confieret, a matronis collatum acceperant, ut ſacro auro abſtineretur. Matronis gratiæ actæ, honoſque additus, ut earum, ſicut virorum, poſt mortem ſollennis laudatio eſſet. Iis peractis quæ ad Deos pertinebant, quæque per ſenatum agi poterant; tum demum, agitantibus tribunis plebem aſſiduis concionibus, ut, relictis ruinis, in urbem paratam Vejos tranſmigrarent, in concionem, univerſo ſenatu proſequente, eſcendit, atque ita verba fecit:

Rurſus movetur actio tranſmigrandi Vejos.

Camillus diſſuadet.

LI. *Adeò mihi acerbæ ſunt, Quirites, contentiones cum tribunis plebis, ut nec triſtiſſimi exſilii ſolatium aliud habuerim, quoad Ardeæ vixi, quàm quòd procul ab his certaminibus eram: & ob eadem hæc,* (1) *non, ſi me* (2) *ſenatuſconſulto populique juſſu revocaretis, rediturus unquam fuerim. Nec nunc me, ut redirem, mea voluntas mutata, ſed veſtra fortuna perpulit. quippe, ut in ſuâ ſede maneret patria, id agebatur; non ut ego utique in patriâ eſſem. & nunc quieſcerem ac tacerem libenter, niſi hæc quoque pro patriâ dimicatio eſſet; cui deeſſe, quoad vita ſuppetat, aliis turpe, Camillo etiam nefas eſt.* (3) *Quid enim repetiimus? quid obſeſſam ex hoſtium*

Gallis, collatum erat &c. (7) *Cella Jovis* memoratur etiam ſuprà l. 3. c. 19. Tres fuiſſe cellas in Capitolino templo ſuprà obſervatum eſt not. 2. ad. c. 55. l. 1. Et quidem in uno templo plures deos coli, ſed quamlibet templi cellam uni tantùm Deo dicari potuiſſe, juris fuit pontificii. vid. infrà l. 27. c. 25. (8) Codices aliquot habent *cellâ*. Sed potiùs genuinum videtur vulgatum, quod etiam integriores ſervant. hoc enim aurum *in ſolio Jovis* reconditum fuiſſe Plinius auctor eſt, l. 33. hiſt. nat. c. 1. & conſtat Jovis Capitolini effigiem non fuiſſe ſtantem, ſed ſedentem ſellâ, ſive eburneâ, ſive aureâ. Attamen fatendum eſt ciſternas ſubterraneas fuiſſe ſub areâ Capitolinâ, quas *faviſſas* vocabant, ubi reponi ſolebant ſigna vetera, & alia quædam religioſa e donis conſecratis. Vid. A. Gellium l. 2. c. 10.

C. 51. (1) Certo concilio apud animum meum ſtatuerim nunquam redire, etiamſi me revocaretis. *Si* pro etſi; ut mox hoc ipſo cap. *ſi nobis cum urbe* &c. infrà l. 7. c. 32. *non ſi mihi novum* &c. Ter. in Eun. 1. 1. 4. *redeam? non ſi me obſecret.* (2) Pro *me* Ruddimannus dedit *millies*; quod probandum cenſeo. Eò certè ducunt veſtigia optimorum codicum, quos Drakenborchius ipſe memoravit: præferunt enim *ſi mille SICS*, h. e. *ſenatusconſultis: ſimile ſenatusconſulto, ſim ille ſic;* & ſimilia. (3) Popter quid patriam repetiimus? ſic ſuprà l. 3. c. 7. *quid . . . tempus*

hostium manibus eripuimus, si recuperatam ipsi deserimus? & quum, victoribus Gallis, captâ totâ urbe, Capitolium tamen atque arcem Diique & homines Romani tenuerint (4), *habitaverint; victoribus Romanis, recuperatâ urbe, arx quoque & Capitolium deseretur? & plus vastitatis huic urbi secunda nostra fortuna faciet, quàm adversa fecit? Equidem, si nobis* (5) *cum urbe simul positæ traditæque per manus religiones nullæ essent, tamen tam evidens numen hâc tempestate rebus adfuit Romanis, ut omnem negligentiam divini cultûs exemptam hominibus putem. Intuemini enim* (6) *horum deinceps annorum vel secundas res, vel adversas: invenietis omnia prospere evenisse sequentibus Deos,* † *adversa spernentibus. Jam omnium primum Vejens bellum (per quot annos, quanto labore gestum!) non antè cepit finem, quàm monitu Deorum aqua ex lacu Albano emissa est.* (7) *Quid hæc tandem urbis nostræ clades nova? num antè exorta est, quàm spreta vox cœlo* (8) *emissa de adventu Gallorum? quàm gentium jus ab legatis nostris violatum? quàm a nobis, quum vindicari deberet, eâdem negligentiâ Deorum prætermissum? Igitur victi captique ac* (9) *redempti tantum pœnarum Diis hominibusque dedimus, ut terrarum orbi documento essemus. Adversæ deinde res ad-* † *monuerunt religionum. Confugimus in Capitolium ad Deos, ad sedem Jovis optimi maximi: sacra in ruinâ rerum nostrarum alia* (10) *terræ celavimus, alia, avecta in finitimas urbes, amovimus ab hostium oculis. Deorum cultum, deserti ab Diis hominibusque, tamen non intermisimus. Reddidere igitur patriam, & victoriam, & antiquum belli decus amis-*

pus tererent. & alibi sæpe. (4) *Tenere* pro retinere, incolume servare, frequens est. Suprà l. 2. c. 1. *omnia insignia primi consules tenuere.* l. 4. c. 10. *concordiæ pacisque domesticam curam . . . ita tenuit.* (5) Plurimæ religiones erant Romanis simul cum urbe positæ traditæque per manus: sed etsi nullæ essent, tamen &c. (6) *Hi anni* sunt proximi anni; ut suprà l. 4. c. 4. *paucis his annis.* & alibi sæpe. Ita in Evang. Luc. c. 24. v. 18. *ἐν ταις ἡμεραις ταυταις.* Act. Apost. c. 1. v. 5. *ȣ μετα πολλας ταυτας ἡμερας.* (7) Quid de eâ dicendum est? (8) Gronovius legi vult *missa*, ut suprà l. 1. c. 31. *voce cœlesti ex Albano monte missâ.* l. 3. c. 50. *diu vocem non misit.* Sed & alterum frequens. suprà l. 1. c. 54. *nullam eum vocem emisisse.* c. 58. *moriere, si emiseris vocem.* (9) Suprà quidem c. 49. dixit Livius, *Diique & homines prohibuere, redemptos vivere Romanos.* Camillus autem auget potiùs, quàm minuit, pœnas, quas ob neglectam religionem Romani dederunt. Neque aliter infrà l. 9. c. 11. l. 10. c. 16. l. 22. c. 59. l. 34. c. 5. (10) Usitatius foret *terrâ.* Sed tamen simili modo *condere terræ* dixit Lucan. l. 1. v. 607. & sic *recondere terræ* Florus l. 1. c. 13.

sum

ſum: & in hoſtes, qui cæci avaritiâ in pondere auri fœdus ac fidem fefellerunt, verterunt terrorem fugamque & cædem.

LII. (1) *Hæc culti neglectique numinis tanta monumenta in rebus humanis cernentes,* (2) *ecquid ſentitis, Quirites, quantum, vixdum e naufragiis prioris culpæ cladiſque emergentes, paremus nefas? Urbem auſpicatò inauguratóque conditam habemus: nullus locus in eâ non religionem Deorumque eſt plenus: ſacrificiis ſollennibus non dies magis ſtati,* (3) *quàm loca ſunt, in quibus fiant. Hos omnes Deos, publicos privatoſque, Quirites, deſerturi eſtis?* (4) *Quàm par veſtrum factum eſt, quod in obſidione nuper in egregio adoleſcente C. Fabio, non minore hoſtium admiratione, quàm veſtrâ, conſpectum eſt; quum inter Gallica tela degreſſus ex arce* (5) *ſollenne Fabiæ gentis in colle Quirinali obiit? An gentilicia ſacra ne in bello quidem intermitti, publica ſacra & Romanos Deos etiam in pace deſeri placet? & pontifices flamineſque negligentiores publicarum religionum eſſe, quàm privatus in ſollenni gentis fuerit? Forſitan aliquis dicat* (6), *aut Vejis ea nos facturos, aut huc inde miſſuros ſacerdotes noſtros, qui faciant: quorum neutrum fieri ſalvis ceremoniis poteſt. & ne omnia generatim ſacra omneſque percenſeam Deos;* (7) *in Jovis epulo num alibi, quàm in Capitolio, pulvinar* (8) *ſuſcipi poteſt? Quid de æternis Veſtæ ignibus ſignoque* (9), *quod imperii pignus cuſtodiâ ejus templi tenetur, loquar? Quid de ancilibus*

C. 52. (1) Ex his monumentis cernentes quanta eſt vis Deorum in rebus humanis, prout coluntur aut negliguntur. E. (2) *Ecquid* ſæpe pro ſimplici particulâ interrogandi ponitur. ut ſuprà l. 3. c. 11. l. 4. c. 3. (3) *Loca ſtata*, vel *ſtatuta* ſacrificiis memorat Cic. de Aruſp. reſp. c. 15. (4) Ironicè. quàm diſſimile eſt veſtrum factum *ei* facto, quod &c. uſitatâ ellipſi pronominis. Infrà l. 28. c. 42. *quàm compar conſilium tuum parentis tui conſilio ſit, reputa.* (5) *Sollenne* ſacrum; quod *ſacrificium ſtatum* ſuprà dicitur c. 46. Porro *obire ſollenne* dictum eſt, ut *obire bellum* ſuprà l. 4. c. 7. *obire munera* infrà l. 44. c. 4. *obire rem privatam, publicam* Cic. pro lege Man. c. 17. *obire ſacra ſolennia* l. 2. de Leg. c. 8. (6) Vid. ſuprà not 6. ad c. 47. l. 3. (7) *Epulum Jovis* differt aliquantum a *lectiſternio.* illud ludorum cauſâ dabatur. infrà l. 25. c. 2. In eo Jovem in lectulo accubuiſſe, Junonem & Minervam in ſellis ſediſſe, tradit Valer. Max. Illud ludorum epulare ſacrificium curare, primò quidem pontificum fuit, poſtea verò triumvirorum epulonum. infrà l. 33. c. 42. Cic. l. 2. de Or. c. 19. Lectiſternia, duumviris, ſive decemviris, ſacrorum monentibus, imperabantur; & fere peſtilentiæ, prodigiorum, vel pacis Deorum difficilibus reipublicæ temporibus expoſcendæ cauſâ. Suprà c. 13. infrà l. 7. c. 27. l. 21. c. 62. l. 22. c. 1 & 10. l. 29. c. 14. (8) *Pulvinar* eſt lectus alicui Deo ſtratus. Hîc *pulvinar ſuſcipi* idem videtur ac *lectiſternium inſtitui.* (9) Palladio, quod ab Æneâ in Italiam advectum eſſe fertur; & in templo Veſtæ aſſervabatur, ut pignus imperii.

ancilibus veſtris, Mars Gradive, (10) *tuque Quirine pater? hæc omnia in profano deſeri placet ſacra,* (11) *æqualia urbi, quædam vetuſtiora origine urbis? Et videte, quid inter nos ac majores interſit. illi ſacra quædam in monte Albano Lavinioque* (12) *nobis facienda tradiderunt. An ex hoſtium urbibus Romam ad nos transferri ſacra* (13) *religioſum fuit: hinc ſine piaculo in hoſtium urbem Vejos transferemus? Recordamini, agitedum, quoties ſacra inſtaurentur, quia aliquid ex patrio ritu negligentiâ caſuve prætermiſſum eſt. Modò quæ res, poſt prodigium Albani lacûs, niſi inſtauratio ſacrorum auſpiciorumque renovatio* (14) *affectæ Vejenti bello reipublicæ remedio fuit? At etiam, tanquam veterum religionum memores, & peregrinos Deos tranſtulimus Romam, & inſtituimus novos. Juno Regina, transvecta a Vejis, nuper in Aventino* (15) *quàm inſigni ob excellens matronarum ſtudium celebrique dedicata eſt die? Ajo Locutio templum, propter cœleſtem vocem exauditam in Novâ viâ, juſſimus fieri: Capitolinos ludos ſollennibus aliis addidimus; collegiumque ad id novum, auctore ſenatu, condidimus. Quid horum opus fuit ſuſcipi, ſi unà cum Gallis urbem Romanam relicturi fuimus? ſi non voluntate manſimus in Capitolio per tot menſes obſidionis? ſi ab hoſtibus metu retenti ſumus? De ſacris*

loquimur

perii. (10) Obſervandum eſt ancilia hîc tribui non tantùm Marti Gradivo, ſed & Quirino patri. Servius etiam *Salios Quirinales* memorat, quos viri docti eoſdem fuiſſe cenſent cum *Agonalibus*, ſive *Collinis*, a Tullo Hoſtilio inſtitutis. vid ſuprà l. 1. c. 27. eos autem *Quirinales* dictos eſſe vel quòd Quirino ſacri eſſent, vel quòd in colle Quirinali, qui & Agonalis dictus eſt, ſacra haberent. (11) Quædam ejuſdem cum urbe ætatis, quædam etiam majores. vid. not. 2. ad c. 20. ſuprà. (12) Alii habent *Lavinoque* h. e. in monte in quo Lavinium conditum eſt. Gronovius vult *Laviniique*. Sed *in Lavinio* dictum eſt, ut *in Alexandriâ* l. 42. c. 26. Vid. Perizon. ad Sanctii Min. l. 4. c. 6. Contrarium quidem exemplum occurrit apud Salluſtium in Jug. c. 33. *Romæ Numidiæque*, pro *Romæ & in Numidiâ*. Porro de ſollenni ſacro in monte Albano vid. not 2. ad c. 17. ſuprà. *Sollenne ſacrificium Lavinii* peragendum memorat noſter ſuprà l. 1. c. 13. de quo etiam Dion. Hal. dicit l. 2. pag. 115. (ed. Sylb.) ἡν ἐδει τοις πατρωοις θεοις ὑπερ της πολεως θυσαι τους βασιλεις. Iiſdem θεοις πατρωοις, ſive diis Penatibus, ut & Veſtæ, conſules, prætores, ſeu dictatores, quum adirent magiſtratum, Lavinii rem divinam feciſſe auctor eſt Macrob. l. 3. Sat c. 4. (13) Religioni habuimus, nefas eſſe duximus. ut ſuprà l. 2. c. 5. *religioſum erat conſumere*; & alibi. Eodem ſenſu *religio eſt*, & *religioni eſt* uſurpari ſolent. (14) Sic ſuprà c. 31. *placuit per interregnum renovari auſpicia*; & alibi. Suprà c. 17. dixit *auſpicia de integro repeterentur*. (15) Suprà c. 31. *celebratamque dedicationem ingenti matronarum ſtudio tradunt*. Porro nota locutionem *Juno dedicata eſt*, pro *Junonis ædes dedicata eſt*. Sic Hor.

l. 1.

loquimur & de templis: quid tandem de ſacerdotibus? Nonne in mentem venit, quantum piaculi committatur? Veſtalibus nempe una illa ſedes eſt, ex quâ eas nihil unquam, præterquam urbs capta, movit. Flamini Diali (16) *noctem unam manere extra urbem nefas eſt. Hos Vejentes pro Romanis facturi eſtis ſacerdotes, & Veſtales tuæ te deſerent, Veſta? & flamen peregre habitando in ſingulas noctes tantum ſibi reique publicæ piaculi contrahet? Quid alia, quæ auſpicatò agimus omnia fere intra pomœrium, cui oblivioni, aut cui negligentiæ damus? Comitia curiata,* (17) *quæ rem militarem continent; comitia centuriata, quibus conſules tribunoſque militares creatis, ubi auſpicatò, niſi ubi adſolent, fieri poſſunt? Vejoſne hæc transferemus? an comitiorum cauſâ populus tanto incommodo in deſertam hanc ab Diis hominibuſque urbem conveniet?*

LIII. (1) *Sed res ipſa cogit vaſtam incendiis ruiniſque relinquere urbem, & ad integra omnia Vejos migrare, nec hîc ædificando inopem plebem vexare.* (2) *Hanc autem jactari magis cauſam, quàm veram eſſe, ut ego non dicam, apparere vobis, Quirites puto; qui meminiſtis, ante Gallorum adventum, ſalvis tectis publicis privatiſque, ſtante incolumi urbe, hanc eandem rem actam eſſe, ut Vejos tranſmigraremus. Et videte, quantum inter meam ſententiam veſtramque interſit, tribuni. Vos, etiamſi tunc faciendum non fuerit, nunc utique faciendum putatis; ego contrà, (nec id mirati ſitis priùs, quàm, quale ſit, audieritis) etiamſi tunc migrandum fuiſſet, incolumi totâ urbe, nunc has ruinas relinquendas non cenſerem. Quippe tum cauſa nobis in urbem captam migrandi victoria eſſet, glorioſa nobis ac poſteris noſtris; nunc hæc migratio nobis miſera ac turpis, Gallis glorioſa eſt. non enim reliquiſſe victores, ſed amiſiſſe victi, patriam videbimur.* (3) *hoc ad Alliam fuga, hoc capta urbs, hoc circumſeſſum Capitolium*

l. 1. Od. 31. v. 1. *Quid dedicatum poſcit Apollinem Vates?* E. (16) Paullo aliter Tac. l. 3. Ann. c. 71. *quoties valetudo adverſa flaminem Dialem inceſſiſſet, ut pontificis maximi arbitrio pluſquam* binoctium *abeſſet, dum ne* &c. (17) *Conſuli, ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.* Cic. contra Rull. Or. 2. c. 12. Suprà c. 46. *lege curiatâ* imperium Camillo abſenti traditur. Vid. etiam infrà l. 9. c. 38.

C. 53. (1) Sed forſitan aliquis dicat. Ellipſis uſitata. (2) Hoc potiùs actioni falsò prætendi, quàm ejus veram eſſe cauſam, licet ego non dicerem, vos, opinor, cernere neceſſe eſt. E. (3) De locutione *hoc neceſſitatis*

tolium necessitatis imposuisse, ut desereremus penates nostros, exsiliumque ac fugam nobis ex eo loco consisceremus (4), *quem tueri non possemus. Et Galli evertere potuerunt Romam, quam Romani restituere non videbuntur potuisse? Quid restat, nisi ut, si jam* (5) *novis copiis veniant, (constat enim vix credibilem multitudinem esse) & habitare in captâ ab se, desertâ a vobis, hâc urbe velint, sinatis? Quid? si non Galli hoc, sed veteres hostes vestri, Æqui Volscive, faciant, ut commigrent Romam, velitisne illos Romanos, vos Vejentes esse?* (6) *an malitis hanc solitudinem vestram, quàm urbem hostium, esse? non equidem video, quid magis nefas sit. Hæc scelera, quia piget ædificare, hæc dedecora pati parati estis? Si totâ urbe nullum melius ampliusve tectum fieri possit, quàm* (7) *casa illa conditoris est nostri,* (8) *non in casis, ritu pastorum agrestiumque, habitare est satius inter sacra penatesque vestros, quàm exsulatum publicè ire? Majores nostri, convenæ pastoresque, quum in his locis nihil, præter silvas paludesque, esset, novam urbem tam brevi ædificarunt: nos, Capitolio, arce incolumi, stantibus templis Deorum, ædificare incensa piget? &, quod singuli facturi fuimus, si ædes nostræ deflagrassent, hoc in publico incendio universi recusamus facere?*

LIV. *Quid tandem? si fraude, si casu Vejis incendium ortum sit, ventoque (ut fieri potest) diffusa flamma magnam partem urbis absumat; Fidenas inde, aut Gabios, aliamve quam urbem quæsituri sumus, quò transmigremus? Adeò nihil tenet solum patriæ, nec hæc terra, quam matrem appellamus; sed in* (1) *superficie tignisque caritas nobis patriæ pendet? Equidem, fatebor vobis,* (2) *etsi minus injuriæ vestræ,*

sitatis vid. not. 4. ad c. 2. suprà. (4) *Consciscere exsilium, fugam*, ut infrà l. 10. c. 17 & 34. Tac. l. 3. Hist. c. 9. (5) Vid. suprà not. 6. ad c. 14. l. 1. (6) An placebit potiùs locum hunc desertum vacare, & manere vastitatem & solitudinem vestræ ditionis, quàm frequentari ab hostibus, illorumque urbem et habitationem reddi. Utrumque abominandum. Plut. in Cam. ὄνειδος αὐτοῖς ἐσόμενον, ἀντὶ ὑπ' ἄλλων οἰκουμένην ὁρῶσιν . . . ἀντ' ἔρημον οὖσαν. (7) Tugurium, ad Palatinum montem, in quo Romulus habitabat, quum vitam pastoritiam ageret; religiosè a Romanis conservatum, & ne tempore periret, subinde refectum. Dion. Hal. l. 1. pag. 66. (8) Vid. not. 6. ad c. 4. l. 4.

C. 54. (1) *Superficies* id dicitur quod solo superimpositum est. E. (2) Etsi, quum exsilii mei mentionem apud vos facio, nolim hoc ita accipi, quasi eâ re injuriam mihi factam vobis exprobrare velim: nam utique minùs injuriæ vestræ, quàm meæ calamitatis memini. Ita Dukerus, cui etiam

vestræ, quàm meæ calamitatis, meminisse juvat, quum abessem, quotiescunque patria in mentem veniret, hæc omnia occurrebant (3), *colles, campique, & Tiberis, & assueta oculis regio, & hoc cœlum, sub quo natus educatusque essem. quæ vos, Quirites, nunc moveant potiùs caritate suâ, ut maneatis in sede vestrâ, quàm postea, quum reliqueritis ea,* (4) *macerent desiderio. Non sine causâ Dii hominesque hunc urbi condendæ locum elegerunt, saluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges devehantur, quo maritimi commeatus accipiantur; mare vicinum ad commoditates, nec expositum nimiâ propinquitate ad pericula classium externarum: regionum Italiæ medium, ad incrementum urbis natum unicè locum.* (5) *Argumento est ipsa magnitudo tam novæ urbis. trecentesimus sexagesimus quintus annus urbis, Quirites, agitur: inter tot veterrimos populos tamdiu bella geritis; quum interea, ne singulas loquar urbes, non conjuncti cum Æquis Volsci,* (6) *tot tam valida oppida, non universa Etruria, tantum terrâ marique pollens, atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiæ, bello vobis par est. Quod quum ita sit, quæ (malum) ratio est,* (7) *expertis alia experiri, quum jam,* (8) *ut virtus*

etiam Drakenborchius assentitur. Crevierius desiderari censet particulam negantem ante verbum juvat. *Etsi meminisse* haud *juvat*, dicturus erat *injuriæ vestræ;* sed parcit verbo, & rem mollit dicendo *minùs injuriæ vestræ, quàm meæ calamitatis*, i. e. exsilii mei, quod veriùs dixerim a fatali quâdam meâ calamitate, quàm ab injuriâ vestrâ ortum. Sic suprà l. 4. c. 32. *ab pristini diei meliore occasione, quàm pugnâ.* [Hæc Crevierii sententia mihi satis placeret, ni audactius foret particulam negantem, omnibus refragantibus codicibus, interponere. Sed, ni fallor, eódem recidet legere cum aliquot codicibus scriptis *si*, pro *etsi*. *Si juvat meminisse minùs injuriæ vestræ, quàm meæ calamitatis;* h. e. si ejus rei mentionem facere sine offensione licet, quæ non tam vestra injuria, quàm mea calamitas dicenda est. E.] (3) Nempe menti, vel animo; ut infrà l. 6. c. 18. l. 25. c. 24. l. 36. c. 35. (4) *Macerare* sæpe ad animum refertur, pro angere, molestiâ ac dolore afficere. Ter. Andr. 5. 3. 15. Eun. 1. 2. 107. (5) Sic suprà c. 35. & 44. Cic. pro Sext. Rosc. c. 27. Philip. 2. c. 16. & alibi. Vid. not. 1. ad c. 29. l. 3. Aliter tamen dixit *argumentum esse* suprà l. 3. c. 55. quemadmodum hîc etiam codices scripti fere uno ore exhibent. (6) Per appositionem; ut suprà c. 29. *consules, invisus plebi magistratus.* Vid. etiam not. 4. ad c. 5. l. 3. (7) *Alia expertis*, pro diversa loca ab iis, quæ jam experientiâ scitis. Sic Hor. l. 1. Ep. 16. v. 20. *alium sapiente bonoque.* Ep. 1. v. 240. *alius Lysippo.* Cic. l. 11. ad fam. Ep. 2. *nec quicquam aliud libertate communi.* Similiter Græci dicunt ἄλλος ἐκείνου per ellipsin præpositionis ἀπό. *Expertis* autem accipiendum est passivè; ut suprà l. 1. c. 34. l. 3. c. 2 & 44. Alia etiam verba deponentia Livius sensu passivo usurpat. Sic verbum *populari* suprà l. 3. c. 3 & 6. (8) *Ut*, pro licet.

(9) Quum

virtus vestra transire aliò possit, fortuna certè loci hujus transferri non possit? Hîc Capitolium est, ubi quondam capite humano invento responsum est, eo loco caput rerum summamque imperii fore. hîc, (9) *quum auguratò liberaretur Capitolium, Juventas Terminusque maximo gaudio patrum nostrorum moveri se non passi. hîc Vestæ ignes, hîc ancilia cœlo demissa, hîc omnes propitii manentibus vobis Dii.*

LV. Movisse eos Camillus quum aliâ oratione, tum eâ, quæ ad religiones (1) pertinebat, maximè dicitur. sed rem dubiam decrevit vox (2) opportuna emissa; quòd, quum senatus post paullo de his rebus in (3) curiâ Hostiliâ haberetur, cohortesque, ex præsidiis revertentes, fortè agmine forum transirent, centurio in comitio exclamavit: *Signifer, statue signum: hîc manebimus optimè.* quâ voce audita, & senatus, *accipere se omen,* ex curiâ egressus, conclamavit, & plebs circumfusa approbavit. Antiquatâ deinde lege, promiscuè urbs ædificari cœpta. Tegula publicè præbita est: saxi materiæque (4) cædendæ, unde quisque vellet, jus factum; (5) prædibus acceptis, eo anno ædificia perfecturos. Festinatio curam exemit vicos dirigendi, dum, omisso sui alienique discrimine, in vacuo ædificant. Ea est causa, ut veteres cloacæ, primò per publicum ductæ, nunc privata passim subeant tecta; formaque urbis sit (6) occupatæ magis, quàm divisæ, similis.

Instauratio urbis.

(9) Quum per auguria id ageretur, ut libera a ceteris religionibus area Capitolina esset tota Jovis. Vid. suprà l. 1. c. 55.

C. 55. (1) Hujus vocis numero plurali Livius sæpe utitur. Suprà c. 50. l. 1. c. 31 & 32. l. 3. c. 57. (2) Vulgò edebatur *opportunè vox emissa.* Nec multum interest. (3) Vid. suprà l. 1. c. 30. (4) Per *materiam,* quam Græci ὕλην vocant, intelligendum est lignum, quo in exstruendis ædibus opus erat. infrà l. 6. c. 2. l. 26. c. 9. & alibi sæpe. (5) Eâ lege, ut qui ædificabant, prædes darent, qui spondere nt eo anno ædificia perfectum iri. (6) Magis occupatæ a singulis, prout cuique libuit, quàm divisæ sub arbitris, qui suum cuique locum assignarent.

INDEX

Rerum & locutionum, earum præcipuè quæ in notis explicantur vel utcunque illuſtrantur.

Numeri paginas indicant.

Addere

 Contrahere

Denunciare.

Escendere.

F.

Familia.

G.

K.

L.

Objicere.

O.

P.

Postulare

Providere

Trepidus

FINIS TOMI PRIMI.

EXCUDEBANT R. E. MERCIER ET SOCIUS,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

E R R A T A.

IN CONTEXTU.

Pag. 9. lin. 15. pro *prælium* l. *prœlium.*
Pag. 35. lin. antepenult. pro *utròque* l. *utróque.*
Pag. 45. lin. 19. pro *quó* l. *quò.*
Pag. 73. lin. 14. pro *crediderent* l. *crediderint.*
Pag. 74. lin. 5. pro *Taquinius* l. *Tarquinius.*
Pag. 165. lin. 17. pro *impetu* (3), *capto* l. *impetu* (3) *capio*,.
Pag. 170. lin. antepenult. pro *perteuli* l. *periculi.*
Pag. 175. lin 15. (editionis fere duabus tertiis partibus) pro *eonſulatum* l. *conſulatum.*
Pag. 195. l. 14. pro *infrâ* l. *infrà.*
Pag. 345. l. 4. pro *oportet.* l. *oportet ?.*

IN ANNOTATIONIBUS.

Pag. 7. lin. ult. (editionis fere tertiâ parte) pro κaλȣμενȣ, l. κaλȣμενȣς.
Pag. 24. lin. 8. poſt verba *obſcura erant.* hæc adde. Vel etiam, quemadmodum olim Sigonius, *τὸ circà* referre licet ad *denſa ſita virgulta: locis obſcuris ob denſa virgulta circà ſita,* h. e. a latere utroque. mox enim Romani dicuntur *tranſverſam* invadere hoſtium aciem. *Sita circà,* ut ſæpe *ſita in conſpectu, ſita ante oculos.*
Pag. 89. lin. 8. pro *qni* l. *qui.*
Pag. 97. lin. 3. pro *opertere* l. *oportere.*
Pag. 109. lin. 1. pro *factioni* l. *factione.*
Pag. 119. lin. 1. pro *adeòque* l. *adeóque.*
Pag. 157. lin. 10. pro *ordnariè* l. *ordinariè.*
Pag. 224. lin. 3. pro *libidinem* l. *libidinem.*
Pag. 261. lin. 1. pro *Tarquinius* l. *Tarquiniis.*
Pag. 270. lin. 2. pro *poſtulata* l. *poſtulatu.*
Pag. 328. lin. 10. pro *fuadendoque* l. *ſuadendòque.*

In margine, pag. 37. pro *certamini* l. *certaminis.*

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM, AB URBE CONDITA,

LIBRI QUI SUPERSUNT XXXV.

TEXTUM RECOGNOVIT,

SELECTIS VARIORUM

NOTIS ILLUSTRAVIT,

SUASQUE ALIQUOT ADJECIT

JOHANNES WALKER, A.M.

COLLEGII DUBLINIENSIS SOCIUS.

TOMUS SECUNDUS.

DUBLINII:

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO, ET SUMPTIBUS ACADEMICIS.

M.DCC.XCIX.

MONITUM AD LECTOREM.

In hoc tomo, obelifcus voci præfixus indicat locutionem illam, jam illuftratam, in prioris tomi indice quærendam effe.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI.

EPITOME LIBRI SEXTI.

RES adversùs Volſcos & Æquos & Præneſtinos proſpere geſtas continet. Quatuor tribus additæ ſunt, (1) Stellatina, Sabatina, Tromentina, Arnienſis. M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, quum obſtrictos ære alieno liberaret, nexos exſolveret, crimine affectati regni damnatus, de ſaxo (2) Tarpeio dejectus eſt: in cujus notam ſenatuſconſultum factum eſt, ne cui de Manliâ gente Marco (3) cognomen eſſet. C. Licinius & L. Sextius (4) tribuni plebis legem promulgarunt, ut conſules etiam ex plebe fierent, qui ex Patribus creabantur. eamque legem cum magnâ contentione, repugnantibus Patribus, quum iidem tribuni plebis per quinquennium ſoli magiſtratus fuiſſent, pertulerunt; & primus ex plebe conſul L. Sextius creatus eſt. Lata eſt & altera lex, ne cui plus quingentis jugeribus agri liceret poſſidere.

(1) Vid. not. 10. ad c. 5. infrà. (2) Vox *Tarpeio* non apparet in aliquot codicibus. Et conſtat ſimpliciter *ſaxum* vocari partem illam montis Capitolini, ex quâ damnati dejiciebantur. vid. infrà l. 24. c. 20. l. 25. c. 7. (3) Sic ſuprà in Epit. l. 2. *cui Vindicio nomen fuit.* Porro pro *cognomen* haud dubiè reponendum eſt vel *prænomen*, vel potiùs *nomen*. *Nomen* & *cognomen* alibi ſæpe in Mſſtis commutantur. hîc autem ex repetitione ultimæ ſyllabæ vocis præcedentis id tanto faciliùs accidiſſe potuit. (4) Ita rectè codices ſcripti plures. Vulgò edebatur *Seſtius*. Sed Seſtii patricii fuerunt, & hinc tribuni plebis eſſe non potuerunt.

T. LIVII PATAVINI

LIBER SEXTUS.

I. QUÆ ab conditâ urbe Româ ad captam eandem U. c. 365.
urbem (1) Romani ſub regibus primùm, conſulibus dein- A. C. 387.
de ac dictatoribus, decemviriſque ac tribunis conſulari-
bus geſſere, foris bella, domi ſeditiones, quinque libris
expoſui; res quum vetuſtate nimiâ obſcuras, velut quæ †
magno ex intervallo loci vix cernuntur; tum quòd parvæ
& raræ per eadem tempora literæ (2) fuere, una cuſtodia †
fidelis memoriæ rerum geſtarum: & quòd, etiam ſi quæ
in commentariis pontificum aliiſque publicis privatiſque
erant monumentis, incenſâ urbe pleræque interiere.
(3) Clariora deinceps certioraque ab ſecundâ origine,
velut (4) ab ſtirpibus lætiùs feraciúſque renatæ, urbis,
geſta domi militiæque exponentur. Ceterùm quo pri-
mo adminiculo (5) erecta erat, eodem inniſa M. Furio
principe ſtetit. neque eum abdicare ſe dictaturâ, niſi an-
no (6) circumacto, paſſi ſunt. Comitia in inſequentem an-
num tribunos habere, quorum in magiſtratu capta urbs
eſſet,

C. 1. (1) Sunt qui τὸ *urbem* delendum cenſent. At Livium ſæpius vocem quæ præceſſerat repetiiſſe, jam ſuprà diximus. † *repetitiones*. (2) *Literæ* ſunt quævis ſcripturæ, quævis monumenta literis mandata. Eas *parvas* vocat, quòd paucis tantùm verbis conſcriptæ forent: raras, quia eo tempore vix alia rerum geſtarum monumenta exſtabant, quàm commentarii pontificum. (3) Veluti quæ magis in aprico ponuntur. (4) Tranſlatio ab arbore excisâ, lætioreſque ab ſtirpibus feracioreſque ramos rurſum emittente. (5) Vox *adminiculum*, ex re agrariâ tranſlata, propriè notat fulcrum quo vites, vel aliæ arbores naturâ caducæ, ſuſtentantur. Cic. de Senect. c. 15. de nat. Deor. l. 2. c. 47. Hinc *adminiculare vineam* apud Colum. l. 4. c. 26. (6) h. e. anno currente, in cu-

esset, non placuit: res ad interregnum rediit. Quum civitas in opere ac labore assiduo reficiendæ urbis teneretur, interim Q. Fabio, simul (7) primùm magistratu abiit, ab C. Marcio tribuno plebis dicta dies est, quòd legatus in Gallos, ad quos missus erat orator, contra jus gentium pugnasset. cui judicio eum mors, adeò opportuna, ut voluntariam magna pars crederet, subtraxit. Interregnum initum. P. Cornelius Scipio interrex, & post eum M. Furius Camillus iterum (8). Is tribunos militum consulari potestate † creat, L. Valerium Publicolam iterum, L. Virginium, P. Cornelium, A. Manlium, L. Æmilium, L. Postumium. Hi ex interregno quum extemplo magistratum inissent, nullâ de re priùs, quàm de religionibus, senatum consuluere. In primis fœdera ac leges (erant autem eæ duodecim tabulæ & quædam regiæ leges) conquiri, quæ comparerent, jusserunt: alia (9) ex eis edita etiam in vulgus; quæ autem ad sacra pertinebant, a pontificibus maximè, ut religione obstrictos haberent multitudinis animos, suppressa. Tum de (10) diebus religiosis agitari cœptum, diemque (11) ante diem xv. Kalendas Sextiles, duplici clade insignem, (quo die ad Cremeram Fabii cæsi, quo deinde ad Alliam cum exitio urbis fœdè pugnatum) a posteriore clade Alliensem appellarunt, insignemque rei nulli publicè privatimque agendæ fecerunt.

Q. Fabius accusatus & mortuus.

U. c. 366. A. C. 386. L. Valerio &c. Tr. Mil.

jus gestis enarrandis Livius versatur; seu anno civili ordinariorum magistratuum, qui dignitatem Kal. Quinctilibus auspicati erant. Alii Camillum per integrum annum dictaturam gessisse volunt. Sed illa potior videtur sententia. (7) Τὸ *primùm* delendum esse viri docti censent. Certè Livius sæpissime vocem † *simul* eo sensu adhibuit. (8) At Camillus extraordinario hoc magistratu *bis* ante hunc annum functus fuisse dicitur. suprà l. 5. c. 17 & 31. Quin etiam Livius alibi non annotat aliquem iterum vel tertiùm interregem creatum esse. Locus corruptus videtur. (9) Nempe legum capita, vel condita & statuta legibus. (10) *Religiosi dies* dicuntur, teste A. Gellio l. 4. c. 9. tristi omine infames impeditique, in quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri temperandum est. Luciano aliisque ἀποφράδες dicuntur. Dionysius autem magis accuratè diem *religiosum* μέλαιναν dixit, † *nefastum* ἀποφράδα. (11) *Ante diem* xv. *Kalendas*, pro *die* xv. *ante Kalendas*, locutio est apud Sallustium, Ciceronem, optimosque scriptores passim obvia. Sæpissime autem a librariis mutatur in *ad* xv. *Kalendas*: qui error inde ortus est, quòd per compendium scribi solebat *a. d.* Plutarchus etiam in Græcam linguam transtulit. πρὸ δεκα μιας Καλανδῶν Μαιων. h. e. *ante diem*

runt. Quidam, (12) quòd poſtridie Idus Quinctiles non litaſſet Sulpicius tribunus militum, (13) neque inventâ pace Deûm poſt diem tertium objectus hoſti exercitus Romanus eſſet, etiam poſtridie Idus rebus divinis ſuperſederi juſſum: inde, ut poſtridie Kalendas quoque ac Nonas eadem religio eſſet, traditum, putant.

II. Nec diu † licuit quietis conſilia erigendæ ex tam gravi caſu reipublicæ ſecum agitare. Hinc Volſci, veteres hoſtes, ad exſtinguendum nomen Romanum arma ceperant; hinc Etruriæ principum ex omnibus populis conjurationem de bello, ad fanum Voltumnæ factam, mercatores afferebant. novus quoque terror acceſſerat defectione Latinorum Hernicorumque, qui, poſt pugnam ad lacum Regillum factam, per annos (1) propè centum nunquam ambiguâ fide in (2) amicitiam populi Romani fuerant. Itaque quum tanti undique terrores circumſtarent, appareretque omnibus, non odio ſolùm apud hoſtes, ſed contemptu etiam inter ſocios nomen Romanum laborare; placuit eiſdem auſpiciis defendi rempublicam, quibus recuperata eſſet, dictatoremque dici M. Furium Camillum. Is dictator C. Servilium Ahalam *Camillus* magiſtrum equitum dixit: juſtitioque indicto, delectum *dictator III.* juniorum habuit, ita ut ſeniores quoque, quibus aliquid roboris ſupereſſet, in verba ſua juratos centuriaret (3). Exercitum conſcriptum armatumque trifariam diviſit. partem unam in agro Vejente Etruriæ oppoſuit: alteram ante urbem caſtra locare juſſit. tribunus militum his A. Manlius, illis, qui adverſùs Etruſcos mittebantur, L. Æmilius præpoſitus: tertiam partem ipſe ad Volſcos duxit.

diem undecimum Kalendas Maias. in Numâ & alibi. (12) Vid. ſuprà l. 5 c. 38. (13) Et licet placati Dii non eſſent. † *Neque* reſolvendum, ut ſæpe, in *& non.* Mox *poſt diem tertium*, pro *tertio die poſt;* eodem fere modo quo ſuprà *ante diem* XV. *Kalendas.* Conferat lector illud Evang. Marc. c. 8. v. 31. και μετα τρεις ἡμερας ἀναςηναι. Porro Macrobius l. 1. Sat. c. 16. & A. Gellius l. 5. c. 17. dicunt *Pontifices ſtatuiſſe, poſtridie omnes Kalendas, Nonas, Idus atros dies habendos.*

C. 2. (1) Cum Latinis fœdus ictum memorat Livius ſuprà l. 2. c. 33. cum Hernicis ibidem c. 41. A priori fœdere ad hunc annum paullo plures, a poſteriori paullo pauciores, quàm centum anni, elapſi ſunt. A poſteriori itaque fœdere hi anni numerandi ſunt. (2) Vid. ſuprà not. 3. ad c. 14. l. 2. (3) In centurias diſtribueret, poſtquam juraviſſent ſe juſſu dictatoris conventuros, neque injuſſu abituros. Sic infrà l. 10

Volſcorum caſtra capit.

duxit. nec procul ab (4) Lanuvio (*ad Mæcium* is locus dicitur) caſtra oppugnare eſt adortus. Quibus, ab contemptu (quòd propè omnem deletam a Gallis Romanam juventutem crederent) ad bellum profectis, tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat, ut vallo ſe ipſi, vallum congeſtis arboribus ſepirent, ne quâ intrare ad munimenta hoſtis poſſet. Quod ubi animadvertit Camillus, ignem in objectam ſepem conjici juſſit. & fortè erat vis magna venti verſa in hoſtem. itaque non aperuit ſolùm incendio viam, ſed, flammis in caſtra tendentibus, vapore etiam ac fumo crepituque viridis † materiæ flagrantis, ita conſternavit hoſtes, ut minor moles ſuperantibus vallum in caſtra Volſcorum Romanis fuerit, quàm tranſcendentibus ſepem incendio abſumptam fuerat. Fuſis hoſtibus cæſiſque, quum caſtra impetu cepiſſet dictator, prædam militi dedit, quo minùs ſperatam, minimè largitore duce, eo militi gratiorem. perſecutus deinde

Dedunt ſe Volſci.

fugientes, quum omnem Volſcum agrum depopulatus eſſet, ad deditionem Volſcos (5) ſeptuageſimo demum anno ſubegit. Victor ex Volſcis in Æquos tranſit, & ipſos bellum molientes: exercitum eorum ad Bolas oppreſſit; nec caſtra modò, ſed (6) urbem etiam aggreſſus, impetu primo cepit.

III. Quum in eâ parte, in quâ caput rei Romanæ Camillus erat, ea fortuna eſſet, aliam in partem terror

†. l. 10. c. 21. *ſeniorum etiam cohortes factæ, libertinique centuriati.* (4) Non *Lavinio*, ut quidam codices præferunt. Nam locum ubi caſtra poſuit dictator, Româ abeſſe σταδίοις διακοσίοις refert Diodorus l. 14. Et Lanuvium quidem viginti fere milliaria ab Româ abfuiſſe dicitur, Lavinium verò longè Romæ vicinius ſitum fuit. Infinitis locis harum urbium nomina invicem commutantur. Mox pro *ad Mæcium* plures codices ſcripti habent vel *ad Metium*, vel *ad Mecium*; editi *ad Marcium*. Et his favere videntur Plutarchus et Diodorus, Μαρκιον ὀρος ſcribentes. (5) Legendum cenſet Sigonius *ſeptimo & centeſimo*; ut numeraverit Livius ab eo anno, quo Volſci, jam antè a Tarquinio ſuperbo laceſſiti, bellum moverunt, u. c. 259. Vid. ſuprà l. 1. c. 53. & l. 2. c. 22. Fatendum autem non modò codices omnes in vulgatum conſentire, ſed et Oroſium quoque & Eutropium. [Fortaſſe Livius numerat ab anno u. c. 295. quando Volſci, quorum nomen tribus antè annis propè deletum fuerat, bellum iterum moverunt. vid. ſuprà l. 3. c. 8. 22. & ſeqq. E.] (6) Æquos Bolas *obſidentes* a Camillo trucidatos eſſe narrat Diodorus. Et quidem Bolas tum Romanis paruiſſe ex ipſius Livii hiſtoriâ veriſimile videtur. vid ſuprà l. 4. c. 49. Niſi dicendum ſit Livium eam ab Æquis receptam fuiſſe narrare neglexiſſe, quod clam nunc hâc occaſione fecit, ut bene multa alibi.

ingens

ingens ingruerat. Etruria propè omnis armata Sutrium, (1) ſocios populi Romani, obſidebat: quorum legati, opem rebus affectis orantes, quum ſenatum adiſſent, decretum tulere (2), ut dictator primo quoque tempore auxilium Sutrinis ferret. Cujus ſpei moram quum pati fortuna obſeſſorum non potuiſſet, confectaque paucitas oppidanorum, opere, vigiliis, vulneribus, quæ ſemper eoſdem urgebant, per pactionem urbe hoſtibus traditâ, (3) inermes cum ſingulis emiſſi veſtimentis, miſerabili agmine penates relinquerent; eo fortè tempore Camillus cum exercitu Romano intervenit. cui quum ſe mœſta turba ad pedes provolviſſet, principumque orationem, neceſſitate ultimâ expreſſam, fletus mulierum ac puerorum, qui exſilii comites trahebantur, excepiſſet; parcere lamentis Sutrinos juſſit: Etruſcis ſe luctum lacrimaſque ferre (4). Sarcinas inde deponi, Sutrinoſque ibi conſidere, modico præſidio relicto, arma ſecum militem ferre jubet. Ita expedito exercitu profectus ad Sutrium, id quod rebatur, (5) ſoluta omnia rebus (ut fit) ſecundis invenit: nullam ſtationem ante mœnia, patentes portas, victorem vagum prædam ex hoſtium tectis † egerentem. Iterum igitur eodem die Sutrium capitur: victores Etruſci paſſim trucidantur ab novo hoſte, neque ſe conglobandi, coëundique in unum, aut arma capiendi datur ſpatium. quum pro ſe quiſque tenderent ad portas, ſi quà fortè ſe in agros (6) ejicere poſſent, clauſas (id enim primum dictator imperaverat) portas inveniunt. Inde alii arma capere, alii, quos fortè armatos tumultus occupaverat, convocare ſuos, ut prœlium inirent. quod accenſum ab deſparatione hoſtium fuiſſet; ni præcones, per urbem dimiſſi, poni arma, & parci inermi juſſiſſent, nec præter armatos quenquam violari. Tum etiam quibus animi (7) in ſpe ultimâ obſtinati ad decertandum fuerant, poſtquam

Sutrium a Tuſcis obſeſſum.

C. 3. (1) † *Appoſitio.* (2) Abſtulere, impetravere. (3) Quum paucitas oppidanorum confecta, i. e. quum oppidani ob paucitatem confecti, inermes emiſſi relinquerent &c. (4) Ita *perniciem alicui ferre* infrà l. 23. c. 9. *ferre fraudem* l. 24. c. 38. & ſuprà l. 3. c. 18 & 25. Similiter *portare* apud Terent. Andr. 2. 6. 1. & alibi. (5) Sic infrà l. 8. c. 30. *omnia ſoluta apud hoſtes.* & l. 25. c. 39. (6) *Ejicere ſe* occurrit ſuprà l. 1. c. 40. infrà hoc lib. c. 9. l. 28. c. 3. & paſſim apud Cæſarem. (7) Tum quum ſpes ultima eis fuerat in armis & certamine ſita. *Animi obſtin*[illegible]

postquam data spes vitæ est, jactare passim arma, inermesque, quod tutius fortuna fecerat, se hosti offerre. Magna multitudo in custodias divisa (8): oppidum ante noctem redditum Sutrinis inviolatum integrumque ab omni clade belli, quia non vi captum, sed traditum per conditiones fuerat.

Camillus triumphat. IV. Camillus in urbem triumphans rediit, trium simul bellorum victor. Longè plurimos captivos ex Etruscis ante currum duxit. quibus sub hastâ venumdatis, tantum æris redactum est, ut, pretio (1) pro auro matronis persoluto, ex eo, quod supererat, tres pateræ aureæ factæ sint: quas, cum titulo nominis Camilli, ante Capitolium (2) incensum in Jovis † cellâ constat ante pedes Junonis positas fuisse. Eo anno in civitatem accepti, qui Vejentium Capenatiumque ac Faliscorum per ea bella transfugerant ad Romanos, agerque iis novis civibus assignatus. revocati quoque in urbem senatusconsulto a Vejis, qui ædificandi Romæ pigritiâ, occupatis ibi (3) vacuis tectis, Vejos se contulerant. & primò fremitus fuit aspernantium imperium: dies deinde præstituta capitalisque pœna, (4) qui non remigrasset Romam, ex ferocibus universis singulos, metu suo quemque, obedientes fecit. Et Roma quum frequentiâ crescere, tum tota simul exsurgere ædificiis, & republicâ impensas adjuvante, & ædilibus velut publicum (5) exigentibus opus, & ipsis privatis (admonebat enim desiderium usûs) festinantibus ad effectum operis. intraque annum nova urbs stetit. Exitu anni comitia tribunorum militum consulari potestate habita. creati T. Quinctius Cincinnatus, Q. Servilius Fidenas quintùm, L. Julius Iulus, L. Aquillius Corvus, L. Lucretius Tricipitinus, Ser. Sulpicius Rufus. Exercitum alterum in Æquos, non ad bellum, (victos namque se fatebantur) sed ab

U. c. 367. A. C. 385. T. Quinctio &c. Tr. Mil.

ad decertandum, ut *obstinato ad mortem animo*, suprà l. 5. c. 41. *Decertare* autem, quod sæpe pro *certare* poni solet, hîc emphasin habet, & notat ad mortem usque certare. (8) *Dividi in custodiam*, infrà l. 24. c. 19. l. 43. c. 19.

C. 4. (1) Vid. suprà l. 5. c. 50. (2) Syllanis temporibus, anno u. c. 669. (3) Tò *ibi* referendum est ad sequens *Vejos*. (4) Subintellige *in eum*. (5) *Exigere* hîc idem fere esse quod *examinare* observat Drakenborchius. Id verò notionem verbi non satis declarare videtur. est enim examinare quemadmodum is qui opus ritè faciendum curat; ut in loco quem

ab odio ad pervastandos fines, ne quid ad nova consilia relinquerent virium, duxere: alterum in agrum Tarquiniensem. Ibi oppida Etruscorum Cortuosa & Contenebra vi capta dirutaque. Ad Cortuosam nihil certaminis fuit. improvisò adorti, primo clamore atque impetu cepere: direptum oppidum atque incensum est. Contenebra paucos dies oppugnationem sustinuit; laborque continuus, non die non nocte remissus, subegit eos. quum in sex partes divisus exercitus Romanus (6) senis horis in orbem succederet prœlio, oppidanos eosdem † integro (7) semper certamini paucitas fessos objiceret; cessere tandem, locusque invadendi urbem Romanis datus est. Publicari prædam tribunis placebat: sed imperium, quàm consilium, segnius fuit. dum cunctantur, jam militum præda erat; nec, nisi (8) per invidiam, adimi poterat. Eodem anno, ne privatis tantùm operibus cresceret urbs, Capitolium quoque saxo quadrato (9) substructum est: opus vel in † hâc magnificentiâ urbis conspiciendum. *Capitolii substructio.*

V. Jam & tribuni plebis, civitate ædificando occupatâ, conciones suas (1) frequentare legibus agrariis conabantur. (2) ostentabatur in spem Pomptinus ager, tum primùm, post accisas a Camillo Volscorum res, possessionis haud ambiguæ. Criminibantur, *multo eum* (3) *infestiorem agrum ab nobilitate esse, quàm a Volscis fuerit; ab illis enim tantùm, quoad vires & arma habuerunt, incursiones eo factas. nobiles* *Tribb. Pl. molitiones.*

quem ipse Drakenborchius ex Ovidio adducit, Ep. 11. v. 8. ubi emphasis minimè percipitur, si pro simplici *examinare* accipias. Sed nec magnopere adversarer, si quis *exigentibus opus* sumere mallet pro *adigentibus populum ad opus perficiendum:* quemadmodum *exigere pecuniam* passim dicitur. E. (6) Ita capesseret prœlium, ut in singula senarum horarum spatia singulæ exercitûs partes sibi in orbem succederent. (7) Semper novo, nunquam finito. *Oppidanos eosdem paucitas objiceret,* pro oppidani eidem ob paucitatem objicerentur. (8) Ita ut invidia inde oriretur, ita ut odium militis excitaretur in duces. (9) Murus ex lapide quadrato factus circa radicem montis Capitolini ejusque partes inferiores, qui prohiberet ne terra delaberetur.

C. 5. (1) Ad conciones suas frequentem civium multitudinem allicere. Idem dixit *frequentiâ urbanâ celebrare actiones,* suprà l. 5. c. 11. Et sæpe quidem *frequentare* idem est quod celebrare. infrà l. 36. c. 39. *ad triumphum frequentandum,* h. e. frequentem & celebrem faciendum. (2) Aliter dicitur *spes ostendi* & *ostentari.* [Locutio *ostentare in spem* desumpta videtur ab iis qui rem aliquam conspiciendam protendunt, quo alii in spem ejus potiundi erigantur. E.] (3) Quasi hostili direptione vexatum. Infrà l. 10.

nobiles homines (4) *in possessionem agri publici grassari: nec, nisi, antequam omnia præcipiant* (5), *divisus sit, locum ibi plebi fore.* (6) Haud magno opere plebem moverant, & infrequentem in foro propter ædificandi curam, & eodem (7) exhaustam impensis, eoque agri immemorem, ad quem (8) instruendum vires non essent. In civitate plenâ religionum, tum etiam ab recenti clade superstitiosis principibus, (9) ut † renovarentur auspicia, res ad interregnum rediit. interreges deinceps M. Manlius Capitolinus, Ser. Sulpicius Camerinus, L. Valerius Potitus. Hic demum tribunorum militum consulari potestate comitia habuit. L. Papirium, C. Cornelium, C. Sergium, L. Æmilium iterum, L. Menenium, L. Valerium Publicolam tertiùm † creat. hi ex interregno magistratum occepere. Eo anno ædes Martis, Gallico bello vota, dedicata est a T. Quinctio † duumviro sacris faciundis. Tribus quatuor ex novis civibus additæ, (10) Stellatina, Tromentina,

U. c. 368. A. C. 384. L. Papirio &c. Tr. Mil.

l. 10. c. 46. *regio ea infesta ab Samnitibus erat.* Præpositio sæpe omittitur; ut apud Suet. in Aug. c. 8. *per infestas hostibus vias.* (4) Suprà l. 2. c. 12. *ut in te hâc viâ grassaremur.* Etiam *τὸ adversùs* huic verbo jungitur. Suet. in Calig. c. 34. (5) i. e. præoccupent. (6) Haud multum moverant. Optimi codices plerumque divisim scribunt *magno opere, maximo opere, tanto opere,* & similia. Nonnunquam etiam vocibus quibusdam interpositis separantur. Sic *magnoque opere abs te peto,* Cic. ad Fam. 13. 34. *maximo te orabat opere,* Ter. Eun. 3. 4. 26. (7) In eandem rem, i. e. in ædificandum. Editi aliquot habent *eandem.* [Hoc mihi magis placeret, si codicum scriptorum auctoritas accederet. Et infrequens erat plebs in foro, eademque exhausta impensis, adeò ut, vel qui conveniebant, agri immemores essent. Certè hoc modo vox *idem,* pro insuper, sæpissime apud optimos auctores usurpatur. E.] (8) *Instruere agrum,* pro instrumenta parare aliaque ad agrum colendum necessaria. Sic *instruere hortos* Cic. de Off. l. 3. n. 59. E. (9) Quandocunque magistratus vitio creati essent, abdicare se magistratu cogebantur, & patricii coibant ad prodendum interregem, ut auspicia de integro repeterentur. (10) Omnia hæc nomina Etrusca sunt, Etrusci enim omnes fuerunt novi cives in has tribus relati. vid. cap. præc. *Stellatina* tribus ab agro, sive campo *Stellate,* in Etruriâ, dicta est. *Sabatina* a *Sabate* lacu; *Tromentina* a *Tromento* campo; qui itidem in Etruriâ. *Arniensis* ab *Arno* Etruriæ fluvio. Codices autem aliquot & scripti & editi habent *Narniensis.* Sed alterum præstare marmora antiqua probant: & quidem *Narnia* Umbriæ oppidum, unde nomen *Narniensis* deductum volunt, hoc tempore *Nequinum* appellabatur, & fere nonaginta demum annis postea *Narniæ* nomen accepit, quum eò colonia deduceretur. [Hoc argumentnm, quod affert Drakenborchius, parum solidum videtur. Nam cur non ex fluvio *Nare,*

Tromentina, Sabatina, Arnienſis: eæque (11) viginti quinque tribuum numerum explevere.

VI. De agro Pomptino ab L. Sicinio tribuno plebis actum ad frequentiorem jam populum, (1) mobilioremque ad cupiditatem agri, quàm fuerat. Et de Latino Hernicoque bello mentio facta in ſenatu, majoris belli curâ, quòd Etruria in armis erat, dilata eſt. Res ad Camillum tribunum militum conſulari poteſtate rediit. collegæ additi quinque, Ser. Cornelius Maluginenſis, Q. Servilius Fidenas ſextùm, L. Quinctius Cincinnatus, L. Horatius Pulvillus, P. Valerius. Principio anni averſæ curæ hominum ſunt a bello Etruſco, quòd fugientium ex agro Pomptino agmen repentè illatum in urbem attulit (2), Antiates in armis eſſe, Latinorumque populos juventutem (3) ſubmiſiſſe ad id bellum; (4) eo abnuentes publicum fuiſſe conſilium, quòd non prohibitos tantummodo voluntarios dicerent militare ubi vellent. Deſierant jam ulla contemni bella. itaque ſenatus Diis agere gratias, quòd Camillus in magiſtratu eſſet; dictatorem quippe dicendum eum fuiſſe, ſi privatus eſſet: & collegæ fateri, *regimen omnium rerum, ubi quid bellici terroris ingruat, in viro uno eſſe: ſibique deſtinatum in animo eſſe, Camillo ſubmittere imperium. nec quicquam* (5) *de majeſtate ſuâ detractum credere, quod majeſtati ejus viri conceſſiſſent.* Collaudatis ab ſenatu tribunis, & ipſe Camillus, (6) confuſus animo, gratias egit. (7) *Ingens*, inde aït, *onus a populo Romano*

U. c. 369. A. C. 383. M. Furio Camillo &c. Tr. Mil.

Antiates in armis.

Camillo regimen omnium rerum collegæ permittunt.

Nare, qui etiam *Narniæ* oppido nomen poſtea dedit, *Narnienſis* tribus nunc dicta intelligatur? E.] (11) Vid. ſuprà l. 2. c. 21.

C. 6. (1) Plebs faciliùs jam moveri poterat ad agrum cupiendum. Reſpicit ad id quod cap. præc. dictum erat; *haud magno opere plebem moverant.* Sic infrà l. 29. c. 3. *gente ad omnem auram ſpei mobili.* c. 12. *alias gentes motas eſſ. ad ſpem novandi res.* (2) *Afferre*, pro nunciare, frequens eſt. ut infrà l. 8. c. 17. *exploratores miſſi attulerunt quieta omnia apud Gallos eſſe.* (3) *Submittere* eſt vel auxilio mittere, ut infrà l. 44. c. 4. *integros feſſis ſubmittendo;* vel clam mittere, ut apud Cic. l. 1. in Verr. c. 41. (4) Eâ ratione culpam a ſe publici conſilii amolientes. (5) *Detrahere de majeſtate ſuâ* eſt eam minuere. ſic Cic. l. 1. in Verr. c. 9. de Amic. c. 16. Mox *concedere majeſtati*, ut *concedere ætati, injuriæ.* Sall. in Jug. c. 11 & 14. (6) *Confuſus* dicitur perturbatus quocunque animi motu. *digreſſu veteris confuſus amici.* Juv. Sat. 3. v. 1. Interdum etiam exprimitur affectus, quo quis perturbatur: *confuſus pudore, irâ, dolore.* Quamvis autem *confuſus* plerumque de animo dicatur, non tamen planè vacat additum *animo.* Nam & *vultus* dicitur *confundi.* cum perturbati animi ſigna etiam in vultu conſpiciuntur. infrà l. 41. c. 15. *rediit confuſo vultu.* (7) Oratio pendet a verbo *injungi*, in fine addito.

Inde

mano sibi, qui se dictatorem jam quartùm creasset (8), *magnum a senatu talibus de se judiciis ejus ordinis, maximum tam honoratorum collegarum obsequio injungi. Itaque si quid laboris vigiliarumque adjici possit, certantem secum ipsum annisurum, ut tanto de se consensu civitatis* (9) *opinionem, quæ maxima sit, etiam constantem efficiat. Quod ad bellum atque Antiates attineat, plus ibi minarum, quàm periculi, esse. se tamen, ut nihil timendi, sic nihil contemnendi auctorem esse. Circumsederi urbem Romanam ab invidiâ & odio finitimorum: itaque & ducibus pluribus & exercitibus* (10) *administrandam rempublicam esse. Te*, inquit, *P. Valeri, socium imperii consiliique, legiones mecum adversùs Antiatem hostem ducere placet: te, Q. Servili, altero exercitu instructo paratoque, in urbe castra habere; intentum, sive Etruria se interim, ut nuper, sive nova hæc cura* (11), *Latini atque Hernici, moverint. Pro certo habeo, ita rem gesturum, ut patre, avo, teque ipso ac sex tribunatibus dignum est. Tertius exercitus ex † causariis senioribusque a L. Quinctio scribatur, qui urbi mœnibusque præsidio sit. L. Horatius arma, tela, frumentum,* (12) *quæque belli alia tempora poscent, provideat. Te, Ser. Corneli, præsidem hujus publici † consilii* (13), *custodem religionum, comitiorum, legum, rerum omnium urbanarum,* (14) *collegæ facimus.* Cunctis in partes muneris sui benignè pollicentibus operam, Valerius, socius imperii lectus, adjecit; *M. Furium sibi pro dictatore, seque ei pro magistro equitum futurum. Proinde, quam opinionem de unico imperatore, eam spem de bello haberent. Se verò bene sperare,*

Inde aït, nempe quum tribunis, quos senatus collaudaverat, gratias egisset. *Inde*, pro deinde, passim. (8) *Creasset* pro creaturus fuisset, nempe nisi summo in magistratu esset; jam enim ter tantùm dictator Camillus fuerat. Hoc autem tempore potestas creandi dictatorem non fuit penes populum Romanum, sed penes consules vel tribunos militum consulari potestate, si id senatusconsulto facere jussi essent. Postea quidem dictator dicebatur a magistratu, sed non alius quàm quem populus creari jusserat. Ad hunc morem Livii verba respicere videntur. (9) Opinionem de se quam civitas tanto consensu habuit. (10) Sic infrà l. 23. c. 49. *privatâ pecuniâ respublica administrata est.* Itidem l. 30. c. 41. l. 40. c. 35. (11) Hi qui novam nobis sollicitudinem creant. † *appositio.* (12) Et alia quæ tempora belli poscent. Aliquot codices habent *quæque bellica tempora poscent:* quemadmodum dicitur *annus quietus* suprà l. 2. c. 18. *segne tempus* infrà l. 38. c. 22. Sed vulgatum præstat. (13) Nempe senatûs. (14) Nos collegæ tui. Innumeris locis Livius aliique pronomina primæ & se-

ſperare, Patres, *& de bello, & de pace univerſâque republicâ*, erecti gaudio, fremunt: *nec dictatore unquam opus fore reipublicæ, ſi tales viros in magiſtratu habeat, tam concordibus junctos animis, parere atque imperare juxta paratos, laudemque* (15) *conferentes potiùs in medium, quàm ex communi ad ſe trahentes.*

VII. Juſtitio indicto, delectuque habito, Furius ac Valerius ad Satricum profecti: quò non Volſcorum modò juventutem Antiates ex novâ ſubole (1) lectam, ſed ingentem Latinorum Hernicorumque conciverant ex integerrimis diutinâ pace populis. itaque novus hoſtis veteri adjunctus commovit animos militis Romani. Quod ubi aciem jam inſtruenti Camillo centuriones renunciaverunt, *turbatas militum mentes eſſe, ſegniter arma capta, cunctabundoſque &* (2) *reſiſtentes egreſſos caſtris eſſe; quin voces quoque auditas, cum centenis hoſtibus ſingulos pugnaturos; & ægre inermem tantam multitudinem, nedum armatam, ſuſtineri poſſe;* in equum inſilit, &, ante ſigna obverſus (3) in aciem, ordines interequitans, *Quæ triſtitia, milites, hæc, quæ inſolita cunctatio eſt? Hoſtem, an me, an vos ignoratis? Hoſtis eſt quid aliud, quàm perpetua materia virtutis gloriæque veſtræ? Vos contrà, me duce, (ut Falerios Vejoſque captos, &* (4) *in captâ patriâ Gallorum legiones cæſas taceam) modò* (5) *trigeminæ victoriæ triplicem triumphum ex his ipſis Volſcis, & Æquis, & ex Etruriâ egiſtis. An me, quòd non dictator vobis, ſed tribunus, ſignum dedi, non* (6) *agnoſcitis ducem? neque* (7) *ego maxima imperia in vos deſidero: & vos in*

Oratio Camilli ad milites.

& ſecundæ perſonæ omiſerunt. (15) *In medium conferre* ſuprà l. [illegible] c. 44.

C. 7. (1) *Suboles* propriè eſt propago ſuccreſcens; a verbo *ſuboleſcere*. Hinc *juventus ſuboleſcens*, infrà l. 29. c. 3. Vulgò vitiosè ſcribitur *ſobole*. (2) Identidem ſubſiſtentes. Gronovius conjecit *reſtitantes*: quod placet. Hoc verbo Livius alibi uſus eſt; infrà l. 7. c. 39. l. 30. c. 31. etiam Ter. in Eun. 4. 4. 1. (3) Sic *obverti in hoſtem*, infrà c. 24. l. 9. c. 21 & 35. *mons obverſa in regionem Magneſiæ*. l. 44. c. 11. (4) Quidam codices omittunt præpoſitionem. At vulgatum defendit id quod Livius ſuprà dixit, l. 5. c. 49. Camillum *in ſemirutæ ſolo urbis* Gallos fudiſſe. (5) Suprà c. 4. *Camillus . . . trium ſimul bellorum victor*. *Trigeminus* uſurpatur pro tribus uno partu editis: *tergeminus* (quod hîc præferunt quidam codices) pro triformi, triplici. Livius triplicem victoriam Camilli conſiderat, tanquam trigeminum virtutis Camilli fœtum, uno partu editum. (6) Propriè *agnoſcimus* ea quæ antea nota fuere; *cognoſcimus* quæ nunc demum noſcere incipimus. (7) Senſus eſt: vos tales eſſe cenſeo, in quos nil opus

in me nihil, præter me ipſum, intueri decet: neque enim dictatura mihi unquam animos fecit, ut ne exſilium quidem ademit. Iidem igitur omnes ſumus: &, quum eadem omnia in hoc bellum afferamus, quæ in priora attulimus, eundem eventum belli exſpectemus. † *Simul concurreritis, quod* (8) *quiſque didicit ac conſuevit, faciet. Vos vincetis, illi fugient.*

Vincit Volſcos. VIII. Dato deinde ſigno, ex equo deſilit, & proximum ſigniferum, manu arreptum, ſecum in hoſtem rapit; *infer, miles,* clamitans, *ſignum.* quod ubi videre ipſum Camillum, jam ad (1) munera corporis ſenectâ invalidum, vadentem in hoſtes, procurrunt pariter omnes, clamore ſublato, *Sequere imperatorem,* pro ſe quiſque clamantes. Emiſſum etiam ſignum Camilli juſſu in hoſtium aciem ferunt; idque ut repeteretur, concitatos anteſignanos. (2) Ibi primùm pulſum Antiatem, terroremque non in primam tantùm aciem, ſed etiam ad ſubſidiarios perlatum. nec vis tantùm militum movebat (3), excitata præſentiâ ducis, ſed quòd Volſcorum animis nihil terribilius erat, quàm ipſius Camilli fortè oblata ſpecies. Ita, quocunque ſe intuliſſet, victoriam ſecum haud dubiam trahebat. maximè id evidens fuit, quum, in lævum cornu, propè jam pulſum, arrepto repentè equo cum ſcuto pedeſtri, advectus, conſpectu ſuo prœlium reſtituit, oſtentans vincentem ceteram aciem. Jam inclinata res erat, ſed (4) turbâ hoſtium & fuga impediebatur, & longâ cæde † conficienda multitudo tanta feſſo militi erat: quum repentè ingentibus procellis fuſus imber certam (5) magis victoriam, quàm prœlium, diremit. Signo deinde receptui dato, nox inſecuta, quietis Romanis, perfecit bellum. Latini namque & Hernici, relictis Volſcis, domos profecti ſunt, malis conſiliis pares adepti eventus. Volſci, ubi ſe deſertos ab eis videre, (6) quorum

opus ſit ſummo dictaturæ imperio, quo in officio contineamini. E. (8) Voſque & hoſtes. Illi jam olim ſugere conſueverunt, vos vincere. Idem & nunc uterque faciet, E.

C. 8. (1) Sic Cic. de Amic. c. 6. *ut . . . muneribus fungare corporis.* (2) In illâ parte, in quam ſignum emiſſum fuerat. (3) h. e. percellebat Antiates. (4) Ne in fugam verterentur hoſtes, ab ipsâ turbâ et multitudine impediebantur. Sic ſuprà l. 5. c. 38. *ſuomet ipſorum certamine in turbâ impedientium fugam.* & alibi. (5) Diremit acies, quæ jam vix pugnare videbantur, quum certa Romanorum victoria eſſet. Sic ſuprà l. 5. c. 55. *minus injuria vestra, quam [illegible] calamitatis.* (6) h. e. *quibus fidentes* rebellaverant.

rum fiduciâ rebellaverant, relictis castris, mœnibus Satrici se includunt (7). quos primò Camillus vallo circumdare, & aggere atque operibus oppugnare est adortus. *Satricum capitur.* Quæ postquam nullâ eruptione impediri videt; minus esse animi ratus in hoste, quàm ut (8) in eo tam lentæ spei victoriam exspectaret, cohortatus milites, ne, tanquam Vejos oppugnantes, in opere longinquo sese tererent, victoriam in manibus esse; ingenti militum alacritate mœnia undique aggressus, scalis oppidum cepit. Volsci abjectis armis sese dediderunt.

IX. Ceterùm animus ducis rei majori, Antio, imminebat. id caput Volscorum, eam fuisse originem proximi belli. Sed quia nisi magno apparatu, tormentis machinisque, tam valida urbs capi non poterat; relicto ad exercitum collegâ, Romam est profectus, ut senatum ad excidendum Antium hortaretur. Inter sermonem ejus (credo (1), rem Antiatem diuturniorem manere, Diis cordi fuisse) legati ab (2) Nepete ac Sutrio, auxilium adversùs Etruscos petentes, veniunt, (3) brevem occasionem *Bellum cum Etruscis Sutrium obsidentibus.* esse ferendi auxilii memorantes. eò vim Camilli ab Antio fortuna avertit. Namque quum ea loca opposita Etruriæ, & velut claustra inde portæque essent; & illis occupandi ea, quum quid novi molirentur, & Romanis recuperandi tuendique

rebellaverant. infrà l. 8. c. 8. *minimæ fiduciæ manum*, pro manum cui minimè fiditur. (7) *Includere se mœnibus*, ut infrà c. 19. *oppido se Præneste includunt.* (8) In tali hoste; quum tam imbelles hostes sibi oppositos haberet. Similis usus præpositionis *in*, apud Livium frequens est. suprà l. 3. c. 17. *ausurum se in tribunis, quod princeps familiæ suæ ausus in regibus esset.* l. 5. c. 11. *in iis suâ potestate non uti.* c. 36. *decernere in tantæ nobilitatis viris.* infrà l. 6. c. 22. *fœdéque in captis victoriam exercuere.* Similiter Virgilius, l. 2. Æn. v. 540. *At non ille ... Achilles Talis in hoste fuit Priamo.*

C. 9. (1) Drakenborchius codicum aliquot meminit qui pro *credo rem* præferunt *crederes*, vel *crederem*, vel denique *credere*. Ille vulgatum verius existimat; at pace illius omnino legendum censeo *crederes, rem Antiatem* &c. Tam opportunè venerunt legati, nempe vel *inter sermonem* Camilli, ut divinitus missi viderentur, quo exscidium ab Antio averteretur. Ita certè alibi noster locutus est: ut suprà l. 2. c. 35. *quicquid erat Patrum reos diceres.* c. 43. *crederes victos.* Sententiam, ni fallor, evanidam Livioque indignam vulgatum exhibet. Neque difficile foret, si id instituti nostri ratio postularet, ostendere quomodo ex scripturâ, quam a Livii manu fuisse judico, reliquæ omnes profluxerunt. E. (2) Regula est grammaticorum, neutra in *e* ablativum habere in *i*. Inde autem omnia nomina propria eximenda sunt. (3) Auxilium, ni citò ferretur, serum fore.

tuendique cura erat. Igitur ſenatui cum Camillo agi placuit, ut, omiſſo Antio, bellum Etruſcum ſuſciperet. Legiones urbanæ, quibus Quinctius præfuerat, ei decernuntur. quanquam expertum exercitum aſſuetumque imperio, qui in Volſcis erat, mallet, nihil recuſavit: Valerium tantummodo imperii ſocium depopoſcit. Quinctius Horatiuſque ſucceſſores Valerio (4) in Volſcis miſſi. Profecti ab urbe Sutrium Furius & Valerius partem oppidi jam captam ab Etruſcis invenere; ex parte alterâ, (5) interſeptis itineribus, ægre oppidanos vim hoſtium ab ſe arcentes. Quum Romani auxilii adventus, tum Camilli nomen celeberrimum apud hoſtes ſocioſque, & in præſentiâ rem inclinatam ſuſtinuit, & ſpatium ad opem ferendam dedit. Itaque diviſo exercitu, Camillus collegam, eam in partem circumductis copiis, quam hoſtes tenebant, mœnia aggredi jubet, non tantâ ſpe ſcalis capi urbem poſſe, quàm ut, (6) averſis eò hoſtibus, & oppidanis jam pugnando feſſis laxaretur labor, & ipſe ſpatium intrandi ſine certamine mœnia haberet. Quod quum ſimul utrinque factum eſſet, ancepſque terror Etruſcos circumſtaret, & mœnia ſummâ vi oppugnari, & intra mœnia eſſe hoſtem viderent; portâ ſe, quæ una fortè non obſidebatur, trepidi uno agmine ejecere. Magna cædes fugientium & in urbe & per agros eſt facta. plures a Furianis intra mœnia cæſi: Valeriani expeditiores ad perſequendos fuere; nec ante noctem, quæ conſpectum ademit, finem cædendi fecere. Sutrio recepto reſtitutoque ſociis, Nepete exercitus ductus, quod per deditionem acceptum jam totum Etruſci habebant.

X. Videbatur plus in eâ urbe recipiendâ laboris fore; non in eo ſolùm, quòd tota hoſtium erat, ſed etiam quòd, parte Nepeſinorum prodente civitatem, facta erat deditio. Mitti tamen ad principes eorum placuit, ut (1) ſecernerent ſe ab Etruſcis, fidemque, quam imploraſſent ab Romanis,

Nepete recipitur.

fore. Sic Ter. in Eun. 3. 5. 57. E. (4) i. e. qui erat in Volſcis. (5) Sic infrà l. 8. c. 25. *interſeptis munimentis hoſtium pars parti abſciſſa erat.* (6) Nempe ab eá parte, quâ Camillus oppidum intrare propoſuerat, ad eam quam Valerius invadebat.

C. 10. (1) Sic infrà l. 35. c. 14. *Quod e grege ſe imperatorum velut inæſtimabilem ſecreviſſet.* Cic. Or. 1. Cat. c. 9 & 13. *ſecernere ſe a bonis.* (2) Poſtquam

manis, ipsi præstarent. Unde quum responsum allatum esset, *nihil suæ potestatis esse, Etruscos mœnia custodiasque portarum tenere;* primò populationibus agri terror est oppidanis admotus: deinde, (2) postquam deditionis, quàm societatis, fides sanctior erat, fascibus sarmentorum ex agro collatis, ductus ad mœnia exercitus, completisque fossis scalæ admotæ, & clamore primo impetuque oppidum capitur. Nepesinis inde edictum, ut arma ponant; parcique jussum inermi. Etrusci pariter armati atque inermes cæsi. Nepesinorum quoque auctores deditionis securi percussi: innoxiæ multitudini redditæ res, oppidumque cum præsidio relictum. Ita, duabus sociis urbibus ex hoste receptis, victorem exercitum tribuni cum magnâ gloriâ Romam reduxerunt. Eodem anno ab Latinis Hernicisque res repetitæ, quæsitumque, cur per eos annos militem ex instituto non dedissent? Responsum (3) frequenti utriusque gentis concilio est, *nec culpam in eo publicam, nec consilium fuisse, quòd suæ juventutis aliqui apud Volscos militaverint. eos tamen ipsos pravi consilii pœnam habere, nec quenquam ex his reducem esse. Militis autem non dati causam, terrorem assiduum a Volscis fuisse, quam pestem adhærentem lateri suo tot super alia aliis* (4) *bellis exhauriri nequisse.* (5) Quæ relata Patribus magis tempus, quàm causam, non visa belli habere.

A Latinis Hernicisque res repetitæ.

XI. Insequenti anno, A. Manlio, P. Cornelio, T. & L. Quinctiis Capitolinis, L. Papirio Cursore iterum, C. Sergio iterum tribunis consulari potestate, grave bellum foris, gravior domi seditio exorta: bellum a Volscis, adjunctâ Latinorum atque Hernicorum defectione; seditio, unde minimè timeri potuit, a patriciæ gentis viro & in-

U. c. 370.
A. C. 382.
A. Manlio II. &c. Tr. Mil.

Bellum Volscum.

(2) Postquam Nepesini Etruscis, quibus se dediderant, constantiùs adhærere videbantur, quàm ut fidem erga Romanos, quorum socii fuerant, præstarent. E. (3) Frequenti conventu Latinorum Hernicorumque. (4) Non junctim capiendum est *bellis exhauriri*, sed *tot super alia aliis bellis* sc. existentibus, orientibus. Causa enim cur hæc pestis adhærens lateri exhauriri nequierit, illa erat, quòd tot alia super alia bella existerent. Sæpe participium verbi substantivi per ellipsin subintelligi solet. (5) Hoc responsum Patribus tale visum fuit, ut putarent, magis tempus non esse bellum iis inferendi, quàm justam causam illius inferendi sibi deesse.

M. Manlii pravæ molitiones.

clytæ famæ, M. Manlio Capitolino: qui nimius animi (1), quum alios principes ſperneret, uni invideret, (2) eximio ſimul honoribus atque virtutibus, M. Furio; ægre ferebat, *ſolum eum in magiſtratibus, ſolum apud exercitus eſſe; tantum jam eminere, ut iiſdem auſpiciis creatos, non pro collegis, ſed pro miniſtris habeat: quum interim, ſi quis verè æſtimare velit, a M. Furio recuperari patria ex obſidione hoſtium non potuerit, niſi a ſe priùs Capitolium atque arx ſervata eſſet: & ille, † inter aurum accipiendum & ſpem pacis ſolutis animis, Gallos aggreſſus ſit; ipſe armatos capienteſque arcem depulerit: illius gloriæ pars virilis apud omnes milites ſit, qui ſimul vicerint; ſuæ victoriæ neminem omnium mortalium ſocium eſſe.* His opinionibus inflato animo, ad hoc vitio quoque † ingenii vehemens & † impotens, poſtquam inter Patres non, quantum æquum cenſebat, excellere ſuas opes animadvertit; (3) primùm omnium ex Patribus popularis factus, cum plebeiis magiſtratibus conſilia communicare; criminando Patres, alliciendo ad ſe plebem, jam † aurâ, non conſilio, ferri, famæque magnæ malle, quàm bonæ, eſſe: &, non contentus agrariis legibus, quæ materia ſemper tribunis plebi ſeditionum fuiſſet, (4) fidem moliri cœpit. *acriores quippe æris alieni ſtimulos eſſe, qui non egeſtatem modò atque ignominiam minentur, ſed* (5) *nervo ac vinculis corpus liberum territent.* & erat æris alieni magna vis, re damnoſiſſimâ etiam divitibus, ædificando contracta. Bellum itaque Volſcum, grave per ſe, oneratum Latinorum atque Hernicorum defectione, in ſpeciem cauſæ

C. 11. (1) Sic ſuprà l. 1. c. 7. *confuſus atque incertus animi.* infrà l. 7. c. 34. *territus animi.* Tac. l. 3. Hiſt. c. 75. *ſermonis nimius erat.* (2) Ita ſuprà l. 1. c. 7. *eximium quemque pulchritudine.* infrà l. 7. c. 10. *corpus alteri magnitudine eximium.* (3) Quidam codices habent *primus;* quod præferendum videtur. Attamen (ni illis quoque locis mendas ineſſe dicendum ſit) ſimiliter locutus eſt noſter ſuprà l. 1. c. 34. *Roma eſt ad id potiſſimum viſa.* infrà l. 8. c. 15. *Eodem anno Q. Publilius Philo prætor primum de plebe eſt factus.* c. 26. *duo ſingularia hæc ei viro primum contigerunt.* Ceterùm quod hîc traditur a noſtro, Manlium primum e Patribus popularem factum, id non omni ex parte verum videtur. Dudum enim antè Sp. Caſſius; ut refert ipſe Livius l. 2. c. 41. (4) Labefactare creditarum pecuniarum jura, ſolutioniſque neceſſitatem: ut infrà c. 33. *moliri obices portarum.* l. 24. c. 46. *ſtrepitum molientium portam.* Sic etiam ſuprà accipit *fidem* l. 2. c. 30. *ſententiam . . . quæ fidem tolleret.* infrà c. 41. *fidem abrogari.* (5) Nervus eſt vinculi lignei genus in quod pedes arctabantur. In nervum ac vincula conjiciebantur debitores a creditoribus ſuis, ſi illis addicti

causæ jactatum, ut (6) major poteſtas quæreretur. Sed (7) nova conſilia Manlii magis compulere ſenatum ad dictatorem creandum. Creatus A. Cornelius Coſſus magiſtrum equitum dixit T. Quinctium Capitolinum. *A. Cornelius Coſſus dictator.*

XII. Dictator, etſi majorem dimicationem propoſitam domi, quàm foris, cernebat; tamen, ſeu quia celeritate ad bellum opus erat, ſeu victoriâ triumphoque dictaturæ ipſi vires ſe additurum ratus, delectu habito in agrum Pomptinum, (1) quò a Volſcis exercitum indictum audierat, pergit. Non dubito, præter ſatietatem, tot jam libris aſſidua bella cum Volſcis geſta legentibus, illud quoque (2) ſuccurſurum, (quod mihi percenſenti propiores temporibus harum rerum auctores miraculo fuit) unde toties victis Volſcis & Æquis ſuffecerint milites. quod quum ab antiquis tacitum (3) prætermiſſumque ſit; cujus tandem ego rei præter opinionem, quæ ſua cuique conjectanti eſſe poteſt, auctor ſim? † Simile veri eſt, aut intervallis bellorum, ſicut nunc in delectibus fit Romanis, aliâ atque aliâ (4) ſubole juniorum, ad bella inſtauranda toties, uſos eſſe: aut non ex iiſdem ſemper (5) populis exercitus ſcriptos, quanquam eadem ſemper gens bellum intulerit: aut innumerabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuiſſe locis, quæ nunc, vix (6) ſeminario exiguo militum relicto, ſervitia Romana ab ſolitudine vindicant (7). Ingens certè, (quod inter omnes auctores convenit) quanquam nuper Camilli ductu atque auſpicio accisæ *Unde Volſcis & Æquis toties victis ſuffecerint milites.*

addicti a judice fuiſſent. (6) Extraordinarius magiſtratus. (7) Conſilia novandarum rerum.

C. 12. (1) *Indicere exercitum aliquò* frequens eſt, pro, edicto jubere ut eò conveniat. infrà l. 10. c. 38. l. 40. c. 41. l. 43. c. 1. (2) In mentem venturum. Ita Cic. l. 16. ad Fam. Ep. 21. *illud etiam mihi ſuccurrebat.* Virg. Æn. 2. v. 317. *pulchrumque mori ſuccurrit in armis.* Neque aliter verbum † *occurrere* adhiberi antè diximus. (3) Omnino probanda videtur lectio quorundam codicum *tacitum prætermiſſum ſit:* ut *tacitum ferre* ſuprà l. 1. c. 50. *tacitum relinquere* Cic. l. 8. ad Fam. Ep. 8. (4) Vid. not. 1. ad c. 7. ſuprà. (5) *Populus* paſſim diſtinguitur a *gente* tanquam latiore. ſic Virg. Æn. 10. v. 202. *populi ſub gente quaterni.* (6) *Seminarium militum* vocat regionem, ex quâ novi milites conſcribuntur; quemadmodum propriè *ſeminarium* vocatur, ex quo novæ arbores in pomaria transferuntur. Eo ſenſu ordo equeſter *ſeminarium ſenatûs* dicitur infrà l. 42. c. 61. (7) Quæ nunc id ſolum vetat deſerta eſſe, quòd ea ſervi Romanorum frequentent. Plut. in vit. Gracch. ὡς ταχυ την Ἰταλιαν ἁπασαν ὀλιγανδριας ἐλευθερων ἐσεσθαι, δεσμωτηριων δε βαρβαρικων ἐμπεπλησθαι. Ita *vindicare*

accisæ res erant, Volscorum exercitus fuit. ad hoc (8) Latini Hernicique accesserant, & Circejensium quidam, & coloni etiam a Velitris Romani. Dictator, castris eo die positis, postero quum auspicatò prodisset, hostiâque cæsâ pacem Deûm adorasset (9), lætus ad milites, jam arma ad propositum pugnæ signum (10), sicut edictum erat, luce primâ capientes, processit: *Nostra victoria est, milites*, inquit, *si quid Dii vatesque eorum in futurum vident. itaque, ut decet certæ spei plenos, & cum imparibus manus conserturos, pilis ante pedes positis, gladiis tantùm dextras armemus: ne procurri quidem ab acie velim, sed obnisos vos stabili gradu impetum hostium excipere.* (11) *Ubi illi vana injecerint missilia, & effusi stantibus vobis se intulerint, tum micent gladii, & veniat in mentem unicuique, Deos esse, qui Romanum adjuvent; Deos, qui secundis avibus in prœlium miserint. Tu, T. Quincti, equitem intentus* (12) *ad primum initium moti certaminis teneas: ubi hærere jam aciem collato pede videris, tum terrorem equestrem occupatis alio pavore infer: invectusque ordines pugnantium dissipa.* Sic eques, sic pedes, ut præceperat, pugnant: nec dux legiones, nec fortuna fefellit ducem.

Dictatoris oratio ad milites.

XIII. Multitudo hostium, (1) nulli rei, præterquam numero, freta, & oculis utramque metiens aciem, temere prœlium iniit, temere omisit: clamore tantùm missilibusque telis & primo pugnæ impetu ferox, gladios & collatum pedem & vultum hostis, ardore animi micantem, ferre non potuit. Impulsa frons prima, & trepidatio subsidiis illata, & suum terrorem intulit eques: rupti inde multis

Victi Volsci.

care : *putrescendo* Plin. l. 31. c. 9. *vindicare ferrum a rubigine* l. 34. c. 15. (8) Gronovius conjicit legendum esse *ad hos*. Sed nil mutandum. sic suprà l. 1. c. 6. *ad id pastores quoque accesserant.* (9) Pro *orasset*, compositum pro simplici. (10) Signum illud erat sagum coccineum, quod supra prætorium expandebatur. Plut. in Fab. (11) Similis locus est suprà l. 2. c. 30. *Vana missilia*, ut *vana tela* apud Tac. l. 4. Hist. c. 29. infrà l. 10. c. 29. & alibi sæpe. (12) Sic *intentos velut ad impetum hostium* suprà l. 2. c. 64. *Primum initium*, ut suprà l. 3. c. 54. *prima origo* infrà l. 7. c. 2. Ita contrà *finis extremus* l. 37. c. 53.

C. 13. (1) Rescribi jubet Gronovius *nullâ re*; quemadmodum & refinxit locum supra l. 4. c. 37. *tanquam constantissimâ re, fortunâ fretus*, quum antea ederetur *constantissimæ rei*. Attamen fatendum est optimos codices, infra c. 31. habere *discordiæ hostium fretus*, ubi nunc editur *discordiâ*. & idem fere dicendum est ad l. 8. c. 22. Unde dubitatio oriri potest, an Livius

multis locis ordines, motaque omnia, & fluctuanti similis acies erat. deinde, postquam, cadentibus primis, jam ad se quisque perventuram cædem cernebat, terga vertunt. Instare Romanus; &, † donec armati confertique abibant, peditum labor in persequendo fuit. postquam jactari arma passim, fugâque per agros spargi aciem hostium animadversum est; tum equitum turmæ emissæ, dato † signo, ne, in singulorum morando cæde, spatium ad evadendum interim multitudini darent. satis esse, missilibus ac terrore impedire cursum, obequitandoque agmen teneri, dum assequi pedes & † justâ cæde † conficere hostem posset. Fugæ sequendique non ante noctem finis fuit: capta quoque ac direpta eodem die castra Volscorum, prædaque omnis, præter libera corpora, militi concessa est. Pars maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit: nec hominum de plebe, ut credi posset mercede militasse, sed principes quidam juventutis inventi; (2) manifesta fides, publicâ ope Volscos hostes adjutos. Circejensium quoque quidam cogniti, & coloni a Velitris: Romamque omnes missi percunctantibus primoribus Patrum eadem (3), quæ dictatori, defectionem sui quisque populi, haud perplexè indicavere.

XIV. Dictator exercitum in stativis tenebat, minimè dubius, bellum cum his populis Patres jussuros; quum major domi exorta moles coëgit acciri Romam eum, † gliscente in dies seditione, quam solito magis metuendam auctor faciebat. non enim jam orationes modò M. Manlii, sed facta, popularia in speciem, tumultuosa eadem, quâ mente fierent, (1) intuenda erant. Centurionem, nobilem militaribus factis, (2) judicatum pecuniæ quum duci vidisset, medio foro cum catervâ suâ accurrit, & manum injecit: vociferatusque de superbiâ Patrum, ac crudelitate fœneratorum, & miseriis plebis, virtutibus ejus viri fortunâque; *Tum verò ego*, inquit, *nequicquam hâc*

Manlii seditio. †

Livius cum dandi casu nomen *fretus* interdum non junxerit. (2) Quod manifestum argumentum erat. *Fides*, pro argumentum, seu causa credendi; ut apud Ter. Eun. 1. 2. 59. (3) *Eadem*, *defectionem* per appositionem dicuntur.

C. 14. (1) Lege cum Gronovio *intuenti*: i. e. si quis intueretur, quâ mente fierent. (2) Pecuniæ creditæ, nec solutæ nomine damnatum. Judicati-

hâc dextrâ Capitolium arcemque ſervaverim, ſi civem commilitonemque meum, tanquam Gallis victoribus captum, in ſervitutem ac vincula duci videam. Inde rem creditori palam populo ſolvit, (3) librâque & ære liberatum emittit, Deos atque homines obteſtantem, *ut M. Manlio, liberatori ſuo, parenti plebis Romanæ, gratiam referant.* Acceptus extemplo in tumultuoſam turbam & ipſe tumultum augebat, cicatrices acceptas Vejenti, Gallico, aliiſque deinceps bellis oſtentans. *Se militantem, ſe reſtituentem everſos penates,* (4) *multiplici jam ſorte exſolutâ,* † *mergentibus ſemper ſortem uſuris, obrutum fœnore eſſe; videre lucem, forum, civium ora, M. Manlii operâ: omnia* (5) *parentum beneficia ab illo ſe habere: illi devovere corporis vitæque ac ſanguinis quod ſuperſit. quodcunque ſibi cum patriâ, penatibus publicis ac privatis juris fuerit, id cum uno homine eſſe.* His vocibus † inſtincta plebes quum jam unius hominis (6) eſſet, addita alia (7) commotioris ad omnia turbanda conſilii res. Fundum (8) in Vejenti, caput patrimonii, (9) ſubjecit

tis autem pecuniæ triginta dies dabantur, conquirendæ pecuniæ causâ quam diſſolverent. Quibus elapſis, niſi diſſolverant, addicebantur creditori. vid A. Gellium l. 20. c. 1. Quum igitur hic centurio ſtatim duci dicatur, intelligendum eſt eum non modò judicatum, ſed etiam addictum fuiſſe. (3) Mancipatione quâdam factâ, quâ ſuum in debitoris corpus dominium creditor in Manlium transferret, qui eum deinde *emitteret*, ſive manumitteret. Optimo autem jure dominium transferebatur, quum per æs & libram venditio fieret, hoc nimirum ritu. Aderat libripens, qui libram tenebat manu: aderant quinque teſtes, cives Romani, puberes. Emptor nummum æreum tenens ita dicebat: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe aio, iſque mihi emptus eſt hoc ære æneâque librâ. Deinde æreo nummo percutiebat libram, indeque æs ei dabat, a quo mancipio accipiebat, quaſi pretii loco. Hæc autem conſuetudo inde ducta erat, quòd veteres Romani, quum nondum æs ſignatum haberent, poſteaque etiam quum aſſibus libralibus uterentur, appendebant æs, non numerabant. (4) Exſolutâ jam per uſuras eâ pecuniæ ſummâ, quæ multis partibus exſuperaret ſortem, ſive id quod debiti caput erat; uſuris ſeſe ſemper ſupra ſortem quodammodo coacervantibus, eamque quaſi deprimentibus, ac vetantibus emergere. Juv. Sat. 13. v. 7. *ut mediocris Jacturæ te mergat onus.* (5) Omnia beneficia quæ a parentibus ſuis habent filii. E. (6) Tota illi dedita. vid. not. 7. ad 36. l. 3. (7) Aldus aliique poſt eum editores *commodioris* dederunt, quibus & unus codex manuſcriptus ſuffragatur. Sic apud Ovid. *veſtis commoda ad curſum.* Necnon Drakenborchio diſplicet locutio *conſilium commotius ad omnia turbanda.* (8) h. e. in agro Vejentano. Fundum hoc vocat *caput patrimonii,* i. e. præcipuam partem patrimonii, unde præcipuos reditus percipere ſolebat: quo ſenſu, quod in quâque re primarium eſt, *caput*

(9) ſubjecit præconi: *Ne quem veſtrum*, inquit, *Quirites, donec quicquam in re meâ ſupererit, judicatum addictumve duci patiar.* Id verò ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas ſecuturi vindicem libertatis viderentur. Ad hoc domi, concionantis in modum, ſermones pleni criminum (10) in Patres: inter quos, (11) quum omiſſo diſcrimine, vera an vana jaceret, (12) *theſauros Gallici auri occultari a Patribus* jecit: *nec jam poſſidendis publicis agris contentos eſſe, niſi pecuniam quoque publicam avertant* (13)*: ea res ſi palam fiat, exſolvi plebem ære alieno poſſe.* Quæ ubi objecta ſpes eſt, enimvero indignum facinus videri, quum conferendum ad redimendam civitatem a Gallis aurum fuerit, (14) tributo collationem factam: idem aurum, ex hoſtibus captum, (15) in paucorum prædam ceſſiſſe. Itaque † exſequebantur quærendo, ubi tantæ rei furtum occultaretur; differenteque, & tempore ſuo ſe indicaturum dicente, ceteris omiſſis, eò verſæ erant omnium curæ: apparebatque, (16) nec veri indicii gratiam † mediam, nec falſi offenſionem fore.

caput ſæpe vocatur. (9) Præconis voce venalem proponi juſſit. (10) i. e. criminationum; ut paſſim. (11) Supple, poſt *quum*, *multa jaceret*, vel quid ſimile. Particulam *quum* unus codex non agnoſcit, eaque commodè abeſſe poteſt. [In Gronovii ſententiam propenſior ſum, delendum eſſe verbum ultimum *jecit*. Atque tum continuandam orationem cenſeo, hoc modo: *quum jaceret theſauros occultari* &c. *enimvero indignum* &c. vocibus *quæ ubi objecta ſpes eſt* ex abundanti interpoſitis. vid. not. 4. ad c. 24. l. 5. E.] (12) Fortaſſe huic criminationi anſam præbuerat aurum quod Gallis ereptum erat, ſub Jovis ſellâ poſitum: quâ de re vid. ſuprà l. 5. c. 50. (13) Verbum *avertere* ſæpe uſurpatur de rebus illis, quas ex alienâ in noſtram poteſtatem, ut plurimum fraude & malis artibus, redigamus. Cic. ad Fam. l. 12. Ep. 26. *hæreditatem Turianam avertere.* (14) Objicit Crevierius, Livium ſuprà ſcripſiſſe a matronis collatum eſſe aurum. At nil vetat dicere collationem primò factam eſſe tributo, aurumque tum demum a matronis collatum *quum in publico deeſſet aurum* h. e. copia ejus ſufficiens non inveniretur. E. (15) Paullo aliter dicitur, *prædæ cedere:* ut infrà l. 43. c. 19. (16) Drakenborchius ita hunc locum interpretatur: non media futura erat gratia veri indicii ſc. apud plebeios, nec falſi offenſio apud patricios. At quæſo, an falſo tantùm indicio patricios offenſurus erat Manlius? Immo magis, fortaſſe, vero. Apud eos maximam certè invidiam ſibi conflabat, criminibus exagitando, ſeu vera ſeu falſa jaceret. Sed mihi totus ſermo nullos niſi plebeios reſpicere videtur. *Plebs* exſequebatur quærendo; *plebis* curæ omnes huc verſæ; & apud *plebem* veri indicii gratia, falſi offenſio maxima futura erat. E.

Dictator accitus.

XV. Ita suspensis rebus dictator, accitus ab exercitu, in urbem venit. postero die senatu habito, quum, satis (1) periclitatus voluntates hominum, discedere senatum ab se vetuisset, stipatus eâ multitudine, sellâ in comitio positâ, viatorem ad M. Manlium misit: qui, dictatoris

Manlium vocat.

jussu vocatus, quum signum suis dedisset, adesse certamen, (2) agmine ingenti ad tribunal venit. Hinc senatus, hinc plebs, suum quisque intuentes ducem, velut in acie constiterant. Tum dictator, silentio facto, *Utinam*, inquit, *mihi Patribusque Romanis ita de ceteris rebus cum plebe conveniat, quemadmodum, quod ad te attinet eamque rem, quam de te sum quæsiturus, conventurum satis confido. Spem factam a te civitati video, (3) fide incolumi, ex thesauris Gallicis, quos primores Patrum occultent, creditum solvi posse. Cui ego rei tantum abest ut impedimento sim, ut contrà te, M. Manli, adhorter, liberes fœnore plebem Romanam: & istos, (4) incubantes publicis thesauris, ex prædâ clandestinâ evolvas. Quod nisi facis, sive quòd & ipse in parte prædæ sis, sive quia vanum indicium est, in vincula te duci jubebo, nec diutiùs patiar, a te multitudinem fallaci spe concitari.* Ad ea Manlius, *nec se fefellisse*, aït, *non adversùs Volscos toties hostes, quoties Patribus expediat, nec adversùs Latinos Hernicosque, quos falsis criminibus in arma agant, sed adversùs se ac plebem Romanam, dictatorem creatum esse. Jam, omisso bello, quod simulatum sit, in se impetum fieri: jam dictatorem profiteri patrocinium fœneratorum adversùs plebem: jam sibi ex favore multitudinis crimen & perniciem quæri. Offendit*, inquit, *te, A. Corneli, vosque, Patres conscripti, circumfusa turba lateri meo? Quin eam diducitis a me singuli vestris beneficiis, (5) intercedendo, eximendo de nervo cives vestros, prohibendo judicatos addictosque duci, ex eo, quod affluit opibus vestris, sustinendo necessitates aliorum? Sed quid ego vos, de vestro impendatis, hortor? (6) Sortem aliam*

C. 15. (1) Sic suprà l. 1. c. 42. *seu Patrum, seu plebis animos periclitaretur*. (2) i. e. † *cum* agmine ingenti. (3) Ita ut creditores nihil ex eo quod mutuum dedissent, amitterent. vid. not. 4. ad c. 11. suprà. (4) Verbum *incubare* cum emphasi dicitur de eo, qui tam pertinaciter inhæret, ut vix ullâ vi avelli possit; vel etiam de eo, qui per vim & injuriam res alienas possidet. (5) Spondendo, fidejubendo. Sic Cic. Phil. 2. n. 45. *tantum enim se pro te intercessisse*. (6) Caput debiti immutate, ut alia & minor, detractis ex eâ usuris, fiat. Drakenborchius interpretatur

aliam ferte. de capite deducite, quod usuris pernumeratum est: jam nihilo mea turba, quàm ullius, conspectior erit. (7) *At enim, quid ita solus ego civium curam ago? nihilo magis, quod respondeam, habeo, quàm si quæras, quid ita solus Capitolium arcemque servaverim. Et tum universis, quam potui, opem tuli, & nunc singulis feram. Nam quod ad thesauros Gallicos attinet, rem, suâpte naturâ facilem, difficilem interrogatio facit. cur enim quæritis, quod scitis? cur, quod in sinu vestro est, excuti jubetis potiùs, quàm ponatis; nisi aliqua fraus subest? Quo magis argui præstigias jubetis vestras, eo plus vereor,* (8) *ne abstuleritis observantibus etiam oculos. Itaque non ego, vobis ut indicem prædas vestras, sed vos id cogendi estis, ut in medium proferatis.*

XVI. Quum mittere ambages dictator juberet, & aut (1) peragere verum indicium cogeret, aut fateri facinus insimulati falso crimine senatûs, (2) oblatæque vani furti invidæ; negantem, arbitrio inimicorum se locuturum, in vincula duci jussit. Arreptus a viatore, *Jupiter,* inquit, *optime maxime, Junoque Regina, ac Minerva, ceterique Dii Deæque, qui Capitolium arcemque incolitis, siccine vestrum militem ac* (3) *præsidem sinitis vexari ab inimicis? Hæc dextra, quâ Gallos fudi a delubris vestris, jam in vinculis & catenis erit?* Nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant:

tatur *sortem alia ferte,* per, aliam non tam gravem conditionem accipite. Multi libri habent *sortem aliquam:* quod interpretatur Gronovius, sorte tandem aliquâ contenti estote, nec eam renovate semper anatocismis, addendo ad sortem usuras non expensas. (7) Elegans est particularum illarum *at enim* conjunctio in proponendis objectionibus, & sæpe apud Livium obvia: ut suprà l. 3. c. 68. *at enim communis res per hæc loco est pejore.* l. 4. c. 4. *at enim nemo post reges exactos de plebe consul fuit.* (8) Ne tantâ arte furta vestra occultetis, ut fallatis occulos etiam eorum, qui rem diligentiùs observare velint. *Auferre oculos* dicitur de præstigiatoribus, qui fallunt oculos spectantium. Bene igitur hoc verbo utitur Livius, quum suprà præstigiarum mentionem fecerit. Sex. Empiricus l. 2. adversus Mathem. pag. 71. (ed. 1621.) *καθαπερ ὁι ψηφοπαικται τας των θεωμενων ὀψεις δἰ ὀξυχειριαν κλεπτουσιν.* Suidas in *ψηφολογοι. ὡσπερ ὁι ψηφολογοι τους ὀφθαλμους τω ταχει της μεταθεσεως των ψηφων ἀπατωντες συναρπαζουσι.*

C. 16. (1) Absolvere cœptum indicium, idque verum probare. (2) Et vocati in invidiam senatûs vanâ & nullis argumentis nixâ furti criminatione. Sic suprà l. 1. c. 51. *oblato falso crimine.* Cic. in Vatinium c. 10. *necem offerre.* Tac. l. 4. Ann. c. 59. *oblatum Cæsari anceps periculum.* (3) h. e. defensorem. Eo sensu Cic. Or. 2. Agr. c. 6. *præsidem libertatis custodemque.*

bant: sed (4) invicta sibi quædam patientissima justi imperii civitas fecerat. nec adversùs dictatoriam vim aut tribuni plebis, aut ipsa plebs, attollere oculos aut hiscere audebant. Conjecto in carcerem Manlio, satis constat, magnam partem plebis † vestem mutasse, multos † mortales capillum ac barbam (5) promisisse, (6) obversatamque vestibulo carceris mœstam turbam. Dictator de Volscis triumphavit: invidiæque magis triumphus, quàm gloriæ, fuit. Quippe *domi, non militiæ, partum eum; actumque de cive, non de hoste*, fremebant: *unum defuisse tantùm superbiæ, quòd non M. Manlius ante currum sit ductus.* Jamque haud procul seditione res erat: cujus leniendæ causâ, postulante nullo, largitor voluntarius repentè senatus factus, (7) Satricum coloniam duo milla civium Romanorum deduci jussit. bina jugera & semisses agri assignati. Quod quum & parvum & paucis datum, & mercedem esse prodendi M. Manlii interpretarentur; remedio irritatur seditio. & jam magis insignis & (8) sordibus & facie reorum turba Manliana erat, amotusque post triumphum abdicatione dictaturæ terror & linguam & animos liberaverat hominum.

Manlius in carcerem missus.

Querelæ de prodito Manlio. †

XVII. Audiebantur itaque propalam voces exprobrantium multitudini, *quòd defensores suos semper in præcipitem locum favore tollat, deinde in ipso discrimine periculi destituat. Sic Sp. Cassium, in agros plebem vocantem, sic Sp. Mælium, ab ore civium famem suis impensis propulsantem, oppressos; sic M. Manlium, mersam & obrutam fœnore partem civitatis in*

custodemque. Atque sic *præsidere* pro *tueri* usurpatur. (4) Ita verebatur quædam imperia, ut eorum vim sibi ipsa invictam faceret. (5) Non radebant quidem barbam veteres Romani, teste ipso Livio, suprà l. 5. c. 41. sed tamen eam attondere aliquatenus & componere soliti erant: in luctu neglectam promissamque fluere sinebant. Vid. suprà l. 2. c. 23. Tonsores in Italiam ex Siciliâ venisse anno demum u. c. 454. affirmat Plinius l. 7. c. 59. antea intonsos fuisse Romanos. (6) Sic infrà l. 23. c. 27. *obversari castris.* l. 29. c. 24. *obversari prætorio.* Sed & cum præpositione nonnunquam construitur; ut *obversari in foro* l. 33. c. 47. l. 38. c. 1. (7) Aliquot codices habent *Sutrium*, cum quibus consentit Velleius l. 1. c. 14. Sed *Satricum colonia* memoratur infrà c. 22. Quare ex Livio Velleius corrigendus videtur. (8) Prius & quibusdam codicibus abest; quo expuncto posterius & pro particulâ exegeticâ, ut aliàs sæpe, accipiendum erit. *Facie reorum*, quemadmodum infrà l. 8. c. 37. dixit *specie reorum*: habitu mœsto, sordidato, squalido, qualis reorum esse solebat. Simili sensu *vultus* adhibetur apud Ovid. l. 1. Metam. v. 6. At si & *sordibus* & *facie* servandum sit, *sordes* respicere possunt vestem mutatam, *facies* autem capillum ac barbam promissam.

libertatem

libertatem ac lucem extrahentem, proditum inimicis. Saginare plebem populares suos, ut jugulentur. Hoccine patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris non responderet vir consularis? Fingerent mentitum antè, atque ideo non habuisse, quod tum responderet: cui servo unquam mendacii pœnam vincula fuisse? Non (1) *obversatam esse memoriam noctis illius, quæ penè ultima atque æterna nomini Romano fuerit? non speciem agminis Gallorum, per Tarpeiam rupem scandentis? non ipsius M. Manlii, qualem eum armatum, plenum sudoris ac sanguinis, ipso penè Jove erepto ex hostium manibus, vidissent?* (2) *Selibrisne farris gratiam servatori patriæ relatam? & quem propè cœlestem,* (3) *cognomine certè Capitolino Jovi parem, fecerint, eum pati vinctum in carcere, in tenebris, obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam? Adeò in uno omnibus satis auxilii fuisse, nullam opem in tam multis uni esse?* Jam ne nocte quidem turba ex eo loco dilabebatur, refracturosque carcerem minabantur: quum (4) remisso, id quod erepturi erant, ex senatusconsulto Manlius vinculis liberatur. *Manlius e carcere educitur.* quo facto non seditio finita, sed dux seditioni datus est. Per eosdem dies Latinis & Hernicis, simul colonis Circejensibus & (5) a Velitris, purgantibus se Volsci crimine belli, captivosque repetentibus, ut suis legibus in eos animadverterent, tristia responsa reddita; tristiora colonis, quod cives Romani patriæ oppugnandæ nefanda consilia inissent. Non negatum itaque tantùm de captivis; sed, (6) in quo ab sociis tamen temperaverant, denunciatum senatûs † verbis, facesserent propere ex urbe, ab ore atque oculis populi Romani, ne nihil eos legationis jus, externo non civi comparatum, tegeret.

C. 17. (1) *Obversari* simpliciter, pro *obversari animo*, haud insolitum est. Sic. Plin. l. 2. Ep. 11. *Obversabatur præter illa, quæ suprà dixi, causæ difficultas.* (2) Vid. suprà l. 5. c. 47. (3) Vid. not. 1. ad c. 31. l. 5. (4) Concesfâ eâ re, quam per vim ablaturi erant plebeii. *Remittere* pro dare, concedere, occurrit infrà l. 35. c. 17 & 45. *Remisso* autem hîc eâdem formâ dictum est, quâ *palam facto* suprà l. 1. c. 41. *permisso* infrà hoc lib. c. 25. aliaque passim similia. Vid. Perizon. ad Sanctii Min. l. 3. c. 9. Ceterùm aliquot codices præferunt *remisso eo, quod.* Sed *id quod erepturi erant* per parenthesin accipere licet; Livioque familiarissima est locutio *id quod*, pro simplici *quod.* Suprà l. 1. c. 14. *id quod quærebat.* l. 2. c. 3. *id quod non timebant.* l. 3. c. 26. *id quod constat.* (5) h. e. Veliternis: ut suprà c. 12 & 13. Vid. not. 4. ad c. 7. l. 4. (6) Quibus tamen verbis minisque erga socios, Latinos Hernicosque, abstinuerant.

XVIII. Re-

U. c. 371. A. C. 381. Ser. Cornelio III. &c. Tr. Mil.

XVIII. Recrudescente Manlianâ seditione, sub exitu anni comitia habita, creatique tribuni militum consulari potestate ex Patribus Ser. Cornelius Maluginensis tertiùm, P. Valerius Potitus iterum, M. Furius Camillus (1), Ser. Sulpicius Rufus iterum, C. Papirius Crassus, T. Quinctius Cincinnatus secundùm. Cujus principio anni & Patribus & plebi peropportunè externa pax data: (2) plebi, quòd non avocata delectu spem cepit, dum † tam potentem haberet ducem, fœnoris expugnandi; Patribus, ne quo externo terrore avocarentur animi ab sanandis domesticis malis. Igitur, quum pars utraque acrior aliquanto coorta esset, in propinquum certamen aderat (3) & Manlius, advocatâ domum plebe, cum principibus novandarum rerum interdiu noctuque consilia agitat, plenior aliquanto animorum irarumque, quàm antea fuerat. Iram accenderat ignominia recens in animo (4) ad contumeliam inexperto: spiritus dabat, quòd nec ausus esset idem in se dictator, quod in Sp. Mælio Cincinnatus Quinctius fecisset; & vinculorum suorum invidiam non dictator modò abdicando dictaturam fugisset, sed ne senatus quidem sustinere potuisset. His simul inflatus exacerbatusque

Oratio seditiosa Manlii.

jam per se accensos incitabat plebis animos: *Quousque tandem ignorabitis vires vestras, quas natura ne belluas quidem ignorare voluit? numerate saltem, quot ipsi sitis, quot adversarios habeatis. Si singuli singulos aggressuri essetis, tamen*

C. 18. (1) Vulgò edebatur *Camillus quintùm.* Sed nullam iterati tribunatûs notam habent aliquot codices scripti; & hic *sextus* fuit Camilli tribunatus. (2) Plebi *peropportuna fuit*, quòd &c. (3) Manlius quoque accingebat se ad certamen quod instabat. Ita edidit Drakenborchius. Antea voces *& Manlius* cum sequentibus jungebantur, sic; *in propinquum certamen aderat.* (h. e. jam imminebat certamen) *& Manlius, advocatâ*, &c. Sed quæritur an Latini hoc sensu dixerint *adesse in propinquum.* Excusi ante Aldum habent *in propinquo*, at refragantibus codicibus scriptis. Denique Gronovius suspicatur locum sic legendum esse; *coorta esset in propinquum certamen, Manlius, advocatâ* &c. [Hæc Gronovii conjectura, utcunque Crevierio arriserit, mihi nimis audax videtur. Neque magis placet interpunctio Drakenborchiana. Postquam enim dixerat Livius *utramque partem acriorem coortam esse*, fere supervacaneum censeo addere *Manlium*, alterius partis ducem, *adesse in propinquum certamen.* Mallem vel legere cum editis antiquis *in propinquo;* vel locutioni *adesse in propinquum* inde fidem firmare, quòd verbum *adesse* sæpe pro *accedere, advenire* usurpatur, quemadmodum viri docti dudum monuerunt. Attamen, in re incertâ, locum intactum relinquere satius duxi. E.] (4) Sic suprà

men acriùs crederem vos pro libertate, quàm illos pro dominatione, certaturos. Quot (5) *enim clientes circa singulos fuistis patronos, tot nunc adversùs unum hostem eritis. Ostendite modò bellum; pacem habebitis. Videant vos paratos ad vim; jus ipsi remittent. Audendum est aliquid universis, aut omnia singulis patienda. Quousque me circumspectabitis? Ego quidem nulli vestrûm deero.* (6) *ne fortuna mea desit, videte. Ipse vindex vester, ubi visum inimicis est,* (7) *nullus repentè fui: & vidistis in vincula duci universi eum, qui a singulis vobis vincula depuleram* (8). *Quid sperem, si plus in me audeant inimici? an exitum Cassii Mæliique exspectem? Bene facitis,* (9) *quòd abominamini: Dii prohibebunt hæc: sed nunquam propter me de cœlo descendent. Vobis dent* † *mentem, oportet, ut prohibeatis: sicut mihi dederunt armato togatoque, ut vos a barbaris hostibus, a superbis defenderem civibus. Tam parvus animus tanti populi est,* (10) *ut semper vobis auxilium adversùs inimicos* (11) *satis sit? nec ullum, nisi quatenus imperari vobis sinatis, certamen adversùs Patres* (12) *noritis? Nec hoc naturâ insitum vobis est, sed* (13) *usu possidemini. Cur enim adversùs externos tantum animorum geritis, ut imperare illis æquum censeatis? quia consuestis cum eis pro imperio certare; adversùs hos tentare magis, quàm tueri, libertatem. Tamen qualescunque duces habuistis, qualescunque ipsi fuistis, omnia adhuc, quantacunque petistis, obtinuistis seu vi, seu fortunâ vestrâ. tempus est, etiam majora conari. Experimini modò & vestram felicitatem, & me (ut spero) feliciter expertum: minore negotio, qui imperet Patribus, imponetis, quàm, qui resisterent imperantibus, imposuistis. Solo æquandæ sunt dictaturæ consula-*

τῷ *rudis* additur accusativus cum præpositione *ad.* infrà l. 10. c. 22. l. 21. c. 25. l. 24. c. 48. & alibi. (5) Hæc cum *numerate saltem* &c. connectenda sunt, interpositis per parenthesin vocibus *si singuli* &c. E. (6) Ne id mihi malè cedat, atque ita vobis opem ferre non possim. (7) Sic Ter. Andr. 3. 4. 20. & Hec. 4. 4. 31. *nullus sum.* (8) Vid. not. 14. ad c. 6. suprà. (9) h. e. quòd talem exitum deprecamini, vel mentionem ejus tanquam infaustam aversati. E. (10) Manlius exprobrat plebi, eo contentam esse, ut aliorum auxilio ab injuriis patriciorum defendantur; nec de ullâ re cum Patribus contendere, nisi de terminis illorum in plebem imperii. (11) Sic suprà l. 4. c. 40. *an satis esset senatusconsultum.* (12) Sic suprà l. 5. c. 6. *nec finem ullum alium belli, quàm victoriam, noverit.* (13) Locutio ex jurisconsultis desumpta. usucapti estis; i. e. diutinâ possessione Patres vos in potestate suâ retinent. Hor. l. 2. Ep. 2. v. 159. *Quædam, si credis consultis, mancipat usus.* E.

tusque,

tusque, ut caput attollere Romana plebes possit. Proinde adeste, prohibete jus de pecuniis dici. ego me patronum profiteor plebis, quod mihi cura mea & fides nomen induit. Vos si quo insigni magis imperii honorisve nomine vestrum appellabitis ducem, eo utemini potentiore ad obtinenda ea, quæ vultis. Inde de regno agendi ortum initium dicitur: sed nec cum quibus, nec quem ad finem consilia pervenerint, sat planum traditur.

Senatus de coercendo Manlio agitat.

XIX. At in parte alterâ senatus de secessione, in domum privatam, plebis, fortè etiam in arce positam, (1) & imminenti mole libertati, (2) agitat. Magna pars vociferantur, *Servilio Ahalâ opus esse, qui non in vincula duci jubendo irritet publicum hostem, sed unius jacturâ civis finiat intestinum bellum.* Decurritur ad leniorem verbis sententiam, vim tamen eandem habentem, *Ut † videant magistratus, ne quid ex perniciosis consiliis M. Manlii respublica detrimenti capiat.* Tum tribuni consulari potestate, tribunique plebi (nam & (3), quia eundem & suæ potestatis, quem libertatis omnium, finem cernebant, Patrum auctoritati se dediderant) hi (4) tum omnes, quid opus facto sit, consultant. Quum præter vim & cædem nihil cuiquam † occurreret, eam autem ingentis dimicationis fore appareret; tum M. Mænius & Q. Publilius tribuni plebis, † *Quid Patrum & plebis certamen facimus, quod civitatis esse adversùs unum pestiferum civem debet? Quid cum plebe aggredimur eum, quem per ipsam plebem tutius aggredi est, ut suis ipse oneratus viribus ruat? Diem dicere ei nobis in animo est. nihil minùs populare quàm regnum est. † Simul multitudo illa non secum certari viderint* (5), *& ex † advocatis judices facti erunt* (6), *& accusatores de plebe, patricium reum intuebuntur, & regni crimen in medio; nulli magis, quàm libertati, favebunt, suæ.*

C. 19. (1) Et de periculo quod immineret libertati. Alii per *molem* intelligunt arcem ipsam. & hanc sententiam Drakenborchius amplexus est; credo, nullam aliam ob causam, quàm quia Doujatius alteri patrocinatur. (2) i. e. consultant. Sic. Tac. l. 3. Hist. c. 1. *agitavere, placeretne obstrui Pannoniæ Alpes.* (3) Dele voculam *&*; quam etiam omittunt quidam codices. (4) Vid. † *repetitiones.* (5) *Multitudo* cum verbo plurali passim apud Livium jungitur. Similiter in Evang. Luc. c. 8. v. 37. ἠρωτησαν ἀυτον ἅπαν το πλῆθος. (6) Observet lector hìc & alibi Livium modos diversos jungere. Sic infrà l. 30. c. 44. *quum spolia victæ Karthagini detrahebantur, quum . . . , cerneretis.*

XX. Appro-

XX. Approbantibus cunctis, diem Manlio dicunt. quod ubi est factum, primò commota plebs est, utique postquam sordidatum reum viderunt; nec cum eo non modò Patrum quenquam, sed ne cognatos quidem aut affines, postremò ne fratres quidem A. & T. Manlios: quod ad eum diem nunquam usu venisset, ut in tanto discrimine non & proximi vestem mutarent. *Ap. Claudio in vincula ducto, C. Claudium inimicum Claudiamque omnem gentem sordidatam fuisse. consensu opprimi popularem virum, quòd* (1) *primus a Patribus ad plebem defecisset.* Quum dies venit, quæ, præter coetus multitudinis seditiosasque voces, & largitionem & fallax indicium, pertinentia propriè ad regni crimen ab accusatoribus objecta sint reo, apud neminem auctorem invenio; nec dubito haud parva fuisse, quum damnandi mora plebi non in causâ, sed in loco, fuerit. Illud notandum videtur, ut sciant homines, quæ & quanta decora fœda cupiditas regni (2) non ingrata solùm, sed invisa etiam, reddiderit. Homines propè quadringentos produxisse dicitur, quibus sine fœnore (3) expensas pecunias tulisset, quorum bona venire, quos duci addictos prohibuisset. Ad hæc, decora quoque belli non commemorasse tantùm, sed protulisse etiam conspicienda; spolia hostium cæsorum † ad triginta, dona imperatorum ad quadraginta: in quibus insignes duas (4) murales coronas, civicas octo. Ad hæc servatos ex hostibus cives produxisse; inter quos C. Servilium (5) magistrum equitum absentem nominatum. & quum ea quoque, quæ bello gesta essent, (6) pro fastigio rerum oratione etiam magnificâ, facta dictis æquando, memorasset, nudasse pectus insigne cicatricibus bello acceptis; & identidem, Capitolium

Manlio dies dicitur a Tr. Pl.

C. 20. (1) Vid. not. 3. ad c. 11. suprà. (2) Non solùm fructu gratiæ iis debitæ privaverit. *Ingratum* hîc sumitur παθητικῶς pro eo cui gratia non persolvitur. (3) *Expensum ferre* est, scribere te pecuniam dedisse. Ascon. in Cic. Verr. 1. c. 39. cui respondet *acceptum referre*, i. e. scribere te pecuniam accepisse. Sumuntur simpliciter pro pecuniam dare & accipere. (4) *Muralis* erat *corona*, quâ donabatur ab imperatore, qui primus murum subiisset, inque oppidum hostium per vim ascendisset. Idcirco quasi muri pinnis decorata erat. Fieri ex auro solebat. *Civica corona* appellabatur, quam civis civi, a quo servatus erat in prœlio, dabat. Ea fiebat e fronde quernâ, vel iligneâ. (5) Qui magister equitum fuerat, Camillo dictatore, sexto ante anno. Vid. suprà c. 2. (6) Pro rerum præclarè gestarum ratione. E.

(†) h. e.

Capitolium ſpectans, Jovem Deoſque alios devocaſſe ad auxilium fortunarum ſuarum: precatuſque eſſe, ut, quam mentem ſibi Capitolinam arcem protegenti ad ſalutem populi Romani dediſſent, eam populo Romano in ſuo diſcrimine darent: & oraſſe ſingulos univerſoſque, ut Capitolium atque arcem intuentes, ut ad Deos immortales verſi, de ſe judicarent. In Campo Martio quum (7) centuriatim populus citaretur, & reus, ad Capitolium manus tendens, ab hominibus ad Deos preces avertiſſet; apparuit tribunis, niſi oculos quoque hominum liberaſſent ab tanti memoriâ decoris, nunquam fore in præoccupatis beneficio animis vero crimini locum. Ita † prodictâ die, in Pœtelinum lucum extra portam (8) Nomentanam, unde conſpectus in Capitolium non eſſet, concilium populi indictum eſt. ibi crimen valuit, & obſtinatis (9) animis triſte judicium, inviſumque etiam judicibus, factum. *Damnatus.* Sunt qui per duumviros, qui de † perduellione anquirerent, creatos, (10) auctores ſint damnatum. tribuni de ſaxo Tarpeio dejecerunt: (11) locuſque idem in uno homine & eximiæ gloriæ monumentum & pœnæ ultimæ fuit. Adjectæ mortuo notæ ſunt: publica una; quòd, quum domus ejus fuiſſet, ubi nunc (12) ædes atque officina Monetæ eſt, latum ad populum eſt, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret: gentilicia altera; quòd gentis Manliæ decreto cautum eſt, ne quis deinde M. Manlius vocaretur. Hunc exitum habuit vir, niſi in liberâ civitate natus eſſet, memorabilis. Populum brevi, poſtquam periculum ab eo nullum erat, per ſe ipſas recordantem virtutes, † deſiderium ejus tenuit. peſtilentia etiam brevi conſecuta, nullis occurrentibus tantæ cla-

(7) h. e. in comitiis centuriatis. Ita *tributim*, pro in comitiis tributis, ſuprà eſt l. 3. c. 55. Judicium perduellionis centuriatis comitiis exercebatur. Aliud exemplum exſtat apud noſtrum, l. 43. c. 16. (8) Quæ a Capitolio remotiſſima fuit, duxitque in eum locum, cui agger Servii Tullii omnem Capitolii conſpectum adimebat. Vulgò edebatur *Flumentanam.* Sed hæc in Campum Martium ducebat, & ad loca conſpectui Capitolii quàm maximè opportuna. (9) Obſirmatis adverſùs preces Manlii. E. (10) Narrent Manlium damnatum eſſe per duumviros. (11) Hunc locum expreſſit Plutarchus in Camill. *τον αυτον τοπον ἐσχε και των ἐυτυχεςατων ἐργων και μεγιςων ἀτυχηματων μνημειον.* (12) Ædes Junonis Monetæ, de quâ vid. infrà l. 7. c. 28. & officina cudendi numiſmatis, cui *monetæ* nomen inditum a Junone Monetâ, cujus ad ædem cudebatur & aſſervabatur.

dis

dis causis, ex Manliano supplicio magnæ parti videri orta: *violatum Capitolium esse sanguine servatoris, nec Diis cordi fuisse pœnam ejus oblatam propè oculis suis, a quo sua templa erepta e manibus hostium essent.*

XXI. Pestilentiam inopia frugum, & vulgatam utriusque mali famam anno insequente multiplex bellum excepit, L. Valerio quartùm, A. Manlio tertiùm, Ser. Sulpicio tertiùm, L. Lucretio, L. Æmilio tertiùm, M. Trebonio, tribunis militum consulari potestate. Hostes novi, præter Volscos velut sorte quâdam propè in æternum exercendo Romano militi datos, Circejosque & Velitras colonias jamdiu molientes defectionem, & suspectum Latium, Lanuvini etiam, (1) quæ fidelissima urbs fuerat, subitò exorti. Id Patres rati contemptu accidere, quòd Veliternis civibus suis tamdiu impunita defectio esset, decreverunt, ut primo quoque tempore ad populum ferretur de bello eis indicendo. ad quam militiam quo paratior plebes esset, quinqueviros Pomptino agro dividendo, & triumviros Nepete coloniæ deducendæ creaverunt. Tum, ut bellum juberent, latum ad populum est: &, nequicquam dissuadentibus tribunis plebis, omnes (2) tribus bellum jusserunt. Apparatum eo anno bellum est; exercitus propter pestilentiam non eductus. eaque cunctatio colonis spatium dederat deprecandi senatum; & magna hominum pars eò, ut legatio supplex Romam mitteretur, inclinabat: ni privato (ut fit) periculo publicum implicitum esset, auctoresque defectionis ab Romanis, metu ne, soli crimini subjecti, piacula iræ Romanorum dederentur, avertissent colonias a consiliis pacis. Neque in (3) senatu solùm per eos legatio impedita est, sed magna pars plebis incitata, ut prædatum in agrum Romanum exirent. hæc nova injuria exturbavit omnem spem pacis. De Prænestinorum quoque defectione eo anno primùm fama exorta:

U. c. 372. A. C. 380. L. Valerio IV. &c. Tr. Mil.

Novi hostes Lanuvini.

†

C. 21. (1) *Lanuvini, quæ urbs*, pro, incolæ urbis Lanuvii, quæ &c. Similes locutiones Livio sunt frequentissimæ. (2) Livius, non habitâ temporis ratione, dixisse videtur *omnes tribus*, pro, *omnes centuriæ:* ut enim tribuum in comitiis centuriatis mentio fieret, nondum hujus temporis erat. De bello autem Veliternis indicendo actum fuit in comitiis centuriatis, ut ex eo patet, quòd senatus decreverit, ut de eâ re *ad populum* ferretur; deinde quòd non alii, quàm tribuni consulares, ferre potuerint, legem dissuadentibus tribunis plebis. (3) Intellige senatum Veliternum.

exorta: arguentibusque eos Tusculanis, & Gabinis, & Lavicanis, quorum in fines incursatum erat, (4) ita placidè ab senatu responsum est, ut minùs credi de criminibus, quia nollent ea vera esse, appareret.

U. c. 373. A C. 379. Sp. Papirio &c. Tr. Mil.

XXII. Insequenti anno Sp. & L. Papirii (1), novi tribuni militum consulari potestate, Velitras legiones duxere; quatuor collegis Ser. Cornelio Maluginense quartùm, Q. Servilio, Ser. Sulpicio, L. Æmilio quartùm, tribunis ad præsidium urbis, & si qui ex Etruriâ novi motus nunciarentur, (omnia enim inde suspecta erant) relictis. Ad Velitras adversùs majora penè auxilia Prænestinorum, quàm ipsam colonorum multitudinem, secundo prœlio pugnatum est; ita ut propinquitas urbis hosti & causa maturioris fugæ, & unum ex fugâ receptaculum esset. Oppidi oppugnatione tribuni abstinuere; quia & anceps erat, nec in perniciem coloniæ pugnandum censebant. Literæ Romam ad senatum cum victoriæ nunciis, acriores in Prænestinum, quàm in Veliternum hostem, missæ. Itaque ex senatusconsulto populique jussu bellum Prænestinis indictum: qui, conjuncti Volscis, anno insequente Satricum, coloniam populi Romani pertinaciter a colonis defensam, vi expugnarunt, fœdéque in captis (2) exercuere victoriam. Eam rem ægrè passi Romani, M. Furium Camillum septimùm tribunum militum creavere. additi collegæ A. & L. Postumii Regillenses, ac L. Furius, cum L. Lucretio & M. Fabio Ambusto. Volscum bellum M. Furio extra ordinem decretum. adjutor ex tribunis sorte L. Furius datur; non tam e republicâ, quàm (3) ut collegæ materia ad omnem

U. c. 374. A. C. 378. M. Furio Camillo VII. &c. Tr. Mil.

Bellum Volscum.

Veliternum. (4) Placidè quidem, sed ita ut appareret ideo minùs credi &c.

C. 22. (1) Sæpius nomini proprio plurali adduntur duo prænomina singularia. ut suprà l. 4. c. 58, *P. & Cn. Cornelii Cossis.* hoc lib. c. 19. *A. & T. Manlios.* infrà hoc cap. *A. & L. Postumii Regillenses.* Idem jam notavimus de † *prænomine.* (2) Sic suprà l. 5. c. 2. *quod tribuni militum in plebe Romanâ regnum exercerent.* *Exercere victoriam* suprà l. 2. c. 55. Similiter Sallustius in Catil. c. 38. *victoriam crudeliter exercebant.* in Jug. c. 16. *acerrimè victoriam nobilitatis in plebem exercuerat.* Sic *exercere injuriam* infrà l. 42. c. 1. *simultates* l. 39. c. 5. (3) Particulâ *ut* eventus designatur. [& quidem id quod numen evenire voluit. Namque *fors*, ut viri docti dudum monuerunt, est occulta illa rerum series divinitus constituta.

omnem laudem esset; (4) & publicè, quòd rem temeritate ejus prolapsam restituit; & privatim, quòd ex errore (5) gratiam potiùs ejus sibi, quàm suam gloriam, petiit. Exactæ jam ætatis Camillus erat, comitiisque jurare parato in verba (6) excusandæ valetudini solita consensus populi restiterat: sed vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, virebatque integris sensibus, (7) & civiles jam res haud magnopere obeuntem bella excitabant. Quatuor legionibus quaternûm millium scriptis, exercitu indicto ad portam Esquilinam in posterum diem, ad Satricum profectus. ibi eum expugnatores coloniæ haudquaquam perculsi, fidentes militum numero, quo aliquantum præstabant, opperiebantur. postquam appropinquare Romanos senserunt, extemplo in aciem procedunt, nihil dilaturi, quin periculum summæ rerum facerent: ita paucitati hostium nihil artes imperatoris unici, quibus solis confiderent, profuturas esse.

XXIII. Idem ardor & in Romano exercitu erat, & in altero duce: nec præsentis dimicationis fortunam ulla res, præterquam unius viri consilium atque imperium, morabatur: qui occasionem juvandarum ratione virium trahendo bello quærebat. Eo magis hostis instare; nec jam pro castris tantùm suis explicare aciem, sed procedere in medium campi, &, (1) vallo propè hostium signa inferendo, superbam fiduciam virium ostentare. Id ægrè patiebatur Romanus miles; multo ægriùs alter ex tribunis militum L. Furius, ferox quum ætate & ingenio, *L. Furii temeritas.* (2) tum multitudinis, ex incertissimo sumentis animos, † spe inflatus. Hic per se jam milites incitatos insuper instigabat † elevando, quâ unâ poterat, ætate auctoritatem collegæ: *Juvenibus bella data*, dictitans, *& cum corporibus vigere & deflorescere animos; cunctatorem ex acerrimo bellatore factum; &, qui adveniens castra urbesque primo impetu*

constituta. E.] (4) Et in iis quæ ad rempublicam spectant, & in privatis erga collegam consiliis factisque. (5) Potiùs Furium sibi devinxit quàm &c. E. (6) *Valetudinem excusare* dicitur, qui illam affert causam cur excusatus haberetur. infrà l. 23. c. 8. l. 26. c. 22. (7) Et quamvis minus jam res civiles obiret, tamen bella eum excitabant.

C. 23. (1) Vallum Romanorum propè invadendo, ad vallum quàm proximè accedendo, quasi invasurus esset. (2) Tum fretus voluntate ac cupiditate multitudinis militaris, quæ animos ex incertissimo sumere solet.

impetu rapere (3) *sit solitus, eum † residem intra vallum tempus terere: quid accessurum suis, decessurumve hostium viribus sperantem? quam occasionem, quod tempus, quem insidiis instruendis locum? frigere ac* (4) *torpere senis consilia. Sed Camillo quum vitæ satis, tum gloriæ esse. quid † attinere, cum mortali corpore uno, civitatis, quam immortalem esse deceat, pati consenescere vires?* His sermonibus tota in se averterat castra. &, quum omnibus locis posceretur pugna, *Sustinere*, inquit, *M. Furi, non possumus impetum militum: & hostis, cujus animos cunctando auximus, jam minimè tolerandâ superbiâ insultat. Cede unus omnibus, & patere te vinci consilio, ut maturiùs bello vincas.* Ad ea Camillus: *Quæ bella suo unius auspicio gesta ad eam diem essent, negare in eis neque se, neque populum Romanum, aut consilii sui, aut fortunæ pœnituisse. nunc scire, se collegam habere jure imperioque parem, vigore ætatis præstantem. Itaque se, quod ad exercitum attineat,* (5) *regere consuesse, non regi. collegæ imperium se non posse impedire. Diis bene juvantibus ageret, quod e republicâ duceret. Ætati suæ se veniam etiam petere, ne in primâ acie esset. quæ senis munia in bello sint, iis se non defuturum. Id a Diis immortalibus precari, ne † qui casus suum consilium laudabile efficiat.* Nec ab hominibus salutaris sententia, nec a Diis tam piæ preces auditæ sunt. primam aciem auctor pugnæ instruit, subsidia Camillus firmat, validamque stationem pro castris opponit. ipse edito loco spectator intentus in (6) eventu alieni consilii constitit.

Camilli moderatio.

Pugna cum Volscis.

XXIV. Simul primo concursu concrepuere arma, hostis dolo, non metu, pedem retulit. lenis ab tergo clivus erat inter aciem & castra: &, quòd multitudo (1) suppeditabat, aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant, quæ inter commissum jam certamen, ubi

solet. Notandum autem aliquot codices, pro *sumentis animos*, habere *sumptis animis*: hoc sensu; Furium animos ex re incertissimâ sumpsisse. Et hæc quidem lectio potior videretur, ni integriores scripti pro alterâ starent. (3) Hoc verbum celeritatem indicat, quâ castra urbesque expugnarit. Ita *rapere nuptias*, pro summâ festinatione eas celebrare, infrà l. 30. c. 14. (4) *Torpere consilia* occurrit suprà l. 1. c. 41. (5) Milites quorum ardori cedendum Furius existimavit, se regere consuesse, non autem ab illis regi. (6) Legendum videtur *in eventum*. vid. suprà not. 11. ad c. 27. l. 4. Hîc tamen *in eventu* referri potest ad præcedens *spectator*.

C. 24. (1) *Suppeditare* sæpe absolutè ponitur pro † *suppetere*. ut infrà l. 8.

ubi vallo appropinquaſſet hoſtis, erumperent. Romanus, cedentem hoſtem effusè ſequendo in locum iniquum pertractus, † opportunus huic eruptioni fuit. (2) verſus itaque in victorem terror, & novo hoſte, & † ſupinâ valle Romanam inclinavit aciem. Inſtant Volſci recentes, qui e caſtris impetum fecerant; integrant & illi pugnam, qui ſimulatâ ceſſerant fugâ. Jam non recipiebat ſe Romanus miles; ſed, immemor recentis ferociæ veteriſque decoris, terga paſſim dabat, atque effuſo curſu caſtra repetebat: quum Camillus, (3) ſubjectus a circumſtantibus in equum, & raptim ſubſidiis oppoſitis, *Hæc eſt*, inquit, *milites, pugna, quam popoſciſtis? Quis homo, quis Deus eſt, quem accuſare poſſitis? veſtra* (4) *illa temeritas, veſtra ignavia hæc eſt. Secuti alium ducem, ſequimini nunc Camillum; &, quod ductu meo ſoletis, vincite.* † *Quid vallum & caſtra ſpectatis? neminem veſtrum illa, niſi victorem, receptura ſunt.* Pudor primò tenuit effuſos: inde, ut circumagi ſigna, obvertique aciem viderunt in hoſtem, & dux, præterquam quòd (5) tot inſignis triumphis, etiam ætate venerabilis, inter prima ſigna (ubi plurimus labor periculumque erat) ſe offerebat, increpare ſinguli ſe quiſque & alios, & adhortatio in vicem totam alacri clamore pervaſit (6) aciem. Neque alter tribunus rei defuit: ſed, miſſus a collegâ reſtituente peditum aciem ad equites, non caſtigando, (ad quam rem leviorem auctorem eum culpæ ſocietas fecerat) ſed, ab imperio totus ad preces verſus, orare ſingulos univerſoſque, *ut ſe*, (7) *reum fortunæ ejus diei, crimine* (8) *eximerent.* (9) *Abnuente ac prohibente collegâ, temeritatis*

Primò Romanis improſpera.

†

l. 8. c. 43. l. 22. c. 39. (2) Romani territi erant & inclinati, quòd & loco ſubiſſent acclivi, (qui inter aciem Volſcorum & caſtra fuiſſe ſuprà dicitur) & ab recente hoſte deſuper incumbente exciperentur. (3) Sic infrà l. 31. c. 37. *regem in equum ſubjecit.* Virg. l. 12. Æn. v. 287. *corpora ſaltu Subjiciunt in equos. Subjicere* in his ſimilibuſque locutionibus ponitur pro ſurſum erigere. (4) Nota voculas *illa*, quæ præteritum tempus; *hæc*, quæ præſens indicat. Veſtra temeritas fuit, quum pugnam inconſultò laceſſiſtis: veſtra nunc ignavia eſt, quum fugitis. (5) Supplendum eſt *erat.* (6) Sic ſuprà l. 5. c. 7. *famaque ea forum atque urbem pervaſiſſet.* infrà l. 26. c. 15. *murmur ab tribunali totam concionem pervaſit.* (7) *Reus* alicujus rei dicitur, qui ejus rei rationi reddendæ obnoxius eſt: quem Anglicè dicimus *reſponſible.* Sic infrà l. 25. c. 30. *opportuna loca dividenda præfectis eſſe, ut ſuæ quiſque partis tutandæ reus ſit.* (8) Dicitur etiam *noxæ eximere* infrà l. 8. c. 35. (9) Vid. ſuprà not. 3. ad. c. 13. l. 1. (10) Rectè

temeritatis me omnium potiùs socium, quàm unius prudentiæ, dedi. Camillus in utrâque vestrâ fortunâ suam gloriam videt: ego, ni restituitur pugna, (quod miserrimum est) fortunam cum omnibus, infamiam solus sentiam. Optimum visum est, (10) in fluctuantem aciem tradi equos, & pedestri pugnâ invadere hostem. Eunt insignes armis animisque, quâ premi parte maximè peditum copias vident. nihil, neque apud duces, neque apud milites, remittitur a summo certamine animi. Sensit ergo eventus virtutis enisæ opem: & Volsci, quâ modò simulato metu cesserant, eâ in veram fugam effusi, magna pars & in ipso certamine, & pòst in fugâ cæsi: (11) ceteri in castris, quæ capta eodem impetu sunt, plures tamen capti, quàm occisi.

Victi Volsci.

XXV. Ubi in recensendis captivis quum Tusculani aliquot noscitarentur, secreti ab aliis ad tribunos adducuntur, percunctantibusque fassi, publico consilio se militasse. cujus tam vicini belli metu Camillus motus, *extemplo se Romam captivos ducturum*, aït, *ne Patres ignari sint, Tusculanos ab societate descisse. castris exercituique interim, si videatur, præsit collega.* Documento unus dies fuerat, ne sua consilia melioribus præferret. nec tamen aut ipsi, aut in exercitu cuiquam satis placato animo Camillus laturus culpam ejus videbatur, quâ data in tam præcipitem casum respublica esset; & quum in exercitu, tum Romæ constans omnium fama erat, quum variâ fortunâ in Volscis gesta res esset, adversæ pugnæ fugæque in L. Furio culpam, secundæ decus omne penes M. Furium esse. Introductis in senatum captivis, quum bello persequendos Tusculanos Patres censuissent, Camilloque id bellum mandassent; adjutorem sibi ad eam rem unum petit: permissoque, ut ex collegis optaret, quem vellet, contra spem omnium L. Furium optavit. quâ moderatione animi quum collegæ levavit infamiam, tum sibi gloriam ingentem peperit. Nec fuit cum Tusculanis bellum: pace constanti vim Romanam arcuerunt, quam armis non potera-

Bellum Tusculanis indictum.

(10) Rectè emendat Gronovius † *inter fluctuantem aciem*: h. e. dum fluctuat acies, necdum satis a trepidatione & fugâ sese collegit. *Tradi equos*, i. e. relinqui equos, & tradi calonibus asservandos. (11) Cæteri in castris aut cæsi aut capti; imo plures cæsi quàm capti. Corrigit Livius per particulam *tamen* id quod non expressit quidem, sed in mente habuit.

terant.

A Tuſculanis pace conſtanti propulſatum.

ferant. Intrantibus fines Romanis, non demigratum ex propinquis itineris (1) locis, non cultus agrorum intermiſſus: patentibus portis urbis, togati obviàm frequentes imperatoribus proceſſere: commeatus exercitui comiter in caſtra ex urbe & ex agris devehitur. Camillus, caſtris ante portas poſitis, eademne forma pacis, quæ in agris oſtentaretur, etiam intra mœnia eſſet, ſcire cupiens; ingreſſus urbem, ubi patentes januas, & tabernis apertis propoſita (2) omnia in medio vidit, intentoſque opifices ſuo quemque operi, & ludos literarum ſtrepere diſcentium vocibus, ac repletas ſemitas, inter vulgus aliud, (3) puerorum & mulierum huc atque illuc euntium, quâ quemque ſuorum uſuum cauſæ ferrent: nihil uſquam, non pavidis modò, ſed ne mirantibus quidem ſimile; circumſpiciebat omnia, inquirens oculis, ubinam (4) bellum fuiſſet. adeò (5) nec amotæ rei uſquam, nec oblatæ ad tempus veſtigium ullum erat: ſed ita omnia conſtanti tranquilla pace, ut eò vix fama belli perlata videri poſſet.

XXVI. Victus igitur patientiâ hoſtium, ſenatum eorum vocari juſſit. *Soli adhuc*, inquit, *Tuſculani, vera arma veraſque vires, quibus ab irâ Romanorum veſtra tutaremini, inveniſtis. ite Romam ad ſenatum. æſtimabunt Patres, utrùm plus antè pœnæ, an nunc veniæ meriti ſitis.* (1) *non præcipiam gratiam publici beneficii. deprecandi poteſtatem a me habueritis; precibus eventum veſtris ſenatus, quem* (2) *videbitur, dabit.*

C. 25. (1) Sic fere *ſolitum quicquam liberæ civitatis*, ſuprà l. 3. c. 38. Editi plerique habent *itineri:* quod quidem, ſi codices ſcripti ita voluiſſent, magis placeret. (2) Omnia in conſpectu venalia propoſita. *Venale proponere* dixit Cic. l. 2. in Verr. c. 32. (3) Hic Genitivus τῷ *replere* additur, quemadmodum verbis *complere*, *explere*, *implere* jungi ſolet. Liviuſque paſſim verbis copiæ potiùs genitivum, quàm ablativum, apponit. (4) Bellum nempe quod adversùs Romanos Tuſculani moliebantur. E. (5) Nullum uſquam erat veſtigium rei cujuſquam aut amotæ, ut a periculo ingruentis belli tuta præſtaretur: aut oblatæ & in medium promptæ, ut ad propulſandum bellum uſui eſſet. [Ita Crevierius. ſed, opinor, voces nec *oblatæ ad tempus* alio ſenſu capiendæ ſunt: ſc. *nec ad tempus oblatæ* in conſpectum quo ſpecies falſa pacis fingeretur. Mox dicitur *omnia tranquilla* eſſe, neque ullam trepidationem, qualis foret ſi res vel amoverentur, vel in ipſo temporis articulo proferrentur. E.]

C. 26. (1) Non præcerpam quicquam e gratiâ ejus beneficii, quod totum vos ſenatui debere decet. Infrà l. 10. c. 26. *præcipere victoriam animis.* l. 42. c. 61. *[illegible] præcipiunt.* (2) Supplendum eſt, *dandum*

dabit. Poſtquam Romam Tuſculani venerunt, ſenatuſque paullo antè fidelium ſociorum mœſtus in veſtibulo curiæ eſt conſpectus, moti extemplo Patres, vocari eos jam tum hoſpitaliter magis, quàm hoſtiliter, juſſere. Dictator Tuſculanus ita verba fecit: *Quibus bellum indixiſtis, intuliſtiſque, Patres conſcripti, ſicut nunc videtis nos ſtantes in veſtibulo curiæ veſtræ,* (3) *ita armati paratique obviàm imperatoribus legionibuſque veſtris proceſſimus. Hic noſter, hic plebis noſtræ habitus fuit, eritque ſemper,* (4) *niſi ſi quando a vobis, proque vobis, arma acceperimus. Gratias agimus & ducibus veſtris & exercitibus, quòd oculis magis, quàm auribus, crediderunt; &, ubi nihil hoſtile erat, ne ipſi quidem fecerunt. Pacem, quam nos præſtitimus, eam a vobis petimus:* (5) *bellum eò, ſicubi eſt, avertatis, precamur. In nos quid arma polleant veſtra, ſi patiendo experiundum eſt, inermes experiemur. Hæc mens noſtra eſt; Dii immortales faciant, tam felix, quàm pia. Quod ad crimina attinet, quibus moti bellum indixiſtis; etſi* (6) *revicta rebus verbis confutare nihil* † *attinet; tamen, etiamſi vera ſint, vel fateri nobis ea, quum tam evidenter pœnituerit, tutum cenſemus.* (7) *Peccetur in vos, dum digni ſitis, quibus ita ſatisfiat.* Tantum fere verborum ab Tuſculanis factum. Pacem in præſentia, nec ita multo pòſt civitatem etiam, impetraverunt. ab Tuſculo legiones reductæ.

XXVII. Camillus, conſilio & virtute in Volſco bello, felicitate in Tuſculanâ expeditione, utrobique ſingulari † adversùs collegam patientiâ & moderatione inſignis, magiſtratu abiit; creatis tribunis militaribus in inſequentem annum, L. & P. Valeriis, Lucio quintùm, Publio tertiùm, & C. Sergio tertiùm, L. Menenio ſecundùm, Sp. Papirio, Ser. Cornelio Maluginenſe. Cenſoribus quo-

U. c. 375. A. C. 377. L. Valerio &c. Tr. Mil.

eſſe. Hæc elliptica locutio in Livio ſæpiſſime occurrit. Sic etiam Cic. l. 3. in Verr. c. 7. *legemque his rebus, quam ipſis videretur, edicerent.* l. 12. ad Att. Ep. 28. *eique de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas.* (3) h. e. nullis aliis inſtructi armis. (4) *Niſi ſi* apud optimos ſcriptores admodum frequens eſt. ſic infrà l. 8. c. 28. *niſi ſi qui noxam meruiſſet.* Ter. in Andr. 1. 5. 14. *niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor.* in Adelph. 4. 3. 3. (5) Sicubi bellum adversùs vos paratur, eò arma veſtra a nobis avertite. (6) Sic infrà l. 40. c. 16. *noctis proximæ crimen facilè revictum.* (7) Eſto ut in vos peccati ſimus; modò recordemini vobis decorum eſſe pœnitentiâ noſtrâ ſatisfieri. E.

que

que eguit annus, (1) maximè propter incertam famam aeris alieni; aggravantibus summam etiam invidiae (2) ejus tribunis plebis, quum ab iis elevaretur, quibus fide magis, quàm fortunâ, debentium laborare creditum videri expediebat. Creati censores C. Sulpicius Camerinus, Sp. Postumius Regillensis. coeptaque jam res morte Postumii, (3) quia collegam suffici censori religio erat, interpellata est. Igitur quum Sulpicius abdicasset se magistratu, censores alii, vitio creati, non gesserunt magistratum. tertios creari (velut Diis non accipientibus in eum annum censuram) † religiosum fuit. Eam vero ludificationem plebis tribuni ferendam negabant. (4) *Fugere senatum testes, tabulas publicas, census cujusque, quia nolint conspici summam aeris alieni, quae indicatura sit, demersam partem a parte civitatis: quum interim obaeratam plebem* (5) *objectari aliis atque aliis hostibus. Passim jam sine ullo discrimine bella quaeri. ab Antio Satricum, ab Satrico Velitras, inde Tusculum legiones ductas. Latinis, Hernicis, Praenestinis jam intentari arma; civium magis quàm hostium odio; ut in armis terant plebem, nec respirare in urbe, aut per otium libertatis meminisse sinant, aut consistere in concione, ubi aliquando audiant vocem tribuniciam, de levando foenore & fine aliarum injuriarum agentem. Quòd si sit animus plebi memor patrum libertatis, se nec addici quenquam civem Romanum ob creditam pecuniam passuros, neque delectum haberi; donec, inspecto aere alieno, initâque ratione minuendi ejus, sciat unusquisque, quid sui, quid alieni sit:* (6) *supersit sibi liberum corpus, an id quoque nervo debeatur.* Merces seditionis proposita confestim seditionem excitavit. nam & addicebantur multi, & ad

Maximum aes alienum Romae.

Tribb. Pl. seditiosa oratio.

C. 27. (1) Maximè propter varios & incertos rumores de magnitudine aeris alieni, ex eo ortos quòd hinc tribuni plebis augerent rem verbis, & exaggerando invidiosiorem etiam, quàm veritas ferebat, facerent; illinc contrà rem extenuarent ii, quibus expediebat sic existimari, solutionem creditarum pecuniarum ideo potiùs impeditam esse, quòd fides, quàm quòd fortuna debentes deficeret. Ut autem in hâc varietate sermonum dispici posset, quid verum foret, nihil satius erat, quàm singulorum facultates per censum inspici. (2) *Invidia* hîc sumitur pro re invidiosâ, quae est causa invidiae: quemadmodum *odium* nonnunquam pro homine odioso, qui est objectum modii. Et hoc sensu Titus imperator *amor ac deliciae generis humani* vocatur Suetonio. (3) Vid suprà l. 5. c. 31. (4) Nolle senatum testes habere census cujusque, tabulas publicas. † *appositio.* (5) † *Enallage modi.* (6) † *An.*
(7) *Minor*

Bellum Prænestinum. & ad Prænestini famam belli novas legiones scribendas Patres censuerant. quæ utraque simul auxilio tribunicio & consensu plebis impediri cœpta. Nam neque duci addictos tribuni sinebant, neque juniores nomina dabant. Quum Patribus (7) minor præsens cura creditæ pecuniæ juris exsequendi, quàm delectûs, esset; quippe jam a Præneste profectos hostes in agro (8) Gabino consedisse nunciabatur; interim tribunos plebis fama ea ipsa irritaverat magis ad susceptum certamen, quàm deterruerat. neque aliud ad seditionem exstinguendam in urbe, quàm prope illatum mœnibus ipsis bellum, valuit.

XXVIII. Nam quum esset Prænestinis nunciatum, nullum exercitum conscriptum Romæ, nullum ducem certum esse, Patres ac plebem in semetipsos versos: occasionem rati duces eorum, raptim agmine acto, pervastatis (1) protinus agris, ad portam Collinam signa intulere. Ingens in urbe trepidatio fuit. conclamatum *ad arma*, concursumque in muros (2) atque portas est: tandemque, ab seditione ad bellum versi, dictatorem T. Quinctium Cincinnatum creavere. *T. Quinctius dictator.* Is magistrum equitum A. Sempronium Atratinum dixit. Quod ubi auditum est, (tantus ejus magistratûs terror erat) simul hostes a mœnibus recessere, & juniores Romani ad edictum sine † retractatione convenere. Dum conscribitur Romæ exercitus, castra interim hostium haud procul Alliâ flumine posita: inde agrum latè populantes, *fatalem se urbi Romanæ locum cepisse*, inter se jactabant: *similem pavorem inde ac fugam fore, ac bello Gallico fuerit. Etenim, si diem, † contactum religione,*

(7) *Minor præsens cura*, pro, non tam urgens cura. Sic infrà l. 8. c. 2. *injuriæ Samnitium, quàm beneficii Romanorum, memoria præsentior erat.* Gronovius, legendum censet *minùs præsens*. At neque alterum exemplo caret. Sic fere Ter. in Heaut. 2. 3. 113. *Quasi minor istic mea res agatur, quàm tua.* (8) Omnes scripti habent *Sabino*, quemadmodum & ante Drakenborchium edebatur. Sed *ager Sabinus* in hâc historiâ locum habere non potest, utpote qui ultra Anienem situs fuerit, quum nunc agatur de Latio. *Ager Gabinus*, & ipsa urbs Gabii, inter Præneste & Romam media fuerunt. Agros Gabinum ac Prænestinum jungit Livius suprà l. 3. c. 8.

C. 28. (1) Uno tenore prout incedebant. *Agi agmen* dicitur suprà l. 2. c. 58. infrà l. 7. c. 37. & alibi sæpissime. (2) Non displicet Gronovii conjectura *in muros adque portas.* Solet enim Livius passim præpositiones repetere, & quidem modò easdem; modò alias.

(3) Quanto

religione, insignemque nomine ejus loci, timeant Romani, (3) *quanto magis Alliensi die Alliam ipsam, monumentum tantæ cladis, reformidaturos? Species profectò his ibi truces Gallorum sonumque vocis in oculis atque in auribus fore.* Has inanium rerum inanes ipsas volventes cogitationes, fortunæ loci (4) delegaverant spes suas. Romani contrà, *Ubicunque esset Latinus hostis, satis scire, eum esse, quem, ad Regillum lacum devictum,* (5) *centum annorum pace* † *obnoxiâ tenuerint. Locum, insignem memoriâ cladis, irritaturum se potiùs ad delendam memoriam dedecoris, quàm ut timorem faciat, ne qua terra sit nefasta* (6) *victoriæ suæ. Quin ipsi sibi Galli si offerantur illo loco, se ita pugnaturos, ut Romæ pugnaverint in repetendâ patriâ, ut postero die ad Gabios; tunc, quum effecerint, ne quis hostis, qui mœnia Romana intrasset, nuncium secundæ adversæque fortunæ domum perferret.*

XXIX. His utrinque animis ad Alliam ventum est. Dictator Romanos, postquam in conspectu hostes erant instructi intentique, *Videsne tu,* inquit, *A. Semproni, loci fortunâ illos fretos ad Alliam constitisse?* (1) *nec illis Dii immortales certioris quicquam fiduciæ, majorisve quod sit auxilii, dederint. At tu, fretus armis animisque, concitatis equis invade mediam aciem: ego cum legionibus in turbatos trepidantesque inferam signa. Adeste, Dii testes fœderis, & expetite pœnas, debitas simul vobis violatis, nobisque* (2) *per vestrum numen deceptis.* Non equitem, non peditem sustinuere Prænestini. primo impetu ac clamore dissipati ordines *Vincuntur Prænestini.*

(3) Quanto magis reformidaturos locum ipsum, quàm diem nomine ejus loci insignitum. (4) Eleganter utitur verbo *delegare*, quod non simpliciter aliquid alicui mandare notat, sed id mandare, quod is, qui mandat, facere ipse debebat. Indicat igitur, Prænestinos spem victoriæ, quam in se ac viribus suis habere debuerant, in fortunâ loci, qui olim Romanis infelix fuerat, posuisse. (5) Vid. not. 1. ad c. 2. suprà. *Pax obnoxia* dicitur, quâ populus in ditionem alterius transit. hinc *subjectus* & *obnoxius* junguntur infrà l. 7. c. 30. Huic opponitur *æqua pax*, sive *æquum fœdus*, infrà l. 9. c. 20. (6) Codices aliquot habent *victoria sua*. Ea lectio si vera esset, *terra nefasta victoriâ suâ* foret infelix, ominosa propter victoriam de se partam; eodem modo quo *dies nefastus* pro religioso, infausto ponitur apud Suet. in Tib. c. 53. & Hor. l. 3. Od. 13. v. 1. *Victoria* autem *sua*, quemadmodum dicitur *odium vestrum*, pro odio aliorum erga vos, infrà l. 30. c. 44. Si hoc loco vulgatum placet, *terra nefasta victoriæ suæ* notabit terram, quâ sibi non licebat, nefas erat vincere.

C. 29. (1) Atque utinam nihil certioris fiduciæ &c. (2) Quum confideremus fœderi, cui vestrum numen advocatum fuerat. Sic. l. 1. c. 9. *per fas*

nes sunt. Dein, postquam nullo loco constabat acies, terga vertunt; consternatique, & præter castra etiam sua pavore † prælati, non prius se ab effuso cursu sistunt, quàm in conspectu Præneste fuit. Ibi (3) ex fugâ dissipati, locum, quem tumultuario opere communirent, capiunt: ne, si intra mœnia se recepissent, extemplo ureretur ager, depopulatisque omnibus obsidio urbi inferretur. Sed, postquam, direptis ad Alliam castris, victor Romanus aderat, id quoque munimentum relictum: &, vix mœnia tuta rati, oppido se Præneste includunt. Octo (4) præterea oppida erant sub ditione Prænestinorum. ad ea circumlatum bellum: † deincepsque, haud magno certamine captis, Velitras exercitus ductus. Eæ quoque expugnatæ. tum ad caput belli Præneste ventum. Id non vi, sed per deditionem, receptum est. T. Quinctius, semel acie victor, binis castris hostium, novem oppidis vi captis, Præneste in deditionem accepto, Romam revertit (5): triumphansque signum, Præneste devectum, (6) Jovis Imperatoris in Capitolium tulit. Dedicatum est inter † cellam Jovis ac Minervæ; tabulaque sub eo fixa, monumentum rerum gestarum, his ferme incisa literis fuit: *Jupiter atque Divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem* (7) *caperet*. Die vicesimo, † quàm creatus erat, dictaturâ se abdicavit.

Jupiter Imperator.

U. c. 376. A. C. 376. P. Manlio &c. Tr. Mil.

XXX. Comitia inde habita tribunorum militum consulari potestate; quibus æquatus patriciorum plebeiorumque numerus. Ex Patribus creati P. & C. Manlii, cum L. Julio: plebes C. Sextilium, M. Albinium, L. Antistium dedit. Manliis, quòd genere plebeios, gratiâ Ju-

fas ac fidem decepti. (3) Quum dissipati hac illac ex fugâ fuissent, jam in unum colligentes se, ibi locum capiunt. (4) Præter ipsum Præneste ceterorum caput. (5) Passim Livius hujus verbi perfectum, & inde declinata alia, formâ activâ extulit. (6) A Livio in diversa abire videtur Cicero, qui Jovis Imperatoris signum illud non a T. Quinctio Cincinnato Præneste, sed a T. Quinctio Flaminino ex Macedoniâ devectum, & in Capitolio positum fuisse, refert l. 4. in Verr. c. 58. (7) Viri docti monuerunt scriptum fuisse novem oppida totidem diebus Quinctium cepisse, decimoque Præneste in deditionem accepisse. sed adverbium *ferme* indicio est inscriptionem ab Livio in pauca contractam. Porro *Divus* & *Diva*, pro *Deus* & *Dea*, in vetustis formulis passim reperiuntur. infrà l. 7. c. 26. l. 25. c. 12. l. 29. c. 27.

ſium anteïbant, (1) Volſci provincia, ſine ſorte, ſine † comparatione, extra ordinem data: cujus & ipſos poſtmodo & Patres, qui dederant, pœnituit. Inexploratò pabulatum cohortes miſere. (2) quibus velut circumventis, quum id falsò nunciatum eſſet, dum, præſidio ut eſſent, citati feruntur, ne † auctore quidem aſſervato, qui eos, hoſtis Latinus pro milite Romano, fruſtratus erat, ipſi in inſidias † præcipitavere. Ibi dum iniquo loco ſolâ virtute militum reſtantes cæduntur, cæduntque, caſtra interim Romana, jacentia in campo, ab alterâ parte hoſtes invaſere. Ab ducibus (3) utrobique proditæ temeritate atque inſcitiâ res. quicquid ſuperfuit (4) fortunæ populi Romani, id militum etiam ſine rectore ſtabilis virtus tutata eſt. Quæ ubi Romam ſunt relata, primùm dictatorem dici placebat: deinde, poſtquam quietæ res ex Volſcis afferebantur, & apparuit, neſcire eos victoriâ & tempore uti, revocati etiam inde exercitus ac duces: otiumque inde, quantum a Volſcis, fuit. id modò extremo anno tumultuatum, quòd Præneſtini concitatis Latinorum populis rebellarunt. Eodem anno Setiam (5), ipſis querentibus penuriam hominum, novi coloni adſcripti. Rebuſque haud proſperis bello, domeſtica quies, quam tribunorum militum ex plebe gratia majeſtaſque inter ſuos obtinuit, ſolatium fuit.

XXXI. Inſequentis anni principia ſtatim ſeditione ingenti arſere, tribunis militum conſulari poteſtate Sp. Furio, Q. Servilio ſecundùm, C. Licinio, P. Clœlio, M. Horatio, L. Geganio. Erat autem & (1) materia & cauſa ſeditionis æs alienum: cujus noſcendi gratiâ Sp. Servilius Priſcus, Q. Clœlius Siculus cenſores facti, ne rem

U. c. 377. A. C. 375. Sp. Furio &c. Tr. Mil.

Seditiones ob æs alienum

C. 30. (1) Vid. ſuprà not. 4. ad c. 12. l. 5. (2) Quum falſum nuncium allatum eſſet, quaſi cohortes illi circumvenirentur. (3) Et illo loco ubi in inſidias præcipitaverant, qui citati profecti erant, ut cohortibus pabulatum miſſis præſidio forent; & ad caſtra, quæ interim ab alterâ parte hoſtes invaſerant. (4) Hoc nimis elatè inflatéque in re ſanè levi dictum eſſe obſervat Gronovius; conjicitque legendum, *Quicquid ſuperfuit*, nempe de his exercitibus, *fortuna populi Romani, & militum etiam ſine rectore ſtabilis virtus, tutata eſt.* (5) Jam eò coloniam deductam eſſe quarto antè anno auctor eſt Velleius.

C. 31. (1) *Cauſa* notat id quod plebem ad ſeditionem impulit: *materia* id de quo cum Patribus certatum eſt. Hoc ſenſu *cauſa* antecedit & frequenter

rem agerent, bello impediti ſunt. namque trepidi nuncii primò, fuga deinde ex agris legiones Volſcorum ingreſſas fines, popularique paſſim Romanum agrum, attulere. In quâ trepidatione tantum afuit, ut civilia certamina terror externus cohiberet, ut contrà eo violentior poteſtas tribunicia impediendo delectui eſſet: donec conditiones impoſitæ Patribus, ne quis, quoad bellatum eſſet, tributum daret, aut jus de pecuniâ creditâ diceret. (2) Eo laxamento plebi ſumpto, mora delectui non eſt facta. Legionibus novis ſcriptis, placuit, duos exercitus in agrum Volſcum legionibus diviſis duci. Sp. Furius, M. Horatius dextrorſus (3) maritimam oram atque Antium, Q. Servilius & L. Geganius lævâ ad montes Ecetram pergunt. Neutrâ parte hoſtis obvius fuit. Populatio itaque non illi vagæ ſimilis, quam Volſcus latrocinii more, diſcordiâ hoſtium fretus, & virtutem metuens, per trepidationem raptim fecerat; ſed ab † juſto exercitu juſtâ irâ facta, ſpatio quoque temporis gravior. Quippe a Volſcis, timentibus, ne interim exercitus ab Româ exiret, incurſiones in extrema finium factæ erant: Romano contrà etiam in hoſtico morandi cauſa erat, ut hoſtem ad certamen eliceret. Itaque, omnibus paſſim tectis agrorum, vicisque etiam quibuſdam exuſtis, non arbore frugiferâ, non (4) ſatis in ſpem frugum relictis, omni, quæ extra mœnia fuit, hominum pecudumque prædâ abactâ, Romam utrinque exercitus reducti.

Volſcorum agri devaſtantur.

XXXII. Parvo intervallo ad reſpirandum debitoribus dato, poſtquam quietæ res ab hoſtibus erant, (1) celebrari de integro juriſdictio; & tantum abeſſe ſpes veteris levandi fœnoris, ut tributo novum fœnus contraheretur (2) in murum, a cenſoribus locatum ſaxo quadrato faciundum. cui ſuccumbere oneri coacta plebes; quia, quem delectum impedirent, non habebant tribuni plebis. Tribunos etiam militares patricios omnes, coacta principum opibus,

frequenter latet: contrà verò *materia*. E. (2) Quum plebs id laxamenti accepiſſet. (3) *Maritimam oram . . . pergunt* vix placet. An itaque ſcribendum *dextrâ versùs maritimam oram?* quod inde firmari videtur, quod etiam mox, additâ præpoſitione, dicat *lævâ ad montes*. (4) *Sata*, pro ſegetibus, frequens eſt.

C. 32. (1) Jus aſſiduè dici cœpit de pecuniis creditis. (2) Tributo, nempe, indicto ad exſtruendum murum, quem cenſores redemptoribus commiſerant

U. c. 378. A. C. 374. L. Æmilio V. &c. Tr. Mil.

opibus, fecit, L. Æmilium, P. Valerium quartùm, C. Veturium, Ser. Sulpicium, L. & C. Quinctios Cincinnatos. Iifdem opibus obtinuere, ut adversùs Latinos Volfcofque, qui conjunctis legionibus ad Satricum caftra habebant, nullo impediente omnibus junioribus facramento adactis, tres exercitus fcriberent: unum ad præfidium urbis; alterum, qui, fi † qui alibi motus exftitiffet, ad (3) fubita belli mitti poffet; tertium longè validiffimum P. Valerius & L. Æmilius ad Satricum duxere: ubi quum aciem inftructam hoftium loco æquo inveniffent, extemplo pugnatum: &, (4) ut nondum fatis claram victoriam, fic profperæ fpei pugnam imber ingentibus procellis fufus diremit. Poftero die iterata pugna: & aliquamdiu æquâ virtute fortunâque Latinæ maximè legiones, longâ focietate militiam Romanam edoctæ, reftabant. eques immiffus ordines turbavit; turbatis figna peditum illata: quantumque Romana fe invexit acies, tantum hoftes (5) gradu demoti. & ut femel † inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat. Fufi hoftes quum Satricum, quod duo (6) millia inde aberat, non caftra, peterent, ab equitatu maximè cæfi. caftra capta direptaque. Ab Satrico nocte, quæ prœlio proxima fuit, fugæ fimili agmine petunt Antium: & quum Romanus exercitus propè (7) veftigiis fequeretur, plus tamen timor (8), quàm ira, celeritatis habuit. Priùs itaque mœnia intravere hoftes, quàm Romanus extrema agminis carpere aut morari poffet. inde aliquot dies vaftando agro abfumpti, nec Romanis fatis inftructis apparatu bellico ad mœnia aggredienda, nec illis ad fubeundum pugnæ cafum.

Volfci & Latini fufi.

commiferant faciendum faxo quadrato. infrà l. 34. c. 53. *ædiles eam . . . faciendam locarant.* (3) *Subita belli* occurrit infrà l. 25. c. 15. apud Tac. l. 5. Hift. c. 13. & in Agric. c. 37. Pariter *fubita rerum* infrà l. 9. c. 43. Amat autem Livius adjectiva neutra pluralia fubftantivè ufurpare, iifque addere genitivum nominum. (4) Quum apparebat pugnam profperam fore, licet victoria nondum manifefta effet, eam imber diremit. (5) Aliter dicitur *gradu moveri, ftatu moveri, de gradu dejici* &c. (6) *Millia*, pro, *milliaria*, feu *millia paffuum*, frequens eft. (7) Sic *veftigiis perfequi, confequi, infequi*, apud Cic. in Brut. c. 90. Or. pro Cluent. c. 13. Tac. in Agric. c. 26. (8) Timor hoftium fugientium, quàm ira Romanorum infequentium, celerior fuit.

XXXIII. Se-

XXXIII. Seditio tum inter Antiates Latinoſque coorta; quum Antiates, victi malis ſubactique bello, in quo & nati erant, & conſenuerant, deditionem ſpectarent (1); Latinos ex diutinâ pace nova defectio recentibus adhuc animis ferociores ad perſeverandum in bello faceret. finis certaminis fuit, poſtquam utriſque apparuit, nihil per alteros ſtare, quo minus incepta perſequerentur. Latini profecti a ſocietate pacis, ut rebantur, inhoneſtæ ſeſe vindicaverunt. Antiates, incommodis arbitris ſalutarium conſiliorum remotis, urbem agroſque Romanis dedunt. Ira & rabies Latinorum, quia nec Romanos bello lædere, nec Volſcos in armis retinere potuerant, eò erupit, ut Satricum urbem, quæ receptaculum primum eis adverſæ pugnæ fuerat, igni concremarent: nec aliud tectum ejus ſuperfuit urbis, (quum faces pariter ſacris profaniſque injicerent) quàm matris Matutæ templum. Inde eos nec ſua religio, nec verecundia Deûm arcuiſſe dicitur, ſed vox horrenda, (2) edita templo cum triſtibus minis, ni nefandos ignes procul delubris amoviſſent. Incenſos eâ rabie impetus Tuſculum tulit, ob iram, quòd, deſerto communi † concilio Latinorum, non in ſocietatem modò Romanam, ſed etiam (3) in civitatem, ſe dediſſent. Patentibus portis quum improvisò incidiſſent, primo clamore oppidum præter arcem captum eſt. in arcem oppidani refugere cum conjugibus ac liberis, nunciosque Romam, qui certiorem de ſuo caſu ſenatum facerent, miſere. Haud ſegniùs, quàm fide populi Romani dignum fuit, exercitus Tuſculum ductus. L. Quinctius & Ser. Sulpicius tribuni militum duxere. clauſas portas Tuſculi, (4) Latinoſque ſimul obſidentium atque obſeſſorum animo hinc mœnia Tuſculi tueri vident, illinc arcem oppugnare; terrere unà ac pavere. Adventus Romanorum mutaverat utriuſque partis animos. Tuſculanos ex ingenti metu in ſummam alacritatem, Latinos ex propè certâ fiduciâ mox capiendæ arcis, quòniam oppido poti-

Tuſculum a Latinis captum.

A Romanis receptum.

C. 33. (1) Sic ſuprà l. 3. c. 69. *arma & bellum ſpectare.* infrà l. 22. c. 22. *defectionem ſpectare.* Alibi additâ præpoſitione, *ſpectare ad rebellionem res* dicitur. ſuprà l. 2. c. 18. (2) Suprà l. 2. c. 7. *ex ſilvâ Arſiâ ingentem editam vocem.* (3) † *Civitate* iis datâ. (4) Latinoſque in duas partes diviſos variéque animatos; hos acri animo obſidentes, illos, ſc. Tuſculanos, abjecto obſeſſos.

rentur,

rentur, in exiguam de se ipsis spem verterat. Tollitur ex arce clamor ab Tusculanis: excipitur aliquanto majore ab exercitu Romano. Utrinque urgentur Latini: nec impetus Tusculanorum, decurrentium ex superiore loco, sustinent: nec Romanos, subeuntes mœnia molientesque obices portarum, arcere possunt. Scalis priùs mœnia capta; inde effracta claustra portarum. & quum anceps hostis & a fronte & a tergo urgeret; nec ad pugnam ulla vis, nec ad fugam loci quicquam superesset; in medio cæsi ad unum omnes. Recuperato ab hostibus Tusculo, exercitus Romam est reductus.

XXXIV. (1) Quanto magis prosperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant, (2) tanto in urbe vis Patrum in dies miseriæque plebis crescebant; (3) quum eo ipso, quòd necesse erat solvi, facultas solvendi impediretur. Itaque, quum jam ex re nihil dari posset, (4) famâ & corpore, judicati atque addicti, creditoribus satisfaciebant, (5) pœnaque in vicem fidei cesserat. Adeò ergo † obnoxios summiserant animos non infimi solùm, sed principes etiam plebis, ut † non modò ad tribunatum militum inter patricios petendum, quod tantâ vi, ut liceret, † tetenderant; sed † ne ad plebeios quidem magistratus capessendos petendosque ulli viro acri (6) experientique animus esset: possessionemque honoris, † usurpati modò a plebe per paucos annos, recuperasse in perpetuum Patres viderentur.

C. 34. (1) Dodwellus de Cyc. Dissert. 10. §. 82. unum in Livio deesse annum existimans, eum hîc inserendum censet; ejusque anni tribunos se in Diodoro Siculo invenisse arbitratur, qui, post tribunos consulares c. 32. a Livio memoratos, anno proximo ante anarchiam, tribunos militum consulari potestate quatuor memoravit. Observandum tamen ab anno u. c. 350. usque ad consulatum cum plebe communicatum, tribunos consulares semper senos quotannis creari: unde verisimile non videtur solo hoc anno quatuor tantum tribunos constitutos esse. (2) *Quanto magis tranquilla erant, tanto crescebant;* ut suprà l. 5. c. 10. *quantum augebatur militum numerus, tanto majore pecuniâ opus erat.* (3) Quum necessitas ipsa solvendi sine morâ facultatem solvendi impediret. Si tempus datum esset debitoribus, solvere potuissent. At quum cogerentur statim repræsentare pecunias quas mutuas acceperant, eâ ipsâ necessitate ad summas angustias redigebantur. (4) *Famâ* creditoribus satisfaciebant, quia non levis notæ maculam afferebat non solvendo esse, & judicatum addictumque a creditore duci. (5) In locum solutionis pœna successerat. (6) *Experiens* est qui vulgò *expertus* dicitur. Cic. pro Cluent. c. 8. *vir fortis et experiens.* l. 3. in Verr. c. 21. *experientissimus ac diligentissimus arator.* l. 4. c. 17. *promptissimi hominis et experientis.* Hor. l. 1. Ep.

Fabiarum sororum æmulatio.

† rentur. Ne id nimis lætum parti alteri eſſet, parva (ut plerumque ſolet) rem ingentem moliundi cauſa intervenit. M. Fabii Ambuſti, potentis viri, quum inter ſui † corporis homines, tum etiam † ad plebem, quòd haudquaquam inter (7) id genus contemptor ejus habebatur, filiæ duæ nuptæ, Ser. Sulpicio major, minor C. Licinio Stoloni erat, illuſtri quidem, (8) viro tamen plebeio: eaque ipſa affinitas haud ſpreta gratiam Fabio † ad vulgum quæſierat. Fortè ita incidit, ut, in Ser. Sulpicii tribuni militum domo ſorores Fabiæ quum inter ſe (ut fit) ſermonibus tempus tererent, lictor Sulpicii, quum is de foro ſe domum reciperet, forem (ut mos eſt) virgâ percuteret. quum ad id, moris ejus inſueta, expaviſſet minor Fabia, riſui ſorori fuit, miranti ignorare id ſororem. Ceterùm † is riſus ſtimulos parvis mobili rebus animo muliebri ſubdidit: frequentiâ quoque (9) proſequentium rogantiumque, (10) *numquid vellet?* credo fortunatum matrimonium ei ſororis viſum; ſuique ipſam (11) malo arbitrio, † quo a proximis quiſque minimè anteiri vult, pœnituiſſe. Confuſam eam ex recenti morſu animi quum pater fortè vidiſſet, percunctatus, (12) *ſatin' ſalvæ?* (13) avertentem cauſam doloris (quippe nec ſatis piam adversùs ſororem, nec admodum in virum honorificam) elicuit comiter ſciſcitando, ut fateretur, eam eſſe cauſam doloris, quòd juncta impari eſſe, nupta in domo, quam nec honos nec gratia intrare poſſet. Conſolans inde filiam Ambuſtus bonum animum habere juſſit: eoſdem prope diem domi viſuram honores, quos apud ſororem videat. Inde conſilia inire cum genero cœpit, adhibito L. Sextio, ſtrenuo adoleſcente, & cujus ſpei nihil præter genus patricium deeſſet.

Ep. 17. v. 42. *Aut decus et pretium recte petit experiens vir.* (7) Nempe inter patricios. (8) Potior fortaſſe vulgata diſtinctio, *illuſtri quidem viro, tamen plebeio.* (9) *Proſequi* eſt verbum honoris & officii, ac de illis paſſim uſurpatur, qui aliquem honoris causâ deducunt, & per publicum comitantur. (10) Diſcedentis verbum eſt. Ter. Hec. 2. 2. 30. Cic. l. 6. ad Att. Ep. 3 *is me nec proficiſcentem Apameam proſecutus eſt; nec, quum poſtea in caſtra veniſſet, atque inde diſcederet, numquid vellem rogavit.* Hor. l. 1. Sat. 9. v. 6. (11) Per illam judicandi & ſentiendi pravitatem, quâ &c. (12) Suprà l. 1. c. 58. (13) Vertentem aliò ac diſſimulantem cauſam doloris, *elicuit ut fateretur*, i. e. compulit fateri. Sic Cic. l. 2. de Or. n. 13. *quem ego . . . nunquam elicere potui ad diſputandum.* Et noſter ſuprà c. 31. *Ut hoſtem eliceret ad certamen.*

XXXV. Oc-

XXXV. Occaſio videbatur rerum novandarum propter ingentem (1) vim æris alieni; cujus levamen mali plebes, niſi ſuis in ſummo imperio locatis, nullum ſperaret. (2) *Accingendum ad eam cogitationem eſſe. conando agendoque jam eò* (3) *gradum feciſſe plebeiis, unde, ſi porro annitantur, pervenire ad ſumma, & Patribus æquari, tam honore, quàm virtute, poſſent.* In præſentia tribunos plebis fieri placuit, quo in magiſtratu ſibimet ipſi viam ad ceteros honores aperirent. creatique tribuni C. Licinius & L. Sextius promulgavere leges omnes adversùs opes patriciorum, & pro commodis plebis: unam de ære alieno, ut, deducto eo de capite, quod uſuris pernumeratum eſſet, id, quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolveretur: alteram de modo agrorum, ne quis plus (4) quingenta jugěra agri poſſideret: tertiam, ne tribunorum militum comitia fierent, conſulumque utique (5) alter ex plebe crearetur. cuncta ingentia, & quæ ſine certamine maximo obtineri non poſſent. Omnium igitur ſimul rerum, quarum immodica cupido inter mortales eſt, agri, pecuniæ, honorum, diſcrimine propoſito, conterriti Patres, quum trepidaſſent, publicis privatiſque conſiliis nullo remedio alio, præter expertam multis jam antè certaminibus interceſſionem, invento, collegas adversùs tribunicias rogationes comparaverunt. qui, ubi tribus ad ſuffragium ineundum citari a Licinio Sextioque viderunt, ſtipati Patrum præſidiis, nec recitari rogationes, nec ſollenne quicquam aliud ad (6) ſciſcendum plebi fieri paſſi ſunt. Jamque fruſtra ſæpe conſilio advocato, quum pro antiquatis rogationes eſſent; (7) *Bene habet*, inquit Sextius. *quandoquidem tantum interceſſionem pollere placet, iſto ipſo*

[U. c. 379. A. C. 373. L. Papirio &c. Tr. Mil. ſecundùm Diodorum.]

Lex de ære alieno.

De modo agrorum.

De conſulatu plebis.

C. 35. (1) Sic infrà l. 7. c. 21. *vis ingens æris alieni.* (2) Suprà l. 2. c. 12. *in hoc diſcrimen accingere.* l. 4. c. 2. *ad conſulatum accingi.* (3) Ita Cic. l. 2. in Verr. c. 1. *majoribus noſtris in Africam ex hâc provinciâ gradus imperii factus eſt.* Orat. 2. Agr. c. 15. *gradum quendam atque aditum ad cetera factum.* Noſter *gradu aliquo viam facere* dixit infrà c. 42. (4) Subintelligitur † *quam.* *Jugerum*, ita dictum quòd uno jugo boum in die exarari poſſet, ducentos & quadraginta in longitudinem pedes, centum & viginti in latitudinem habebat. (5) Certè. Ut neceſſe eſſet alterum ſaltem e conſulibus ex plebe creari. Drakenborchius *utique* hìc accipit pro & uti. (quemadmodum plerumque ſumitur in proponendis verbis legum aliarumque veterum formularum) & alterum *que* ejiciendum eſſe cenſet. (6) *Sciſcere* eſt ſcitum facere, jubere. (7) Formula ſolennis infrà l. 8. c. 6.

ipso telo (8) *tutabimur plebem. Agitedum, comitia indicite, Patres, tribunis militum creandis. faxo, ne juvet vox ista, VETO, quâ nunc concinentes collegas nostros tam læti auditis.* Haud irritæ cecidere minæ: comitia, præter ædilium tribunorumque plebis, nulla sunt habita. Licinius Sextiusque, tribuni plebis refecti, nullos curules magistratus creari passi sunt. eaque solitudo magistratuum, & plebe resciente duos tribunos, & his comitia tribunorum militum tollentibus, per quinquennium urbem (9) tenuit.

Nulli curules magistratus per quinquennium.

XXXVI. Alia bella opportunè quievere: Veliterni coloni, (1) gestientes otio, quòd nullus exercitus Romanus esset, & (2) agrum Romanum aliquoties incursavere, & Tusculum oppugnare adorti sunt. eaque res, Tusculanis veteribus sociis, novis civibus, opem orantibus, verecundiâ maximè non Patres modò, sed etiam plebem, movit. (3) Remittentibus tribunis plebis, comitia per interregem sunt habita; creatique tribuni militum L. Furius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, Ser. Cornelius, P. & C. Valerii, haudquaquam tam obedientem in delectu, quàm in comitiis, plebem habuere: ingentique contentione exercitu scripto profecti, non ab Tusculo modò summovere hostem, sed intra suamet ipsum mœnia compulere. obsidebanturque haud paullo vi majore Velitræ, quàm Tusculum obsessum fuerat: nec tamen ab eis, a quibus obsideri cœptæ erant, expugnari potuere. Antè novi creati sunt tribuni militum, Q. Servilius, C. Veturius, A. & M. Cornelii, Q. Quinctius, M. Fabius. nihil ne ab his quidem tribunis ad Velitras memorabile factum. In majore discrimine domi res vertebantur: nam præter Sextium Liciniumque latores legum, jam octavùm tribunos plebis refectos, Fabius quoque tribunus militum, Stolonis socer, quarum legum auctor fuerat, earum suasorem se haud dubium ferebat. &, quum octo ex collegio tribunorum

U. c. 385. A. C. 367. L. Furio II. &c. Tr. Mil.

Velitræ obsessæ.

U. c. 386. A. C. 366. Q. Servilio III. &c. Tr. Mil.

c. 6, 9, & 35. (8) *Telum* hìc sumitur pro re quâ se quisque defendat contra hostem. Similiter Sallustius vim tribuniciam vocat *telum libertati paratum.* Fragm. l. 3. Histor. in Or. Licinii. (9) Vox *urbem* meliùs fortasse abesset. vid. † *tenere.*

C. 36. (1) Suprà l. 1. c. 19. dixit *luxuriari otio.* E. (2) *Agros incursare* occurrit suprà l. 2. c. 48. l. 5. c. 31. & alibi. Sed & aliquoties verbum construitur cum præpositione *in* ut infrà l. 8. c. 38. *incursare in hostem.* (3) Remittentibus certamen, intercessionem. vid. † *remittere.*

(4) *Stupentes*

tribunorum plebis primò interceſſores legum fuiſſent, quinque ſoli erant: & (ut ferme ſolent, qui a ſuis deſciſcunt) capti, & (4) ſtupentes animi, vocibus alienis id modò, quod domi præceptum erat, interceſſioni ſuæ prætendebant: *Velitris in exercitu plebis magnam partem abeſſe: in adventum militum comitia differri debere, ut univerſa plebes de ſuis commodis ſuffragium ferret.* Sextius Liciniuſque, cum parte collegarum, & uno ex tribunis militum Fabio, (5) artifices jam tot annorum uſu tractandi animos plebis, primores Patrum productos interrogando de ſingulis, quæ ferebantur ad populum, fatigabant: *Auderentne poſtulare, ut, quum* (6) *bina jugera agri plebi dividerentur, ipſis plus quingenta jugera habere liceret? Ut ſinguli propè trecentorum civium poſſiderent agros, plebeio homini vix ad tectum neceſſarium, aut locum ſepulturæ, ſuus* (7) *pateret ager? An placeret, fœnore circumventam plebem potiùs* (8), *quàm ſorte creditum ſolvat, corpus in nervum ac ſupplicia dare: & gregatim quotidie de foro addictos duci, & repleri vinctis* (9) *nobiles domos? &, ubicunque patricius habitet, ibi carcerem privatum eſſe?* *Tr. Pl. oratio pro legibus ſuis.*

XXXVII. Hæc indigna miſerandaque auditu quum apud timentes ſibimet ipſos, majore audientium indignatione, quàm ſuâ, increpuiſſent: *atqui nec agros occupandi modum, nec fœnore trucidandi plebem alium Patribus unquam fore,* affirmabant, *niſi alterum ex plebe conſulem, cuſtodem ſuæ libertatis, plebes feciſſet. Contemni jam tribunos plebis, quippe quæ poteſtas jam ſuam ipſa vim frangat intercedendo.*

(4) *Stupentes animi* dicitur quemadmodum *æger animi*, & ſimilia. Velut attonitos & ſtupore defixos animos gerentes, utentes vocibus non ſuis, ſed iis quas ſibi dictatas reddebant. (5) *Artifices tractandi animos plebis*; ut *dicendi artifices* Cic. l. 1. de Or. n. 23. (6) Bina jugera hoc tempore ordinaria fuit menſura, quæ cuique in coloniam deducto aſſignari ſolebat. ſuprà l. 4. c. 47. Huic menſuræ ſemiſſem jugeri aliquando additum fuiſſe, conſtat ex Livio c. 16. ſuprà. (7) Satis latus eſſet. (8) Potiùs quàm ſolâ ſorte ſolutâ ſine uſuris creditoribus plebes ſatisfaciat. Hoc enim volebat lex, quam duo tribuni ferebant, ut ſorte contenti creditores eſſent. Vulgò edebatur *ni potiùs quàm ſortem creditum ſolvat*; hoc ſenſu, ſecundùm Sigonium: ni potiùs uſuram, quàm ſortem, ſolvat. Verùm cur uſuræ potiùs, quàm ipſa ſors, *creditum* vocentur, ratio nulla videtur. Vocula *ni* perperam repetita eſt ex vocis præcedentis literâ finali *m*. (9) *Nobiles domos*, pro, *domos nobilium*: quemadmodum *domus trabeata* apud Claudian.

dendo. Non poſſe æquo jure agi, ubi imperium penes illos, penes ſe † auxilium tantùm ſit. niſi imperio communicato, (1) *nunquam plebem in parte pari reipublicæ fore: nec eſſe, quòd quiſquam ſatis putet, ſi plebeiorum † ratio comitiis conſularibus habeatur: niſi alterum conſulem utique ex plebe fieri neceſſe ſit, neminem fore. An jam memoriâ exiſſe, quum tribunos militum idcirco potiùs, quàm conſules, creari placuiſſet, ut & plebeiis pateret ſummus honos,* (2) *quatuor & quadraginta annis neminem ex plebe tribunum militum creatum eſſe? † Quî crederent, duobuſne* (3) *in locis ſuâ voluntate impertituros plebi honorem, qui* (4) *octona loca tribunis militum creandis occupare ſoliti ſint? et ad conſulatum viam fieri paſſuros, qui tribunatum ſeptum tam diu habuerint? Lege obtinendum eſſe, quod comitiis per gratiam nequeat; & ſeponendum extra certamen alterum conſulatum, ad quem plebi ſit aditus: quoniam in certamine relictus præmium ſemper potentioris futurus ſit. Nec jam poſſe dici id, quod antea jactare ſoliti ſint, non eſſe in plebeiis idoneos viros ad curules magiſtratus. Numquid enim ſocordiùs aut ſegniùs rempublicam adminiſtrari* (5) *poſt P. Licinii Calvi tribunatum, qui primus ex plebe creatus ſit, quàm per eos annos geſta ſit, quibus præter patricios nemo tribunus militum fuerit? quin contrà* (6) *patricios aliquot damnatos poſt tribunatum, neminem plebeium. Quæſtores quoque, ſicut tribunos militum,* (7) *paucis antè annis ex plebe cœptos creari: nec ullius eorum populum Romanum pœnituiſſe. Conſulatum ſupereſſe plebeiis: eam eſſe arcem libertatis, id columen* (8). *ſi eò perventum ſit, tum populum Romanum verè exactos ex urbe reges, & ſtabilem libertatem ſuam exiſtimaturum. Quippe ex illâ die in plebem ventura omnia, quibus patricii excellant, imperium atque honorem, gloriam belli,* (9) *genus, nobilitatem, magna ipſis fruenda, majora liberis*

C. 37. (1) Nunquam plebem pari cum Patribus jure in republicâ fruituram. (2) Ab anno u. c. 311. ad 355. (3) Tò *ne* delendum, vel in *nunc* mutandum: quomodo & alibi peccarunt librarii. (4) Hoc ſemel contigiſſe memoravit Livius ſuprà l. 5. c. 1. Neque obſtat quòd *ſoliti ſint* de eo, quod ſemel tantùm accidit, dici nequeat. Cogitandum enim eſt, hæc a patronis plebis animo accuſatorio dici, adeóque mirum videri non debere, ſi omnia augeantur. (5) Eo anno quo Licinius tribunus conſularis erat; poſtquam Licinius magiſtratum occeperat. E. (6) E. gr. Q. Fabius. vid. ſuprà c. 1. (7) Totis quadraginta. vid. l. 4. c. 54. Niſi fortè intelligendum eſt, paucis antè annis quàm tribuni conſulares ex plebe fierent. (8) Sic infrà l. 38. c. 51. *caput columenque imperii Romani.* (9) Vid. † *genus.*

relinquenda. Hujus generis orationes ubi accipi videre; novam rogationem promulgant, ut pro duumviris facris faciundis decemviri creentur: ita ut † pars ex plebe, pars ex Patribus fiat: omniumque earum rogationum comitia in adventum ejus exercitûs differunt, qui Velitras obfidebat.

XXXVIII. Priùs circumactus eft annus, quàm a Velitris reducerentur legiones. ita fufpenfa de legibus res (1) ad novos tribunos militum dilata. nam plebis tribunos eofdem, duos utique, quia legum latores erant, plebes reficiebat. Tribuni militum creati T. Quinctius, Ser. Sulpicius, Sp. Servilius, L. Papirius, L. Veturius. Principio ftatim anni ad ultimam dimicationem de legibus ventum: &, quum tribus vocarentur, nec interceffio collegarum latoribus obftaret, (2) trepidi Patres ad duo ultima auxilia, fummum imperium fummumque ad civem, decurrunt. Dictatorem dici placet. dicitur M. Furius Camillus, qui magiftrum equitum L. Æmilium cooptat. Legum quoque latores adversùs tantum apparatum adverfariorum & ipfi (3) caufam plebis ingentibus animis armant: concilioque plebis indicto, tribus ad fuffragium vocant. Quum dictator, ftipatus agmine patriciorum, plenus iræ minarumque † confediffet, atque ageretur res folito primùm certamine inter fe tribunorum † plebi, ferentium legem intercedentiumque, &, quanto jure potentior interceffio erat, (4) tantùm vinceretur favore legum ipfarum latorumque, &, (5) *Uti rogas*, primæ tribus dicerent; tum Camillus, *Quandoquidem*, inquit, *Quirites, jam vos tribunicia libido, non poteftas, regit, & interceffionem, feceffione quondam plebis partam, vobis eâdam vi*

U. c. 387. A. C. 365. T. Quinctio &c. Tr. Mil.

Dictator creatur Camillus IV.

Certamen inter dictatorem et tribunos.

C. 38. (1) Procraftinata donec novi tribuni militum crearentur. fic infrà l. 41. c. 8. *legati Sardorum, qui ad novos magiftratus dilati erant.* E. (2) Rectè obfervat Dukerus dictatorem dici non potuiffe illo ipfo articulo temporis, quo tribus in comitiis jam vocari cœperant. Ad eam rem enim fenatufconfulto opus erat, nec dictator, qui filentio noctis dicebatur, ante noctem, quæ diem, quo tribus ad fuffragium vocatæ erant, infecuta eft, dici potuit. Quæri igitur poteft, quis illorum comitiorum exitus fuerit, aut quî factum fit, ut Sextius & Licinius in iis leges non pertulerint. Aliquo modo dilata vel turbata fuiffe videntur. (3) Se ad caufam plebis accingunt. *Armare* eft quocunque modo inftruere. F. (4) Pro, tanto impotentior effet. vid. † *quantum.* Τῷ vinceretur comparatio ineft. vid. not. 2. ad c. 34. fuprà. (5) i. e. fiat uti rogas. Fuit hæc

vi facitis irritam, quâ peperiſtis ; non reipublicæ magis univerſæ, quàm veſtrâ causâ, dictator interceſſioni adero (6), *everſumque veſtrum* † *auxilium imperio tutabor. Itaque, ſi C. Licinius & L. Sextius interceſſioni collegarum cedunt ; nihil patricium magiſtratum inſeram concilio plebis. ſi adversùs interceſſionem, tanquam captæ civitati leges impon... .endent, vim tribuniciam a ſe ipsâ diſſolvi non patiar.* Adversùs ea quum contemptim tribuni plebis rem nihilo ſegniùs peragerent, tum percitus irâ Camillus lictores, qui de medio plebem emoverent, miſit. & addidit minas, ſi pergerent, ſacramento omnes juniores adacturum, exercitumque extemplo ex urbe educturum. Terrorem ingentem incuſſerat plebi ; ducibus plebis accendit magis certamine animos, quàm minuit. ſed, re neutrò inclinatâ, magiſtratu ſe abdicavit ; ſeu quia vitio creatus erat, ut ſcripſere quidam : ſeu quia tribuni plebis tulerunt ad plebem, idque plebs ſcivit, ut, ſi M. Furius (7) pro dictatore quid egiſſet, quingentûm millium (8) ei mulcta eſſet. Sed auſpiciis magis, quàm novi exempli rogatione, deterritum ut potiùs credam, quum ipſius viri facit ingenium, tum quòd ei ſuffectus eſt extemplo P. Manlius dictator : quem quid creari † attinebat ad id certamen, quo M. Furius victus eſſet ? & quòd eundem M. Furium dictatorem inſequens annus habuit, haud ſine pudore certè fractum priore anno in ſe imperium repetiturum : ſimul quòd eo tempore, quo promulgatum de mulctâ ejus traditur, aut & huic rogationi, quâ ſe in ordinem † cogi videbat, obſiſtere potuit ; aut ne illas quidem, propter quas & hæc lata erat, impedire : &, quoad uſque ad memoriam noſtram tribuniciis conſularibuſque certatum viribus eſt, dictaturæ ſemper (9) altius † faſtigium fuit.

P. Manlius dictator.

XXXIX. Inter priorem dictaturam abdicatam novamque a Manlio initam, ab tribunis velut per interregnum

hæc ſollennis vox, quâ populus jubebat, ſive ſciſcebat id quod ab aliquo magiſtratu rogaretur. (6) i. e. auxilio ero. Eo ſenſu † *adeſſe* Livio frequens eſt. (7) † *Pro imperio* dictatorio. (8) Supple *æris*. Ceterùm quam Livius *quingentûm millium mulctam* vocat, Plutarchus in Cam. exprimit *πεντε μυριασιν ἀργυριου ζημιωσειν*. Unde colligitur eum per *quingenta millia* intellixiſſe quingenta millia aſſium, per *ἀργυριον* autem denarium, & ita quodlibet *ἀργυριον* ſive denarium æſtimaſſe decem aſſibus. (9) Altior fuit dictaturæ dignitas, quàm ut tribuniciâ aut conſulari vi frangeretur.

concilio

concilio plebis habito, apparuit, quæ ex promulgatis plebi, quæ latoribus gratiora eſſent. nam de fœnore atque agro rogationes jubebant (1), de plebeio conſulatu † antiquabant. & perfecta utraque res eſſet, ni tribuni ſe (2) in omnia ſimul conſulere plebem dixiſſent. P. Manlius deinde dictator rem in cauſam plebis inclinavit, C. Licinio, qui tribunus militum fuerat (3), magiſtro equitum de plebe dicto. Id ægre Patres paſſos accipio; dictatorem propinquâ cognatione Licinii ſe apud Patres excuſare ſolitum, ſimul negantem, magiſtri equitum majus, quàm tribuni conſularis, imperium eſſe. Licinius Sextiuſque, quum tribunorum plebi creandorum indicta comitia eſſent, ita ſe gerere, ut, negando jam ſibi velle continuari honorem, acerrimè accenderent ad id, quod diſſimulando petebant, plebem. *Nonum ſe annum jam velut in* (4) *aciem adversùs optimates maximo privatim periculo, nullo publicè emolumento ſtari. conſenuiſſe jam ſecum & rogationes promulgatas, & vim omnem tribuniciæ poteſtatis. Primo interceſſione collegarum in leges ſuas pugnatum eſſe: deinde ablegatione juventutis ad Veliternum bellum: poſtremò dictatorium fulmen in ſe* (5) *intentatum. Jam nec collegas, nec bellum, nec dictatorem obſtare; quippe qui etiam omen plebeio conſuli, magiſtro equitum ex plebe dicendo, dederit. ſe ipſam plebem & commoda* (6) *morari ſua. Liberam urbem ac forum a creditoribus, liberos agros ab injuſtis poſſeſſoribus extemplo, ſi velit, habere poſſe. Quæ munera* (7) *quando tandem ſatis grato animo æſtimaturos, ſi, † inter accipiendas de ſuis commodis rogationes, ſpem honoris latoribus earum † incidant? non eſſe modeſtiæ populi Romani id poſtulare, ut ipſe fœnore levetur, & in*

C. Licinius primus magiſter equitum de plebe.

Sextii & Licinii Tribb. Pl. oratio de conjunctim ferendis rogationibus ſuis.

C. 39. (1) Vid. † *imperfecti temporis uſus.* (2) Omnes rogationes conjunctim laturos dixiſſent. (3) Undecimo antè anno. vid. ſuprà c. 31. Hunc Licinium diverſum fuiſſe ab illo, qui multos annos cum L. Sextio tribunatum plebis geſſit, veriſimile videtur; ideoque Livium addidiſſe *qui tribunus militum fuerat.* Nam ſi tribunus plebis dictator vel magiſter equitum creatus foret, duos magiſtratus eodem tempore gereret. creato enim dictatore, aliorum magiſtratuum jus ac poteſtas deſinebant; at tribuni eam retinebant. Fatendum tamen eſt Livium infrà l. 10. c. 8. narrare *C. Licinium Stolonem primum de plebe magiſtrum equitum factum eſſe.* Sed dici poteſt cognomen *Stolonis* utrique fuiſſe commune. (4) Vid. † *in poteſtatem eſſe.* (5) Sic ſuprà l. 3. c. 47. *intentans in Appium manus.* (6) Suprà l. 2. c. 44. *moratorem publici commodi.* (7) Unquamne grato animo illa munera æſtimaturi ſunt, ſi ipſo temporis articulo quo rogationes

& in agrum injuriâ possessum a potentibus inducatur; per quos ea consecutus sit, senes tribunicios non sine honore tantùm, sed etiam sine spe honoris, relinquat. Proinde ipsi primùm statuerent apud animos, quid vellent: deinde (8) *comitiis tribuniciis declararent voluntatem. Si conjunctim ferri ab se promulgatas rogationes vellent, esse* (9), *quòd eosdem reficerent tribunos plebis: perlaturos enim, quæ promulgaverint. sin, quod cuique privatim opus sit, id modò accipi velint; opus esse nihil invidiosâ continuatione honoris; nec se tribunatum, nec illos ea, quæ promulgata sint, habituros.*

XL. Adversùs tam obstinatam orationem tribunorum quum, præ † indignitate rerum, stupor silentiumque inde ceteros Patrum † defixisset; Ap. Claudius Crassus, nepos decemviri, dicitur odio magis irâque, quàm spe, ad dissuadendum processisse, & locutus in hanc fere sententiam esse: *Neque novum, neque inopinatum mihi sit* (1), *Quirites, si, quod unum familiæ nostræ semper objectum est ab seditiosis tribunis, id nunc ego quoque audiam: Claudiæ genti jam inde ab initio nil † antiquius in republicâ Patrum majestate fuisse; semper plebis commodis adversatos esse. Quorum alterum* (2) *neque nego, neque inficias eo, nos, ex quo adsciti sumus simul in civitatem & Patres, enixè operam dedisse, ut per nos aucta potiùs, quàm imminuta, majestas earum gentium, inter quas nos esse voluistis, dici verè posset. Illud alterum pro me majoribusque meis contendere ausim, Quirites, (nisi, quæ pro universâ republicâ fiant, ea plebi, tanquam aliam incolenti urbem, adversa quis putet) nihil nos, neque privatos, neque in magistratibus, quod incommodum plebi esset, scientes fecisse: nec ullum factum dictumve nostrum contra utilitatem vestram (etsi quædam contra voluntatem fuerint) verè referri posse. An hoc, si Claudiæ familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed unus Quiritium quilibet, qui modò me duobus*

Adversùs eos Ap. Claudii oratio.

tiones de suis commodis accipiant, alteram de plebeio consulatu antiquent, atque ita spem honoris latoribus præcidant. E. (8) *Comitia tribunicia* sunt quibus tribuni plebis creantur. Similiter passim *comitia consularia, quæstoria, prætoria.* (9) Elegans est loquendi genus *esse quòd reficerent.* Sic suprà c. 37. *nec esse, quòd quisquam satis putet.*

C. 40. (1) Drakenborchius observat se causam non videre cur subjunctivo *sit* hoc loco Livius utatur. atque malle legere *inopinatum mihi fit;* quemadmodum in uno alteroque codice invenit. Ita Ter. in Andr. I. 3. 20. *mihi quidem hercle non fit verisimile.* (2) Crevierius, veterem editionem Romanam

duobus ingenuis ortum, & vivere in liberâ civitate ſciam, reticere poſſim? L. illum Sextium & C. Licinium, perpetuos (ſi Diis placet) tribunos, tantum licentiæ novem annis, quibus regnant, ſumpſiſſe, ut vobis negent poteſtatem liberam ſuffragii, non in comitiis, non in legibus jubendis, ſe permiſſuros eſſe? Sub conditione, inquit, nos reficietis decimùm tribunos. (3) *Quid eſt aliud dicere, quod petunt alii, nos adeò faſtidimus, ut ſine mercede magnâ non accipiamus. Sed quæ tandem iſta merces eſt, quâ vos ſemper tribunos plebis habeamus? ut rogationes,* (4) *inquit, noſtras, ſeu placent, ſeu diſplicent, ſeu utiles, ſeu* † *inutiles ſunt, omnes conjunctim accipiatis. Obſecro vos,* (5) *Tarquinii tribuni plebis, putate me ex mediâ concione unum civem ſucclamare: Bonâ veniâ veſtrâ liceat ex his rogationibus legere, quas ſalubres nobis cenſemus eſſe; antiquare alias. Non, inquit, licebit. Tu de fœnore atque agris, quod ad vos omnes pertinet, jubeas;* (6) *& hoc portenti non fiat in urbe Romanâ, uti L. Sextium atque hunc C. Licinium conſules, quod indignaris, quod abominaris, videas? Aut omnia accipe: aut nihil fero. Ut ſi quis ei, quem urgeat fames, venenum ponat cum cibo; & aut abſtinere eo, quod vitale ſit, jubeat, aut mortiferum vitali admiſceat. Ergo, ſi eſſet libera hæc civitas, non tibi frequentes ſucclamaſſent? Abi hinc cum tribunatibus ac rogationibus tuis. quid? ſi tu non tuleris, quod commodum eſt populo accipere, nemo erit, qui ferat illud? Si quis patricius, ſi quis (quod illi volunt invidioſius eſſe) Claudius diceret, Aut omnia accipite, aut nihil fero; quis veſtrûm, Quirites, ferret? Nunquamne vos res potiùs, quàm auctores, ſpectabitis? ſed omnia ſemper,* †
quæ

Romanam ſecutus, dedit *non ego, non ceteri Claudii infitiamur,* aſſentientibus tribus codicibus ſcriptis, ſed levioris fidei. Ceteri fere omnes pro vulgato ſtant. In eo autem diſplicent viris doctis duo verba, ſibi invicem quaſi ex adverſo collocata, quæ ejuſdem planè ſensûs eſſe exiſtimantur. Propiùs tamen inſpicienti fortaſſe haud plane ſynonyma videbuntur, licet indifferenter plerumque uſurpentur. *Negat* is qui aliquid non eſſe aſſerit. *infitiatur*, vel *infitias it* (ita enim ſcribendum ex etymologiâ conſtat) qui aliquid eſſe fateri recuſat. Hinc ipſe Cic. de Part. or. c. 29. *negationem infitiationemque facti* conjungit. Quum igitur dicit Claudius *neque nego neque infitias eo*, ita accipio ac ſi dixerit *neque nego, neque fateri nolo*. E. (3) Nonne hoc idem eſt ac ſi dicerent. Sic infra hoc cap. *quid eſt dicere aliud, quia indignos* &c. (4) Uterlibet e tribunis legum latoribus. ut paullo ſuprà *ſub conditione, inquit, nos reficietis*. (5) Suprà l. [illegible] c. 39. *decem Tarquinios appellabant*. (6) Invidioſe refert verba tribuno-
[illegible]

quæ magistratus ille dicet, secundis auribus, quæ ab nostrûm quo dicentur, adversis accipietis? At hercule sermo est (7) *minimè* † *civilis.* (8) *Quid? Rogatio qualis est, quam a vobis antiquatam indignantur? sermoni, Quirites, simillima. Consules, inquit, rogo, ne vobis, quos velitis, facere liceat. An aliter rogat, qui utique alterum ex plebe fieri consulem jubet; nec duos patricios creandi potestatem vobis permittit? Si hodie bella sint, quale Etruscum fuit, quum Porsena Janiculum insedit; quale Gallicum modò, quum præter Capitolium atque arcem omnia hæc hostium erant, & consulatum cum hoc M. Furio & quolibet alio ex Patribus L. ille Sextius peteret; possetisne ferre, Sextium* (9) *haud pro dubio consulem esse, Camillum de repulsâ* † *dimicare? Hoccine est* (10) *in commune honores vocare, ut duos plebeios fieri consules liceat, duos patricios non liceat? et alterum ex plebe creari necesse sit, utrumque ex Patribus præterire liceat? Quænam ista societas, quænam consortio est? Parum est, si, cujus pars tua nulla adhuc fuit,* (11) *in partem ejus venis, nisi partem petendo totum traxeris? Timeo, inquit, ne, si duos licebit creari patricios, neminem creetis plebeium. Quid est dicere aliud, quia indignos vestrâ voluntate creaturi non estis, necessitatem vobis creandi, quos non vultis, imponam? Quid sequitur, nisi ut ne beneficium quidem debeat populo, si cum duobus patriciis unus petierit plebeius, & lege se, non suffragio, creatum dicat?*

XLI. *Quomodo extorqueant, non quomodo petant honores, quærunt: & ita maxima sunt adepturi,* (1) *ut nihil ne pro minimis quidem debeat; & occasionibus potiùs, quàm virtute, petere*

tum Appius, non qualia illa pronunciarant, aut quâ sententiâ illi accipi ea voluerant; sed qualia ea populo videri, quamque sententiam ex iis educi cupiebant Appius & patricii. (7) Sermo eorum est qui minimè deceat cives memores se cum civibus agere; in quos minimè liceat imperioso genere sermonis uti. (8) Vid. not. 1. ad c. 68. l. 3. (9) h. e. haud dubiè, sic *pro bono facere* est bene facere. Sall. in Jug. c. 22. (10) Sic † *vocare in partem.* (11) Ita Cic. l. 14. ad Fam. Ep. 2. *in ejus partem . . . venire.*

C. 41. (1) Ut pro maximis honoribus prorsus nihil debituri sint, ne tantum quidem quantum pro minimis deberi æquum esset. *ne pro minimis quidem* i. e. ne tanquam minima, vel ne minimum quidem. Suprà l. 4. c. 7. *pro firmato stetit.* infrà l. 10. c. 35. *pro victis esse.* Attamen dura admodum hæc interpretatio, locusque vix sanus esse videtur. [Quid, si vulgatum, in quod codices pertinaciter conspirant, sic interpretemur? Ita consulatum sunt adepturi, ut nihil ne pro tribunatu quidem debeant. Tribunatum enim ipsum, nisi sub conditione, accipere noluerunt. Obiter notandum videtur hæc omnia malè a capite præcedente sejungi, & capitis 41mi. initium fieri debere aut suprà, ad verba *At*

petere honores malunt. (2) *Eſt aliquis, qui ſe inſpici, æſtimari faſtidiat; qui certos ſibi uni honores inter dimicantes competitores æquum cenſeat eſſe; qui ſe arbitrio veſtro eximat; qui veſtra neceſſaria ſuffragia pro voluntariis, & ſerva pro liberis faciat. Omitto Licinium Sextiumque, quorum annos in perpetuâ poteſtate,* (3) *tanquam regum in Capitolio, numeratis: quis eſt hodie in civitate tam humilis, cui non via ad conſulatum facilior per iſtius legis occaſionem, quàm nobis ac liberis noſtris, fiat? ſi quidem nos, ne quum volueritis quidem, creare interdum poteritis; iſtos, etiam ſi nolueritis, neceſſe ſit. De indignitate ſatis dictum eſt: (etenim dignitas ad homines pertinet) quid de religionibus atque auſpiciis, quæ propria Deorum immortalium contemptio atque injuria eſt, loquar? Auſpiciis hanc urbem conditam eſſe, auſpiciis bello ac pace, domi militiæque, omnia geri, quis eſt, qui ignoret? Penes quos igitur ſunt auſpicia more majorum? nempe, penes Patres, nam plebeius quidem magiſtratus nullus auſpicatò creatur. Nobis adeò propria ſunt auſpicia, ut non ſolùm, quos populus creat patricios magiſtratus, non aliter, quàm auſpicatò, creet; ſed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi auſpicatò interregem prodamus* (4), & (5) *privatim auſpicia habeamus, quæ iſti ne in magiſtratibus quidem habent.* † *Quid igitur aliud, quàm tollit ex civitate auſpicia, qui, plebeios conſules creando, a Patribus, qui ſoli ea habere poſſunt, aufert? Eludant nunc licet religiones. Quid enim eſt,* (6) *ſi pulli non paſcentur? ſi ex caveâ tardiùs exierint?* (7) *ſi occinuerit avis? Parva ſunt hæc: ſed parva iſta non contemnendo* † *majores noſtri maximam hanc rem fecerunt. Nunc nos, tanquam jam nihil pace Deorum opus ſit, omnes ceremonias polluimus. Vulgò ergo pontifices, augures, ſacrificuli* † *reges creentur:*

At hercule ſermo eſt minimè civilis; aut infrà, ad verba *De indignitate ſatis dictum eſt.* E.] (2) Hæc aliqui malè legunt cum interrogatione. Per irriſionem dicta ſunt velut in Thraſonem: ut illud Juv. Sat. 1. v. 74. *Si vis eſſe aliquis.* Perſ. Sat. 1. v. 129. *Seſe aliquem credens.* (3) Reſpicit Livius regum ſtatuas, quæ erant poſitæ in Capitolio, (quemadmodum inter alios tradit Dio l. 43.) quarumque baſibus numerus annorum, quibus regnaverant, erat inſcriptus. Crevierius autem & Dodwellus Livium reſpicere cenſent clavos, numeri annorum indices, qui quotannis dextro lateri ædis Jovis figebantur. vid. infrà l. 7. c. 3. (4) In hâc re uſitatiſſimum eſt verbum *prodere.* ſuprà l. 3. c. 40. l. 5. c. 31. (5) Vid. † *privata auſpicia.* (6) De auſpicio quod e pullis gallinaceis captare ſolebant Romani, vid. infrà l. 10. c. 40. (7) E cantu quoque avium omina

tur: cuilibet (8) *apicem dialem, dummodo homo ſit, imponamus: tradamus* † *ancilia, penetralia, Deos, Deorumque curam, quibus nefas eſt. non leges auſpicatò ferantur, non magiſtratus creentur: nec centuriatis, nec curiatis comitiis Patres* † *auctores fiant. Sextius & Licinius, tanquam Romulus ac Tatius, in urbe Romanâ regnent, quia pecunias alienas, quia agros dono dant. Tanta dulcedo eſt ex alienis fortunis prædandi: nec in mentem venit, alterâ lege ſolitudines vaſtas in agris fieri pellendo finibus dominos: alterâ* † *fidem abrogari, cum quâ omnis humana ſocietas tollitur. Omnium rerum cauſâ vobis antiquandis cenſeo iſtas rogationes.* (9) *Quod faxitis, Deos velim fortunare.*

XLII. Oratio Appii ad id modò valuit, ut tempus rogationum jubendarum proferretur. Refecti decimùm iidem tribuni, Sextius & Licinius, de decemviris ſacrorum ex (1) parte de plebe creandis legem pertulere. creati quinque Patrum, quinque plebis: (2) graduque eo jam via facta ad conſulatum videbatur. Hâc victoriâ contenta plebes ceſſit Patribus, ut, in præſentia conſulum mentione omiſsâ, tribuni militum crearentur. creati A. & M. Cornelii iterum, M. Geganius, P. Manlius, L. Veturius, P. Valerius ſextùm. Quum præter Velitrarum obſidionem, tardi magis rem exitûs, quàm dubii, quietæ externæ res Romanis eſſent; fama repens belli Gallici allata, perpulit civitatem, ut M. Furius dictator quintùm diceretur. is T. Quinctium Pennum magiſtrum equitum dixit. Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen, auctor eſt Claudius (3); inclytamque in ponte pugnam, quâ T. Manlius Gallum, cum quo provocatus manus (4) conſeruit, in conſpectu duorum exercituum cæſum torque ſpoliavit, tum pugnatam. Pluribus

Decemviri ſacrorum ex plebe & ex Patribus.

U. c. 388. A. C. 364. A. Cornelio &c. Tr. Mil.

Camillus V. dictator.

Bellum Gallicum.

omina ſibi fingebant Romani. vid. noſtrum loco modò memorato. *Occinere* & *occentus* propria in hâc re vocabula ſunt. Aves, quæ cantu auſpicia dabant, *oſcines* dicebantur. (8) *Apex* propriè dicebatur, in ſummo flaminis pileo virga e felici arbore, laneo filo religata; quod quidem filum *apiculum* vocabatur. Interdum tamen, ut hoc loco, *apex* ſumitur pro ipſo pileo. (9) Eadem formula occurrit infrà l. 34. c. 4.

C. 42. (1) Sc. dimidiâ. vid. ſuprà c. 37. (2) Vid. not. 3. ad c. 35. ſuprà. (3) Intelligendus eſt Q. Claudius Quadrigarius, hiſtoricus qui Syllanis temporibus floruit. Ejus deſcriptionem pugnæ Manlii cum Gallo laudat atque ſervavit Gellius l. 9. c. 13. (4) *Conſerere* & *conferre* manum

bus auctoribus magis adducor, ut credam, (5) decem haud minùs pòst annos ea acta: hoc autem anno in Albano agro cum Gallis, dictatore M. Furio, signa collata. Nec dubia, nec difficilis Romanis (quanquam ingentem Galli terrorem memoriâ pristinæ cladis attulerant) victoria fuit. multa millia barbarorum in acie, multa captis castris cæsa: palati alii Apuliam maximè petentes, quum fugâ (6) se longinquâ, tum quòd passim eos simul (7) pavor terrorque distulerant, ab hoste sese tutati sunt. Dictatori, consensu Patrum plebisque, triumphus decretus. Vixdum perfunctum eum bello atrocior domi seditio excepit: & per ingentia certamina dictator senatusque victus, ut rogationes tribuniciæ acciperentur; & comitia consulum (8) adversâ nobilitate habita, quibus L. Sextius de plebe primus consul factus. Et ne is quidem finis certaminum fuit. quia (9) patricii se † auctores futuros negabant, (10) prope secessionem plebis res terribilesque alias minas civilium certaminum venit: quum tamen per dictatorem conditionibus sedatæ discordiæ sunt, (11) concessumque ab nobilitate plebi de consule plebeio; a plebe nobilitati de prætore uno, qui jus in urbe diceret, ex Patribus creando. Ita ab diutinâ irâ tandem in concordiam redactis ordinibus, (12) quum dignam eam rem senatus censeret esse, (13) meritoque id, si quando unquam aliàs, Deûm immortalium causâ libenter

Rogationes tribunorum acceptæ.

manum aut *manus* indifferenter Livius aliique usurpant. (5) Haud minùs quàm decem annos pòst. vid. † *quam.* (6) Τὸ *se* delendum censet Gronovius. certè vacat. (7) *Pavor*, qui insidebat menti. *Terror*, qui a novis subinde occurrentibus hostibus accidebat. (8) Suprà l. 1. c. 46. dixit *adversâ Patrum voluntate.* (9) Livius mox subjungit *Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent.* Omnino autem colligitur non omnium senatorum id jus fuisse, sed illorum tantùm, qui erant ex ordine patricio. Cicero enim tradit, or. pro Domo c. 14. si omnes *patricii* adoptione ad plebem transeant, populum Romanum brevi tempore non habiturum *auctores centuriatorum & curiatorum comitiorum.* Etiam Sallust. Fragm. l. 3. Hist. in orat. Licinii, *libera ab auctoribus patriciis suffragia.* (10) Sic infrà l. 10. c. 6. *jamque prope seditionem pervenerant.* l. 26. c. 48. *ea contentio quum propè seditionem veniret.* vid. † *propius fidem.* (11) *Concedere de consule*, ut suprà l. 3. c. 60. *concedere de victoriâ.* & l. 4. c. 6. (12) Quum eam rem (nempe quòd ordines tandem in concordiam redacti essent) dignam censeret senatus, ob quam ludi maximi fierent, &c. (13) Atque censeret idem senatus ædiles plebis jure tum, si unquam aliàs, id libenter facturos fore. [Has voces, *Deûm immortalium causâ libenter factures*

ter facturos fore, ut (14) ludi maximi fierent, & dies unus ad triduum (15) adjiceretur; (16) recusantibus id munus ædilibus plebis, conclamatum a patriciis est juvenibus, se id honoris Deûm immortalium causâ libenter acturos, (17) ut ædiles fierent. Quibus quum ab universis gratiæ actæ essent, factum senatusconsultum, ut † duo viros ædiles ex Patribus dictator populum rogaret: Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent.

ros fore, irrepticias esse judico, orationemque reddere impeditam & obscuram. Mox dicit Livius patricios juvenes succlamasse se id honoris *Deûm immortalium causâ libenter acturos*: inde autem occasionem hujus loci corrumpendi librarios indoctos arripuisse censeo. Et sic *meritóque id, si unquam aliàs* per parenthesin accipiendum foret: idque tum certè, si unquam aliàs, meritò, sive jure, censebat senatus. Contrà tamen fatendum est codices omnes pro vulgato stare. E.] (14) Ludi quàm magnificentissimi. De his ludis accipienda videntur quæ legimus infrà l. 7. c. 15. *Ludi votivi, quos M. Furius dictator voverat, facti.* Itaque verisimile est hos ludos ante concordiam restitutam Camillum vovisse; (quo etiam tempore, si Plutarcho credimus, ædem Concordiæ vovit) ejus votum, redactis in concordiam ordinibus, Patres ratum habuisse. (15) Triduum de quo hîc agit Livius, non aliud esse quàm triduum Latinarum, constat ex Plutarcho, qui in Cam. auctor est unum diem hoc tempore Latinis, quæ triduo antea conficiebantur, adjectum esse. Vid. † *Latinæ feriæ*. (16) Ludorum, qui ferias Latinas, curatio penes ædiles plebis primò fuit. Quum igitur adjiceretur in singulos annos ad Latinas dies, recusarunt illi aggravatum munus. (17) Eâ lege, ut. [Mihi hæc quoque verba lemma margini primò adscriptum olent. E.]

EPITOME

EPITOME LIBRI SEPTIMI.

DUO novi magiſtratus adjecti ſunt, prætura & curulis ædilitas. Peſtilentiâ civitas laboravit, eamque inſignem fecit mors Furii Camilli. cujus remedium & finis quum per novas religiones quæreretur, ludi ſcenici tunc primùm facti ſunt. Quum dies L. Manlio dicta eſſet a M. Pomponio tribuno plebis propter delectum acerbè actum, & T. Manlium filium rus relegatum ſine ullo crimine; adoleſcens ipſe, cujus relegatio patri objiciebatur, venit in cubiculum tribuni, ſtrictoque gladio coëgit eum in verba ſua jurare, non perſeveraturum ſe in accuſatione. Quum telluris hiatu tota ad † ultimum territa patria (1) *foret, tunc omnia pretioſa miſſa ſunt in* (2) *præaltam voraginem urbis Romanæ. in eam Curtius armatus, ſedens equo, ſe præcipitavit, eaque expleta eſt. T. Manlius adoleſcens, qui patrem a tribuniciâ vexatione vindicaverat, contra Gallum, provocantem aliquem ex militibus Romanis, in ſingulare certamen deſcendit, eique occiſo torquem aureum detraxit; quem ipſe poſtea tulit, & ex eo Torquatus eſt nuncupatus. Duæ tribus additæ, Pomptina & Publilia. Licinius Stolo lege ab ipſo latâ damnatus eſt, quòd plus quingentis jugeribus agri poſſideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, a quo provocatus erat, inſidente galeæ corvo, & unguibus roſtroque hoſtem infeſtante, occidit, & ex eo Corvi nomen accepit; conſulque proximo anno, quum annos viginti tres haberet, ob virtutem creatus eſt. Amicitia cum Karthaginienſibus juncta. Campani, quum urgerentur a Samnitibus bello, auxilio adversùs eos a ſenatu petito, quum id non impetrarent, urbem atque agros populo Romano dediderunt. ob quam cauſam ea, quæ populi Romani facta eſſent, defendi bello adversùs Samnites placuit. Quum ab A. Cornelio conſule exercitus in iniquum locum deductus in magno diſcrimine eſſet, P. Decii Muris tribuni militum operâ ſervatus eſt. qui,*

(1) *Tota patria*, pro, *tota civitas*, ſuſpectæ Latinitatis eſt. Tamen ipſe Virgilius fere ſimiliter locutus eſt, l. 1. Æn. v. 540. *quæve hunc tam barbarum morem Permittit patria.* (2) Suprà l. 5. c. 37. *præalto defluens alveo.*

 occupato

occupato colle ſuper id jugum, in quo Samnites conſederant, occaſionem conſuli in æquiorem locum evadendi dedit: ipſe ab hoſtibus circumſeſſus erupit. Quum milites Romani, qui Capuæ in præſidio erant relicti, de eâ occupandâ urbe conſpiraſſent, &, detecto conſilio, metu ſupplicii a populo Romano defeciſſent; per M. Valerium Corvum dictatorem, qui conſilio ſuo eos a furore revocaverat, patriæ reſtituti ſunt. Res præterea contra Hernicos, & Gallos, & Tiburtes, & Privernates, & Tarquinienſes, & Samnites, & Volſcos proſperè geſtas continet.

T. LIVII

T. LIVII PATAVINI

LIBER SEPTIMUS.

U. c. 389. A.C. 363. L. Sextio, L. Æmilio Coss.

Primus de plebe Consul. Prætor & ædiles curules primùm creati.

I. ANNUS hic (1) erit insignis † novi hominis consulatu, insignis novis duobus magistratibus, præturâ & curuli ædilitate. Hos sibi patricii quæsivere honores pro concesso plebi altero consulatu. Plebes consulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit: Patres præturam Sp. Furio (2) M. filio Camillo; ædilitatem Cn. Quinctio Capitolino & P. Cornelio Scipioni, suarum gentium viris, (3) gratiâ campestri ceperunt. L. Sextio collega ex Patribus datus L. Æmilius Mamercinus. Principio anni & de Gallis, quos primò palatos per Apuliam congregari jam fama erat, & de Hernicorum defectione agitata mentio. Quum de industriâ omnia, ne quid per plebeium consulem ageretur, proferrentur, silentium omnium rerum ac † justitio simile otium fuit: nisi quòd, non (4) patientibus tacitum tribunis, quòd pro consule uno plebeio tres patricios magistratus, curulibus sellis prætextatos tanquam consules sedentes, nobilitas sibi sumpsisset, prætorem quidem etiam jura reddentem, & collegam consulibus, (5) atque

C. 1. (1) Quidam *erat* præferunt: sed nil mutandum. infrà l. 21. c. 46. *hic erit juvenis, penes quem perfecti hujusce belli laus est.* (2) Suprà l. 4. c. 26. *T. Quinctius L. filius Cincinnatus.* & alibi similiter. (3) i. e. per gratiam, quâ in campo Martio apud populum valebant, *ceperunt* illis i. e. effecerunt ut illi caperent. (4) Sic † *ferre tacitum.* (5) Ideo collega consulibus dicebatur prætor, quia iisdem auspiciis creabatur: uti docet Messala apud Gellium l. 13. c. 15. Ex eodem discimus diversos fuisse auspiciorum ordines; ac de prætoribus & consulibus haberi auspicia majora potuisse, non autem de censoribus & consulibus simul, non

que iisdem auspiciis creatum, (6) verecundia inde imposita est senatui ex Patribus jubendi ædiles curules creari.

U. c. 390. A. C. 362. L. Genucio, L. Servilio Coss. *Pestilentia.*

primò, ut alternis annis ex plebe fierent, convenerat: postea promiscuum fuit. Inde, L. Genucio & Q. Servilio consulibus, & ab seditione & a bello quietis rebus, ne (7) quando a metu ac periculis vacarent, pestilentia ingens orta. Censorem, ædilem curulem, tres tribunos plebis mortuos ferunt, † pro portione & ex multitudine alia multa funera fuisse. maximéque eam pestilentiam insignem mors (8) quàm matura, tam acerba, M. Furii fecit.

Camilli mors.

Fuit enim verè vir unicus in omni fortunâ: princeps pace belloque priùs, quàm exsulatum iret; clarior (9) in exsilio vel desiderio civitatis, quæ capta absentis imploravit opem, vel felicitate, quâ restitutus in patriam secum patriam ipsam restituit. Par deinde per (10) quinque & viginti annos (tot enim postea vixit) titulo tantæ gloriæ fuit, dignusque habitus, quem secundum a Romulo conditorem urbis Romanæ ferrent.

U. c. 391. A. C. 361. C. Sulpicio, L. Licinio Coss.

II. Et hoc & insequenti anno, C. Sulpicio Petico, C. Licinio Stolone, consulibus, pestilentia fuit. eo nihil dignum memoriâ actum, nisi quòd pacis Deûm exposcendæ causâ tertiò (1) tum post conditam urbem lectisternium fuit. & quum vis morbi nec humanis consiliis nec ope divinâ levaretur, victis superstitione animis, ludi quoque scenici, nova res bellicoso populo, (nam circi (2) modò spectaculum

Ludi scenici primi.

non de prætoribus & censoribus simul. (6) Præ verecundiâ jubere omisit senatus ædiles curules ex Patribus creari. Hoc tempore adhuc in potestate Patrum fuit, habendis comitiis conditiones dicere, negando se auctores futuros, nisi, quod jussèrant, observaretur. vid. suprà l. 4. c. 12. (7) *Quando*, pro aliquando. (8) *Acerbum* propriè dicitur de fructibus nondum maturis: & fere accidit mortem, quo immaturior sit, eo magis acerbam esse. At Camilli mortem æque acerbam ac maturam fuisse indicat Livius. (9) Dukero suspectum est *τὸ in. in exsilio* satis respondet priori ex his, quæ statim addit, *desiderio civitatis;* non tam bene posteriori, *felicitate, quâ restitutus* &c. nam hæc eum demum post exsilium secuta est. (10) Bene se habet hic numerus, si ratio habeatur anni ejus quem inseruit Dodwellus ante anarchiam. vid. not. 1. ad c. 34. l. 6.

C. 2. (1) Lectisternium in urbe Romanâ primum fuit anno u. c. 356. vid. suprà l. 5. c. 13. Quo tempore autem secundò factum fuerit, Livius non docet. [Conjicere licet secundum lectisternium fuisse anno u. c. 371. quo tempore etiam pestilentia fuit. vid. suprà l. 6. c. 20 & 21. E.] (2) Ante nulla præter circensia spectacula fuere.

(3) Sine

ſpectaculum fuerat) inter alia cœleſtis iræ placamina inſtituti dicuntur. Ceterùm parva quoque (ut ferme principia omnia) † & ea ipſa peregrina res fuit. (3) Sine carmine ullo, ſine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etruriâ acciti, ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecoros motus more Tuſco dabant. imitari deinde eos juventus, ſimul inconditis inter ſe jocularia fundentes verſibus, cœpere; nec abſoni (4) a voce motus erant. Accepta itaque res ſæpiuſque uſurpando excitata. vernaculis † artificibus, quia hiſter Tuſco verbo ludio vocabatur, nomen (5) hiſtrionibus inditum: qui non, ſicut antè, (6) Feſcennino verſu ſimilem incompoſitum temere ac rudem alternis jaciebant; ſed impletas modis ſaturas (7), deſcripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. (8) Livius poſt aliquot annos, qui (9) ab ſaturis auſus eſt primus (10) argumento fabulam ſerere, (idem ſcilicet, id quod omnes tum erant, ſuorum carminum actor) dicitur, quum ſæpius (11) revocatus vocem obtudiſſet, veniâ petitâ puerum ad canendum ante tibicinem quum ſtatuiſſet, (12) canticum egiſſe aliquanto magis vigente motu, quia nihil

(3) Sine cantore, qui pronunciaret, & ſine hiſtrione, qui ſaltando & geſticulando ea, quæ pronunciabantur, exprimeret: ludionibus nihil aliud, quàm ad tibicinis modos ſaltantibus. (4) Sic *diſſonum ab re* infrà l. 8. c. 8. Aliâ conſtructione *abſonum fidei* dixit ſuprà l. 1. c. 15. (5) Ita Livius loqui amavit. ſuprà l. 3. c. 57. *unde Aſpero etiam inditum eſt cognomen.* l. 4. c. 26. *eidem & Penno cognomen additur.* (6) Non jam temere jaciebant alternis incompoſitum ac rudem verſum, ſimilemque Feſcennino. *Verſu* pro *verſui.* vid. † *dativus.* De Feſcennino verſu a Feſcenniis Etruriæ urbe dicto, vid. Hor. l. 2. Ep. 1. v. 145. (7) Carmina ludicra dramatici generis, multiſque ac variis rebus referta. Nomen ductum plerique volunt a *ſaturâ lance*, quæ ſacris Cereris inferebatur: horumque ſententiæ favet illud Juvenalis Sat. 1. v. 86. *noſtri farrago libelli.* Vid. Voſſii Etymolog. Has vocat *impletas modis* h. e. exactas ad metrum & legem poëticam; quia non jam inconditi verſus fuere, ut antè. (8) Livius Andronicus, homo Græcus, M. Livii Salinatoris libertus, fabulam docere cœpit anno u. c. 512. (9) h. e. ab ſaturis modò deſcriptis diſcedens. (10) More Græcorum contexere fabulam comicam vel tragicam argumento conſtantem & velut hiſtoriâ. *Serere* hîc eſt a *ſero, ſerui, ſertum*, quod planè diverſum eſt a verbo *ſero, ſevi, ſatum.* (11) *Revocare aliquem* eſt, jubere repetere ea, quæ dicta ſunt. ſic infrà l. 33. c. 32. *revocatus præco . . . iterum renunciaret eadem.* Cic. pro Arch. c. 8. *revocatum eandem rem dicere.* & pro Sext. c. 58. *Obtundere vocem* occurrit etiam apud Cic. l. 2. de Or. c. 70. (12) i. e. geſticulationem cantico convenientem peregiſſe. Valer. Max. l. 2. c. 4. eandem rem narrans, dicit *adbibito pueri & tibicinis concentu, geſticulationem tacitus peregit.* Porro Comœdias Græcas in tria mem-

bra

nihil vocis uſus impediebat. inde (13) ad manum cantari hiſtrionibus cœptum, (14) diverbiaque tantùm ipſorum voci relicta. Poſtquam lege hâc fabularum ab riſu ac ſoluto joco res avocabatur, & ludus in artem paullatim † verterat; juventus, hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus jactitare cœpit: quæ inde (15) exodia poſtea appellata, (16) conſertaque fabellis potiſſimùm Atellanis ſunt. Quod genus ludorum ab (17) Oſcis acceptum tenuit juventus, nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. Eo inſtitutum manet, ut actores Atellanarum nec † tribu moveantur, & ſtipendia, (18) tanquam expertes artis ludicræ, faciant. Inter aliarum parva principia rerum, ludorum quoque prima origo ponenda viſa eſt: ut appareret, (19) quàm ab ſano initio res in † hanc vix opulentis regnis tolerabilem inſaniam venerit.

Exodia: Atellanæ.

III. Nec tamen ludorum primum initium, procurandis religionibus datum, aut religione animos, aut corpora morbis levavit. quin etiam, quum medios fortè ludos circus

bra diviſa fuiſſe ex Diomede diſcimus; quorum unum *canticum*, ſive μονῳδια, in quo una tantùm perſona verba facit; contrà in reliquis duobus, *diverbio* & *choro*. (13) Inſtitutum, ut hiſtrionis geſticulationi, quæ ſaltando fiebat & loquaci manu, cantando reſponderetur; puero modulatè pronunciante quæ hiſtrio ageret: quum antea idem & caneret & ſaltaret. Lucian. de Salt. Παλαι μεν γαρ ἀυτοι και ᾖδον, και ὠρχουντο. ἐιτ' ἐπειδαν κινȣμενων το ἀισθμα την ῳδην ἐπεταραττεν, ἀμεινον ἐδοξεν ἀλλȣς ἀυτοις ὑπᾳδειν. (14) *Diverbium* eſt ea pars comœdiæ in quâ plures perſonæ verſantur. Videtur efficta vox ex Græcâ διαλογος: opponiturque choro & cantico. (15) *Exodia* idem ſunt, atque apud Ariſtotelem in Poëticis *epiſodia*: Suidas aït 'Επεισοδιον το ἐισφερομενον τῳ δραματι γελωτος χαριν, ἐξω της ὑποθεσεως ὀν. *Inde* exodia appellata quòd tota extra fabulam eſſent: ἐξοδιον quaſi ἐξω της ὀδȣ. Aliquot ſcripti ignorant τὸ *inde*: & ſunt qui *exodium* dictum volunt quòd in exitu tantùm, ſive fine ludorum ageretur. (16) Conjuncta intextaque fabellis Attellanis. Suet. in Tib. c. 45. *Atellanico exodio.* Juv. Sat. 6. v. 72. *exodio . . . Atellanæ Autonoës.* Porro *Atellanæ fabellæ* ab *Atellâ* Oſcorum civitate, ubi primùm actitatæ ſunt, nomen traxerant. (17) Oſca gens in Campaniâ fuit, in duos populos diviſa, Auruncos nempe & Sidicinos. (18) Apud Romanos, omnes, qui artis ludicræ pronunciandive causâ in ſcenam prodibant, infamiâ notabantur, tribuque movebantur, & a ſtipendiis atque honoribus repellebantur. (19) Quàm modico & arcto ſumptu peragi cœpta res exceſſerit deinde in hanc, quam noſtro ævo videmus, ſumptuum inſaniam; quæ vix opulentis regnis, nedum privatis ædilium patrimoniis, qui ludos ſuis impenſis faciendos curant, tolerabilis foret.

(1) Tiberi

(1) Tiberi ſuperfuſo irrigatus impediſſet, id verò, velut averſis jam Diis aſpernantibuſque placamina iræ, terrorem ingentem fecit. Itaque, Cn. Genucio, L. Æmilio Mamercino ſecundùm conſulibus, quum piaculorum magis conquiſitio animos, quàm corpora morbi afficerent, repetitum ex ſeniorum memoriâ dicitur, (2) peſtilentiam quondam clavo ab dictatore fixo ſedatam. Eâ religione adductus ſenatus dictatorem clavi figendi causâ dici juſſit. dictus L. Manlius Imperioſus, L. Pinarium magiſtrum equitum dixit. Lex vetuſta eſt, priſcis literis verbiſque ſcripta, ut, (3) qui prætor maximus ſit, Idibus Septembribus clavum pangat. (4) Fixa fuit dextro lateri (5) ædis Jovis optimi maximi, ex quâ parte Minervæ templum eſt. (6) Eum clavum, quia raræ per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuiſſe ferunt: eoque Minervæ templo dicatam legem, quia numerus Minervæ inventum ſit. Volſiniis quoque clavos, indices numeri annorum, fixos in templo (7) Nortiæ, Etruſcæ Deæ, comparere, diligens talium monumentorum auctor Cincius (8) affirmat. M. Horatius conſul ex lege (9) templum Jovis

U. c. 392. A. C. 360. Cn. Genucio, L. Æmilio II. Coſſ.

Manlius dictator clavum pangit.

Clavus annorum index.

C. 3. (1) Itaque ludi etiam ſcenici primò in Circo acti ſunt. (2) Hæc non eo ſenſu intelligenda videntur, ut clavus jam antea, peſtilentiæ ſedandæ causâ, a dictatore fixus fuiſſe dicatur; ſed peſtilentia quodam anno eſſe ſedata, quum clavus annorum index non ab ordinario magiſtratu, ſed a dictatore fixus eſſet. Unde argumentabantur clavum ab dictatore fixum levando morbo ſalubrem fuiſſe. Vid. infrà l. 8. c. 18. aliud exemplum, aliamque cauſam dictatoris clavi figendi causâ creati (3) Qui imperium ſummum in civitate habeat. † *Prætor* propriè *is qui præit.* (4) Ita omnes fere ſcripti. Et quidem proprium de legibus eſt verbum *figere.* Cic. l. 14. ad Att. Ep. 12. Or. Phil. 1. c. 1. Phil. 2. c. 36. Vulgò edebatur *fixus fuit*, ut referatur ad clavum; quem quidem in eodem pariete ſub eâ lege pactum fuiſſe veriſimile videtur. (5) Vid. † *templum Jovis.* (6) Hunc morem numerandi annos per clavos parietibus fixos, diutiſſimè apud ruſticos in uſu manſiſſe, oſtendit ex Petronio Perizonius, in Anim. Hiſt. c. 5. (7) Ejus meminit Juvenalis Sat. 10. v. 74. (8) L. Cincius Alimentus, æqualis Fabii Pictoris, bello Punico ſecundo captus ab Annibale, teſte Livio, l. 21. c. 38. Videtur non diverſus eſſe ab illo L. Cincio Alimento, qui præturam geſſiſſe memoratur a Livio, l. 26. c. 23. Græcâ linguâ ſcripſiſſe eum hiſtoriam a primordio urbis docet Dionyſ. l. 1. (9) Vid. ſuprà l. 2. c. 8. Omnino videtur hìc legendum eſſe *templo.* Dedicatio enim templi quid attinebat ad ſollenne clavi figendi? Senſus igitur erit: M. Horatius, ex lege quæ ſuprà allata eſt, dedicavit, ſive cum ſollennibus cærimoniis fixit clavum templo Jovis optimi maximi, eâ ex parte nimirum, quâ Minervæ templum eſt.

optimi

optimi maximi dedicavit anno poſt reges exactos: a conſulibus poſtea ad dictatores, quia majus imperium erat, ſollenne clavi figendi tranſlatum eſt. Intermiſſo deinde more, digna etiam per ſe viſa res, propter quam dictator crearetur. quâ de cauſâ creatus L. Manlius, perinde ac reipublicæ † gerendæ, ac non † ſolvendæ religione, gratiâ creatus eſſet, bellum Hernicum affectans, delectu acerbo juventutem agitavit; tandemque, omnibus in eum tribunis plebis coortis, ſeu vi, ſeu verecundiâ victus, dictaturâ abiit.

Manlius delectum habere conatur fruſtra.

U. c. 393. A. C. 359. Q. Servilio II. L. Genucio II. Coſſ.

Manlio dies dicta.

IV. Neque eo minùs principio inſequentis anni, Q. Servilio Ahala, L. Genucio conſulibus, dies Manlio dicitur a M. Pomponio tribuno plebis. (1) Acerbitas in delectu, non damno modo civium, ſed etiam laceratione corporum lata, partim virgis cæſis, qui ad nomina non reſpondiſſent, partim in vincula ductis, inviſa erat: & ante omnia inviſum ipſum ingenium atrox, cognomenque (2) Imperioſi grave liberæ civitati, ab oſtentatione ſævitiæ adſcitum; quam non magis in alienis, quàm in proximis, ac ſanguine ipſe ſuo exerceret. criminique ei tribunus inter cetera dabat, *quòd filium juvenem, nullius probri compertum* (3), *extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congreſſu æqualium prohibitum, in opus ſervile, propè in carcerem atque in ergaſtulum, dederit: ubi ſummo loco natus dictatorius juvenis quotidianâ miſeriâ diſceret, verè imperioſo patre ſe natum eſſe. At quam ob noxam? quia infacundior ſit, et linguâ impromptus. Quod naturæ damnum utrùm † nutriendum patri, (ſi quicquam in eo humani eſſet) an caſtigandum ac vexatione inſigne faciendum fuiſſe? ne mutas quidem beſtias minùs alere ac fovere, ſi quid ex progenie ſuâ parum proſperum ſit. At, Hercule, L. Manlium,* (4) *malum malo augere filii, et tarditatem ingenii inſuper premere; et, ſi quid in eo exiguum naturalis vigoris* (5) *ſit, id exſtinguere vitâ agreſti et ruſtico cultu, inter pecudes habendo.*

Acerbitas ejus in filium.

†

C. 4. (1) Manlii acerbitas in delectu, quam ſenſerant cives, non mulctis modò ſibi irrogatis, quæ proinde damnum, ſive jacturam rei familiaris afferrent, ſed & laceratione corporum. (2) Vid. ſuprà not. 7. ad c. 30. l. 4. Sunt qui Livium ita conciliare conantur, cognomen illud jam cœpiſſe in patre, confirmatum fuiſſe in filio. (3) Sic infrà l. 22. c. 57. *Duæ Veſtales . . . ſtupri compertæ.* l. 32. c. 1. *quos ſacrilegii compertos.* Tac. l. 1. Ann. c. 3. *nullius flagitii compertum.* (4) Naturale filii infortunium ſævitiâ ſuâ cumulare. E. (5) Animo *vigorem* tribuit Livius infrà l. 9. c. 3 & 16. l. 10. c. 13. Et paſſim animus *vigere* dicitur.

V. Omnium

V. Omnium potiùs his criminationibus, quàm ipſius juvenis, irritatus eſt animus: quin contrà, ſe quoque parenti cauſam invidiæ atque criminum eſſe, ægre paſſus, (ut omnes Dii hominesque ſcirent, ſe parenti opem latam, quàm inimicis ejus, malle) capit conſilium, rudis quidem atque agreſtis animi, & quanquam non (1) civilis exempli, tamen pietate laudabile. Inſcientibus cunctis, (2) cultro ſuccinctus, mane in urbem, atque a portâ domum confeſtim ad M. Pomponium tribunum pergit: janitori, *opus eſſe ſibi domino ejus convento extemplo*, aït. *nunciaret, T. Manlium L. filium eſſe.* Mox introductus, (etenim percitum irâ in patrem ſpes erat aut criminis aliquid novi, aut conſilii ad rem agendam, deferre) ſalute acceptâ redditâque, *eſſe* aït, *quæ cum eo agere arbitris remotis velit.* Procul inde omnibus abire juſſis, cultrum ſtringit: &, ſuper lectum ſtans ferro intento, niſi, (3) in quæ ipſe concepiſſet verba, juraret, *ſe patris ejus accuſandi cauſâ concilium plebis nunquam habiturum*, ſe eum extemplo transfixurum minatur. Pavidus tribunus (quippe qui ferrum ante oculos micare, ſe ſolum, inermem; illum prævalidum juvenem, &, quod haud minùs timendum erat, ſtolidè ferocem viribus ſuis cerneret) adjurat, in quæ adactus eſt verba; & præ ſe deinde tulit, eâ vi ſubactum ſe incepto deſtitiſſe. Nec perinde, ut maluiſſet plebes, ſibi ſuffragii ferendi de tam crudeli & ſuperbo reo poteſtatem fieri; ita ægre habuit (4), filium id pro parente auſum. eoque id laudabilius erat, quòd animum ejus tanta acerbitas patria nihil a pietate avertiſſet. Itaque non patri modò remiſſa cauſæ dictio eſt, ſed ipſi etiam adoleſcenti ea res honori fuit. & quum eo anno primùm placuiſſet, tribunos militum (5) ad legiones ſuffragio fieri, (nam

Filii ejus pietas.

C. 5. (1) Abhorrentis ab iis legibus, quibus civilis ſocietas continetur. (2) Ita *ſuccinctus ferro* infrà l. 40. c. 7. *gladio adcinctus* l. 40. c. 13. (3) Ordo eſt, *niſi juraret in verba, quæ ipſe concepiſſet.* Ita mox infrà, *adjurat in quæ adactus eſt verba.* ſuprà l. 3. c. 20. *quum omnes in verba juraverint.* & alibi ſæpe. (4) Sic *gravius æquo habere* Sall. in Cat. c. 51. Plebes non ægre tulit filium pro parente hoc auſum; licet maluiſſent &c. (5) Ita Cic. in Somn. Scip. in princip. *Quum in Africam veniſſem . . . ad quartam legionem tribunus militum. Tribuni militum ad legiones* ſunt tribuni militum legionarii, ut diſtinguantur a tribunis militum conſulari poteſtate nuper abrogatis. Ita *milites ad naves*, ſunt navales, claſſiarii, infrà l. 22. c. 19. Sex autem in unaquaque legione tribuni militum erant, iique

(nam & antea, ſicut nunc, quos (6) Rufulos vocant, imperatores ipſi faciebant) ſecundum in (7) ſex locis tenuit, nullis domi militiæque ad conciliandam gratiam meritis; ut qui rure & procul cœtu hominum juventam egiſſet.

Vorago in foro.

VI. Eodem anno, ſeu motu terræ, ſeu quâ vi aliâ, forum medium ferme ſpecu vaſto collapſum in immenſam altitudinem dicitur: neque eam voraginem conjectu terræ, quum pro ſe quiſque gereret (1), expleri potuiſſe priùs, quàm Deûm monitu quæri cœptum, (2) quo plurimum populus Romanus poſſet? Id enim illi loco dicandum, vates canebant, ſi rempublicam Romanam perpetuam eſſe vellent. Tum M. Curtium, juvenem bello egregium, caſtigaſſe ferunt dubitantes, an ullum magis Romanum bonum, quàm arma virtuſque, eſſet. Silentio facto, templa Deorum immortalium, quæ foro imminent, Capitoliumque intuentem, & manus nunc in cœlum, nunc in patentes terræ hiatus ad Deos manes porrigentem, ſe devoviſſe: equo deinde, quàm poterat, maximè exornato inſidentem, armatum ſe in ſpecum immiſiſſe, donaque ac fruges ſuper eum a multitudine virorum ac mulierum congeſtas; (3) lacumque Curtium, non ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metto, ſed ab hoc appellatum. (4) Cura non deeſſet, ſi qua ad verum via inquirentem ferret: nunc famâ rerum (5) ſtandum eſt, ubi certam (6) derogat vetuſtas fidem. & lacûs nomen ab hac recentiore inſignitius fabulâ eſt. Poſt tanti prodigii procurationem, eodem anno de Hernicis conſultus ſenatus, quum feciales ad res repetendas nequicquam miſiſſet, primo

In eam ſe M. Curtius immittit.

Bellum cum Hernicis.

iique principem in legione locum tenebant. (6) De his Aſconius ad Cic. act. 1. in Verr. c. 10. *Tribunorum militarium duo ſunt genera: primum eorum, qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari ſolent. Alii ſunt comitiati, qui Romæ comitiis deſignantur. Rufulos* dici ex Feſto diſcimus a quodam Rutilio Rufo, qui de horum tribunorum jure legem tulerat, quâ iis multis modis cavebatur. (7) Si legiones quatuor, ut moris erat, hoc anno ſcriptæ ſunt, quatuor & viginti tribunis militum opus erat. Sed per hæc tempora dictatores & conſules, perquam paucis ſuffragio populi relictis locis, reliqua ſui beneficii faciebant, teſte Livio, l. 9. c. 30.

C. 6. (1) Sc. *terram.* Infrà l. 28. c. 19. *ſaxa gerere.* & l. 37. c. 5. (2) Quâ in re poteſtas populi Romani maximè conſiſteret. (3) Vid. ſuprà l. 1. c. 13. (4) Veritatem rei diligenter inveſtigarem, ſi &c. (5) Sic infrà c. 25. *civili ſtandum exercitu eſſe.* l. 8. c. 40. *quo ſatis certo auctore ſtetur.* & alibi ſæpe. (6) *Derogare fidem* eſt eam demere, minuere. Occurrit

primo quoque die ferendum ad populum de bello indicendo Hernicis censuit; populusque id bellum frequens jussit. L. Genucio consuli ea provincia sorte † evenit. (7) In exspectatione civitas erat, quòd primus ille de plebe consul bellum suis auspiciis gesturus esset; perinde ut eveniret res, ita communicatos honores pro bene aut (8) secus consulto habitura. Fortè ita tulit casus, ut Genucius, ad hostes magno conatu profectus, in insidias † præcipitaret; legionibus nec opinato pavore fusis, consul circumventus (9) ab insciis, quem interfecissent, occideretur. Quod ubi est Romam nunciatum, nequaquam tantum publicâ calamitate mœsti Patres, quantum feroces infelici consulis plebeii ductu, fremunt omnibus locis: *Irent, crearent consules ex plebe, transferrent auspicia, quò nefas esset. Potuisse Patres plebiscito pelli honoribus suis: num etiam in Deos immortales inauspicatam legem valuisse? Vindicasse ipsos suum numen, sua auspicia. quæ ut primùm † contacta sint ab eo, a quo nec † jus nec fas fuerit, deletum cum duce exercitum documento fuisse, ne deinde, turbato † gentium jure, comitia haberentur.* His vocibus curia & forum personat. Ap. Claudium, quia dissuaserat legem, majore nunc auctoritate eventum reprehensi ab se consilii incusantem, dictatorem consensu patriciorum Servilius consul dicit, delectusque & justitium indictum. *Ap. Claudius dictator.*

VII. Priusquam dictator legionesque novæ in Hernicos venirent, ductu C. Sulpicii legati res (1) per occasionem gesta egregiè est. In Hernicos, morte consulis contemptim ad castra Romana cum haud dubiâ expugnandi spe succedentes, hortante legato, & plenis iræ atque † indignitatis militum animis, eruptio est facta. Multum ab spe adeundi valli res Hernicis afuit; adeò turbatis inde ordinibus abscessere. Dictatoris deinde adventu novus veteri

Occurrit apud Cic. or. pro Flacc. n. 9. (7) *Esse in exspectatione* infrà l. 42. c. 19. & sæpe apud Cic. similiter usurpantur *esse in spe, timore, metu,* &c. ἐν ἐλπισιν ἑιναι Thucyd. l. 7. c. 25. ἐν θαυματι ἑιναι και ἐκπληξει l. 8. c. 14. (8) Notum est † *secus* subjunctum τῷ *bene* vel τῷ *rectè*, pro malè, minùs bene, in usu fuisse. Et nonnunquam idem valet simplex in oratione ac solitarium positum. (9) Occideretur ab hostibus insciis eum, quem interficerent, consulem esse.

C. 7. (1) Sic suprà l. 1. c. 11. *Dum ea ibi Romani gerunt, Antemnatium exercitus per occasionem . . . incursionem facit.* c. 53. *per occasionem eum incautos invasuri.*

veteri exercitus jungitur, & copiæ duplicantur: & pro concione dictator laudibus legati militumque, quorum virtute castra defensa erant, simul audientibus laudes meritas, tollit animos; simul ceteros ad æmulandas virtutes acuit. Neque segniùs † ad hostes bellum apparatur, qui, & parti antè decoris memores, neque ignari auctarum virium hostis, suas quoque vires augent. Omne Hernicum nomen, omnis militaris ætas excitur. (2) quadringenariæ octo cohortes, lecta robora virorum, scribuntur. Hunc eximium florem juventutis eo etiam, quòd, ut duplex acciperent stipendium, decreverant, spei animorumque implevere. Immunes quoque operum militarium erant, ut, in unum pugnæ laborem reservati, (3) plus sibi, quàm pro virili parte, annitendum scirent. Extra ordinem etiam in acie locati, quo conspectior virtus esset. Duûm millium planicies castra Romana ab Hernicis dirimebat: ibi pari ferme utrinque spatio in medio pugnatum est. Primò stetit ambiguâ spe pugna; nequicquam sæpe conatis equitibus Romanis impetu turbare hostium aciem. Postquam equestris pugna (4) effectu, quàm conatibus, vanior erat; consulto priùs dictatore equites, permissu deinde ejus, relictis equis, clamore ingenti provolant ante signa, & novam integrant pugnam. neque sustineri poterant, ni extraordinariæ cohortes pari corporum animorumque robore se objecissent.

Atrox pugna.

VIII. Tunc inter primores duorum populorum res geritur. quicquid hinc aut illinc communis † Mars belli aufert, † multiplex (1), quàm pro numero, damnum est: vulgus aliud armatorum, velut delegatâ primoribus pugnâ, eventum suum in virtute alienâ ponit. multi utrinque cadunt, plures vulnera accipiunt. Tandem equites alius alium increpantes, *quid deinde restaret*, quærendo, *si neque ex equis pepulissent hostem, neque pedites quicquam † momenti facerent?*

invasurum. & alibi sæpe. (2) Octo cohortes, quarum singula ex quadringentis militibus constabat. *Quadringenariæ cohortes, lecta robora virorum* per † *appositionem* dicuntur. Hæ *extraordinariæ* cohortes mox appellantur. (3) Plus sibi annitendum quàm quantum in singula virorum capita satis esset; unum quemlibet ex sese instar duorum pluriumve esse debere. (4) Conatu haud levis, effectu propemodum irrita.

C. 8. (1) Multo magis damnum erat, quàm pro numero eorum, qui cadebant; quia utrinque primores juventutis, non vulgus militum, pugnabant.

facerent? quam tertiam exspectarent pugnam? quid † ante signa feroces prosiluissent, & alieno pugnarent loco? His inter se vocibus concitati, clamore renovato, inferunt pedem: & primùm gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt; postremò jam haud dubiè avertunt: (2) neque, tam vires pares quæ superaverit res, facile dictu est, nisi quòd perpetua fortuna utriusque populi & extollere animos, & minuere potuit. Usque ad castra fugientes Hernicos Romanus sequitur: castrorum oppugnatione, quia (3) serum erat diei, abstinuere. (4) Diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset: eo in noctem tractum erat certamen. Postero die deserta fugâ castra Hernicorum, & saucii relicti quidam inventi; (5) agmenque fugientium ab signis, quum præter mœnia eorum infrequentia (6) conspecta signa essent, fusum, ac per agros trepidâ fugâ palatum est. Nec Romanis incruenta victoria fuit. quarta pars militum amissa; &, ubi haud minus jacturæ fuit, aliquot equites Romani cecidere.

Vincuntur Hernici.

†

IX. Insequenti anno, quum C. Sulpicius & C. Licinius Calvus consules in Hernicos exercitum duxissent, neque inventis in agro hostibus, Ferentinum urbem eorum vi cepissent, revertentibus inde eis Tiburtes portas clausere. Ea ultima fuit causa, quum multæ antea querimoniæ ultro citroque jactatæ essent, cur, per feciales rebus repetitis, bellum Tiburti populo indiceretur. Dictatorem T. Quinctium Pennum eo anno fuisse, satis constat, & magistrum equitum Ser. Cornelium Maluginensem. † Macer Licinius comitiorum habendorum causâ, & ab

U. c. 394. A. C. 358. C. Sulpicio II. C. Licinio II. Coss.

llum cum burtibus.

T. Quinctius Pennus dictator.

nabant. (2) Ordo est, *neque facile dictu est, quæ res superaverit tam pares vires, nisi quòd* &c. (3) *Serum diei* infrà l. 10. c. 28. l. 26. c. 3. *serum noctis* l. 33. c. 48. Similiter *multum diei* l. 22. c. 45. & alibi sæpe. (4) Ideo serum erat diei, quòd dictator non ante meridiem signum dederat, idque quia diu non perlitatum erat. Vid. † *participia neutra* & † *per in compositione.* (5) Et agmen Hernicorum qui ab signis fugerant, quum eorum signa infrequentia prætergressa oppida conspicerentur, fusum est ac &c. Ita fere locum interpretantur Sigonius, Drakenborchius, aliique præter Crevierium. Ille autem optimè conjecit legendum esse, *ab Signinis. Agmen fugientium* Hernicorum *fusum est ab Signinis, quum præter mœnia eorum*, i. e. Signinorum, *infrequentia* Hernicorum *signa conspecta essent.* Signia erat colonia Romana, non longè ab Hernicorum terris. (6) *Signa infrequentia* dicuntur, quæ militum frequentiâ non stipantur. Sic infrà l. 10. c. 20. *cognoscunt infrequentia armatis signa egressa.*

Licinio

Licinio consule dictum scribit, quia, (1) collegâ comitia bello præferre festinante, ut continuaret consulatum, obviàm eundum pravæ cupiditati (2) fuerit. Quæsita ea propriæ familiæ laus (3) leviorem auctorem Licinium facit. quum mentionem ejus rei in vetustioribus annalibus nullam inveniam, magis, ut belli Gallici causâ dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus. eo certè anno Galli ad tertium lapidem (4) Salariâ viâ trans pontem Anienis castra habuere. Dictator, quum (5) tumultûs Gallici causâ justitium edixisset, omnes juniores sacramento adegit, ingentique exercitu ab urbe profectus, in citeriore ripâ Anienis castra posuit. Pons in medio erat, neutris eum rumpentibus, ne timoris indicium esset. Prœlia de occupando ponte crebra erant; nec, qui potirentur, incertis viribus, satis (6) discerni poterat. Tum eximiâ corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus processit; &, quantum maximâ voce potuit, *Quem nunc* inquit, *Roma virum fortissimum habet, procedat, agedum, ad pugnam, ut noster* (7) *duorum eventus ostendat, utra gens bello sit* (8) *melior.*

Bellum Gallicum.

Singulare certamen T. Manlii cum Gallo.

X. (1) Diu inter primores juvenum Romanorum silentium fuit, quum & abnuere certamen vererentur, & præcipuam

C. 9. (1) Collegâ Licinii comitia habere antequam ad bellum iretur festinante. (2) Livius passim τῷ *quia* subjunctivum addit. Nec non ipse Cic. de Amic. c. 4. *quia cum Scipione vixerim.* (3) Contrà dicitur *gravis auctor* suprà l. 1. c. 16. (4) *Salaria via appellata est*, auctore Festo, *quia Sabini per eam sal a mari deferebant.* Incipiebat a portâ Collinâ. (5) Quid sit propriè *tumultus* docet Cic. Phil. 8. n. 2 & 3. *Potest bellum esse sine tumultu: tumultus esse sine bello non potest. Majores nostri tumultum Italicum, quòd erat domesticus; tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus; præterea nullum tumultum nominabant. Gravius autem tumultum esse, quàm bellum, hinc intelligi licet, quòd bello vacationes valent, tumultu non valent.* (6) Gronovius emendat *decerni.* Certè hoc sensu *decernere* Livio frequens est. suprà l. 1. c. 23. l. 5. c. 55. & alibi passim. *Discernere* usurpari solet significatione distinguendi, dirimendi; at *decernere* dijudicandi rem dubiam, atque ita hæsitationi finem imponendi. Similiter apud Cæs. *fortuna belli dijudicata* dicitur, l. 2. Civ. c. 33. & simplex *judicari* eodem sensu usurpatur apud Tac. l. 3. Hist. c. 70. Ita Græci verbum κρίνειν. Diodor. l. 17. εἰς τὸ διὰ μάχης κρίνειν τὸν πόλεμον. (7) Sic infrà c. 40. *Quod meum factum dictumve consulis.* l. 8. c. 7. *nostro duorum eventu cernatur.* suprà l. 2. c. 8. *ut sua unius in his gratia esset.* Ter. in Heaut. 1. 1. 76. *Tot meâ solius solliciti sunt causâ.* (8) Suprà l. 4. c. 2. *sic pace bonos, sic bello fieri.* Ita βοὴν ἀγαθὸς, sive *bello bonus*, passim apud Homerum.

C. 10. (1) Vid. suprà not. 3. ad c. 42. l. 6. Locum Gellii ibi memoratum operæ pretium est adire. Livius proculdubio Claudii narrationem

cipuam ſortem periculi petere nollent. tum T. Manlius, L. filius, qui patrem a vexatione tribuniciâ vindicaverat, ex ſtatione ad dictatorem pergit: *Injuſſu tuo*, inquit, *imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non ſi certam victoriam videam. Si tu permittis, volo ego illi belluæ oſtendere, quando adeò ferox præſultat hoſtium ſignis, me ex eâ familiâ ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeiâ dejecit.* Tum dictator, † *Macte virtute*, inquit, *ac pietate in patrem, patriamque, T. Manli, eſto. Perge, & nomen Romanum invictum, juvantibus Diis, præſta.* Armant inde juvenem æquales. (2) pedeſtre ſcutum capit, (3) Hiſpano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam. Armatum adornatumque adversùs Gallum ſtolidè lætum, & (quoniam id quoque memoriâ dignum antiquis viſum eſt) linguam etiam ab irriſu exſerentem, producunt. (4) Recipiunt inde ſe ad ſtationem: & duo in medio armati, (5) ſpectaculi magis more, quàm lege belli, deſtituuntur, nequaquam viſu ac ſpecie æſtimantibus pares. Corpus alteri magnitudine eximium, verſicolori veſte pictiſque & auro cælatis refulgens armis: media in altero militaris ſtatura, modicaque in armis habilibus magis quàm decoris ſpecies. non cantus, non exſultatio armorumque agitatio vana, ſed pectus animorum (6) iræque tacitæ plenum, omnem ferociam in diſcrimen ipſum certaminis diſtulerat. Ubi conſtitere inter duas acies, tot circà mortalium animis ſpe metuque pendentibus, Gallus, velut moles ſupernè imminens, projecto lævâ ſcuto, in advenientis arma hoſtis vanum (7) cæſim cum ingenti ſonitu enſem dejecit. Romanus, mucrone ſurrecto, quum (8) ſcuto ſcutum

onem ante oculos habuit. (2) Pro parmâ nimirum, quam equites gerebant. vid. not. 2. ad c. 38. l. 4. (3) Prolepſis eſt. Gladio pedeſtri, qui quidem Livii ævo vocitabatur & erat *Hiſpanus*, ſive *Hiſpanicus*, utpote quem Romani ab Hiſpanis Annibalico bello mutuati fuerant. Porro gladius Hiſpanicus brevitate habilis erat, *pariterque*, inquit Polybius l. 6. *& ad punctim lædendum excellens, & ad cæſim ex utrâque parte feriendum vehemens.* (4) Nempe ceteri. (5) Alludit Livius ad gladiatorum pugnas. Suprà l. 1. c. 25. *minimè gratum ſpectaculum.* (6) Notum eſt illud Homericum, *ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες.* (7) Gallis gladii prælongi erant, ac ſine mucronibus; teſte Livio l. 22. c. 46. Itaque cæſim tantùm ferire poterant hoſtem. (8) Ut de gradu hoſtem dejiceret, &, occaſione datâ ex incerto ac vaccilanti ejus motu, ſeſe poſſet inter corpus ejus armaque (ſcutum ſc. projectum gladiumque prælongum) inſinuare.

(9) Intra

ſcutum imum perculiſſet, totoque corpore (9) interior periculo vulneris factus, inſinuaſſet ſe inter corpus armaque, uno alteroque ſubinde ictu ventrem atque inguina hauſit, & (10) in ſpatium ingens ruentem porrexit hoſtem. jacentis inde corpus, ab omni aliâ vexatione intactum, uno torque ſpoliavit: quem reſperſum cruore collo circumdedit ſuo. Defixerat pavor cum admiratione Gallos. Romani, alacres ab ſtatione obviàm militi ſuo progreſſi, gratulantes laudanteſque ad dictatorem perducunt. (11) Inter carminum prope modum incondita quædam militariter joculantes, Torquati cognomen auditum; celebratum deinde, poſteris etiam familiæque honori fuit. Dictator coronam auream addidit donum, mirifque pro concione eam pugnam (12) laudibus tulit.

Galli in Campaniam tranſeunt.

U. c. 395. A. C. 357. C. Pœtelio, M. Fabio Coff.

XI. Et, Hercule, tanti ea ad univerſi belli eventum momenti dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proximâ nocte, relictis trepidè caſtris, in Tiburtem agrum, atque inde, ſocietate belli factâ, commeatuque benignè ab Tiburtibus adjutus, mox in Campaniam tranſierit. Ea fuit cauſa, cur proximo anno C. Pœtelius Balbus conſul, quum collegæ ejus M. Fabio Ambuſto Hernici provincia eveniſſet, adversùs Tiburtes juſſu populi exercitum duceret. ad quorum auxilium quum Galli ex Campaniâ rediſſent, fœdæ populationes in Lavicano, Tuſculanoque, & Albano agro, haud dubiè Tiburtibus ducibus, ſunt factæ. Et, quum adversùs Tiburtem hoſtem duce conſule contenta reſpublica eſſet, Gallicus tumultus dictatorem creari coëgit. creatus Q. Servilius Ahala T. Quinctium magiſtrum equitum dixit; & ex auctoritate Patrum, ſi proſperè id bellum eveniſſet, † ludos magnos vovit. Dictator, ad continendos proprio bello Tiburtes conſulari exercitu juſſo manere, omnes juniores, nullo detractante

Q. Servilius dictator.

(9) Intra ictum gladii, i. e. propior hoſti, quàm ut gladio ejus poſſet vulnerari. Ita infrà l. 24. c. 34. *interiores ictibus tormentorum.* Quadrigarius apud Gellium l. c. *ei ſub Gallicum gladium ſucceſſit, atque Hiſpanico pectus hauſit.* (10) *In ſpatium ingens porrigitur* qui jacens ingens ſpatium corpore occupat. Virg. l. 6. Æn. v. 597. *per tota novem cui jugera corpus Porrigitur.* (11) Ordo eſt, *auditum* eſt *cognomen Torquati inter militariter joculantes quædam incondita prope carminum modum.* [Non temere improbanda videtur lectio, quam codices aliquot exhibent, *jaculantes.* Vid. † *jacere,* & l. 42. c. 54. infrà. E.] (12) Infrà hoc lib. c. 36. *veſtrum iter ac reditum omnia ſecula laudibus ferent.*

militiam,

militiam, sacramento adegit. Pugnatum haud procul portâ Collinâ est totius viribus urbis, in conspectu parentum conjugumque ac liberorum. quæ magna, etiam absentibus hortamenta animi, tum subjecta oculis, simul verecundiâ misericordiâque militem accendebant. Magna utrinque editâ cæde, avertitur tandem acies Gallorum. fugâ Tibur, sicut arcem belli Gallici, petunt: palati a consule Pœtelio haud procul Tibure † excepti, egressis ad opem ferendam Tiburtibus, simul cum his intra portas compelluntur. Egregiè quum ab dictatore, tum ab consule res gesta est. Et consul alter Fabius prœliis primùm parvis, postremò unâ insigni pugnâ, quum hostes totis adorti copiis essent, Hernicos devincit. Dictator, consulibus in senatu & apud populum magnificè collaudatis (1), & suarum quoque rerum illis remisso honore, dictaturâ se abdicavit. Pœtelius de Gallis Tiburtibusque geminum triumphum egit. Fabio satis visum, ut ovans urbem (2) iniret. Irridere Pœtelii triumphum Tiburtes: *Ubi enim eum secum acie conflixisse? spectatores paucos fugæ trepidationisque Gallorum, extra portas egressos, postquam in se quoque fieri impetum viderint, & sine discrimine obvios cædi, recepisse se intra urbem. Eam rem triumpho dignam visam Romanis? ne nimis mirum magnumque censerent, tumultum* (3) *exciere in hostium portis, majorem ipsos trepidationem ante mœnia sua visuros.* *Pugna atrox cum Gallis.*

XII. Itaque insequenti anno, M. Popillio Lænate (1), Cn. Manlio consulibus, primo silentio noctis ab Tibure agmine infesto profecti, ad urbem Romam venerunt. terrorem repentè ex somno excitatis subita res & nocturnus pavor præbuit: ad hoc multorum inscitia, qui, aut unde, hostes advenissent. Conclamatum tamen celeriter ad arma est, & portæ stationibus, murique præsidiis firmati: & ubi prima lux mediocrem multitudinem ante mœnia, neque alium, quàm Tiburtem, hostem ostendit, duabus portis egressi consules utrinque aciem subeuntium U. c. 396. A. C. 356. M. Popillio, Cn. Manlio Coss. *Tiburtes ad Romæ mœnia victi.*

C. 11. (1) Verbum hoc Livio frequens est sive ad indicandum, unum a pluribus laudatum esse, sive plures ab uno, ut hoc loco. (2) *Inire urbem* suprà l. 3. c. 24. mox hoc lib. c. 13, & ita sæpe. (3) Infinitivus verbi *excieo*. Ita a *conciere* est *concient*, suprà l. 1. c. 59.

C. 12. (1) De hujus cognominis origine vide sis Cic. in Bruto c. 14. (2) *Bona*

tium jam muros aggrediuntur: apparuitque occaſione magis, quàm virtute, fretos veniſſe. adeò vix primum impetum Romanorum ſuſtinuere. Quin etiam (2) bono fuiſſe Romanis adventum eorum conſtabat, orientemque jam ſeditionem inter Patres & plebem metu tam propinqui belli compreſſam. Alius adventus hoſtium fuit proximo bello, agris, quàm urbi, terribilior. Populabundi

Tarquinienſe bellum. U. c. 397. A. C. 355. C. Fabio, C. Plautio Coſſ.

Tarquinienſes fines Romanos, maximè quâ ex parte Etruriam (3) adjacent, peragravere: rebuſque nequicquam repetitis, novi conſules C. Fabius & C. Plautius juſſu populi bellum indixere; Fabioque ea provincia, Plautio Hernici evenere. Gallici quoque belli fama increbreſcebat. Sed inter multos terrores ſolatio fuit pax Latinis petentibus data, & magna vis militum ab iis ex fœdere (4) vetuſto, quod multis intermiſerant annis, accepta. quo præſidio quum fulta res Romana eſſet, levius fuit, quòd Gallos mox Præneſte veniſſe, atque inde circa Pedum (5) conſediſſe, auditum eſt. Dictatorem dici C.

Sulpicius dictator.

Sulpicium placuit. conſul ad id accitus C. Plautius dixit. magiſter equitum dictatori additus M. Valerius. Hi robora militum, ex duobus conſularibus exercitibus electa, adversùs Gallos duxerunt. Lentius id aliquanto bellum,

Bellum Gallicum.

quàm parti utrique placebat, fuit. quum primò Galli tantùm avidi certaminis fuiſſent, deinde Romanus miles, ruendo in arma ac dimicationem, aliquantùm Gallicam

Dictatoris cunctatio.

ferociam vinceret; dictatori neutiquam placebat, quando nulla cogeret res, fortunæ ſe committere adversùs hoſtem, quem tempus deteriorem in dies & locus (6) alienus faceret, ſine præparato commeatu, ſine firmo munimento morantem: ad hoc (7) iis animis corporibuſque, quorum omnis in impetu vis eſſet, parvâ eadem (8) langueſceret morâ. His conſiliis dictator bellum trahebat, gravemque

(2) *Bono eſſe* dicuntur, quæ proſunt. Cic. pro Roſc. Amer. n. 13. *Accuſant ii, quibus occidi patrem Sex. Roſcii bono fuit.* (3) Hæc locutio dubiæ latinitatis eſt. Legendum videtur vel, cum quibuſdam codicibus, *Etruria adjacet*, vel, minimâ mutatione, *Etruriæ adjacent.* nam ita loquitur ſuprà l. 2. c. 49. *quâ Tuſcus ager Romano adjacet.* (4) Quod ictum cum Latinis erat victis ad lacum Regillum; ſuprà l. 2. c. 22. *Pax obnoxia* dicitur l. 6. c. 28. (5) Oppidum non procul a Româ; unde *regio Pedana.* Hor. l. 1. Ep. 4. v. 2. (6) *Locus alienus* pro incommodo. Sic *tempus* dicitur *alienum*, infrà l. 42. c. 43. Cic. l. 15. ad fam. Ep. 14. (7) h. e. adversùs hoſtem *iis animis corporibuſque* inſtructum, *quorum* &c. (8) Nempe *vis omnis.* Confer ea quæ Camillus

vemque edixerat pœnam, si quis injussu in hostem pugnasset. Milites, ægrè id patientes, primò in stationibus vigiliisque inter se dictatorem sermonibus carpere; interdum Patres communiter increpare, quòd non jussissent per consules geri bellum. *Electum esse eximium imperatorem, unicum ducem, qui nihil agenti sibi de cœlo devolaturam in sinum victoriam censeat.* Eadem deinde hæc interdiu propalam, ac ferociora his, jactare; *se injussu imperatoris aut dimicaturos, aut agmine Romam ituros.* Immiscerique militibus centuriones: nec in (9) circulis modò fremere, sed jam in (10) principiis ac † prætorio in unum sermones confundi, atque in concionis magnitudinem crescere turba, & vociferari ex omnibus locis, *ut extemplo ad dictatorem iretur: verba pro exercitu faceret Sex. Tullius, ut virtute ejus dignum esset.*

Ingrata militibus.

XIII. Septimùm (1) primùm pilum jam Tullius ducebat; neque erat in exercitu, qui quidem pedestria stipendia fecisset, vir factis nobilior. is, præcedens militum agmen, ad tribunal pergit; mirantique Sulpicio non turbam magis, quàm turbæ principem Tullium, imperiis obedientissimum militem, (2) *Scilicet, dictator,* inquit, *condemnatum se universus exercitus a te ignaviæ ratus, & propè ignominiæ causâ destitutum* (3) *sine armis, oravit me, ut suam causam apud te agerem. Equidem, sicubi loco cessum, si terga data hosti, si signa fœdè amissa objici nobis possent, tamen hoc a te impetrari æquum censerem, ut nos virtute culpam nostram corrigere, & abolere flagitii memoriam novâ gloriâ patereris. Etiam ad Alliam fusæ legiones eandem, quam per pavorem amiserant, patriam, profectæ postea ab Vejis, virtute recuperavere. nobis, Deûm benignitate, felicitate tuâ populique Romani,*

Sex. Tullii ad dictatorem oratio militum nomine.

millus de Gallicâ gente dicit suprà l. 5. c. 44. (9) In cœtibus militum passim inter se colloquentium. (10) *Principia* vocabatur locus castrorum ubi principum tentoria, tribunal, & signa militaria erant; in quo semper magna multitudo versabatur. *Principia* & *prætorium* etiam infrà junguntur l. 28. c. 25. *in principiis prætorioque, ubi sermones inter se serentium circulos vidissent.*

C. 13. (1) Tunc septimùm † *primi pili centurio* erat. (2) h. e. quòd me cum hoc militum agmine ad tribunal tuum venisse vides, ejus rei hæc *scilicet* causa est. (3) Alludit ad militare pœnæ genus, quo ii qui loco cesserant, ignominiæ causâ discincti & inermes stare aliquamdiu jubebantur. Infrà l. 27. c. 13. *centuriones manipulorum, quorum signa amissa fuerant,*

mani, & res & gloria eſt integra. Quanquam (4) *de gloriâ vix dicere auſim,* (5) *ſi nos & hoſtes haud ſecus, quàm fœminas, abditos intra vallum omnibus contumeliis eludunt; & tu imperator noſter, quod ægriùs patimur, exercitum tuum ſine animis, ſine armis, ſine manibus judicas eſſe; & priùs, quàm expertus nos eſſes, de nobis ita deſperaſti, ut te mancorum ac debilium ducem judicares eſſe. Quid enim aliud eſſe cauſæ credemus, cur veteranus dux, fortiſſimus bello, compreſſis, quod aiunt, manibus ſedeas? utcunque enim ſe habet res, te de noſtrâ virtute dubitaſſe videri, quàm nos de tuâ, † verius eſt. Sin autem non tuum iſtuc, ſed publicum eſt conſilium, & conſenſus aliquis Patrum, non Gallicum bellum, nos ab urbe, a penatibus noſtris † ablegatos tenet; quæſo, ut ea, quæ dicam, non a militibus imperatori dicta cenſeas, ſed a plebe Patribus; quæ, ſicut vos veſtra habeatis conſilia, ſic ſe ſua habituram dicat. Quis tandem ſuccenſeat, milites nos eſſe, non ſervos veſtros? ad bellum, non in exſilium, miſſos? ſi quis det ſignum, in aciem educat, ut viris ac Romanis dignum ſit, pugnaturos? ſi nihil armis opus ſit, otium Romæ potiùs, quàm in caſtris, acturos? hæc dicta ſint Patribus. Te, imperator, milites tui oramus, ut nobis pugnandi copiam facias. quum vincere cupimus, tum te duce vincere; tibi lauream inſignem deferre; tecum triumphantes urbem inire; tuum ſequentes currum Jovis optimi maximi templum* (6) *gratantes ovanteſque adire.* Orationem Tullii exceperunt preces multitudinis: & undique, ut ſignum daret, ut capere arma juberet, clamabant.

XIV. Dictator, quanquam rem bonam exemplo (1) haud probabili actam cernebat, tamen facturum, quod milites vellent, ſe recepit (2); Tulliumque ſecretò, quænam hæc res ſit, aut quo acta more, percunctatur. Tullius magnopere a dictatore petere, *ne ſe oblitum diſciplinæ militaris,*

ne

rant, deſtrictis gladiis diſcinctos deſtituit. (4) Gloriam quidem nobis integram eſſe vix dicere auſim. (5) *Si*, pro ſiquidem, quandoquidem. Simili modo particulam εἰ, quum apud ſacros N. T. ſcriptores, tum apud alios adhiberi, viri docti monuerunt. Et ita fortè accipiendum eſt in verbis diaboli, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, apud Matth. c. 4. v. 3 & 6. & apud Luc. c. 4. v. 3 & 9. (6) Sic infrà l. 9. c. 43. *in vicem inter ſe gratantes.* Virg. Æn. 5. v. 40. *gratatur reduces.*

C. 14. (1) Suprà l. 2. c. 30. *ſententiæ . . . exemplo haud ſalubres.* (2) *Recipere* eſt faciendum ſuſcipere, & cum obligatione promittere. infrà l. 40. c.

ne sui, neve imperatoriæ majestatis, crederet: multitudini concitatæ, quæ ferme (3) *auctoribus similis esset, non subtraxisse se ducem;* (4) *ne quis alius, quales mota creare multitudo soleret, exsisteret. nam se quidem nihil non arbitrio imperatoris acturum.* (5) *illi quoque tamen videndum magnopere esse, ut exercitum in potestate haberet. Differri non posse adeò concitatos animos. ipsos sibi locum ac tempus pugnandi sumpturos, si ab imperatore non detur.* Dum hæc loquuntur, jumenta fortè pascentia extra vallum Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. In eos saxa conjecta a Gallis: deinde ab Romanâ statione clamor ortus, ac procursum utrinque est. Jamque haud procul justo prœlio res erant, (6) ni celeriter diremptum certamen per centuriones esset. † Affirmata certè eo casu Tullii apud dictatorem fides est. nec recipiente jam dilationem re, in posterum diem edicitur, acie pugnaturos. Dictator tamen, ut qui magis animis, quàm viribus, fretus ad certamen descenderet, omnia circumspicere atque agitare cœpit, ut arte aliquâ terrorem hostibus incuteret. Solerti animo rem novam excogitat, quâ deinde multi (7) nostri atque externi imperatores, nostrâ quoque quidam ætate, usi sunt. Mulis strata (8) detrahi jubet: binisque tantùm centunculis (9) relictis, agasones, partim captivis (10), partim ægrorum armis ornatos, imponit. His fere mille effectis centum admiscet equites. & nocte super castra in montes evadere, ac silvis se occultare jubet: neque inde antè moveri, quàm ab se acciperent signum. Ipse, ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem cœpit sedulò (11), ut adversùs

40. c. 35. *si neque de fide barbarorum quicquam recipere aut affirmare nobis potes.* Ter. in Phorm. 5. 7. 9. *ne non id facerem, quod recepissem semel.* Cic. l. 5. ad fam. Ep. 8. l. 13. Ep. 72. (3) Ducibus, iis quorum auctoritate & consilio regitur. (4) Ne quis alius talis dux exoriretur, quales sunt ii quos mota creare multitudo solet. (5) Tamen in eo rem esse ut dictatorem quoque ipsum oporteat magnopere cavere, ne exercitum in officio continere non possit. † *Videre*, pro providere, operam dare. ut infrà l. 21. c. 4. *quæ agenda videndaque magno duci esset.* Similiter apud Græcos ὁρα ὁπως, ὁρα μη &c. (6) Et justum prœlium initum fuisset, *ni* &c. Vid. † *Ellipses ante particulas* si *aut* nisi. (7) Ut Marius adversùs Teutonas pugnaturus. (8) h. e. clitellas, infrà l. 10. c. 40. *detractis clitellis* dixit. (9) Pannis crassioribus ex utrâque parte pendentibus, quibus jumenta insternebantur. (10) Propriè quidem *captæ* sunt res, *captivi* homines. Ea tamen distinctio sæpissime negligitur. Suprà l. 2. c. 48. *captivum agrum.* contrà l. 6. c. 22. *in captis.* (11) i. e. datâ operâ. (12) Omnibus

adversùs montes consisteret hostis. (12) Instructo vani terroris apparatu, qui quidem terror plus penè veris viribus profuit, primò credere duces Gallorum, non descensuros in æquum Romanos; deinde, ubi degressos repentè viderunt, & ipsi avidi certaminis in prœlium ruunt: priúsque pugna cœpit, quàm signum ab ducibus daretur.

Prælium quo vincuntur Galli.

XV. Acriùs invasere Galli (1) dextrum cornu: neque sustineri potuissent, ni fortè eo loco dictator fuisset, Sex. Tullium nomine increpans rogitansque: *Siccine pugnaturos milites spopondisset? ubi illi clamores sint arma poscentium? ubi minæ injussu imperatoris prœlium inituros? en ipsum imperatorem clarâ voce vocare ad prœlium, & ire armatum ante prima signa. ecquis sequeretur eorum, qui modò ducturi fuerint; in castris feroces, in acie pavidi?* Vera audiebant. itaque tantos pudor stimulos admovit, ut ruerent in hostium tela, alienatis a memoriâ periculi animis. Hic primo impetus propè vecors turbavit hostes: eques deinde emissus turbatos avertit. Ipse dictator, postquam labantem unâ parte vidit aciem (2), signa (3) in lævum cornu confert, quò turbam hostium congregari cernebat; & iis, qui in monte erant, signum, quod convenerat, dedit. Ubi inde quoque novus clamor ortus, & tendere (4) obliquo monte ad castra Gallorum visi sunt; tum metu, ne excluderentur, omissa pugna est, cursuque effuso ad castra ferebantur. ubi quum occurrisset eis M. Valerius, magister equitum, (qui, profligato (5) dextro cornu, obequitabat

(12) Omnibus instructis ad timorem hostibus injiciendum fallaci equitum specie.

C. 15. (1) Drakenborchius legendum conjicit *dextro cornu*, ut dicat Livius Gallos acriùs dextro cornu suo invasisse Romanos. Rationem emendationis infrà videbimus not 5. Ita fere suprà l. 4. c. 18. *Dictator dextro cornu adversùs Faliscos, sinistro contra Veientem Capitolinus Quinctius intulit signa.* [Illud verò obstat quo minus Drakenborchio ita conjectanti assentiar, quòd, quantum ego memini, summus in exercitu imperator semper dextrum in acie cornu tenebat, donec in aliam quamvis partem labantem transiret. At ex Drakenborchii sententiâ dictator, initio statim prœlii sinistrum Romanorum cornu tenuit. E.] (2) Aciem nempe hostium, ubi eques Romanus eos turbatos jam averterat. (3) Venit cum iis signis copiisque quas circa se habebat ad lævum cornu sui exercitûs, adversùs quod congregari & conglobari videbat hostes. Quòd si in initio capitis *dextro cornu*, pro *dextrum*, legamus, hìc intelligendum erit lævum *hostium* cornu. (4) Obliquâ viâ per montem. (5) Hæc omnia

quitabat hostium munimentis) ad montes silvasque vertunt fugam: plurimique ibi a fallaci equitum specie agasonibusque (6) excepti sunt: & eorum, quos pavor pertulerat in silvas, atrox cædes post sedatum prœlium fuit. Nec alius post M. Furium, quàm C. Sulpicius, justiorem de Gallis egit triumphum. auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pondus, saxo quadrato septum, in Capitolio sacravit. Eodem anno & a consulibus vario eventu bellatum. nam Hernici a C. Plautio devicti subactique sunt. Fabius collega ejus incautè atque inconsultè adversùs Tarquinienses pugnavit: nec in acie tantum ibi cladis acceptum, quàm quòd trecentos septem milites Romanos captos Tarquinienses immolarunt. quâ fœditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignitior fuit. Accessit ad eam cladem & vastatio Romani agri, quam Privernates, Veliterni deinde, incursione repentinâ fecerunt. Eodem anno (7) duæ tribus, Pomptina & Publilia, additæ. (8) Ludi votivi, quos M. Furius dictator voverat, facti: & de ambitu ab C. Pœtelio tribuno plebis, auctoribus Patribus, tum primùm ad populum latum est: eâque rogatione novorum maximè hominum ambitionem, qui nundinas & (9) conciliabula obire soliti erant, compressam credebant.

Sulpicius triumphat.

Contra Tarquinienses res malè gesta.

Lex de ambitu primùm lata.

XVI. Haud æquè læta Patribus insequenti anno, C. Marcio, Cn. Manlio consulibus, de (1) unciario fœnore a M. Duilio, L. Mænio tribunis plebis rogatio est perlata: & plebs aliquanto eam cupidiùs scivit accepitque. Ad bella nova, priore anno destinata, Falisci quoque hostes exorti, duplici crimine: quòd & cum Tarquiniensibus juventus eorum militaverat; & eos, qui Falerios perfugerant, quum malè pugnatum est, repetentibus feci-alibus

U. c. 398. A. C. 354. C. Marcio, Cn. Manlio II. Coss.

Bellum cum Faliscis & Privernatibus.

omnia rectè procedunt, si admittatur Drakenborchii emendatio, suprà not 1. memorata. Sin aliter, vel hîc emendandum *sinistro cornu*, vel dicendum potiùs Livium sui oblitum erraffe. (6) Quidam volunt voculam *que* expungi, & *fallaci equitum specie, agasonibus*, per appositionem accipi. Sed eódem recidit; haud raró enim particula *que* exegetica est. (7) Tum septem & viginti tribus factæ sunt. Vid. l. 6. c. 5. suprà. (8) Vid. not. 14. ad c. 42. l. 6. (9) Loca paullo celebriora, in quibus jus etiam dicebatur. infrà l. 39. c. 14. l. 40. c. 37. l. 43. c. 14.

C. 16. (1) Usuras ex assis distributione Romani computabant. Eæ quum essent menstruæ, consequens erat, ut quot uncias de centenis in mensem

alibus Romanis non reddiderant. Ea provincia Cn. Manlio obvenit: Marcius exercitum in agrum Privernatem, integrum pace longinquâ, induxit: militemque prædâ implevit. Ad copiam rerum addidit munificentiam, quòd, nihil in publicum secernendo, augenti rem privatam militi favit. *Privernates victi.* Privernates quum ante mœnia sua castris permunitis consedissent; vocatis ad concionem militibus, *Castra nunc*, inquit, *vobis hostium, urbemque prædæ do, si mihi pollicemini, vos fortiter in acie operam navaturos, nec prædæ magis, quàm pugnæ, paratos esse.* Signum poscunt ingenti clamore: (2) celsique & spe haud dubiâ feroces in prœlium vadunt. Ibi ante signa Sex. Tullius, de quo antè dictum est, exclamat: *Adspice, imperator*, inquit, *quemadmodum exercitus tuus tibi promissa præstet;* piloque posito, stricto gladio in hostem impetum facit. Sequuntur Tullium antesignani omnes, primoque impetu avertere hostem: fusum inde ad oppidum persecuti, quum jam scalas mœnibus admoverent, in deditionem urbem acceperunt. triumphus de Privernatibus actus. Ab altero consule nihil memorabile gestum: nisi quòd legem, novo *Lex de vicesimâ manumissorum, in castris lata.* exemplo ad Sutrium in castris tributim (3) de vicesimâ eorum, qui manumitterentur, tulit. Patres, quia eâ lege haud parvum vectigal inopi ærario additum esset, auctores fuerunt. Ceterùm tribuni plebis, non tam lege, quàm exemplo, moti, ne quis postea populum sevocaret (4), capite sanxerunt. nihil enim non per milites, juratos in consulis verba, quamvis perniciosum populo, si *C. Licinius suâ lege damnatus.* id liceret, ferri posse. Eodem anno C. Licinius Stolo a M. Popillio

mensem daret aliquis, tot asses solveret in annum. Erant igitur *centesimæ* usuræ, quum de centum assibus in mensem unus daretur, quod hodie vocamus xii. per centum: *semisses*, quum semissis, sive sex † *unciæ*; *quadrantes*, quum quadrans, sive tres unciæ, in mensem de centenis assibus solverentur. Et sic per omnes partes assis, donec ad *unciales*, sive *uncias usuras* perveniatur; quæ toto demum anno unum assem efficiunt, respondentque adeò illis, quas hodie vocamus *unum per centum*. Ceterùm hanc legem de unciario fœnore adscribit decem tabulis Tacitus l. 6. Ann. c. 16. (2) Elatis animis. Cic. l. 5. Tusc. n. 42. *celsus & erectus, &, ea quæ homini accidere possunt, omnia parva ducens.* (3) Ut, quum quis servum manumitteret, vicesimam partem pretii ejus ærario dependeret. Hoc vectigal ad inferiorum etiam Principum ætatem permansit. Hinc *aurum vicesimarium*, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus servabatur. infrà l. 27. c. 10. (4) Abductum ab urbe, a magistratibus ac tribunis;

M. Popillio Lænate suâ lege decem millibus æris est (5) damnatus, quòd mille jugerum agri cum filio possideret, (6) emancipandoque filium fraudem legi fecisset.

XVII. Novi consules inde, M. Fabius Ambustus secundùm & M. Popillius Lænas secundùm, duo bella habuere. Facile alterum cum Tiburtibus, quod Lænas gessit: qui, hoste in urbem compulso, agros vastavit. Falisci Tarquiniensesque alterum consulem (1) primâ pugnâ fuderunt. inde terror maximus fuit, quòd sacerdotes eorum, facibus ardentibus anguibusque (2) prælatis, incessu furiali militem Romanum insuetâ turbaverunt specie: & tunc quidem velut (3) lymphati & attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt; deinde, ubi consul legatique ac tribuni puerorum ritu vana miracula paventes irridebant increpabantque, vertit animos repentè pudor; & in ea ipsa, quæ fugerant, velut cæci ruebant. Discusso itaque vano apparatu hostium, quum in ipsos armatos se intulissent, averterunt totam aciem: castrisque etiam eo die potiti, prædâ ingenti partâ, victores reverterunt, militaribus jocis quum apparatum hostium, tum suum increpantes pavorem. Concitatur deinde omne † nomen Etruscum, &, Tarquiniensibus Faliscisque ducibus, ad Salinas perveniunt. Adversùs eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus, magistrum equitum item de plebe C. Plautium dixit. Id verò Patribus indignum videri, etiam dictaturam jam in promiscuo esse: omnique ope impediebant, ne quid dictatori ad id bellum decerneretur, parareturve. eo promptiùs cuncta, ferente dictatore, (4) populus jussit. Profectus ab urbe, utrâque parte Tiberis, ratibus exercitu, quocunque

U. c. 399. A. C. 353. M. Fabio II. M. Popillio II. Coss.

Fabius a Faliscis fusus rejicitur aciem.

Etruscum bellum.

C. Marcius primus dictator e plebe.

nis, populum in concilium vocaret. (5) Popillium hoc anno ædilem fuisse, eumque Licinium ad populum accusasse censet Drakenborchius: & tum *damnare* notabit efficere accusatione ut damnetur; quemadmodum & alibi usurpatur. Similiter *mulctare*, pro efficere accusatione ut a judicibus mulctentur, infrà est l. 10. c. 31. Et certè ædiles in eâdem causâ accusatores memorantur l. 10. c. 13. (6) *Emancipatio* est actus sollennis, quo liberi e potestate patris dimittuntur.

C. 17. (1) Vid. † *primo prælio.* (2) i. e. ut scribit Florus de Fidenatibus agens, l. 1. c. 12. *discoloribus serpentum in modum vittis.* (3) Infrà l. 10. c. 28. *lymphaticus pavor.* *Lymphaticus* propriè dicebatur, qui insaniam ex specie quâdam nymphæ in aquâ conspectæ contraxit. (4) Mox etiam

que fama hostium ducebat, trajecto, multos populatores agrorum vagos palantes oppressit. Castra quoque, necopinatò aggressus, cepit. &, octo millibus hostium captis, ceteris aut cæsis, aut ex agro Romano fugatis, sine auctoritate Patrum, populi jussu, triumphavit. Quia nec per dictatorem plebeium, nec per consulem (5), comitia consularia haberi volebant, & alter consul Fabius bello retinebatur, res ad interregnum redit. Interreges deinceps Q. Servilius Ahala, M. Fabius, Cn. Manlius, C. Fabius, C. Sulpicius, L. Æmilius, Q. Servilius, M. Fabius Ambustus. In secundo interregno orta contentio est, quòd duo patricii consules (6) creabantur: intercedentibusque tribunis, interrex (7) Fabius aiebat, *in duodecim tabulis legem esse, ut, quodcunque postremum populus jussisset, id jus ratumque esset;* (8) *jussum populi & suffragia esse.* Quum intercedendo tribuni nihil aliud, quàm ut differrent comitia, valuissent; duo patricii consules creati sunt, C. Sulpicius Peticus tertiùm, M. Valerius Publicola: eodemque die magistratum inierunt.

Vincit Etruscos. *Interregnum.*

U. C. 400. A. C. 352. C. Sulpicio III. M. Valerio Coss. *Ambo coss. patricii.*

XVIII. Quadringentesimo anno, † quàm urbs Romana condita erat, quinto tricesimo, quàm a Gallis reciperata, (1) ablato post undecimum annum a plebe consulatu, patricii consules ambo ex interregno magistratum iniere, C. Sulpicius Peticus tertiùm, M. Valerius Publicola. Empulum eo anno ex Tiburtibus haud memorando certamine captum; sive duorum consulum auspicio bellum ibi gestum est, ut scripsere quidam; seu per idem tempus Tarquiniensium quoque sunt vastati agri ab Sulpicio consule, quo Valerius adversùs Tiburtes legiones duxit. Domi majus certamen consulibus cum plebe ac tribunis

etiam Livius narrat dictatorem *populi jussu* triumphasse: quemadmodum & suprà l. 3. c. 63. Sed notandum jus decernendi ea, quæ ad bellum gerendum, aut provinciam administrandam, necessaria erant, item triumphum concedendi, propriè penes senatum fuisse. (5) Nempe plebeium. (6) Vid. † *imperfecti temporis usus.* (7) Nempe M. Fabius; hanc enim contentionem *in secundo interregno* ortam esse Livius jam dixit. Comitia autem mox dilata dicentur, nempe ad octavum interregem M. Fabium Ambustum, a quo demum duo patricii consules creati sunt. E. (8) Suffragia quoque esse jussum populi. Populum, dum suffragia init, non minùs jubere, quàm si rogationem aliquam scisceret antiquaretve.

C. 18. (1) Plebeiis a consulatu exclusis post undecimum annum, quàm

tribunis erat. Fidei jam suæ, non solùm (2) virtutis, ducebant esse, ut accepissent duo patricii consulatum, ita ambobus patriciis mandare. quin aut toto cedendum esse, si plebeius jam magistratus consulatus fiat, aut totum possidendum, quam possessionem integram a patribus accepissent. Plebes contrà fremit: † *Quid se vivere, quid in parte civium censeri; si, quod duorum hominum virtute, L. Sextii ac C. Licinii, partum sit, id † obtinere universi non possint? Vel reges, vel decemviros, vel, si quod tristius sit imperii nomen, patiendum esse potiùs, quàm ambos patricios consules videant, nec in vicem pareatur atque imperetur; sed pars altera, in æterno imperio locata, plebem nusquam aliò natam, quàm ad serviendum, putet.* Non desunt tribuni auctores turbarum; (3) sed inter concitatos per se omnes vix duces eminent. † Aliquoties frustra in campum descensum quum esset, multique per seditiones acti † comitiales dies; postremò victæ perseverantiâ consulum plebis eò dolor erupit, ut tribunos, *actum esse de libertate* vociferantes, *relinquendumque non campum jam solùm, sed etiam urbem captam atque oppressam regno patriciorum*, mœsta plebs sequeretur. Consules, relicti a parte populi, (4) per infrequentiam comitia nihilo segniùs perficiunt. creati consules ambo patricii, M. Fabius Ambustus tertiùm, T. Quinctius. In quibusdam annalibus pro T. Quinctio M. Popillium consulem invenio.

U. c. 401. A. C. 351. M. Fabio III. T. Quinctio Coss.

XIX. Duo bella eo anno prospere gesta: cum Tiburtibusque ad deditionem pugnatum. Sassula ex his urbs capta: ceteraque oppida eandem fortunam habuissent, ni universa gens, positis armis, in fidem consulis venisset. Triumphatum de Tiburtibus: alioquin mitis victoria fuit. In Tarquinienses acerbè sævitum, multis mortalibus in acie cæsis. ex ingenti captivorum numero trecenti quinquaginta octo delecti, nobilissimus quisque, qui Romam mitterentur: vulgus aliud trucidatum. Nec populus in eos, qui missi Romam erant, mitior fuit. medio in foro omnes virgis cæsi ac securi percussi. id pro immolatis in foro Tarquiniensium Romanis pœnæ hostibus redditum. Res bello bene gestæ, ut Samnites quoque amicitiam pe-

Triumphus de Tiburtibus: supplicatio de Tarquiniensibus.

Fœdus cum Samnitibus.

enim ad illum admitti cœperant. (2) Strenuitatis, fortitudinis. (3) Ita erant omnes per se concitati, ut non minor in ceteris ardor animorum, quàm in ducibus appareret. (4) Vid. † *per frequentiam.*

terent,

terent, effecerunt. Legatis eorum comiter ab senatu responsum: fœdere in societatem accepti. Non eadem domi, quæ militiæ, fortuna erat plebi Romanæ. nam etsi, unciario fœnore facto, levata usura erat, sorte ipsâ obruebantur inopes, † nexumque inibant. eo nec patricios † ambo consules, neque comitiorum curam, (1) publicave studia præ privatis incommodis plebs ad animum admittebat. Consulatus uterque apud patricios manet. Consules creati C. Sulpicius Peticus quartùm, M. Valerius Publicola iterum. (2) In bellum Etruscum † intentam civitatem, quia Cæritem populum misericordiâ consanguinitatis Tarquiniensibus adjunctum fama ferebat, legati Latini ad Volscos convertere, nunciantes, exercitum conscriptum armatumque jam suis finibus imminere: inde populabundos in agrum Romanum venturos esse. Censuit igitur senatus, neutram negligendam rem esse: utróque legiones scribi, consulesque sortiri provincias jussit. † Inclinavit deinde pars major curæ in Etruscum bellum; postquam literis Sulpicii consulis, cui Tarquinii provincia evenerat, cognitum est, depopulatum agrum circa Romanas salinas, prædæque partem in Cæritum fines avectam, & haud dubiè juventutem ejus populi inter prædatores fuisse. Itaque Valerium consulem, Volscis oppositum, castraque ad finem Tusculanum habentem, revocatum inde senatus dictatorem dicere jussit. T. Manlium (3) L. filium dixit. Is, quum sibi magistrum equitum A. Cornelium Cossum dixisset, consulari exercitu contentus, ex auctoritate Patrum ac populi jussu Cæritibus bellum indixit.

U. c. 402. A. C. 350. C. Sulpicio IV. M. Valerio Coss.

T. Manlius dictator.

XX. Tum primùm Cærites, tanquam in verbis hostium vis major ad bellum significandum, quàm in suis factis, qui per populationem Romanos lacessierant, esset, verus belli terror invasit: &, (1) quàm non suarum virium

C. 19. (1) Studia factionum in republicâ. (2) Quum Romani in bellum Etruscum intenti essent, idque quia Cæritem populum &c. tum legati Latini animos eorum ad Volscos converterunt, nunciantes exercitum Volscum conscriptum &c. (3) Torquatum. Nondum consul ille fuerat. sed & L. Manlius, Titi pater, hunc honorem adeptus est, licet consul non fuisset; & simile exemplum etiam xv. annis postea occurrit, in L. Papirio Crasso.

C. 20. (1) Sibi parum virium esse ad dimicandum cum Romanis. Sic

um ea dimicatio esset, cernebant. Pœnitebatque populationis, & Tarquinienses exsecrabantur defectionis auctores. nec arma, aut bellum quisquam apparare, sed (2) pro se quisque legatos mitti jubebat ad petendam erroris veniam. Legati senatum quum adissent, ab senatu rejecti ad populum, Deos rogaverunt, quorum sacra bello Gallico accepta ritè procurassent, ut Romanos florentes ea sui misericordia caperet, quæ se rebus † affectis quondam populi Romani cepisset; conversique ad delubra Vestæ, (3) hospitium flaminum Vestaliumque ab se castè ac religiosè cultum invocabant. (4) *Eane meritos, crederet quisquam, hostes repentè sine causâ factos? aut, si quid hostiliter fecissent, consilio id magis,* (5) *quàm furore lapsos, fecisse, ut sua vetera beneficia, locata præsertim apud tam gratos, novis corrumperent maleficiis? florentemque populum Romanum ac felicissimum bello sibi desumerent hostem, cujus afflicti amicitiam cepissent? Ne appellarent consilium, quæ vis ac necessitas appellanda esset. Transeuntes agmine infesto per agrum suum Tarquinienses, quum præter viam nihil petissent, traxisse quosdam agrestium, populationis ejus, quæ sibi* (6) *crimini detur, comites. Eos, seu dedi placeat, dedere se paratos esse; seu supplicio affici, daturos pœnas.* (7) *Cære, sacrarium populi Romani, † deversorium sacerdotum, ac receptaculum Romanorum sacrorum, intactum inviolatumque † crimine belli, hospitio Vestalium cultisque Diis † darent.* Movit populum non tam causa præsens, quàm vetus meritum, ut maleficii, quàm beneficii, potiùs immemores essent. Itaque pax populo Cæriti data, induciasque in centum annos factas in senatusconsultum referri placuit. In Faliscos, eodem noxios crimine, vis belli conversa est: sed hostes nusquam

Cærites bellum deprecantur.

Pacem impetrant.

Sic suprà l. 4. c. 31. *documentoque fuere, quàm plurium imperium bello inutile esset.* (2) Placeret, si libris auctoribus fieri posset, *pro se quisque legatos mitti* jubebant *ad petendam* errori *veniam*; quemadmodum *apud quem quisque servierant* suprà l. 2. c. 22. & ut l. 2. c. 12. *veniam errori atque adolescentiæ petendo.* Sed invitis libris nihil temere mutandum. Certè *petere veniam erroris* etiam infrà est. l. 38. c. 13. (3) *Hospitium* hîc, ut sæpe, notat fidem ac necessitudinem hospitalem. *Hospitium colere*, quemadmodum *colere fidem, amicitiam* &c. E. (4) An credere quisquam posset, eos qui tam insigne beneficium in Romanos contulissent, hostes repentè sine causâ factos? (5) Crederetne quisquam id consilio fecisse, & non potiùs furore lapsos, h. e. captis & alienatis mentibus. (6) *Crimini dare* suprà l. 1. c. 5. hoc lib. c. 4. similiter *vitio dare*. (7) Salvam præstarent

nusquam inventi. Quum populatione peragrati fines essent, ab oppugnatione urbium temperatum: legionibusque Romam reductis, reliquum anni muris turribusque reficiendis consumptum, & ædes Apollinis dedicata est.

Discordia de consulatu plebeio.

XXI. Extremo anno comitia consularia certamen Patrum ac plebis diremit, tribunis negantibus passuros comitia haberi, ni secundùm Liciniam legem haberentur; dictatore obstinato tollere potiùs totum e republicâ consulatum, quàm promiscuum Patribus ac plebi facere. (1) Prolatandis igitur comitiis quum dictator magistratu abisset, res ad interregnum rediit. Infestam inde Patribus plebem interreges quum accepissent, ad undecimum interregem seditionibus certatum est. Legis Liciniæ patrocinium tribuni jactabant. Propior dolor plebi fœnoris ingravescentis erat: (2) curæque privatæ in certaminibus publicis erumpebant. Quorum tædio Patres L. Cornelium Scipionem interregem concordiæ causâ observare legem Liciniam comitiis consularibus jussere. P. Valerio Publicolæ datus e plebe collega C. Marcius Rutilus. Inclinatis semel in concordiam animis, novi consules, fœnebrem quoque rem, quæ † distinere (3) unanimos videbatur, levare agressi, solutionem alieni æris in publicam curam verterunt; quinqueviris creatis, quos (4) mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt. Meriti æquitate curâque sunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent. Fuere autem C. Duilius, P. Decius Mus, M. Papirius, Q. Publilius, & Ti. Æmilius: qui rem, difficillimam tractatu, & plerumque parti utrique, semper certè alteri, gravem, quum aliâ moderatione, tum impendio magis publico, quàm jacturâ,

U. c. 403.
A. C. 349.
P. Valerio,
C. Marcio
II. Coss.

rent Cæritum civitatem in gratiam præbiti vestalibus hospitii, eam habendo innoxiam ab illati belli crimine.

C. 21. (1) Sic Sall. in Jug. c. 27. *Omnis invidia prolatandis consultationibus dilapsa erat.* Vid. † *participii in dus usus.* Verbo *prolatare* Livius & alii auctores sæpius pro proferre, usi sunt. Ita suprà l. 2. c. 36. infrà l. 21. c. 5. Tac. l. 15. Ann. c. 51. l. 13. c. 34. Cic. or. 4. Cat. c. 3. (2) Curæ & dolores de privatis incommodis. (3) Utroque modo antiqui dixerunt *unanimus* & *unanimis*: quemadmodum etiam *exanimus* & *exanimis*, *semianimus* & *semianimis*, *semisomnus* & *semisomnis*. (4) Græc. τραπεζίτας. *Mensa* est tabula in quâ argentarii pecuniam numerant. Cic. pro

jacturâ, sustinuerunt. (5) tarda enim nomina, & impeditiora inertiâ debitorum, quàm facultatibus, aut ærarium, mensis cum ære in foro positis, dissolvit, ut populo priùs caveretur; aut æstimatio æquis rerum pretiis liberavit: ut non modò sine injuriâ, sed etiam sine querimoniis partis utriusque, exhausta vis ingens æris alieni sit. Terror inde vanus belli Etrusci, quum conjurasse duodecim populos fama esset, dictatorem dici coëgit. dictus in castris (eò enim ad consules missum senatusconsultum est) C. Julius, cui magister equitum adjectus L. Æmilius. Ceterùm foris tranquilla omnia fuere. *C. Julius dictator.*

XXII. (1) Tentatum domi per dictatorem, ut ambo patricii consules crearentur, rem ad interregnum perduxit. duo interreges C. Sulpicius & M. Fabius interpositi obtinuere, quod dictator frustra tetenderat, mitiore jam plebe ob recens meritum levati æris alieni, (2) ut ambo patricii consules crearentur. creati ipse C. Sulpicius Peticus, qui prior interregno abiit, & T. Quinctius Pennus. quidam Kæsonem, alii Caium nomen Quinctio adjiciunt. Ad bellum ambo profecti, Faliscum Quinctius, Sulpicius Tarquiniense, nusquam acie congresso hoste, cum agris magis, quàm cum hominibus, urendo populandoque gesserunt bella: cujus lentæ velut tabis (3) senio victa utriusque pertinacia populi est, ut primùm a consulibus, dein permissu eorum ab senatu inducias peterent. in quadraginta annos impetraverunt. Ita, positâ duorum bellorum,

U. c. 404. A. C. 348. C. Sulpicio V. T. Quinctio Coss.

Induciæ 40. annorum cum Tarquiniensibus & Faliscis.

pro Flacc. n. 44. *mensam publicam* dixit. *Triumviri mensarii* memorantur infrà l. 23. c. 21. l. 26. c. 36. Præter hos publicos, erant etiam alii argentarii, qui rem nummariam privatam tractabant, quosque etiam *mensarios* Suetonius vocat in Aug. c. 2 & 4. (5) Debita, quæ tardiùs & ægriùs solvebantur, non quia inopiâ laborarent debitores, sed quia inertes ac negligentes essent, aut pecuniâ ex ærario præbitâ soluta sunt, ita tamen, ut priùs populo, i. e. ærario publico cavaretur; aut prædiis domibusve debitoris æquo pretio æstimatis, & creditori traditis, expedita sunt. *Nomen* sæpe accipitur pro *debito*, quia creditor in tabulas expensi & accepti refert nomen ejus, cui pecuniam expensam tulit. Aliquot codices habent *tarda nominum;* & sæpe quidem adjectiva neutra pluralia genitivum adsciscere constat. Sic suprà l. 6. c. 31. *extrema finium.* infrà hoc lib. c. 29. *extrema periculorum.* l. 30. c. 12. *opportuna mœnium.*

C. 22. (1) Vid. † *participia neutra.* (2) Verba hæc quinque, quæ modò hoc cap. præcesserunt, ex interpretis glosâ in contextum illata esse, conjicit Drakenborchius. (3) *Senium* pro miseriâ, tædio usurpatur.

bellorum, quæ imminebant, curâ, dum aliqua ab armis quies esset, quia solutio æris alieni multarum rerum mutaverat dominos, censum agi placuit. ceterùm quum censoribus creandis indicta comitia essent, professus censuram se petere C. Marcius Rutilus, qui primus dictator de plebe fuerat, concordiam ordinum turbavit. quod videbatur quidem tempore alieno fecisse; quia ambo tum fortè patricii consules erant, qui † rationem ejus se habituros negabant. Sed & ipse constantiâ inceptum obtinuit, & tribuni, omni vi recuperando jus consularibus comitiis amissum, adjuverunt; & quum ipsius viri majestas nullius honoris fastigium non æquabat, tum per eundem, qui ad dictaturam aperuisset viam, censuram quoque (4) in partem vocari plebes volebat. Nec variatum comitiis est, quin cum Manlio Cnæo (5) censor Marcius crearetur. Dictatorem quoque hic annus habuit M. Fabium, nullo terrore belli, sed ne Licinia lex comitiis consularibus observaretur. Magister equitum dictatori additus Q. Servilius. nec tamen dictatura potentiorem eum consensum Patrum consularibus comitiis fecit, quàm censoriis fuerat.

C. Marcius primus censor de plebe.

M. Fabius dictator.

U. c. 405. A. C. 347. M. Popillio III. L. Cornelio Coss.

Bellum Gallicum.

XXIII. M. Popillius Lænas a plebe consul, a Patribus L. Cornelius Scipio datus. Fortuna quoque illustriorem plebeium consulem fecit. Nam quum ingentem Gallorum exercitum in agro Latino castra posuisse nunciatum esset; Scipione gravi morbo † implicito, Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum. Is, impigrè exercitu scripto, quum omnes extra portam Capenam ad Martis ædem convenire armatos juniores jussisset, † signaque eòdem quæstores ex ærario deferre, quatuor expletis legionibus, quod superfuit militum, P. Valerio Publicolæ prætori tradidit; auctor Patribus scribendi alterius exercitus, (1) quod ad incertos belli eventus subsidium reipublicæ esset. Ipse, jam satis omnibus instructis comparatisque, ad hostem pergit: cujus ut priùs nosceret vires, quàm

tur. Cic. pro Mil. n. 20. *tota civitas confecta senio est.* (4) Sic suprà l. 4. c. 34. *spem consulatûs in partem † revocare.* l. 6. c. 40. *honores in commune vocare.* Gronovius autem legi jubet *censuræ*: ut suprà l. 5. c. 21. *in partem prædæ vocatos deos.* (5) Vid. † *prænomen.*

C. 23. (1) Sæpissime pronomen relativum apud Livium potiùs sequenti-

quàm periculo ultimo tentaret; in tumulo, quem proximum castris Gallorum capere potuit, vallum ducere cœpit. Gens ferox & ingenii avidi ad pugnam, quum, procul visis Romanorum signis, ut extemplo prœlium initura, explicuisset aciem; postquam neque in æquum demitti agmen vidit, & quum loci altitudine, tum vallo etiam integi (2) Romanos, perculsos pavore rata, simul † opportuniores, quòd intenti tum maximè operi essent, truci clamore aggreditur. Ab Romanis nec opus intermissum, (triarii erant, qui muniebant) & ab hastatis principibusque, qui pro † munitoribus intenti armatique steterant, prœlium initum. *Vincuntur Galli, sed difficulter.* Præter virtutem locus quoque superior adjuvit, ut pila omnia hastæque non, tanquam ex æquo missa, vana (quod plerumque fit) caderent, sed omnia (3) librata ponderibus figerentur; oneratique telis Galli, (4) quibus aut corpora transfixa, aut prægravata inhærentibus gerebant scuta, quum cursu penè in adversum subissent, primò incerti restitere: dein, quum ipsa cunctatio & his animos minuisset, & auxisset hosti, impulsi retro ruere alii super alios, † stragemque inter se cæde ipsâ fœdiorem dare. adeò præcipiti turbâ obtriti plures, quàm ferro necati.

XXIV. Necdum certa Romanis victoria erat. alia in campum degressis supererat moles. Namque multitudo Gallorum, sensum omnem talis damni exsuperans, velut novâ rursus exoriente acie, integrum militem adversùs victorem hostem ciebat. stetitque suppresso impetu Romanus; & quia iterum fessis subeunda dimicatio erat, & quòd consul, dum inter primores incautus agitat, lævo humero (1) matari propè trajecto, cesserat parumper ex acie. Jamque omissa cunctando victoria erat, quum consul,

quenti, quàm præcedenti, convenit. (2) Ita optimi codices. & alibi hoc verbo Livius usus est. infrà l. 26. c. 17. *densa nebula saltum omnem campesque circà intexit.* Et eo sensu *intectus* pro simplici *tectus*, l. 27. c. 3. (3) Ipso pondere adjuta ut dirigerentur certiùs, & graviùs infigerentur corporibus. Ita infrà l. 30. c. 10. *gravior ac pondere ipso libratior supernè ex onerariis ictus erat.* Tac. l. 2. Hist. 22. *ingerunt desuper Othoniani pila, librato magis & certo ictu.* Dissentire tamen videtur Claudius Quadrigarius, apud Gell. l. 9. c. 1. (4) Quæ, nempe tela, aut corpora Gallorum transfigebant, aut scuta, inhærentia iis, prægravabant.

C. 24. (1) *Mataris*, sive *materis*, telum fuit Gallorum proprium, ad

 longioris

ſul, vulnere alligato, revectus ad prima ſigna, *Quid ſtas, miles?* inquit. *Non cum Latino Sabinoque hoſte res eſt, quem victum armis ſocium ex hoſte facias. In belluas ſtrinximus ferrum.* (2) *hauriendus, aut dandus eſt ſanguis. Propuliſtis a caſtris,* † *ſupinâ valle præcipites egiſtis, ſtratis corporibus hoſtium ſuperſtatis. Complete eâdem ſtrage campos, quâ montes repleſtis. Nolite exſpectare, dum ſtantes vos fugiant. inferenda ſunt ſigna, & vadendum in hoſtem.* His adhortationibus iterum coorti pellunt loco primos manipulos Gallorum; cuneis deinde in medium agmen perrumpunt. Inde barbari diſſipati, quibus nec certa imperia, nec duces eſſent, vertunt impetum in ſuos; fuſique per campos, & præter caſtra etiam ſua fugâ † prælati, quod editiſſimum inter æquales tumulos occurrebat oculis, arcem Albanam petunt. Conſul, non ultra caſtra inſecutus, (quia & vulnus degravabat, & (3) ſubjicere exercitum pugnâ feſſum tumulis ab hoſte occupatis nolebat) prædâ omni caſtrorum militi datâ, victorem exercitum, opulentumque Gallicis ſpoliis, Romam reduxit. Moram triumpho vulnus conſulis attulit. eademque cauſa dictatoris deſiderium ſenatui fecit, ut eſſet, qui ægris conſuli-

Dictator L. Furius Camillus.

bus comitia haberet. Dictator L. Furius Camillus dictus, addito magiſtro equitum P. Cornelio Scipione, reddidit Patribus poſſeſſionem priſtinam conſulatûs. (4) ipſe ob id meritum ingenti Patrum ſtudio creatus conſul, (5) collegam Ap. Claudium Craſſum dixit.

XXV. Pri-

longioris lanceæ formam. (2) Haurire ſanguinem infrà occurrit l. 9. c. 1. *Dare ſanguinem* utitur etiam Ovidius l. 2. Faſt. v. 666. (3) Ut hîc *ſubjicere exercitum tumulis*, ita infrà l. 38. c. 46. *in valle inferiore pedibus pene hoſtium aciem ſubjecit.* Vulgò edebatur *ſubjicere exercitum pugnâ feſſum novo labori nolebat, a perſequendo hoſte continuit, tumulis* &c. ſed contra fidem omnium fere codicum. (4) Id quidem præter morem ſollennem fuit, eum, qui comitia haberet, nomen ſuum recipere. vid. ſuprà l. 3. c. 35. Itaque Livius cap. ſeq. narrat plebem ob hanc ipſam rem dictatorem increpare. (5) Hæc verba ita accipi poſſunt, Camillum, quum ſe ingenti Patrum ſtudio conſulem fieri videret, iis commendaſſe Claudium, & id egiſſe, ut is ſibi comitiis collega adderetur; &, quum id obtinuiſſet, eum conſulem renunciaſſe: quemadmodum deinde Q. Fabius ſibi P. Decium collegam dari a populo petiit, infrà l. 10. c. 13 & 22. Similis fere locus eſt infrà l. 37. c. 47. *Flavius conſul unus creatur, quum ceteri centurias non expleſſent: iſque poſtero die Cn. Manlium, Lepido dejecto, collegam dixit.* Ad quem locum, ex eo quòd Lepidus *dejectus* fuiſſe i. e. Flavio ſuffragia populi Cn. Manlio conciliante, repulſam tuliſſe dicitur, Dukerus argumentatur

XXV. Priusquam inirent novi consules magistratum, triumphus a Popillio de Gallis actus magno favore plebis: (1) mussantesque inter se rogitabant, *num quem plebeii consulis pœniteret?* Simul dictatorem increpabant, qui legis Liciniæ spretæ mercedem (2) consulatum, (3) privatâ cupiditate, quàm publicâ injuriâ, fœdiorem, cepisset, ut se † ipse consulem dictator crearet. Annus multis variisque motibus fuit insignis. Galli ex Albanis montibus, quia hiemis vim pati nequiverant, per campos maritimaque loca vagi populabantur. Mare † infestum classibus Græcorum erat, oraque litoris Antiatis, Laurensque tractus, & Tiberis ostia: (4) ut prædones maritimi, cum terrestribus congressi, ancipiti semel prœlio decertarint, dubiique discesserint in castra Galli, Græci retro ad naves, (5) victos se, an victores, putarent. Inter hos (6) longè maximus exstitit terror, concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinæ habita: responsumque haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum, *absisterent imperare iis, quorum auxilio egerent. Latinos pro suâ libertate potiùs, quàm pro alieno imperio, laturos arma.* Inter duo simul bella externa, defectione etiam sociorum senatus anxius, quum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuisset, (7) extendere omnes imperii vires consules delectu habendo jussit. civili quippe standum (8) exercitu

U. c. 406.
A. C. 346.
L. Furio,
Ap. Claudio Coss.

†

mentatur Flavio comitiis consularibus suffragiis populi collegam datum fuisse. Sigonius verò *collegam dixit* interpretatur, nominavit sine comitiis. Et quidem his comitiis omnia per factionem patriciorum contra leges gesta fuisse satis patet. [At si Camillus, uti Sigonius censet, collegam sibi cooptasset, certè Livius, recensendo mox quæ plebs illi vitio vertebant, id minimè prætermisisset. E.]

C. 25. (1) *Mussare*, æquè ac *mussitare*, Livius alibi utitur. infrà l. 28. c. 40. l. 33. c. 31. (2) Per † *appositionem.* Ita infrà l. 45. c. 37. *pretium rectè facti triumphum haberet.* (3) Fœdiorem ob privatam cupiditatem, quæ eò erupit ut se ipse consulem crearet, quàm ob publicam injuriam, creando, contra legem Liciniam, duos patricios consules. (4) *Ut*, pro adeò ut. Sic infrà l. 10. c. 11. *Romæ . . . tristis nuncius fuit; ut Patres ab jubendo dictatore consulis subrogandi comitia, ex sententiâ principum habita, deterruerint.* E. (5) Pendent hæ voces ex præcedentibus *dubii discesserint.* (6) Nempe *motus*, quibus multis variisque annum insignem fuisse suprà hoc cap. dixit. [Ita Drakenborchius; sed nimis longè mihi videtur vox *motus* abesse. Mallem subintelligere *terrores.* E.] (7) Unus & alter codex *ostendere* præfert; quod non displiceret, si plures suffragarentur.

(8) exercitu eſſe, quando ſocialis (9) cœtus desereret.

Scribuntur decem legiones.

Undique, non urbanâ tantùm, ſed etiam agreſti juventute, decem legiones ſcriptæ dicuntur quaternûm millium & ducenorum peditum, equitumque trecenorum. Quem nunc (10) novum exercitum, ſi qua externa vis ingruat, hæ vires populi Romani, quas vix terrarum capit orbis, contractæ in unum haud facilè efficiant: adeò in quæ laboramus ſola crevimus, divitias, luxuriamque. Inter

Alter conſul moritur.

cetera triſtia ejus anni, conſul alter Ap. Claudius in ipſo belli apparatu moritur: redierantque res ad Camillum; cui unico conſuli, vel ob aliam † dignationem haud ſub-

Bellum Gallicum.

jiciendam dictaturæ, vel ob omen fauſtum ad Gallicum tumultum (11) cognominis, dictatorem (12) arrogari haud ſatis decorum viſum eſt Patribus. Conſul, duabus legionibus urbi præpoſitis, octo cum L. Pinario prætore diviſis, memor paternæ virtutis, Gallicum ſibi bellum extra ſortem ſumit: prætorem maritimam oram tutari, Græcoſque arcere litoribus juſſit. &, quum in agrum Pomptinum deſcendiſſet, (quia neque in campis congredi nullâ cogente re volebat, & prohibendo populationibus, quos rapto vivere neceſſitas cogerat, ſatis domari credebat hoſtem) locum idoneum ſtativis delegit.

XXVI. Ubi quum ſtationibus quieti tempus tererent, Gallus proceſſit, magnitudine atque armis inſignis: (1) quatienſque ſcutum haſtâ, quum ſilentium feciſſet, provocat

M. Valerii cum Gallo ſingulare certamen.

per interpretem unum ex Romanis, qui ſecum ferro decernat. M. erat Valerius tribunus militum, adoleſcens, qui haud indigniorem eo decore ſe, quàm T. Manlium, ratus,

rentur. (8) Suprà c. 6. *famâ rerum ſtandum eſt.* (9) Vox *cœtus*, quam etiam unus codex ignorat, meliùs abeſſe videretur. (10) Obſervanda eſt vox *novum*. Auguſto quidem imperante, ipſo pacis tempore, 23. vel etiam 25. legiones per provincias ſparſæ erant. At vult Livius, ſi novo exercitu in ſubitâ re opus ſit, haud facilè tantum militum armari poſſe, quantum tunc conſules ſubitò ſcripſere. Loquitur etiam Livius de exercitu civium verè Romanorum, i. e. ex ſolâ urbe & ſuburbanis conſcripto. (11) Verè & propriè loquitur Livius, dum cognominis hîc, non nominis mentionem facit. Ille enim Gallorum victor, proprio & peculiari cognomine vocabatur *Camillus*; Furii nomen cum multis aliis habuit commune. (12) Suprà l. 2. c. 18. dixit *moderatorem & magiſtrum conſulibus appoſitum.*

C. 26. (1) Infrà l. 38. c. 17. *Ad hoc cantus inchoantium prælium, & ululatus, & tripudia, & quatientium ſcuta in patrium quendam morem horrendus armorum*

ratus, priùs ſciſcitatus conſulis voluntatem, in medium armatus proceſſit. Minùs inſigne certamen humanum † numine interpoſito Deorum factum. namque conſerenti jam manum Romano corvus repentè in galeâ conſedit, in hoſtem verſus. quod primò, ut augurium cœlo miſſum, lætus accepit tribunus. precatus deinde, *Si divus, ſi diva eſſet, qui ſibi* (2) *præpetem miſiſſet*, † *volens propitius adeſſet*. Dictu mirabile, tenuit non ſolùm ales captam ſemel ſedem, ſed, quotieſcunque certamen initum eſt, levans ſe alis, os oculoſque hoſtis roſtro & unguibus appetiit: donec territum prodigii talis viſu, oculiſque ſimul ac mente turbatum, Valerius obtruncat. corvus e conſpectu elatus orientem petit. Hactenus quietæ utrinque ſtationes fuere. poſtquam ſpoliare corpus cæſi hoſtis tribunus cœpit, nec Galli ſe ſtatione tenuerunt, & Romanorum curſus ad victorem etiam ocior fuit. Ibi, circa jacentis Galli corpus contracto certamine, pugna atrox concitatur. Jam non manipulis proximarum ſtationum, ſed legionibus utrinque effuſis res geritur. Camillus lætum militem victoriâ tribuni, lætum tam præſentibus ac ſecundis Diis, ire in prœlium jubet: oſtentanſque inſignem ſpoliis tribunum, *Hunc imitare, miles*, aiebat; & *circa jacentem ducem ſterne Gallorum catervas*. Dii hominesque illi adfuere pugnæ; depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis eſt. adeò duorum militum eventum, inter quos pugnatum erat, utraque acies animis (3) perceperat. Inter primos, quorum concurſus alios exciverat, atrox prœlium fuit: alia multitudo, priuſquam ad conjectum teli veniret, terga vertit. Primò per Volſcos Falernumque agrum diſſipati ſunt: inde Apuliam ac mare (4) inferum petierunt. Conſul, concione advocatâ, laudatum tribunum decem bubus aureâque coronâ donat. ipſe, juſſus ab ſenatu bellum maritimum

Prœlium committitur quo Galli victi.

armorum crepitus. ubi ſimiliter, ut hoc loco, de Gallis ſermo eſt. (2) Alitem felicis augurii. vid. ſis A. Gellium l. 6. c. 6. (3) Ita, ſuadente Gronovio, & ſuffragantibus editis vetuſtioribus, præfert Drakenborchius. Sed, ut ipſe teſtatur, plerique & optimi codices ſcripti *præceperat* ſervarunt; quod omnino præferendum cenſeo, hoc ſenſu: utraque acies ex eventu ſingularis inter duos milites certaminis capto omine, præſagiebat animis eundem quoque eventum fore univerſæ inter duos exercitus pugnæ. (4) Legendum procul dubio, cum quibuſdam codicibus,

mum curare, cum prætore junxit caſtra. ibi, quia res trahi ſegnitiâ Græcorum non † committentium ſe in aciem videbantur, dictatorem comitiorum causâ T. Manlium Torquatum ex auctoritate ſenatûs dixit. Dictator, magiſtro equitum A. Cornelio Coſſo dicto, comitia conſularia habuit, æmulumque decoris ſui abſentem M. Valerium (5) Corvum († id enim illi deinde cognominis fuit) ſummo favore populi, tres & viginti natum annos, conſulem renunciavit. collega Corvo de plebe M. Popillius Lænas quartùm conſul futurus datus eſt. Cum Græcis a Camillo nulla memorabilis geſta res: nec illi terrâ, nec Romanus mari bellator erat. Poſtremò, quum litoribus arcerentur, aquâ etiam præter cetera neceſſaria uſui deficiente, Italiam reliquere. Cujus populi ea, cujuſque gentis claſſis fuerit, nihil certi eſt. maximè Siciliæ fuiſſe tyrannos crediderim. nam ulterior Græcia, eâ tempeſtate inteſtino feſſa bello, jam (6) Macedonum opes horrebat.

T. Manlius dictator. U. c. 407. A. C. 345. M. Valerio, M. Popillio IV. Coſſ.

XXVII. Exercitibus dimiſſis, quum & foris pax & domi concordiâ ordinum otium eſſet, ne nimis lætæ res eſſent, peſtilentia civitatem adorta coëgit ſenatum imperare decemviris (1), ut libros Sibyllinos inſpicerent; eorumque monitu † lectiſternium fuit. Eodem anno Satricum ab Antiatibus colonia deducta, reſtitutaque urbs, (2) quam Latini diruerant. & cum Karthaginienſibus legatis Romæ fœdus ictum, quum amicitiam ac ſocietatem petentes veniſſent. Idem otium domi foriſque manſit T. Manlio Torquato, C. Plautio conſulibus: (3) ſemunciarium tantùm ex unciario fœnus factum, & (4) in penſiones æquas triennii, ita ut quarta præſens eſſet,

Fœdus cum Karthaginienſibus. U. c. 408. A. C. 344. T. Manlio, C. Plautio Coſſ.

cibus, *mare ſuperum.* Volſci enim ad inferum, Apuli ad ſuperum mare ſunt. (5) Alii volunt *Corvinum;* quemadmodum apud Gellium appellatus eſt l. 9. c. 11. ſed contra fidem codicum. Et ut *Albus, Rufus, Craſſus, Luſcus, Longus,* cognomina primùm inventa ſunt, poſt autem *Albinus, Rufinus, Craſſinus, Luſcinus, Longinus* ſubſecuta ſunt: ſic, qui primus cognomen hoc tulit, *Corvus,* poſteri *Corvini* appellati ſunt. (6) Hoc ipſo tempore Philippus Alexandri Magni pater Olynthum expugnabat.

C. 27. (1) Quos loco *duumvirûm* creatos eſſe ſuprà retulit Livius l. 6. c. 37 & 43. (2) Vid ſuprà l. 6. c. 33. (3) Ut pro centenis nummis dimidius nummus in ſingulos annos penderetur. vid. not. 1. ad c. 17. ſuprà. (4) Totum æs alienum quatuor penſionibus ſolvi juſſum eſt, ita ut

esset, solutio æris alieni dispensata est. (5) & sic quoque parte plebis † affectâ, fides tamen publica privatis difficultatibus (6) potior ad curam senatui fuit. Levatæ maximè res, quia (7) tributo ac delectu † supersessum. Tertio anno post Satricum restitutum a Volscis, M. Valerius Corvus secundùm consul cum C. Pœtelio factus, quum ex Latio nunciatum esset, legatos † ab Antio circumire populos Latinorum ad concitandum bellum, priusquam plus hostium fieret, Volscis arma inferre jussus, ad Satricum exercitu infesto pergit. quò quum Antiates aliique Volsci præparatis jam antè, si quid ab Româ moveretur, copiis occurrissent, nulla mora inter infensos diutino odio dimicandi facta est. Volsci, ferocior ad rebellandum, quàm ad bellandum, gens, certamine victi, fugâ effusâ Satrici mœnia petunt. &, ne in muris quidem satis firmâ spe (8), quum coronâ militum cincta jam scalis caperetur urbs, ad quatuor millia militum, præter multitudinem imbellem, sese dedidere. Oppidum dirutum atque incensum: ab æde tantùm Matris † Matutæ abstinuere ignem. Præda omnis militi data. Extra prædam quatuor millia deditorum habita. eos vinctos consul ante currum triumphans egit: venditis deinde magnam pecuniam in ærarium redegit. Sunt, qui hanc multitudinem captivam servorum fuisse scribant: idque magis verisimile est, quàm deditos veniisse.

†
U. c. 409.
A. C. 343.
M. Valerio II. C. Pœtelio Coss.

Bellum cum Volscis.

XXVIII. Hos consules secuti sunt M. Fabius Dorso, Ser. Sulpicius Camerinus. Auruncum inde bellum ab repentinâ populatione cœptum. metuque, ne id factum populi unius, consilium omnis nominis Latini esset, dictator velut adversùs armatum jam Latium L. Furius creatus, magistrum equitum Cn. Manlium Capitolinum dixit. & quum, (quod per magnos tumultus fieri solitum erat) justitio indicto, delectus (1) sine vacationibus habitus esset;

U. c. 410.
A. C. 342.
M. Fabio. Ser. Sulpicio Coss.

Dictator L. Furius.

ut quarta pars statim † *repræsentaretur*; tres reliqui quadrantes sub finem primi, secundi, & tertii anni numerarentur. (5) Et quamvis post talia concessa levamenta pars plebis adhuc laboraret, fidem tamen publicam, cujus interest solvi creditum, senatus potiorem habuit difficultatibus molestiisque privatis. (6) Sic *potior ad usum* Cic. in Top. c. 2. *potiora ad legendum* l. 1. de Fin. c. 4. (7) Ita Cic. l. 4. ad Fam. Ep. 2. *ut supersedeas hoc labore itineris.* & alibi. (8) Vid. † *Ellipsis participii verbi substantivi.*

C. 28. (1) Nullâ habitâ ratione vacationum, quas tumultu non valere observatum

esset; legiones, quantum maturari potuit, in Auruncos ductæ. ibi prædonum magis, quàm hostium, animi inventi. Primâ itaque acie † debellatum est. Dictator tamen, quia & ultro bellum intulerant, & sine detrectatione se certamini offerebant, Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationem ædem Junoni Monetæ (2) vovit: cujus † damnatus voti quum victor Romam revertisset, dictaturâ se abdicavit. Senatus duumviros ad eam ædem pro amplitudine populi Romani faciendam creari jussit. locus in arce destinatus, quæ area ædium M. Manlii Capitolini fuerat. Consules, dictatoris exercitu ad bellum Volscum usi, Soram ex hostibus, incautos adorti, ceperunt. Anno pòst, quàm vota erat, ædes Monetæ dedicatur, C. Marcio Rutilo tertiùm, T. Manlio Torquato secundùm consulibus. Prodigium extemplo dedicationem secutum, simile (3) vetusto montis Albani prodigio. namque & lapidibus pluit, & nox interdiu visa intendi (4): † librisque inspectis, quum plena religione civitas esset, senatui placuit, dictatorem feriarum constituendarum causâ dici. Dictus P. Valerius Publicola. magister equitum ei Q. Fabius Ambustus datus est. Non tribus tantùm supplicatum ire placuit, sed finitimos etiam populos; ordoque iis, quo quisque die supplicarent, statutus. Judicia eo anno populi tristia in fœneratores facta, quibus ab ædilibus dicta dies esset, traduntur. Et res, haud ullâ insigni ad memoriam causâ, ad interregnum rediit. Ex interregno, (5) ut id † actum videri posset, ambo patricii consules creati sunt, M. Valerius Corvus tertiùm, A. Cornelius Cossus.

Juno Moneta.

U. c. 411. A. C. 341. C. Marcio III. T. Manlio II. Coss.

U. c. 412. A. C. 340. M. Valerio III. A. Cornelio Coss.

XXIX. Majora jam hinc bella, & viribus hostium, & longinquitate vel regionum, vel temporum spatio (1), quibus

observatum est suprà not. 5. ad c. 9. (2) *Scriptum a multis est*, inquit Cic. l. 1. de Div. n. 101. *quum terræ motus factus esset, ut sue plenâ procuratio fieret, vocem ab æde Junonis ex arce exstitisse: quocirca Junonem illam appellatam Monetam:* nempe a monendo. Unde colligi potest ædem antè ædificatam fuisse, quàm Juno Monetæ nomine insigniretur; verbaque hæc, *ædem Junonis Monetæ vovit*, per prolepsin accipienda esse. (3) Vid. suprà l. 1. c. 31. (4) Sic suprà l. 1. c. 57. *primis se intendentibus tenebris.* (5) Ut eo consilio interregnum initum fuisse videretur; nempe quo ambo patricii consules fierent,

C. 29. (1) Gronovio suspecta est vox *spatio*; quum † *longinquus* & *longinquitas* sæpissime apud Livium, non tantùm de loci, sed & temporis spatio

bus bellatum eſt, dicentur. namque eo anno adverſùs Samnites, gentem opibus armiſque validam, mota arma. (2) Samnitium bellum, ancipiti Marte geſtum, Pyrrhus hoſtis, Pyrrhum Pœni ſecuti. Quanta rerum moles? quoties in (3) extrema periculorum ventum, ut in hanc magnitudinem, quæ vix ſuſtinetur, erigi imperium poſſet? Belli autem cauſa cum Samnitibus, Romanis, quum ſocietate amicitiâque juncti eſſent, extrinſecus venit; non orta inter ipſos eſt. Samnites Sidicinis injuſta armá, quia viribus plus poterant, quum intuliſſent, coacti inopes ad (4) opulentiorum auxilium confugere, Campanis ſeſe conjungunt. Campani magis nomen ad præſidium ſociorum, quàm vires, quum attuliſſent, (5) fluentes luxu ab duratis uſu armorum in Sidicino pulſi agro, in ſe deinde molem omnem belli verterunt. namque Samnites, omiſſis Sidicinis, ipſam (6) arcem finitimorum Campanos adorti, unde æquè facilis victoria, prædæ atque gloriæ plus eſſet, (7) Tifata, imminentes Capuæ colles, quum præſidio firmo occupaſſent, deſcendunt inde quadrato agmine in planitiem, quæ Capuam Tifataque interjacet. ibi rurſus acie dimicatum: adverſoque prœlio Campani intra mœnia compulſi, quum, robore juventutis ſuæ acciſo, nulla propinqua ſpes eſſet, coacti ſunt ab Romanis petere auxilium.

Samnitici belli origo.

XXX. Legati, introducti in ſenatum, maximè in hanc ſententiam locuti ſunt: *Populus nos Campanus legatos ad vos, Patres conſcripti, miſit; amicitiam in perpetuum, auxilium præſens a vobis petitum. quam ſi ſecundis rebus noſtris petiſſemus, ſicut cœpta celeriùs, ita infirmiore vinculo contracta eſſet. tunc enim, ut qui ex æquo nos veniſſe in amicitiam meminiſſemus, amici forſitan pariter ac nunc, ſubjecti atque † obnoxii vobis minùs eſſemus. nunc, miſericordiâ veſtrâ conciliati, auxilioque in dubiis rebus defenſi, beneficium quo-*

Campani a ſenatu Romano auxilium petunt.

†

ſpatio adhiberi ſolent. Hoc ſenſu *longinquitas belli* dicitur ſuprà l. 5. c. 11 & 15. (2) *Samnitium bellum*, pro, bellum cum Samnitibus. Similiter infrà l. 10. c. 31. *ſuperſunt etiam nunc Samnitium bella.* (3) Vid. not. 5. ad c. 21. ſuprà. (4) Vid. not. 11. ad c. 8. l. 4. (5) Ita infrà c. 32. *nimio luxu fluentibus rebus.* Cic. de Amic. c. 15. *deliciis diffluentes.* (6) Campani finitimorum *arx* vocantur, i. e. eorum præſidium, auxilium: quo ſenſu vocabulum alibi ſæpe uſurpatur. (7) Nomen montis eſt numero plurali. infrà l. 23. c. 36. *in Tifatis habebat caſtra.* l. 26. c. 5. *poſt Tifata montem.*

que

que acceptum colamus, oportet; ne ingrati atque omni ope divinâ humanâque indigni videamur. Neque, Hercule, quòd Samnites priores amici ſociique vobis facti ſunt, ad id valere (1) *arbitror, ne nos in amicitiam accipiamur: ſed ut vetuſtate & gradu honoris nos præſtent. neque enim fœdere Samnitium, ne qua nova* (2) *jungeretis fœdera, cautum eſt. Fuit* † *quidem apud vos ſemper ſatis juſta cauſa amicitiæ, velle eum vobis amicum eſſe, qui vos appeteret. Campani, etſi fortuna præſens magnificè loqui prohibet, non urbis amplitudine, non agri ubertate, ulli populo præterquam vobis cedentes, haud parva* (*ut arbitror*) *acceſſio bonis rebus veſtris in amicitiam venimus veſtram. Æquis Volſciſque, æternis hoſtibus hujus urbis, quandocunque ſe moverint, ab tergo erimus: &, quod vos pro ſalute noſtrâ priores feceritis, id nos pro imperio veſtro & gloriâ ſemper faciemus. Subactis iis gentibus, quæ inter nos voſque ſunt, quod propediem futurum ſpondet & virtus & fortuna veſtra,* † *continens imperium uſque ad nos habebitis. Acerbum ac miſerum eſt, quod fateri nos fortuna noſtra cogit. Eò ventum eſt, Patres conſcripti, ut aut amicorum, aut inimicorum* (3) *Campani ſimus. Si defenditis, veſtri: ſi deſeritis, Samnitium erimus. Capuam ergo & Campaniam omnem veſtris an Samnitium viribus accedere malitis, deliberate. Om-* † *nibus quidem, Romani, veſtram miſericordiam, veſtrumque auxilium æquum eſt patere; iis tamen maximè, qui,* (4) *eam implorantibus aliis auxilium dum ſupra vires ſuas præſtant, omnes ipſi in hanc neceſſitatem venerunt. quanquam pugnavimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, quum videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti; &, ubi conflagraſſent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium eſſe. Nec enim nunc, quia dolent injuriam acceptam Samnites, ſed quia gaudent oblatam ſibi eſſe cauſam, oppugnatum nos veniunt. An, ſi ultio iræ hæc, & non occaſio cupiditatis explendæ eſſet, parum fuit, quòd ſemel in Sidicino agro, iterum in Campaniâ ipſâ legiones noſtras cecidere? Quæ eſt iſta tam infeſta ira, quam per duas acies fuſus ſanguis explere non potuerit? Adde huc populationem agrorum, prædas hominum atque pecudum actas, incendia*

C. 30. (1) Initio quidem hujus capitis dixit Livius, *Legati . . . locuti ſunt.* id autem ita accipi debet, ac ſi dixiſſet, eorum unus omnium nomine locutus eſt. Capite ſeq. *princeps legationis* ille vocatur. (2) *Jungere fœdera*, ut *jungere amicitiam, ſocietatem, pacem*, & ſimilia. (3) Vid. not. 14. ad c. 6. l. 6. (4) Nempe miſericordiam. Mox *τὸ omnes* redundare, & a

incendia villarum ac ruinas, omnia ferro ignique vaſtata. Hiſcine ira expleri non potuit? Sed cupiditas explenda eſt. ea ad oppugnandam Capuam rapit. aut delere urbem pulcherrimam, aut ipſi poſſidere volunt. Sed vos potiùs, Romani, beneficio veſtro occupate eam, quàm illos habere per maleficium ſinatis. (5) *Non loquor apud recuſantem juſta bella populum; ſed tamen, ſi oſtenderitis auxilia veſtra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore. Uſque ad nos contemptus Samnitium pervenit, ſuprà non † eſcendit. Itaque* (6) *umbrâ veſtri auxilii, Romani, tegi poſſumus: quicquid deinde habuerimus, quicquid ipſi fuerimus, veſtrum id omne exiſtimaturi. Vobis arabitur ager Campanus, vobis Capua urbs frequentabitur: conditorum, parentum, Deorum immortalium numero nobis eritis. Nulla colonia veſtra erit, quæ nos obſequio erga vos fideque ſuperet.* (7) *Annuite, Patres conſcripti, nutum † numenque veſtrum invictum Campanis, & jubete ſperare, incolumem Capuam futuram. Quâ frequentiâ omnium generum multitudinis proſequente creditis nos illinc profectos? † quàm omnia votorum lacrimarumque plena reliquiſſe? in quâ nunc exſpectatione ſenatum populumque Campanum, conjuges, liberoſque noſtros eſſe? Stare omnem multitudinem ad portas, viam hinc ferentem proſpectantes, certum habeo,* (8) *quid illis nos, Patres conſcripti, ſollicitis ac* (9) *pendentibus animi renunciare jubeatis. Alterum reſponſum ſalutem, victoriam, lucem, ac libertatem; alterum ominari horreo, quæ ferat.*

& a uno codice ſcripto abeſſe obſervat Crevierius. (5) i. e. quamvis equidem bella, modò juſta ſint, vos minimè recuſare ſoliti eſtis, tamen id quoque dicendum arbitror, ne bello quidem vobis opus fore. (6) Nudâ oſtentatione veſtri auxilii. Malè hîc, ut opinor, Drakenborchius per *umbram auxilii* intelligit ipſam tutelam, præſidium auxilii. Fateor quidem umbram ita ſæpe metaphoricè uſurpari, pro re ſub quâ homines jacent ſecuri, latentque tuti; quod Drakenborchius, exemplis ex noſtro allatis, oſtendit. vid. ſuprà lib. l. 4. c. 42. infrà l. 32. c. 21. l. 34. c. 9. l. 38. c. 51. Sed tamen hîc *umbra auxilii* notare videtur auxilium potiùs oſtenſum quàm latum. Lucan. Pharſ. l. 1. *ſtat magni nominis umbra.* E. (7) Sic compellant Campani Romanos tanquam Deos quoſdam, quorum nutu vertuntur ac reguntur omnia. Similiter Cic. or. poſt Red ad Quir. c. 8. *numenque veſtrum æquè mihi grave & ſanctum, ac Deorum immortalium.* & c. 10. (8) Scire cupientes *quid illis nos renunciare jubeatis.* Suprà l. 5. c. 48. *diem de die proſpectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret.* E. (9) Sic Ter. Heaut. 4. 4. 5. *Clitipho cum ſpe pendebit animi.* Cic. l. 8. ad Att. Ep. 5. & alibi. infrà l. 8. c. 13. *inter ſpem metumque ſuſpenſos animi.* Similiter *territus animi* hoc lib. c. 34. *ſtupentes animi* ſuprà l. 6. c. 36.

Proinde ut aut de vestris futuris sociis atque amicis, aut nusquam ullis futuris nobis, consulite.

XXXI. Summotis deinde legatis, quum consultus senatus esset, etsi magnæ parti urbs maxima opulentissimaque Italiæ, uberrimus ager marique propinquus ad varietates annonæ horreum populi Romani fore videbatur; tamen tantâ utilitate fides † antiquior fuit, responditque ita ex auctoritate senatûs consul: *Auxilio vos, Campani dignos censet senatus: sed ita vobiscum amicitiam* (1) *institui par est, ne qua vetustior amicitia ac societas violetur. Samnites nobiscum fœdere juncti sunt. itaque arma, Deos priùs, quàm homines, violatura, adversùs Samnites vobis negamus.* (2) *Legatos, sicut fas jusque est, ad socios atque amicos precatum mittemus, ne qua vobis vis fiat.* Ad ea princeps legationis, (sic enim domo mandatum attulerant) *Quandoquidem*, inquit, *nostra tueri adversùs vim atque injuriam justâ vi non vultis, vestra certè defendetis. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deûm, divina humanaque omnia in vestram, Patres conscripti, populique Romani ditionem dedimus; quicquid deinde patiemur, dediticii vestri passuri.* † Sub hæc dicta omnes, manus ad consules tendentes, pleni lacrimarum in vestibulo curiæ procubuerunt. Commoti Patres † vice fortunarum humanarum, si ille præpotens opibus populus, luxuriâ superbiâque clarus, a quo paullo antè auxilium finitimi petissent, adeò (3) infractos gereret animos, ut se ipse suaque omnia potestatis alienæ faceret: tum jam (4) fides agi visa, deditos non prodi, nec facturum æqua Samnitium populum censebant, si agrum urbemque, per deditionem factam populi Romani, oppugnarent. Legatos itaque extemplo mitti ad Samnites placuit. data mandata, *ut preces Campanorum,* (5) *responsum senatûs amicitiæ Samnitium † memor, deditionem postremò factam, Samnitibus* (6) *exponerent. Peterent pro societate amicitiâque,*

† *Negatur auxilium Campanis.* †

Accipitur illorum deditio.

Legatio Rom. ad Sabinos.

C. 31. (1) *Amicitiam instituere* occurrit apud Sall. in Jug. c. 14. (2) Prima vox *Legatos* deficit in quibusdam codicibus; & abesse potest. *Mittere* enim per excellentiam notat mittere legatos. Eo sensu hoc verbo Livius supra usus est l. 1. c. 56. l. 6. c. 10. Et pari sensu Græci verbo πέμπειν utuntur. (3) *Infractus*, pro fractus, suprà l. 2. c. 59. infrà l. 38. c. 14. (4) Fidei interesse visum est. (5) Responsum, ex quo appareret senatum retinuisse memoriam amicitiæ Samnitium. (6) *Exponere*,

amicitiâque, ut dediticiis ſuis parcerent: neque in eum agrum, qui populi Romani factus eſſet, hoſtilia arma inferrent. Si leniter agendo parum proficerent, denunciarent Samnitibus populi Romani ſenatûſque † verbis, ut Capuâ urbe Campanoque agro abſtinerent. Hæc legatis † agentibus in concilio Samnitium adeò eſt ferociter reſponſum, ut non ſolùm geſturos ſe eſſe dicerent id bellum, ſed magiſtratus eorum e curiâ egreſſi, (7) ſtantibus legatis, præfectos cohortium vocarent; iiſque clarâ voce imperarent, ut prædatum in agrum Campanum extemplo proficiſcerentur.

XXXII. Hâc legatione Romam (1) relatâ, poſitis omnium aliarum rerum curis, Patres, fecialibus ad res repetendas miſſis, belloque, quia non redderentur, ſollenni more indicto, decreverunt, ut primo quoque tempore de eâ re ad populum ferretur: juſſuque populi conſules ambo cum duobus ab urbe exercitibus profecti, Valerius in Campaniam, Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurum, hic ad Saticulam caſtra ponunt. Priori Valerio Samnitium legiones (eò (2) namque omnem belli molem inclinaturam cenſebant) occurrunt. ſimul in Campanos ſtimulabat ira, tam promptos nunc ad ferenda, nunc ad arceſſenda adversùs ſe auxilia. Ut verò caſtra Romana viderunt, ferociter pro ſe quiſque ſignum duces (3) poſcere, affirmare, eâdem fortunâ Romanum Campano laturum opem, quâ Campanus Sidicino tulerit. Valerius, levibus certaminibus, tentandi hoſtis causâ, haud ita multos moratus dies, ſignum pugnæ propoſuit, paucis ſuos adhortatus: *Ne novum bellum eos novuſque hoſtis terreret. (4) quicquid ab urbe longiùs proferrent arma, magis magiſque in imbelles gentes eos prodire. Ne Sidicinorum Campanorumque cladibus Samnitium æſtimarent virtutem.*

Bellum cum Samnitibus.

Conſul Romanus ſuos ad prælium hortatur.

ponere, pro enarrare, paſſim. [Eodem ſenſu ἐκτίθεσθαι uſurpatur in N. T. & apud ſcriptores Græcos. E.] (7) Legendum videtur *aſtantibus*.

C. 32. (1) *Legationem referre* eſt eventum legationis renunciare. Sic infrà l. 24. c. 48. *oravit, ut duo legationem referrent ad imperatores ſuos.* (2) Nempe in Campaniam, quò profectus erat Valerius. (3) Livius verbo *poſcere* haud raró duplicem accuſativum addidit. Suprà l. 1. c. 24. *Sagmina, inquit, te, rex, poſco.* infrà hoc. lib. c. 40. *quod Deos immortales . . . expopoſci.* (4) *Quicquid longiùs*, pro quo longiùs. Sic infrà l. 8. c. 39. *quicquid progrediebantur, magis magiſque turbatos hoſtes cernebant.*

† *tutem. qualescunque inter se certaverint, necesse fuisse alteram partem vinci. Campanos quidem haud dubiè magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiâque suâ, quàm vi hostium, victos esse. Quid autem* (5) *esse duo prospera in tot seculis bella Samnitium adversùs tot decora populi Romani, qui triumphos penè plures, quàm annos ab urbe conditâ, numeret? qui omnia circa se, Sabinos, Etruriam, Latinos, Hernicos, Æquos, Volscos, Auruncos, domita armis habeat? qui Gallos, tot prœliis cæsos,* (6) *postremò in mare ac naves fugâ compulerit? Quum gloriâ belli ac virtute suâ quemque fretos ire in aciem debere, tum etiam intueri, cujus ductu auspicioque ineunda pugna sit.* (7) *utrùm qui audiendus duntaxat magnificus adhortator sit, verbis tantùm ferox, operum militarium expers; an qui & ipse tela tractare, procedere ante signa, versari mediâ in mole pugnæ sciat. Facta mea, non dicta, vos, milites,* inquit, *sequi volo; nec disciplinam modò, sed exemplum etiam, a me petere. Non factionibus* (8) *modò nec per coitiones usitatas nobilibus, sed hâc dextrâ, mihi tres consulatus summamque laudem peperi.* (9) *Fuit, quum hoc dici poterat: Patricius enim eras; & a liberatoribus patriæ ortus: &, eodem anno familia ista consulatum, quo urbs hæc consulem, habuit.* (10) *Nunc jam nobis Patribus vobisque plebeiis promiscuus consulatus patet; nec generis, ut antè, sed virtutis est præmium. proinde summum quodque † spectate, milites, decus. Non, si mihi novum hoc Corvi cognomen Diis auctoribus homines dedistis, Publicolarum vetustum familiæ nostræ cognomen memoriâ excessit. Semper ego plebem Romanam militiæ domique, privatus, in magistratibus parvis magnisque, æquè tribunus ac consul, eodem tenore per omnes deinceps consulatus, colo atque colui. nunc, quod instat,*

bant. l. 34. c. 62. *quicquid Byrsam sedem suam excesserint.* (5) † *enallage modi infinitivi pro finito.* (6) Suprà c. 26. scribit Livius, Gallos Apuliam & *mare* inferum (vel potiùs superum) petiisse, nullâ quidem navium mentione factâ. (7) Utrùm is cujus ductu auspicioque ineunda pugna est, ejusmodi sit imperator, cujus audienda tantùm verba sint, non etiam facta spectanda. (8) Vox *modò* quæ paullo antè præcessit, illinc videtur hunc in locum temere irrepsisse. Drakenborchius conjicit (sed assentire nequeo) *non factionibus modò* poni posse pro *non modò non factionibus*. (9) Olim, antequam consulatus cum plebeiis communicaretur, hoc dici poterat; Ideo consulatum adeptus es, quia pratricius eras &c. (10) Ita particulas *nunc jam* jungit Livius suprà l. 5. c. 2 & 17. infrà l. 10. c. 19. & inverso ordine *jam nunc* l. 31. c. 32. Vid. not. 2. ad c. 25. l. 1.

Diis bene juvantibus, novum atque † integrum de Samnitibus triumphum mecum petite.

Valerius Corvus familiaris militi dux.

XXXIII. Non aliàs militi familiarior dux fuit, omnia inter infimos militum haud gravatè munia obeundo. In ludo præterea militari, quum velocitatis viriumque inter ſe æquales certamina ineunt, comiter facilis vincere ac vinci vultu eodem; nec quenquam aſpernari (1) parem, qui ſe offerret; factis benignus (2) pro re, dictis haud minus libertatis alienæ, quàm ſuæ dignitatis, memor: &, quo nihil popularius eſt, (3) quibus artibus petierat † magiſtratus, iiſdem gerebat. Itaque univerſus exercitus, incredibili alacritate adhortationem proſecutus ducis, caſtris egreditur. Prœlium, ut quod maximè unquam, pari ſpe, utrinque æquis viribus, cum fiduciâ ſui, ſine contemptu hoſtium, commiſſum eſt. Samnitibus ferociam augebant novæ res geſtæ & paucos ante dies geminata victoria (4); Romanis contrà quadringentorum annorum decora, & conditæ urbi † æqualis victoria: utriſque tamen novus hoſtis curam addebat. pugna indicio fuit, quos geſſerint animos. namque ita conflixerunt, ut aliquamdiu in neutram partem inclinarent acies. Tum conſul, trepidationnem injiciendam ratus, quando vi pelli non poterant, equitibus immiſſis turbare prima ſigna hoſtium conatur. quos ubi nequicquam tumultuantes in ſpatio exiguo (5) volvere turmas vidit, nec poſſe aperire in hoſtes viam, revectus ad anteſignanos legionum, quum deſiluiſſet ex equo, *Noſtrum,* inquit, (6) *peditum illud, milites, eſt opus. agitedum, ut me videritis, quâcunque inceſſero* (7) *in aciem hoſtium, ferro viam facientem, ſic pro ſe quiſque obvios ſternite. Illa omnia,* † *quâ nunc erectæ micant haſtæ, patefacta ſtrage vaſtâ cernetis.* Hæc (8) dicta dederat, quum equites conſulis juſſu diſcurrunt in cornua

Prœlium cum Samnitibus atrox.

C. 33. *Par* ſæpe pro adverſario, antagoniſtâ, competitore ſumitur. Sic infrà l. 22. c. 35. *par magis in adverſandum, quàm collega.* (2) Pro variâ rerum, temporum, perſonarumque ratione. Cic. *pro re natâ* dixit. (3) Confer Sall. in Jug. c. 85. *pleroſque non iiſdem artibus imperium a vobis petere, &, poſtquam adepti ſunt, gerere.* E. (4) Sc. quam nuper ex Campanis reportaverant. (5) Haud ſatis ſpatii erat equitibus Romanis ad explicandas turmas. E. (6) Vid. not. 7. ad c. 9. ſuprà. (7) Sic infrà l. 8. c. 8. *unoque continenti agmine in hoſtem incedebant.* (8) *Dicta dare* pro dicere. Suprà l. 3. c. 61. necnon infrà l. 22. c. 50. ubi hemiſtichium illud

nua, legionibus in mediam aciem aperiunt viam. Primus omnium conſul invadit hoſtem; &, cum quo fortè contulit (9) gradum, obtruncat. Hoc ſpectaculo accenſi dextrâ lævâque, ante ſe quiſque, memorandum prœlium cient. Stant obniſi Samnites, quanquam plura accipiunt, quàm inferunt, vulnera. Aliquamdiu jam pugnatum erat: atrox cædes circa ſigna Samnitium, fuga ab † nullâdum parte erat. adeò morte ſolâ vinci deſtinaverant animis. Itaque Romani, quum & fluere (10) jam laſſitudine vires ſentirent, & diei haud multum ſupereſſet, accenſi irâ concitant ſe in hoſtem. Tum primùm referri pedem atque inclinari rem in fugam apparuit; tum capi, occidi (11) Samnis. nec ſuperfuiſſent multi, ni nox victoriam magis (12), quàm prœlium, diremiſſet. Et Romani fatebantur, nunquam cum pertinaciore hoſte conflictum: & Samnites, quum quæreretur, quænam prima cauſa tam obſtinatos moviſſet in fugam? (13) *oculos ſibi Romanorum ardere viſos*, aiebant, *veſanoſque vultus & furentia ora: inde plus, quàm ex aliâ ullâ re, terroris ortum.* quem terrorem non pugnæ ſolùm eventu, ſed nocturnâ profectione, confeſſi ſunt. Poſtero die vacuis hoſtium caſtris Romanus potitur: quò ſe omnis Campanorum multitudo gratulabunda effudit.

Vincuntur Samnites in Campaniâ.

Cornelii conſulis in Samnio periculum.

XXXIV. Ceterùm hoc gaudium magnâ propè clade in Samnio fœdatum eſt. nam ab Saticulâ profectus Cornelius conſul exercitum incautè in ſaltum, cavâ valle pervium, circáque inſeſſum ab hoſte, induxit: nec priùs, quàm recipi tutò ſigna non poterant, imminentem capiti hoſtem vidit. (1) Dum id moræ Samnitibus eſt, quoad totum

illud Virgilianum occurrit *Hæc ubi dicta dedit.* (9) *Conferre gradum* pro cominus pugnare. Tac. l. 2. Ann. c. 32. l. 2. Hiſt. c. 42. Similiter *conferre pedem, manus*, obvia ſunt. (10) Sic cap. præc. *fluere res* dicuntur & infrà l. 27. c. 17. (11) Ita infrà l. 8. c. 38. *totis jam copiis Samnis urgebat.* & alibi. Sic etiam *Romanus, Campanus, Sidicinus* cap. præc. *Eâdem fortunâ Romanum Campano laturum opem, quâ Campanus Sidicino tulerit.* (12) Vid. not. 5. ad c. 8. l. 6. ſuprà. (13) Illud reſponſum non hoc tempore, ſed poſt calamitatem ad Furculas Caudinas Romanis illatam, quum dedecoris abolendi causâ bellum inſtauraretur, Samnites dediſſe, auctor eſt Florus l. 1. c. 16. Similiter, Volſcos ſocioſque ardore animi micantem Romanorum vultum ferre non potuiſſe, Livius ſuprà tradit l. 6. c. 13.

C. 34. (1) Cunctantibus Samnitibus, & expectantibus dum conſul totum

totum in vallem infimam (2) demitteret agmen, P. Decius tribunus militum conspicit unum editum in saltu collem, imminentem hostium castris, aditu arduum impedito agmini, expeditis haud difficilem. Itaque consuli territo (3) animi, *Videsne tu*, inquit, *A. Corneli, cacumen illud supra hostem?* (4) *Arx illa est spei salutisque nostræ, si eam, quam cæci reliquere Samnites, impigre capimus. Ne tu mihi plus, quàm unius legionis principes hastatosque* (5), *dederis. cum quibus ubi † evasero in summum, perge hinc omni liber metu, teque & exercitum serva. neque enim moveri hostis, subjectus nobis ad omnes ictus, sine suâ pernicie poterit. Nos deinde aut fortuna populi Romani, aut nostra virtus expediet.* Collaudatus ab consule, accepto præsidio, vadit occultus per saltum; nec priùs ab hoste est visus, quàm loco, quem petebat, appropinquavit. Inde admiratione (6) paventibus cunctis, quum omnium in se vertisset oculos, & spatium consuli dedit ad subducendum agmen in æquiorem locum, & ipse in summo constitit vertice. Samnites, dum huc illuc signa vertunt, utriusque rei amissâ occasione, neque insequi consulem, nisi per eandem vallem, in quâ paullo antè subjectum eum telis suis habuerant, possunt; nec † erigere agmen in captum super se ab Decio tumulum. Sed quum ira in hos magis, qui fortunam gerendæ rei eripuerant, tum propinquitas loci atque ipsa paucitas incitat: & nunc circumdare undique collem armatis volunt, ut a consule Decium intercludant; nunc viam patefacere, ut degressos in vallem adoriantur. incertos quid agerent, nox oppressit. Decium primùm spes tenuit, cum subeuntibus in adversum collem ex superiore loco se pugnaturum: deinde admiratio † incessit, quòd nec pugnam inirent, nec, si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur, opere se valloque circumdarent. Tum centurionibus ad se vocatis, *Quænam illa inscitia belli ac pigritia est? aut quonam*

totum agmen demisisset in vallem. (2) Gronovius *demitterent* substituit refertque ad Samnites. Drakenborchius Gronovii emendationem recepit, alteram autem interpretationem veriorem esse fatetur. Quum igitur plures optimique codices *demitteret* vel *dimitteret* præferunt, illud reponendum duxi. E. (3) Vid. not. 1. ad c. 11. l. 6. & not. 4. ad c. 36. ejusd. lib. (4) Vid. not. 6. ad c. 29. suprà. (5) De his vid. l. 8. c. 8. infrà. Efficiebant numerum hominum circiter 2400. (6) Vid.

† *pavor.*

quonam modo isti ex Sidicinis Campanisque victoriam pepererunt? Huc atque illuc signa moveri, ac (7) *modò in unum conferri, modò educi videtis. opus quidem incipit nemo, quum jam circumdati vallo potuerimus esse. Tum verò nos similes istorum simus, si diutiùs hîc moremur, quàm commodum sit. Agitedum, ite mecum; ut, dum lucis aliquid superest, quibus locis præsidia ponant, quâ pateat hinc exitus, exploremus.* Hæc omnia sagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem circumire hostes notarent, perlustravit.

XXXV. Vigiliis deinde dispositis, ceteris omnibus tesseram (1) dari jubet: *ubi secundæ* † *vigiliæ buccinâ datum signum esset, armati cum silentio ad se convenirent.* Quò ubi, sicut edictum erat, taciti convenerunt, *Hoc silentium, milites*, inquit, *omisso militari assensu, in me audiendo servandum est. ubi sententiam meam vobis peregero, tum, quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti transibitis: quæ pars major erit,* (2) *eo stabitur consilio. Nunc, quæ mente agitem, audite. Non fugâ delatos, nec inertiâ relictos hîc vos circumvenit hostis. virtute cepistis locum; virtute hinc, oportet, evadatis. Veniendo huc exercitum egregium populi Romani servastis; erumpendo hinc vosmet ipsos servate. digni estis, qui pauci pluribus opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egueritis. Cum eo hoste res est, qui hesterno die delendi omnis exercitûs* † *fortunâ per socordiam usus non sit; hunc tam opportunum collem imminentem capiti suo non antè viderit, quàm captum a nobis; nos tam paucos tot ipsi* (3) *millibus hominum nec ascensu arcuerint; nec tenentes locum, quum diei tantum superesset, vallo circumdederint. quem videntem ac vigilantem sic eluseritis, sopitum, oportet, fallatis; immo necesse est.* (4) *In eo enim loco res sunt nostræ, ut vobis ego magis*

Oratio Decii ad milites.

† *pavor.* (7) *Modò in unum conferri,* quasi quiescere intra castra statuerint Samnites; *modò educi,* quasi iidem parent invadere Romanos.

C. 35. (1) Duplicis generis tesseræ in re militari notæ sunt: alteræ, quibus milites se internoscerent; alteræ, quibus imperator militibus, quid agendum foret, indicabat. Has *tacitum signum* vocat Silius Ital. l. 15. v. 478. & noster infrà l. 39. c. 30. (2) i. e. *eo consilio,* quod dabit *quæ pars major erit.* (3) Placet Jac. Gronovii conjectura, *millia:* ut *ipsi tot millia* per epexegesin dictum sit. Sic infrà l. 28. c. 28. *tota legio, millia hominum quatuor.* aliaque multa similia. Et quidem vox illa per notas scripta facillimè errori occasionem præbuisse potuit. (4) Ter. in Phorm. 2. 4. 6. *videtis, quo in loco res hæc siet.* Sall. in Catil

magis necessitatis vestræ index, quàm consilii auctor, sim. neque enim, maneatis, an abeatis hinc, deliberari potest; quum, præter arma & animos armorum memores, nihil vobis fortuna reliqui fecerit, fameque & siti moriendum sit, si plus, quàm viros ac Romanos decet, ferrum timeamus. Ergo una est salus erumpere hinc atque abire. id aut interdiu aut nocte faciamus, oportet. Ecce autem aliud minùs dubium. quippe si lux exspectetur, quæ spes est, non vallo perpetuo fossâque nos septurum hostem? qui nunc corporibus suis subjectis undique cinxerit, ut videtis, collem. Atqui, si nox opportuna est eruptioni, sicut est, hæc profectò noctis aptissima hora est. Signo secundæ vigiliæ convenistis, quod tempus mortales somno altissimo premit. per corpora sopita vadetis; vel silentio incautos fallentes, vel sentientibus clamore subito pavorem injecturi. Me modò sequimini, quem secuti estis. ego eandem, quæ duxit huc, sequar fortunam. Quibus hæc salutaria videntur, agitedum, in dextram partem pedibus transite.

XXXVI. Omnes transierunt, vadentemque per intermissa custodiis loca Decium secuti sunt. Jam evaserant media castra, quum superscandens vigilum (1) strata somno copora miles offenso scuto præbuit sonitum. quo excitatus vigil quum proximum movisset, erectique alios concitarent, ignari cives † an hostes essent, (2) præsidium erumperet, an consul castra cepisset: Decius, (3) quum non fallerent, clamorem tollere jussis militibus, (4) torpidos somno insuper pavore exanimat; quo præpediti, nec arma impigre capere, nec obsistere, nec insequi poterant. Inter trepidationem tumultumque Samnitium, præsidium Romanum, obviis custodibus cæsis, ad castra consulis pervadit. Aliquantum supererat noctis, jamque in tuto videbantur esse; quum Decius, *Macti* (5) *virtute*, inquit, *milites Romani, este. vestrum iter ac reditum omnia secula laudibus ferent. Sed ad conspiciendam*

Decius ad consulem incolumis redit.

til. c. 58. *nunc quo in loco res nostræ sint.* Gronovius autem legi vult *in eo res sunt nostræ.* Et certè, *in eo esse ut*, elegans est: sed non ideo vulgatum improbandum.

C. 36. (1) *Stratus somno* occurrit infrà l. 37. c. 20. Similiter *stratus cæde* suprà l. 4. c. 29. (2) † *An* præsidium erumperet, quo, nempe, Decius collem occupaverat. (3) Quoniam non fefellerant hostem, sed auditi fuerant. (4) *Torpidus somno* occurrit infrà l. 25. c. 28. Ita *stupore torpidus* l. 22. c. 53. (5) Plin. l. 2. Hist. Nat. c. 12. *Macti ingenio este,*

dam tantam virtutem luce ac die opus eſt. nec vos digni eſtis, quos cum tantâ gloriâ in caſtra reduces ſilentium ac nox tegat. hîc lucem quieti opperiamur. Dictis obtemperatum. atque ubi primum illuxit, præmiſſo nuncio ad conſulem in caſtra, ingenti gaudio concitantur (6): &, (7) teſſerâ datâ, incolumes reverti, qui ſua corpora pro ſalute omnium haud dubio periculo objeciſſent, pro ſe quiſque obviàm effuſi laudant, gratulantur, ſingulos univerſoſque ſervatores ſuos vocant: Diis laudes (8) grateſque agunt, Decium in cœlum (9) ferunt. Hic Decii caſtrenſis triumphus fuit, incedentis per media caſtra cum armato præſidio, conjectis in eum omnium oculis, & omni honore tribunum conſuli æquantibus. Ubi ad prætorium ventum eſt, conſul claſſico ad concionem (10) convocat: orſuſque meritas Decii laudes, interfante ipſo Decio, diſtulit concionem: qui auctor omnia poſthabendi, dum occaſio in manibus eſſet, perpulit conſulem, ut hoſtes, & nocturno pavore attonitos, & circa collem (11) caſtellatim diſſipatos, aggrederetur. credere etiam aliquos, ad ſe ſequendum emiſſos, per ſaltum vagari. Juſſæ legiones arma capere: egreſſæque caſtris, quum per exploratores notior jam ſaltus eſſet, viâ patentiore ad hoſtem ducuntur. quem incautum improviſò adortæ, quum palati paſſim Samnitium milites, plerique inermes, nec coïre in unum, nec arma capere, nec recipere intra vallum ſe poſſent, paventem primùm in caſtra (12) compellunt: deinde caſtra ipſa, turbatis ſtationibus, capiunt. Perfertur circa collem clamor: fugatque ex ſuis quemque præſidiis. ita magna pars abſenti hoſti ceſſit. quos intra vallum egerat pavor, (fuere autem ad triginta millia) omnes cæſi; caſtra direpta.

Vincuntur Samnites.

Decius donatus.

XXXVII. Ita rebus geſtis, conſul, advocatâ concione, P. Decii non cœptas ſolùm antè, ſed cumulatas novâ virtute laudes peragit: &, præter militaria alia dona,

eſſe, cœli interpretes. Vid. † *Macte.* (6) Milites, nempe, caſtrorum. Gronovius autem legendum conjicit *præmiſſo nuncio ad conſulem, caſtra ingenti gaudio concitantur.* quod placet. (7) Nuncio per exercitum didito, teſſeræ ope. Vid. not. 1. ad cap. præc. (8) Hoc vocabulo, quod immeritò grammatici quidam poëticum putant, ſæpiſſime utitur Livius. (9) Suprà l. 2. c. 49. *Fabius ad cœlum laudibus ferunt.* infrà l. 9. c. 10. (10) Vid. † *vocare.* (11) Sparſim, per globos. (12) Ita *compellere in urbem* ſuprà l. 2. c. 21.

aureâ

aureâ coronâ eum & centum bubus, † eximioque uno albo † opimo auratis cornibus, donat. Milites, qui in præſidio ſimul fuerunt, (1) duplici frumento in perpetuum, in præſentia ſingulis bubus biniſque (2) privis tunicis donati. † Secundùm conſulis donationem legiones gramineam coronam (3) obſidionalem, clamore donum approbantes, Decio imponunt. altera corona, ejuſdem honoris index, a † præſidio ſuo impoſita eſt. His decoratus inſignibus bovem eximium Marti immolavit; centum boves militibus dono dedit, qui ſecum in expeditione fuerant. iiſdem militibus legiones libras farris & (4) ſextarios vini contulerunt: omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium aſſenſûs, gerebantur. Tertia pugna ad Sueſſulam commiſſa eſt: (5) quâ fugatus a M. Valerio Samnitium exercitus, omni robore juventutis domo accito, certamine ultimo fortunam experiri ſtatuit. Ab Sueſſulâ nuncii trepidi Capuam, inde equites citati ad Valerium conſulem, opem oratum, veniunt. Confeſtim ſigna mota: relictiſque impedimentis caſtrorum valido præſidio, raptim agitur agmen: nec procul ab hoſte locum perexiguum (ut quibus, præter equos, ceterorum jumentorum calonumque turba abeſſet) caſtris cepit. Samnitium exercitus, velut haud ulla mora pugnæ futura eſſet, aciem inſtruit: deinde, poſtquam nemo obvius ibat, infeſtis ſignis ad caſtra hoſtium ſuccedit. ibi ut militem in vallo vidit,

Tertia pugna cum Samnitibus.

C. 37. (1) Vid. † *duplicarii.* (2) i. e. binis tunicis ſinguli donati. Veteres *priva* dixere, quæ nunc ſingula dicimus. Gell. l. 10. c. 20. qui etiam citat ex Lucilio prorſus ſimilem locutionem: *abdomina thynni Advenientibus priva dabo.* Et infrà apud noſtrum l. 30. c. 43. occurrit hoc vocabulum: *Ut privos lapides ſilices, privaſque verbenas ſecum ferrent.* Non. Marcell. docet *privum* eſſe quod proprium uniuſcujuſque ſit. (3) *Obſidionalis* corona eſt, inquit A. Gellius l. 5. c. 6. *quam ii qui liberati ſint ab obſidione, dant ei duci qui liberavit. Ea corona graminea eſt: obſervarique ſolitum, ut fieret e gramine, quod in loco generatum eſſet, intra quem clauſi erant, qui obſidebantur.* Obſervat Plin. l. 22. c. 4. ceteras coronas ab imperatore militibus dari ſolitas, hanc ſolam ab militibus imperatori; eamque nunquam, niſi in deſperatione ſupremâ, & ab univerſo exercitu ſervato, decerni. (4) *Sextarius* eſt ſexta pars congii, proindeque capiebat plus ſexdecim vini uncias. Inſtar aſſis, dividebatur in duodecim partes, quas *cyathos* vocabant. (5) Quâ fortunam experiri ſtatuit is exercitus Samnitium, qui a M. Valerio priùs fugatus fuerat.

vidit, (6) missique ab omni parte exploratum, quàm in exiguum orbem contracta castra essent, paucitatem inde hostium colligentes, retulerunt; fremere omnis acies, complendas esse fossas (7) scindendumque vallum, & in castra irrumpendum. transfactumque eâ temeritate bellum foret, ni duces continuissent impetum militum. Ceterùm, quia multitudo sua (8) commeatibus gravis, & priùs sedendo ad Suessulam, & tum certaminis morâ, haud procul ab rerum omnium inopiâ esset; placuit, dum inclusus paveret hostis, frumentatum per agros militem duci. *interim & Romano, qui expeditus, quantum humeris inter arma geri posset frumenti, secum attulisset, defutura omnia.* Consul palatos per agros quum vidisset hostes, stationes infrequentes relictas, paucis milites adhortatus, ad castra oppugnanda ducit. quæ quum primo clamore atque impetu cepisset, pluribus hostium in tentoriis suis, quàm in portis valloque, cæsis, signa captiva in unum locum conferri jussit; relictisque duabus (9) legionibus custodiæ & præsidii causâ, gravi edicto monitis, ut, donec ipse revertisset, prædâ abstinerent; profectus agmine instructo, quum præmissus eques (10) velut indagine dissipatos Samnites ageret, cædem ingentem fecit. nam neque quo signo coïrent inter se, neque, utrùm castra peterent, an longiorem intenderent fugam, territis constare poterat. Tantumque fugæ ac formidinis fuit, ut † ad quadraginta millia scutorum, nequaquam tot cæsis, & signa militaria cum iis, quæ in castris capta erant, ad centum septuaginta ad consulem deferrentur. Tum in castra hostium reditum: ibique omnis præda militi data.

XXXVIII. Hujus certaminis fortuna & Faliscos, quum in induciis (1) essent, fœdus petere ab senatu coëgit; & Latinos,

fuerat. (6) Ut exploratores renunciarunt in quàm exiguum &c. (7) *Scindere vallum* occurrit apud Cæs. l. 3. Bell. Gall. c. 5. & Tac. l. 4. Hist. c. 28. (8) Quæ oneri esset commeatibus: i. e. quæ nimium commeatuum copiam absumeret. (9) Nimis magnus hic numerus; namque duæ legiones consularem exercitum efficiebant. Jac. Gronovius legi vult vel *duabus cohortibus*, vel *duobus millibus*. (10) Quum præmissus eques Samnites palatos circumvenisset, & velut indagine clausos ageret. *Indaginis* nomine propriè intelligitur plagarum, seu retium quidam velut orbis, quibus a venatoribus feras indagantibus saltus nemorave cinguntur, ne quâ feris pateat effugium.

C. 38. (1) Quas in quadraginta annos impetraverant. vid suprà c. 22.

Karthaginienses legati. — *Consules triumphant.* — *Romanorum militum de occupandâ Capuâ consilia.* — U. c. 413. A. C. 339. C. Marcio IV. Q. Servilio Coss.

Latinos, jam exercitibus comparatis, (2) ab Romano in Pelignum vertit bellum. Neque ita rei gestæ fama Italiæ se finibus tenuit: sed Karthaginienses quoque legatos gratulatum Romam misere cum coronæ aureæ dono, quæ in Capitolio in Jovis (3) cellâ poneretur. fuit † pondo viginti quinque. Consules ambo de Samnitibus triumpharunt, sequente Decio insigni cum laude donisque: quum incondito militari † joco haud minùs tribuni celebre nomen, quàm consulum, esset. Campanorum deinde (4) Suessanorumque auditæ legationes: precantibusque datum, ut præsidium eò in hiberna mitteretur, quo Samnitium excursiones arcerentur. (5) Jam tum minimè salubris militari disciplinæ Capua instrumento omnium (6) voluptatium delenitos militum animos avertit a memoriâ patriæ: inibanturque consilia in hibernis eodem (7) scelere adimendæ Campanis Capuæ, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent: *neque immeritò suum ipsorum exemplum in eos † versurum. Cur autem potiùs Campani agrum Italiæ uberrimum, dignam agro urbem, qui nec se nec sua tutari possint, quàm victor exercitus haberet, qui suo sudore ac sanguine inde Samnites depulisset? An æquum esse, dediticios suos illâ fertilitate atque amœnitate perfrui; se, militando fessos, in pestilente atque arido circa urbem solo* (8) *luctari, aut in urbe insidentem † tabem crescentis in dies fœnoris pati?* Hæc agitata occultis conjurationibus, necdum vulgata in omnes consilia, invenit novus consul C. Marcius Rutilus, cui Campania sorte provincia evenerat, Q. Servilio collegâ ad urbem relicto. Itaque

c. 22. & † *esse in.* (2) Induxit ut omisso bello quod paraverant adversùs Romanos, in Pelignos verterent arma. (3) Codices nonnulli habent *Junonis:* & suspicio nasci posset, ideo Karthaginienses coronam ponere voluisse in cellâ Junonis, quoniam eandem Junonem præcipuâ religione Karthagine venerarentur. Sed in alteram lectionem & plures & meliores codices conspirant. (4) Jubet Sigonius legi *Suessulanorumque:* nec fortasse sine causâ. Suessula enim propiùs a Capuâ abest, quàm Suessa, & ad eam pugnatum jam cum Samnitibus est. (5) Hoc dictum est propter hiberna Hannibalis, cujus exercitus Capuæ corruptus est. (6) Vid. † *genitivus pluralis.* Emollitos dicit militum animos voluptatibus, quarum omnium instrumenta Capua suppeditavit. Sall. Catil. c. 25. *instrumenta luxuriæ.* E. (7) Vid. suprà l. 4. c. 37. (8) Verbo *luctari* indicatur difficultas, quâ laborabant agri Romani cultores, ut in morbidâ ac sterili regione victum compararent. Similiter Plinius

Itaque quum omnia ea, ficut gefta erant, per tribunos comperta haberet, & ætate & ufu doctus (quippe qui jam quartùm conful effet, dictatorque & cenfor fuiffet) optimum ratus, differendo fpem (9), quandocunque vellent, confilii exfequendi, militarem impetum fruftrari; rumorem diffipat, in iifdem oppidis & anno pòft præfidia hibernatura. divifa enim erant per Campaniæ urbes, manaverantque a Capuâ confilia in exercitum omnem. Eo laxamento cogitationibus dato, quievit in præfentia feditio.

Arte eluduntur. XXXIX. Conful, educto in æftiva milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare (1) miffionibus turbulentorum hominum inftituit, aliis emerita dicendo ftipendia effe, alios graves jam ætate, aut viribus parum validos. quidam (2) in commeatus mittebantur, finguli primò, deinde & cohortes quædam, quia procul ab domo ac rebus fuis hibernaffent. Per fpeciem etiam militarium ufuum, quum alii aliò mitterentur, (3) magna pars ablegati. quam multitudinem conful alter Romæ prætorque, alias ex aliis fingendo moras, retinebat. Et primò quidem, ignari ludificationis, minimè inviti domos revifebant. poftquam neque reverti ad figna primos, nec ferme alium, quàm qui in Campaniâ hibernaffent, præcipuéque ex iis feditionis auctores mitti viderunt; primùm admiratio, deinde haud dubius timor † inceffit animos, confilia fua emanaffe: *jam* (4) *quæftiones, jam indicia,*

l. 18. c. 5. *mal.. eft ager, cum quo dominus luctatur.* (9) Omnes, quos vidi, interpretes hunc locum filentio præterierunt. Sed mihi nequaquam fanus videtur, licet parvâ admodum mutatione fanari poffit. Neque enim *fpem quandocunque vellent confilii exfequendi* differre voluit Marcius; immo in hanc ipfam fpem milites inducere, confilium verò exfequendum ita differre, differendoque fruftrari. Igitur pro *fpem* legendum cenfeo *fpe*, & locum fic effe interpungendum: *optimum ratus, differendo, fpe quandocunque vellent confilii exfequendi, militarem impetum fruftrari.* Vox *differendo* notat viam, quâ conful militarem impetum fruftrari paravit; voces *fpe quandocunque* &c. viam, quâ rem differre valuit. E.

C. 39. (1) Mittendo a fignis, folvendo militiâ eos qui turbulento & factiofo ingenio erant. (2) Quibufdam † *commeatus* dabantur. (3) Figura hæc loquendi ufitatiffima eft apud Livium. Suprà l. 2. c. 14. *pars perexigua Romam inermes delati funt.* l. 4. c. 53. *Vejentium maxima pars Tiberim effufi petunt.* l. 5. c. 40. *pars per agros dilapfi.* l. 6. c. 24. *magna pars in fugâ cæfi.* (4) Jam fore ut in fe quæftiones graves haberentur, totaque patefieret conjuratio indicio eorum, qui ejufdem culpæ confcii erant. *Index* propriè dicitur, tefte Afconio, *qui facinoris, cujus ipfe*

dicia, jam occulta ſingulorum ſupplicia, † *impotenſque & crudele conſulum ac Patrum in ſe regnum paſſuros.* Hæc, qui in caſtris erant, occultis ſermonibus ſerunt (5), nervos conjurationis (6) ejectos arte conſulis cernentes. Cohors una, quum haud procul Anxure eſſet, ad Lautulas ſaltu anguſto inter mare ac montes conſedit, ad excipiendos, quos conſul aliis atque aliis (ut antè dictum eſt) cauſis mittebat (7). Jam valida admodum numero manus erat; nec quicquam ad † juſti exercitûs formam, præter ducem, deerat. incompoſiti itaque prædantes in agrum Albanum perveniunt, & ſub jugo Albæ Longæ caſtra vallo cingunt. Perfecto inde opere, reliquum diei de imperatore ſumendo ſententiis decertant, nulli ex præſentibus ſatis fidentes. *Quem autem* (8) *ab Româ poſſe exciri? quem Patrum aut plebis eſſe, qui aut ſe tanto periculo ſciens offerat, aut cui* (9) *ex injuriâ inſanientis exercitûs cauſa rectè committatur?* Poſtero die, quum eadem deliberatio † teneret, ex prædatoribus vagis quidam compertum attulerunt, T. Quinctium in Tuſculano agrum colere, urbis honorumque immemorem. Patriciæ hic vir gentis erat: cui quum militiæ, magnâ cum gloriâ actæ, finem pes alter ex vulnere claudus feciſſet, ruri agere vitam procul ambitione ac foro conſtituit. Nomine audito, extemplo agnovere virum: &, † quod bene verteret, acciri juſſerunt. Sed parum ſpei erat, † voluntate quicquam facturum. vim adhiberi ac metum placuit. Itaque ſilentio noctis quum tectum villæ, qui ad id miſſi erant, intraſſent; ſomno † gravem Quinctium oppreſſum, nihil † medium, aut imperium atque honorem, aut, ubi reſtitaret, mortem, (10) ni ſequeretur, de-

Seditioſorum exercitus colligitur.

Eligunt ducem T. Quinctium.

ipſe eſt conſcius, latebras indicat, impunitate promiſſâ. (5) *Serere aliquid ſermone*, ut apud Virg. l. 6. Æn. v. 166. *Multa inter ſeſe vario ſermone ſerebant.* *Serere orationem* infra l. 10. c. 19. *Serere mentionem alicujus rei* l. 3. c. 43. (6) Ejectos ex caſtris illos milites, in quibus robur conjurationis conſiſtebat. Magis placeret *exſectos.* Græci eâdem metaphorâ ἐκτεμνειν τα νευρα & νευροκοπειν dicunt. (8) Sic ſuprà l. 3. c. 2. & infrà l. 32. c. 7. *ab urbe excire.* l. 27. c. 31. *ab ludis excire.* Ejuſdem formæ eſt locutio *exſtare ab aquâ.* (9) Ita Ter. in Adelph. 2. 1. 43. *qui inſanire occipiunt ex injuriâ.* Dukerus conjicit delendum eſſe *τὸ ex* & tum *injuriâ* erit *ſine causâ & ratione.* (10) Hæc verba quibuſdam gloſſema videntur, quod, olim ad explicandum *ubi reſtitaret* margini adſcriptum, in contextum irrepſit. Vid. † *reſtare.*

nunciantes,

nunciantes, in castra pertraxerunt. Imperator extemplo adveniens appellatus: insigniaque honoris exterrito subitæ rei miraculo deferunt, & ad urbem ducere jubent. Suo magis inde impetu, quàm consilio ducis, convulsis signis, infesto agmine ad lapidem octavum viæ, quæ nunc Appia est, perveniunt: issentque confestim ad urbem, ni venire contrà exercitum, dictatoremque adversùs se M. Valerium Corvum dictum audissent, & magistrum equitum L. Æmilium Mamercinum.

Valerius Corvus dictator.

XL. Ubi primùm in conspectum ventum est, (1) arma signaque agnovere; extemplo omnibus memoria patriæ iras permulsit. Nondum erant tam fortes (2) ad sanguinem civilem, nec, præter externa, noverant bella: ultimaque rabies secessio ab suis habebatur. itaque jam duces, jam milites utrinque, congressus quærere ad colloquia. Quinctius, quem armorum etiam pro patriâ satietas teneret, nedum adversùs patriam; Corvus, omnes (3) caritate cives, præcipuè milites, & ante alios suum exercitum, complexus, ad colloquium processit. Cognito ei extemplo haud minor (4) ab adversariis verecundia, quam ab suis silentium datum: *Deos*, inquit, *immortales, milites*, (5) *vestros publicos, meosque, ab urbe proficiscens ita adoravi, veniamque supplex poposci, ut mihi de vobis concordiæ partæ gloriam, non victoriam, darent. Satis fuit eritque, unde belli decus pariatur: hinc pax petenda est. Quod Deos immortales inter nuncupanda vota expoposci, ejus me compotem voti vos facere potestis; si meminisse vultis,* *non*

†

Dictatoris ad seditiosos oratio.

C. 40. Legendum videtur: *Ubi primùm . . . ventum, & arma* &c. Alibi sæpe *est* atque *&* in MStis commutantur. (2) Similiter *rudis ad aliquid* familiaris Livio locutio. infrà l. 10. c. 22. l. 21. c. 25. l. 24. c. 48. & alibi. (3) Sic *complecti aliquem benevolentiâ, comitate, familiaritate* &c. passim apud Ciceronem. (4) Certissima est Perizonii conjectura; *haud minore ab adversariis verecundiâ, quàm ab suis, silentium datum.* Quid enim est *dare alicui verecundiam?* Et utcunque illud defendi posset (vid. † *Ellipsis verbi*), certè ut orationem, quæ sequitur, in medium inter duas acies progressus haberet, haud minùs ab adversariis, quàm ab suis silentium ei datum oportuit; & quidem tanto magis ab adversariis, quòd eos propriè allocutus sit. (5) Crevierius sic interpungit: *vestros, publicos, meosque*, &c. Utrùm verò intelligi voluerit tres diversas Deorum classes, vel eosdem Deos militibus, reipublicæ, ipsique dictatori communes; in incerto reliquit. Drakenborchius indicari putat.

non vos in Samnio, nec in Volſcis, ſed in Romano ſolo caſtra habere: ſi illos colles, quos cernitis, patriæ veſtræ eſſe, ſi hunc exercitum civium veſtrorum: ſi me conſulem veſtrum, cujus ductu auſpicioque priore anno bis legiones Samnitium fudiſtis, bis caſtra vi cepiſtis. Ego ſum M. Valerius Corvus, milites, cujus vos nobilitatem beneficiis erga vos, non injuriis, ſenſiſtis; nullius ſuperbæ in vos legis, nullius crudelis ſenatuſconſulti auctor; in omnibus meis imperiis in me ſeverior, quàm in vos. Ac ſi cui genus, ſi cui ſua virtus, ſi cui etiam majeſtas, ſi cui honores ſubdere ſpiritus potuerunt; † *iis eram natus, id ſpecimen mei dederam, eâ ætate conſulatum adeptus eram, ut potuerim, tres & viginti annos natus, conſul Patribus quoque ferox eſſe, non ſolùm plebi. Quod meum factum dictumve* (6) *conſulis gravius, quàm tribuni, audiſtis? eodem* † *tenore* † *duo inſequentes conſulatus geſſi; eodem hæc* (7) *imperioſa dictatura geretur: ut neque in hos meos & patriæ meæ milites mitior* (8), *quàm in vos, horreo dicere, hoſtes. Ergo vos priùs in me ſtrinxeritis ferrum, quàm in vos ego. iſtinc ſigna canent, iſtinc clamor priùs incipiet atque impetus, ſi dimicandum eſt. Inducite in animum, quod non induxerunt patres avique veſtri;* (9) *non illi, qui in Sacrum montem ſeceſſerunt; non hi, qui poſtea Aventinum inſederunt. Exſpectate, dum vobis ſingulis, ut olim Coriolano, matres conjugeſque crinibus paſſis obviæ ab urbe veniant. Tum Volſcorum legiones, quia Romanum habebant ducem, quieverunt: vos, Romanus exercitus, ne deſtiteritis impio bello? T. Quincti, quocunque iſtic loco, ſeu volens, ſeu invitus, conſtitiſti, ſi dimicandum erit, tum tu in* (10) *noviſſimos te recipito: fugeris etiam honeſtiùs, tergumque civi dederis, quàm pugnaveris contra patriam. Nunc ad pacificandum bene atque honeſtè inter primos ſtabis, & colloquii hujus ſalutaris interpres fueris. Poſtulate æqua, &* (11) *ferte: quanquam* † *vel*

tat, tum militum, tum ipſius dictatoris numina publica. (6) Vid. not. 7. ad. c. 9. ſuprà. (7) Suprà l. 2. c. 30. *imperium vehemens* dixit. E. (8) i. e. futurus ſim, vel futura ſit hæc dictatura quam gero. (9) Suprà l. 2. c. 32. & l. 3. c. 50. (10) h. e. poſtremos. (11) Doujatius & Drakenborchius exponunt per *offerte, proponite.* Sic *ferre conditiones* ſuprà l. 4. c. 10. infrà l. 10. c. 19. Similiter † *ferre judicem.* Sed bene obſervat Crevierius *τὸ ferte* hoc ſenſu parum differre ab eo quod præceſſit *poſtulate*: additque ſe vereri ne interpretationem accipiendi non patiatur Latini ſermonis proprietas. Et quidem dubio procul *ferre*

vel iniquis (12) *standum est potiùs, quàm impias inter nos conferamus manus.* T. Quinctius plenus lacrimarum, ad suos versus, *Me quoque*, inquit, *milites, si quis usus mei est, meliorem pacis, quàm belli, habetis ducem. Non enim illa modò Volscus aut Samnis, sed Romanus, verba fecit; vester consul, vester imperator, milites: cujus auspicia pro vobis experti nolite adversùs vos* (13) *velle experiri. Qui pugnarent vobiscum infestiùs, & alios duces senatus habuit: qui maximè vobis, suis militibus, parceret, cui plurimum vos imperatori vestro crederetis, eum elegit. Pacem, etiam qui vincere possunt, volunt. quid nos velle oportet? quin, omissis irâ & spe, fallacibus auctoribus, nos ipsos nostraque omnia cognitæ permittimus fidei.*

T. Quinctius suos ad pacem hortatur.

†

Seditio composita.

XLI. Approbantibus clamore cunctis, T. Quinctius, ante signa progressus, in † potestate dictatoris milites fore dixit: oravit, ut causam miserorum civium susciperet: susceptamque eâdem fide, quâ rempublicam administrare solitus esset, tueretur. *Sibi se privatim nihil cavere: nolle alibi, quàm in innocentiâ, spem habere. Militibus cavendum, quod apud Patres semel plebi,* (1) *iterum legionibus cautum sit, ne † fraudi secessio esset.* Quinctio collaudato (2), ceteris bonum animum habere jussis, dictator, equo citato ad urbem revectus, auctoribus Patribus, tulit ad populum in luco Petelino, ne cui militum fraudi secessio esset. Oravit etiam (3) bonâ veniâ Quirites, ne quis eam rem joco serióve cuiquam exprobraret. † Lex quoque sacrata militaris lata est, ne cujus militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleretur. additumque legi, ne quis, ubi tribunus militum fuisset, postea † ordinum ductor esset. Id propter P. Salonium postulatum

ferre conditiones pro *conditiones accipere* Latinè dici non potest: id verò non dicit Livius, sed *æqua ferte.* Neque ullam video causam cur hîc notionem accipiendi, reportandi admittere magis vereamur, quàm in illis locutionibus *ferre victoriam, laudem, gloriam, responsum,* similibusque apud optimos auctores passim obviis. (12) Vel iniqua, quæ forsitan postulabitis, probanda sunt. De locutione *stare iniquis,* vid. not. 5. ad c. 6. suprà. (13) Mihi suspectum est *τὸ velle.*

C. 41. (1) Vid. suprà l. 3. c. 53. Priorem quidem ἀμνηστίαν suo loco narrare neglexit Livius. E. (2) *Collaudari* hîc usurpatur de uno dictatore Valerio, qui unum etiam Quinctium laudat. Similiter infrà l. 8. c. 25. l. 35. c. 11. Ter. in Eun. 5. 8. 60. (3) Sic suprà l. 6. c. 40. *Bonâ veniâ vestrâ liceat* &c. Ter. in Phorm. 2. 3. 31. *abs te hoc bonâ veniâ*

tum eſt ab conjuratis; qui alternis propè annis & tribunus militum, & primus centurio erat, quem nunc † primi pili appellant. Huic infenſi milites erant, quòd ſemper adverſatus novis conſiliis fuiſſet, (4) & ne particeps eorum eſſet, qui ab Lautulis fugiſſent. Itaque quum hoc unum propter Salonium ab ſenatu non impetraretur; tum Salonius, obteſtatus Patres conſcriptos, ne ſuum honorem pluris, quàm concordiam civitatis, æſtimarent, perpulit, ut id quoque ferretur. Æquè † impotens poſtulatum fuit, (5) ut de ſtipendio equitum (merebant autem † triplex eâ tempeſtate) æra demerentur, quòd adverſati conjurationi fuiſſent.

XLII. Præter hæc invenio apud quoſdam, L. Genucium, tribunum plebis, tuliſſe ad (1) populum, ne fœnerare (2) liceret: item aliis plebiſcitis cautum, ne quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet; neu duos magiſtratus uno anno gereret; † utique liceret conſules ambos plebeios creari. quæ ſi omnia conceſſa ſunt plebi, apparet, haud parvas vires defectionem habuiſſe. Aliis annalibus proditum eſt, neque dictatorem Valerium dictum, ſed per conſules omnem rem actam: neque, antequam Romam veniretur, ſed Romæ, eam multitudinem conjuratorum ad arma (3) conſternatam eſſe; nec

veniâ peto. Infrà etiam *cum bonâ veniâ* dixit noſter l. 29. c. 17. (4) Codices aliquot, omiſſo *τὸ ne*, præferunt *& particeps eorum eſſet, qui ab Lautulis fugiſſent*, h. e. ab tumultuantibus fugâ ſe ſubduxiſſent. Et ſanè eo ſenſu fere eſt apud Ter. in Heaut. 1. 1. 98. *meus particeps.* Si cui hæc lectio diſpliceat, admittenda erit Gronovii conjectura; *&, ne particeps eorum eſſet, ab Lautulis fugiſſet.* Adoleverat enim & proruperat conjuratio per illos qui ad Lautulas ſubſtiterant. vid. ſuprà c. 39. Licet ergo opinari Salonium ipſum exceptum cum aliis, quòd tum quoque illud flagitium improbaret, inde aufugiſſe. [Fortaſſe vulgatum ſervari poteſt; hoc ſenſu: & *ne quidem* ex iis eſſet, qui, primò a conjuratis ad Lautulas excepti, inde poſtea fugiſſent, quo ſecernerent ſe a reliquorum conſiliis. Certè *ne* pro *ne quidem* alibi uſurpatur. E.] (5) Ut aliquid detraheretur de ſtipendio quod equitibus dabatur.

C. 42. (1) Sæpe *populus* pro illâ parte populi, quæ Romæ propriè *plebs* dicebatur, & ad quam ferendi poteſtas tribunis competebat, poni ſolet. Sic infrà l. 10. c. 13. *tribunique plebis . . . aiebant, ſe ad populum laturos* &c. (2) Codices aliquot habent *fœnerari*, quod eòdem recidit. Diſtinctionem enim grammaticorum, ut *fœnerare* ſit δανείζειν ſive fœnore dare, *fœnerari* autem δανείζεσθαι ſive fœnore accipere, falſam eſſe docuit Salmaſius de Uſur. c. 1. (3) *Conſternari* hîc eſt erigi & concitari; ut infrà l. 8. c. 27. *tumultu ſanos etiam conſternante animos.* *In fugam conſternare*

nec in T. Quinctii villam, sed in ædes C. Manlii, nocte impetum factum, eumque a conjuratis comprehensum, ut dux fieret: inde ad quartum lapidem profectos loco munito consedisse. nec ab ducibus mentionem concordiæ ortam; sed repentè, quum in aciem armati exercitus processissent, salutationem factam: & permixtos dextras jungere, ac complecti inter se lacrimantes milites cœpisse, coactosque consules, quum viderent aversos a dimicatione militum animos, retulisse ad Patres de concordiâ reconciliandâ. adeò nihil, præterquam seditionem fuisse, eamque compositam, inter antiquos (4) rerum auctores constat. Et hujus fama seditionis, & susceptum cum Samnitibus grave bellum, aliquot populos ab Romanâ societate avertit: &, præter Latinorum † infidum jam diu fœdus, Privernates etiam Norbam atque Setiam, finitimas colonias Romanas, incursione subitâ depopulati sunt.

nari dicitur l. 10. c. 43. (4) *Rerum scriptores* infrà l. 21. c. 1. l. 38. c. 56. l. 39. c. 50.

EPITOME

EPITOME LIBRI OCTAVI.

LATINI cum Campanis defecerunt; &, missis legatis ad senatum, conditionem tulerunt, ut, si pacem habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent. Quâ legatione perlatâ, prætor eorum Annius de Capitolio ita prolapsus est, ut exanimaretur. T. Manlius consul filium, quòd contra edictum adversùs Latinos, quamvis prospere, pugnasset, securi percussit. Laborantibus in acie Romanis, P. Decius, tunc consul cum Manlio, devovit se pro exercitu: &, concitato equo quum in medios hostes se intulisset, interfectus morte suâ Romanis victoriam restituit. Latini in deditionem venerunt. T. Manlio in urbem reverso nemo ex juventute obviàm processit. Minucia virgo Vestalis incesti damnata est. Ausonibus victis, in oppidum ex iis captum Cales colonia deducta est. (1) *Item Fregellæ colonia deductæ sunt. Veneficium complurium matronarum deprehensum est: quarum plurimæ statim epotis medicaminibus perierunt.* (2) *Lex de veneficio tunc primùm constituta est. Privernatibus, quum rebellassent, victis civitas data est. Palæpolitani, bello & obsidione victi, in deditionem venerunt.* (3) *Q. Publilio, qui eos obsederat, primò & imperium prolatum, & pro consule decretus triumphus. Plebs † nexu liberata est propter L. Papirii creditoris libidinem, qui C. Publilio debitori suo stuprum inferre voluerat. Quum L. Papirius dictator reversus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda, Q. Fabius magister equitum, † occasione rei bene gerendæ invitatus, contra edictum ejus prospere adversùs Samnites pugnavit. Ob eam causam quum dictator de magistro equitum supplicium sumpturus videretur, Fabius Romam profugit: &, quum causa parum proficeret, populi precibus † donatus est. Res præterea contra Samnites prospere gestas continet.*

Epit. l. 8. (1) Vel legendum videtur *Fregellæ colonia deducta est*, quemadmodum l. 10. c. 3. *colonia Carseoli deducta erat;* vel, refectis aliquot vocibus in iis quæ præcedunt, *in oppidum ex iis captum Cales, item Fregellas, coloniæ deductæ sunt.* (2) Auctor Epitomes dicit, quod non est in Livio: nam hic c. 18. huj. lib. nihil aliud scribit, quàm *neque de veneficiis ante eam diem Romæ quæsitum est.* Doctissimique interpretes juris civilis tradunt, hoc maleficium jam dudum lege xii. tabularum vindicatum fuisse. Certè apud Athenienses, ex quorum legibus illæ magnam partem descriptæ erant, pœna statuta erat veneficiis, deque iis cognoscebat senatus Areopagiticus. (3) Q. Publilius primus fuit, cui in insequentem annum prorogaretur imperium, & qui non consul, sed pro consule triumpharet.

T. LIVII

T. LIVII PATAVINI

LIBER OCTAVUS.

U. 414. A.C 338. C. Plautio II. L. Æmilio Coss.

I. JAM consules erant C. Plautius secundùm, L. Æmilius Mamercinus; quum Setini Norbanique Romam, nuncii defectionis Privernatium, cum querimoniis acceptæ cladis venerunt. Volscorum item exercitum, duce Antiati populo, consedisse ad Satricum, allatum est. utrumque bellum Plautio sorte evenit. Priùs ad Privernum (1) profectus extemplo acie conflixit. haud magno certamine devicti hostes: oppidum captum redditumque Privernatibus, præsidio valido imposito: agri (2) partes duæ ademptæ. Inde victor exercitus Satricum contra Antiates ductus. Ibi magnâ utrinque cæde atrox prœlium fuit: & quum tempestas eos, neutrò inclinatâ spe, dimicantes diremisset, Romani, nihil eo certamine tam ambiguo fessi, in posterum diem prœlium parant. Volscis, recensentibus quos viros in acie amisissent, haudquaquam idem animus ad iterandum periculum fuit. nocte (3) pro victis Antium agmine trepido, sauciis ac parte impedimentorum relictâ, abierunt. Armorum magna

Bella cum Privernatibus & Volscis.

C. 1. (1) Gronovius suspicatur legendum esse *ad Privernas;* quemadmodum *bellum Fidenas* suprà l. 1. c. 15. *Capenas* l. 5. c. 24. Sed & constat Livium nominibus urbium præpositionem addere solitum fuisse. (2) Duæ tertiæ partes; ut suprà l. 2. c. 41. Et ubicunque *pars* & *partes* ita in oratione ponuntur, ut certæ quædam & determinatæ portiones finiri videantur, nec tamen disertè explicetur quales illæ partes sint; tum intelligendæ sunt partes ejusmodi, quibus una similis addita totum efficiat. (3) *Pro victis* occurrit suprà l. 2. c. 7. l. 4. c. 39. Similiter

na (4) vis tum inter cæſa corpora hoſtium, tum in caſtris inventa eſt. *Ea* (5) *Luæ matri dare ſe*, conſul dixit: finesque hoſtium uſque ad oram maritimam eſt depopulatus. Alteri conſuli Æmilio, ingreſſo (6) Sabellum agrum, non caſtra Samnitium, non legiones uſquam oppoſitæ. ferro ignique vaſtantem agros legati Samnitium pacem orantes adeunt, a quo rejecti ad ſenatum, poteſtate factâ dicendi, poſitis ferocibus animis, pacem ſibi ab Romanis, bellique jus adversùs Sidicinos petierunt. *quæ ſe eo juſtiùs petere, quòd & in amicitiam populi Romani ſecundis ſuis rebus, non adverſis, ut Campani, veniſſent: & adversùs Sidicinos ſumerent arma, ſuos ſemper hoſtes, populi Romani nunquam amicos. qui nec, ut Samnites, in pace amicitiam, nec, ut Campani, auxilium in bello petiſſent, nec* (7) *in fide populi Romani, nec in ditione eſſent.*

Lua mater.

Fœdus cum Samnitibus.

II. Quum de poſtulatis Samnitium Ti. Æmilius prætor ſenatum conſuluiſſet, reddendumque his fœdus Patres cenſuiſſent, prætor Samnitibus reſpondit: (1) *Nec, quo minùs perpetua cum eis amicitia eſſet, per populum Romanum ſtetiſſe: nec contradici, quin, quoniam ipſos belli culpâ ſuâ contracti tædium ceperit, amicitia de integro reconcilietur. Quod ad Sidicinos attineat, nihil intercedi, quo minùs Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium ſit.* Fœdere icto, quum domum revertiſſent, extemplo inde exercitus Romanus deductus, annuo ſtipendio & trium menſium frumento accepto; quod pepigerat conſul, ut tempus induciis daret, quoad legati rediſſent. Samnites, copiis iiſdem, quibus uſi adversùs Romanum (2) bellum fuerant, contra Sidicinos profecti, haud in dubiâ ſpe erant maturè

liter *pro perfugâ* infrà l. 27. c. 15. (4) Suprà l. 1. c. 51. *vim magnam gladiorum.* l. 2. c. 5. *magna vis hominum.* & alibi ſæpe. (5) *Lua* Dea quædam fuit, quæ luſtrationibus præfuiſſe videtur, & a *luendo* nomen ſortita. Eam alii cum *Ope* & *Rheâ*, alii cum *Dianâ* eandem fuiſſe cenſent. Infrà l. 45. c. 33. *cetera omnis generis arma, cumulata in ingentem acervum, precatus Martem, Minervam, Luamque matrem, & ceteros Deos, quibus ſpolia hoſtium dicare jus faſque eſt, ipſe imperator, face ſubditâ, ſuccendit.* (6) Samniticum agrum. Samnites alio nomine *Sabellos* dictos eſſe teſtis eſt Plin. l. 3. c. 12. quia nempe a Sabinis orti erant. (7) i. e. nec inter eos eſſent, quos defendere ad fidem populi Romani pertineret.

C. 2. (1) Neque Romanos fuiſſe per quos fœdus, priùs initum, interruptum erat; neque nunc renovationem fœderis averſari. *Stare per aliquem*, ſequente *quo minùs* vel *ne*, Livio frequens eſt. (2) Vocem *bellum* reſecandam

maturè urbis hoſtium potiundæ. Tum ab Sidicinis deditio priùs ad Romanos cœpta fieri eſt: dein, poſtquam Patres ut feram eam ultimâque tandem neceſſitate (3) expreſſam aſpernabantur, ad Latinos jam ſuâ ſponte in arma motos facta eſt. ne Campani quidem (adeò injuriæ Samnitium, quàm beneficii Romanorum, memoria præſentior erat) his ſe armis abſtinuere. Ex his tot populis unus ingens exercitus, duce Latino fines Samnitium ingreſſus, plus populationibus, quàm prœliis, cladium fecit. &, quanquam ſuperiores certaminibus Latini erant, haud inviti, ne ſæpius dimicandum foret, agro hoſtium exceſſere. Id ſpatium Samnitibus datum eſt Romam legatos mittendi. qui quum adiſſent ſenatum, conqueſti eadem ſe fœderatos pati, quæ hoſtes eſſent paſſi, precibus infimis petiere, *ut ſatis ducerent Romani victoriam, quam Samnitibus ex Campano Sidicinoque hoſte eripuiſſent: ne vinci etiam ſe ab ignaviſſimis populis ſinerent. Latinos Campanoſque, ſi ſub ditione populi Romani eſſent,* † *pro imperio arcerent Samniti agro; ſin imperium abnuerent, armis coërcerent.* † Adversùs hæc reſponſum anceps datum, quia fateri pigebat, † in poteſtate ſuâ Latinos jam non eſſe, timebantque, (4) ne arguendo abalienarent: *Campanorum aliam conditionem eſſe, qui non fœdere, ſed per deditionem,* (5) *in fidem veniſſent: itaque Campanos, ſeu velint, ſeu nolint quieturos. in fœdere Latino nihil eſſe, quo bellare, cum quibus ipſi velint, prohibeantur.*

Latini vaſtant Samnitium agros.

Id queruntur Samnites apud Romanos.

Reſponſum Romanorum anceps.

III. Quod reſponſum ſicut dubios Samnites, quidnam facturum Romanum cenſerent, dimiſit, ita Campanos metu abalienavit (1); Latinos, velut nihil jam non concedentibus Romanis, ferociores fecit. Itaque, per ſpeciem adversùs Samnites belli parandi crebra concilia indicentes, omnibus conſultationibus inter ſe principes occultè Romanum † coquebant bellum. huic quoque adversùs ſervatores ſuos bello Campanus aderat. Sed quanquam omnia de induſtriâ celabantur, priúſque, quàm moverentur

Latini occultè moliuntur bellum in Romanos.

reſecandam cenſet Dukerus. (3) Sic ſuprà l. 3. c. 30. *expreſſit hoc neceſſitas Patribus.* (4) Ne arguendo Latinos exuti obſequii, eos ab ſe prorſus abalienarent, & ad apertam rebellionem incitarent. Ita cap. ſeq. *Campanos metu abalienavit.* (5) *In fidem venire* infrà eſt c. 25. Similiter *in fidem tradere* l. 36. c. 28. & alibi. *venire in deditionem* paſſim.

C. 3. (1) Vid. not. 4. ad cap. præc.

(2) Hæc

moverentur Romani, tolli ab tergo Samnitem hoſtem volebant; tamen per quoſdam, privatis hoſpitiis, neceſſitudinibuſque conjunctos, indicia conjurationis ejus Romam emanarunt. juſſiſque ante tempus conſulibus abdicare ſe magiſtratu, (2) quo maturiùs novi conſules adversùs tantam molem belli crearentur, religio inceſſit, ab eis, quorum imminutum imperium eſſet, comitia haberi. Itaque interregnum initum. duo interreges fuerunt, M. Valerius ac M. Fabius. Creati conſules, T. Manlius Torquatus tertiùm, P. Decius Mus. (3) Eo anno Alexandrum, Epiri regem, in Italiam claſſem appuliſſe conſtat. quod bellum, ſi prima ſatis proſpera fuiſſent, haud dubiè ad Romanos perveniſſet. Eadem ætas rerum Magni Alexandri eſt: quem, ſorore hujus ortum, in alio tractu orbis, invictum bellis juvenem, fortuna morbo exſtinxit. Ceterùm Romani, etſi defectio ſociorum nominiſque Latini haud dubia erat; tamen, tanquam de Samnitibus, non de ſe, curam agerent, decem principes Latinorum Romam evocaverunt, quibus imperarent, quæ vellent. Prætores tum duos Latium habebat, L. Annium Setinum & L. Numiſium Circejenſem, † ambo ex (4) coloniis Romanis: per quos, præter Signiam Velitraſque, & ipſas colonias Romanas, Volſci etiam exciti ad arma erant. eos nominatim evocari placuit. Haud cuiquam dubium erat, ſuper quâ re accirentur. itaque, concilio priùs habito,

U. c. 415.
A. C. 337.
T. Manlio III. P. Decio Coſſ.

Decem principes Latinorum Romam evocati.

(2) Hæc cauſa Glareano & Drakenborchio minimè ſatisfacit: tum quia uterque conſul Plautius & Æmilius bello ſtrenuè ſe geſſerat; tum quia, licet novi conſules maturiùs crearentur, non neceſſe tamen erat, ut anni proximi conſules magiſtratu ſe abdicarent; infrà enim l. 21. c. 57. & l. 34. c. 42. conſules Sempronius & Valerius comitiis conſularibus habitis in provincias redeunt. Mihi tamen res ſatis clara videtur. Ingens bellum inſtabat, neque exiguo temporis ſpatio perfici poſſe videbatur. Quapropter Plautius & Æmilius, licet inchoare poſſent, id tamen, intra quod reliquum erat ſui magiſtratùs, non ad finem perducturi erant. Tale autem bellum alios poſt alios duces adminiſtrare planè inutile eſt. Novos igitur conſules maturiùs creari viſum eſt, qui magiſtratum ſtatim inirent, quibuſque integri belli cura mandaretur. E. (3) Livium non bene calculos ponere diſputat Dodwellus de Cycl. Diſſert. 10. §. 73. cenſetque expeditionem Alexandri Epirenſis rejiciendam potiùs eſſe in annum ab hoc qui nunc agitur octavum, quo memorat Livius infrà c. 17. victoriam Alexandri de Lucanis & Samnitibus. Porro pro *claſſem appuliſſe* quidam codices præferunt *claſſe appuliſſe*: quod Latinè dici nonnulli diffitentur. (4) De Setiâ & Circejis coloniis vid. ſuprà l. 6. c. 30. & l. 1. c. 55.

 (5) Vid.

bito, prætores, quàm Romam proficiſcerentur, evocatos ſe ab ſenatu docent Romano, &, quæ actum iri ſecum credant, quidnam ad ea reſponderi placeat, (5) referunt.

IV. Quum aliud alii cenſerent, tum Annius: *Quanquam ipſe ego retuli, quid reſponderi placeret, tamen magis ad ſummam rerum noſtrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis, quàm quid loquendum ſit. facile erit, explicatis conſiliis, accommodare rebus verba. Nam, ſi etiam nunc ſub umbrâ fœderis æqui ſervitutem pati poſſumus, quid abeſt, quin, proditis Sidicinis, non Romanorum ſolùm, ſed Samnitium quoque dicto pareamus, reſpondeamuſque Romanis, nos, ubi innuerint, poſituros arma? Sin autem tandem libertatis deſiderium remordet animos, ſi fœdus eſt, ſi ſocietas* (1) *æquatio juris eſt, ſi conſanguineos nos Romanorum eſſe, quod olim pudebat, nunc gloriari licet, ſi ſocialis illis exercitus is eſt, quo adjuncto duplicent vires ſuas, quem ſecernere ab ſe conſules bellis propriis* (2) *ponendis ſumendiſque nolint; cur non omnia æquantur? cur non alter ab Latinis conſul datur? ubi pars virium,* (3) *ibi & imperii pars eſt? Eſt quidem nobis hoc per ſe haud nimis amplum, quippe concedentibus, Romam caput Latio eſſe. ſed, ut amplum videri poſſet, diuturnâ patientiâ fecimus. Atqui, ſi quando unquam conſociandi imperii,* † *uſurpandæ libertatis tempus optaſtis, en hoc tempus adeſt, & virtute veſtrâ, & Deum benignitate vobis datum. Tentaſtis patientiam negando militem. quis dubitat exarſiſſe eos, quum plus* (4) *ducentorum annorum morem ſolveremus? pertulerunt tamen hunc dolorem. Bellum noſtro nomine cum Pelignis geſſimus. qui ne noſtrorum quidem finium nobis per nos tuendorum jus antea dabant, nihil interceſſerunt. Sidicinos in fidem receptos, Campanos ab ſe ad nos deſciſſe, exercitus nos parare adversùs Samnites fœderatos ſuos audierunt, nec moverunt ſe ab urbe. Unde hæc*

(5) Vid. † *relatio.*

C. 4. (1) Non omnis ſocietas ejuſmodi eſt: quare Gronovius emendare vult, *ſi ſocietas æquati juris eſt*, nempe nobis cum Romanis. Sed nil mutandum. Annius enim loquitur, non Livius. (2) *Ponere bella*, pro *deponere*, *componere*, occurrit apud Virg. Æn. 1. v. 291. *Sumere bella*, pro *ſuſcipere*, Silius dixit l. 1. v. 272. (3) Ex præcedentibus repetendum eſt *cur non*. (4) Paullo pauciores quàm ducenti anni ſunt a fœdere, quod Tarquinius Superbus cum Latinis compoſuit. Fortè reſpicitur ad fœdus, quod Tarquinius Priſcus cum Latinis icit. Eum autem morem non nunc demum ſolverunt Latini; ſed & antea multis intermiſerant annis,

hæc illis tanta modestia, nisi a conscientiâ virium & nostrarum & suarum? Idoneos auctores habeo, querentibus de nobis Samnitibus ita responsum ab senatu Romano esse, ut facilè appareret, ne ipsos quidem jam postulare, ut Latium sub Romano imperio sit. † *Usurpate* (5) *modò postulando eo, quod illi vobis taciti concedunt. Si quem hoc metus dicere prohibet, en ego ipse, audiente non populo Romano modò senatuque, sed Jove ipso, qui Capitolium incolit, profiteor me dicturum; ut, si nos in fœdere ac societate esse velint, consulem alterum ab nobis senatûsque* † *partem accipiant.* Hæc ferociter non suadenti solùm, sed pollicenti, clamore & assensu omnes permiserunt, ut ageret diceretque, quæ e republicâ † nominis Latini fideque suâ viderentur.

V. Ubi est Romam ventum, in Capitolio eis (1) senatus datus est. Ibi quum T. Manlius consul egisset cum eis ex auctoritate Patrum, ne Samnitibus fœderatis bellum inferrent; Annius, tanquam victor armis Capitolium cepisset, non legatus, jure gentium tutus, loqueretur, (2) *Tempus erat*, inquit, *T. Manli, vosque Patres Conscripti, tandem jam vos nobiscum nihil pro imperio agere, quum florentissimum Deûm benignitate nunc Latium armis virisque, Samnitibus bello victis, Sidicinis Campanisque sociis, nunc etiam Volscis adjunctis, videretis; colonias quoque vestras Latinum Romano prætulisse imperium. Sed quoniam vos, regno* † *impotenti finem ut imponatis, non inducitis in animum; nos, quanquam armis possumus asserere Latium in libertatem, consanguinitati tamen hoc* † *dabimus, ut conditiones pacis feramus æquas utrisque, quoniam vires quoque æquari Diis immortalibus placuit. Consulem alterum Româ, alterum ex Latio creari oportet: senatûs partem æquam ex utrâque gente esse: unum populum, unam rempublicam fieri: &, ut imperii eadem sedes sit, idemque omnibus nomen, quoniam*

Legati Latini superba oratio in senatu Rom.

annis, ut Livius suprà docet l. 7. c. 12. (5) Vobis illi taciti conceduni ne sub eorum jam imperio sitis. Superest tantùm ut vos id apertè postulando, in illius juris possessionem Latium inducatis.

C. 5. (1) Nempe decem principibus Latinorum Romam evocatis, inter quos Annius & Numisius nominatim acciti erant. vid. suprà c. 2 [*Dare alicui senatum occurrit* infrà l. 21. c. 12. l. 22. c. 59. l. 23. c. 11. & apud Sall. in Jug. c. 13. E.] (2) Jam tandem debebatis *regno impotenti finem imponere*, quum Latium florentissimum videretis, quum videretis quoque colonias vestras Latinum Romano prætulisse imperio Sed

niam ab alterutrâ parte concedi necesse est; † quod utrisque bene vertat, sit hæc sanè patria potior, & Romani omnes vocemur. Fortè ita accidit, ut parem ferociæ hujus & Romani consulem T. Manlium haberent: qui adeò non tenuit iram, ut, si tanta dementia Patres conscriptos cepisset, ut ab Setino homine leges acciperent, gladio cinctum in senatum venturum se esse, palam diceret, &, quemcunque in curiâ Latinum vidisset, suâ manu interempturum. &, conversus ad simulacrum Jovis, *Audi, Jupiter, hæc scelera,* inquit, *audite, † jus fasque. Peregrinos consules & peregrinum senatum in tuo, Jupiter, augurato templo, captus atque ipse oppressus, visurus es? Hæccine fœdera Tullus Romanus rex cum Albanis,* (3) *patribus vestris, Latini, hæc L. Tarquinius vobiscum postea fecit? Non venit in mentem pugna apud Regillum lacum? adeò & cladium veterum vestrarum & beneficiorum nostrorum erga vos obliti estis?*

T. Manlius plena indignationis responsio.

VI. Quum consulis vocem subsecuta Patrum indignatio esset, proditur memoriæ, adversùs implorationem Deûm, quos testes fœderum sæpius invocabant consules, vocem Annii, spernentis † numina Jovis Romani, auditam. certè, quum commotus irâ se ab vestibulo templi citato gradu proriperet, lapsus per gradus, capite graviter offenso, impactus imo ita est saxo, ut † sopiretur. Exanimatum auctores quoniam non omnes sunt, mihi quoque † in incerto relictum sit: sicut inter (1) fœderum ruptorum testationem ingenti fragore cœli procellam effusam. nam & vera esse, & (2) aptè ad repræsentandam iram Deûm ficta possunt. Torquatus, missus ab senatu ad dimittendos legatos, quum jacentem Annium vidisset, exclamat, ita ut populo Patribusque audita vox pariter sit, *Bene habet. Dii pium* (3) *movere bellum. Est cæleste numen!* (4) *es, magne Jupiter! haud frustra te patrem Deûm hominumque hâc sede sacravimus. Quid cessatis, Quirites, vosque*

Legatus Latinus lapsu gravi sopitus.

Sed &c. (3) Nempe *Latini ab Albâ oriundi* erant, ut observat Tarquinius Superbus l. 1. c. 52.

C. 6. (1) Dum testabantur Romani fœdera rupta esse, Deosque fœderum testes invocabant. E. (2) Ficta esse possunt, & quidem aptè ut præsens interfuisse videatur numen & ira Deorum. (3) Vulgò edebatur *movete*. Sed *movere* hîc pro *moverunt*. Gratus fatetur Manlius Deos jam pium bellum movisse. (4) Sic suprà l. 3. c. 56. *dum pro se quisque Deos esse, & non negligere humana fremunt.* Sollennis formula est agnoscendi

vosque, Patres conscripti, arma capere Diis ducibus? Sic stratas legiones Latinorum dabo, quemadmodum legatum jacentem videtis. Assensu populi (5) excepta vox consulis tantum ardoris animis fecit, ut legatos proficiscentes cura magistratuum magis, qui jussu consulis prosequebantur, quàm jus gentium, ab irâ impetuque hominum tegeret. † Consensit & senatus bellum: consulesque, duobus scriptis exercitibus per Marsos Pelignosque profecti, adjuncto Samnitium exercitu, ad Capuam, quò jam Latini sociique convenerant, castra locant. Ibi in quiete utrique consuli eadem dicitur visa species viri majoris, quàm pro humano habitu, augustiorisque, dicentis: *Ex unâ acie imperatorem, ex alterâ exercitum Diis manibus matrique Terræ* (6) *deberi: utrius exercitûs imperator legiones hostium, superque eas se devovisset, ejus populi partisque victoriam fore.* Hos ubi nocturnos visus inter se consules contulerunt; placuit (7) averruncandæ Deûm iræ victimas cædi: simul ut, si extis eadem, quæ somno visa fuerunt, portenderentur, alteruter consulum (8) fata impleret. Ubi responsa aruspicum insidenti (9) jam animo tacitæ religioni congruerunt; tum, adhibitis legatis tribunisque, & imperiis Deûm propalam expositis, ne mors voluntaria consulis exercitum in acie terreret, comparant inter se, ut, ab utrâ parte cedere Romanus exercitus cœpisset, inde se consul devoveret pro populo Romano Quiritibusque. Agitatum etiam in † consilio est, ut, si quando unquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc (10) uti disciplina militaris ad priscos redigeretur mores. Curam acuebat, quòd adversùs Latinos bellandum erat, linguâ, moribus, armorum genere, institutis ante omnia militaribus congruentes: milites militibus, centurionibus centuriones, tribuni tribunis com-

Bellum Latinum.

Spectrum per quietem utrique consuli visum.

cendi non omnia fortuitò agi, sed divinâ providentiâ gubernari. Vid. sis Brisson. de Form. l. 1. p. 80. (5) Sic suprà l. 2. c. 28. *res tumultuosè excepta est clamoribus undique & indignatione Patrum.* (6) Sic infrà c. 9. *Diis manibus Tellurique devoveo.* (7) Vid. † *Ellipsis τȣ* causâ. Veteres *verruncare* dicebant pro *vertere*, & *averruncare* pro *avertere*. Atque illa verba propria manserunt in sacris. (8) *Fata implere* occurrit suprà l. 1. c. 7. (9) Religioni quæ tacitè animis consulum insidebat. Sic infrà l. 28. c. 26. *metu, qui tacitus insidebat animis.* E. (10) Sigonius admonet legendum esse *tunc utique*, quod est, tunc omnino, tunc maximè: ne vel *ut* vacet vel *uti*. Sed vid. † *repetitiones propter plura interposita.*

pares

Ne quis extra ordinem pugnaret, edicitur.

pares collegæque, iisdem præsidiis, sæpe iisdem manipulis permixti fuerant. per hæc ne quo errore milites caperentur, edicunt consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.

VII. Fortè inter ceteros turmarum præfectos, qui exploratum in omnes partes dimissi erant, T. Manlius consulis filius super castra hostium cum suis turmalibus evasit, ita ut vix teli jactu ab statione proximâ abesset. ibi Tusculani erant equites. præerat Geminus Metius, vir tum genere inter suos, tum factis, clarus. Is ubi Romanos equites, insignemque inter eos præcedentem consulis filium, (nam omnes inter se, (1) utique illustres viri, noti erant) cognovit, *Unâne*, ait, *turmâ Romani cum Latinis sociisque bellum gesturi estis? quid interea consules, quid duo exercitus consulares agent?* *Aderunt* (2) *in tempore*, Manlius inquit, *& cum illis aderit Jupiter ipse, fœderum a vobis violatorum testis, qui plus potest, polletque. Si ad Regillum lacum ad satietatem vestram pugnavimus, hîc quoque efficiemus profectò, ne nimis acies vobis & collata signa nobiscum cordi sint.* Ad ea Geminus, paullulum ab suis equo provectus, *Visne igitur, dum dies ista venit, quâ magno conatu exercitus moveatis, interea tu ipse congredi mecum, ut nostro* (3) *duorum jam hinc eventu cernatur, quantum eques Latinus Romano præstet?* Movet † ferocem animum juvenis seu ira, seu detrectandi certaminis pudor, seu inexsuperabilis vis fati. oblitus itaque imperii patrii, consulumque edicti, præceps ad id certamen agitur, quo, vinceret, † an vinceretur, haud multum interesset. equitibus ceteris velut ad spectaculum summotis, spatio, quod vacui interjacebat campi, adversos concitant equos: &, quum infestis cuspidibus concurrissent, Manlii cuspis super galeam hostis, Metii trans cervicem equi elapsa est. Circumactis deinde equis, quum prior ad iterandum ictum Manlius (4) consurrexisset; spiculum inter aures equi

Manlium Cos. filium Geminus provocat ad singulare certamen.

C. 7. (1) Latini Romanique omnes, præsertim illi quorum eminebat virtus aut nobilitas, inter se noti erant. E. (2) *In tempore*, pro, tempore commodo, opportuno, locutio Livio familiaris est. suprà l. 2. c. 47 & 48. l. 4. c. 40. Omissâ præpositione, *tempore* est apud Ovid. Ep. 4. Her. v. 109. Utrumque etiam Græcis in usu fuit, vel τῷ καιρῷ, ut apud. Evang. Marc. c. 12. v. 2. vel ἐν καιρῷ, ut apud Evang. Luc. c. 12. v. 42. (3) Vid. suprà not. 7. ad. c. 9. l. 7. (4) Similiter infrà l. 45.

equi fixit. ad cujus vulneris ſenſum quum equus, priori- bus pedibus erectis, magnâ vi caput quateret, excuſſit equitem: quem cuſpide parmâque inniſum, attollentem ſe ab gravi caſu, Manlius ab jugulo, ita ut per coſtas ferrum emineret, terræ affixit: ſpoliiſque lectis ad ſuos revectus, cum ovante gaudio turmâ in caſtra, atque inde ad prætorium ad patrem, tendit, ignarus (5) fati futurique, laus an pœna merita eſſet. *Ut me omnes*, inquit, *pater*, *tuo ſanguine ortum verè ferrent*, *provocatus equeſtria hæc ſpolia capta ex hoſte cæſo porto.* Quod ubi audivit conſul, extemplo, filium averſatus, concionem claſſico advocari juſſit. quæ ubi frequens convenit, † *Quando* (6), inquit, *tu*, *T. Manli*, *neque imperium conſulare*, *neque majeſtatem patriam veritus*, *adversùs edictum noſtrum extra ordinem in hoſtem pugnaſti*, &, *quantum in te fuit*, *diſciplinam militarem*, *quâ* † *ſtetit ad hanc diem Romana res*, *ſolviſti*, *meque in eam neceſſitatem adduxiſti*, *ut aut reipublicæ mihi*, *aut mei meorumque obliviſcendum ſit ; nos potiùs noſtro delicto plectemur*, *quàm reſpublica tanto ſuo damno noſtra peccata luat. triſte exemplum*, *ſed in poſterum ſalubre juventuti*, *erimus. Me quidem quum ingenita caritas liberûm*, *tum ſpecimen iſtud virtutis*, (7) *deceptum vanâ imagine decoris*, *in te movet. Sed quum aut morte tuâ ſancienda ſint conſulum imperia*, *aut impunitate in perpetuum abroganda ; ne te quidem*, *ſi quid in te noſtri ſanguinis eſt*, *recuſare cenſeam*, *quin diſciplinam militarem*, *culpâ tuâ prolapſam*, *pœnâ reſtituas. I*, *lictor*, *deliga ad palum.* Exanimati omnes tam

Vincit Manlius.

A patre ſecuri percutitur.

l. 45. c. 7. *conſurgere* de uno dicitur. Idem jam obſervatum eſt de verbo *collaudare*, not. 2. ad. c. 41. l. 7. (5) Eodem modo conjunguntur *fatum* & *ſors futura* apud Virg. l. 10. Æn. v. 501. Malè alii, *ignarus facti.* [Drakenborchius, eumque ſecuti Ruddimannus & Bipontini, comma tantùm poſt *merita eſſet* ponunt. At pleniorem diſtinctionem, cum Crevierio, admittendam duxi. E.] (6) h. e. *quandoquidem*, quemadmodum & Crevierius aliique ediderunt. *Quando* plures codices ſcripti tuentur. Alii codices, iique certè integriores, *quandoque* præferunt; quod Gronovius haud dubiè Livianum pronunciat, & Drakenborchius in contextum recepit, addens ſe id verius eſſe exiſtimare, præſertim quoniam Livius illud *quandoque* ſæpius hoc ſenſu uſurparit. Doctiſſimis tamen viris aſſentiri nequeo: immo ſere perſuaſum habeo neque Livium, neque alium ullum ſcriptorem Romanum, unquam *quandoque* pro *quandoquidem* uſurpaſſe. Locis certè quæ Drakenborchius citat, non pro *quandoquidem*, ſed pro *quandocunque* uſurpatur. Et infrà l. 9. c. 10. quò lectorem Gronovius refert, *quandoquidem*, quod in editis ante Gronovium exſtitit, reponendum cenſeo. E. (7) h. e. ſpecimen iſtud virtutis,

tam atroci imperio, nec aliter quàm in ſe quiſque deſtrictam cernentes ſecurim, metu magis, quàm modeſtiâ, quievere. Itaque, velut emerſo ab admiratione animo, (8) quum ſilentio defixi ſtetiſſent; repentè, poſtquam cervice cæsâ fuſus eſt cruor, tum libero conqueſtu coortæ voces ſunt, ut neque lamentis, neque exſecrationibus parceretur: ſpoliiſque contectum juvenis corpus quantum militaribus ſtudiis funus † ullum concelebrari poteſt, ſtructo extra vallum rogo cremaretur: Manlianaque imperia non in præſentia modò horrenda, ſed exempli etiam triſtis in poſterum eſſent.

VIII. Fecit tamen atrocitas pœnæ obedientiorem duci militem: &, præterquam quòd cuſtodiæ vigiliæque & ordo ſtationum intentioris ubique curæ erant, in ultimo etiam certamine, quum deſcenſum in aciem eſt, ea ſeveritas profuit. Fuit autem civili maximè bello pugna ſimilis. adeò nihil apud Latinos diſſonum ab Romanâ re, præter animos, erat. † Clipeis antea Romani uſi ſunt (1): deinde poſtquam ſtipendiarii (2) facti ſunt, † ſcuta pro clipeis fecere: &, (3) quod antea phalanges ſimiles Macedonicis, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe. (4) Poſtremò in plures ordines inſtruebantur. ordo ſexagenos milites, (5) duos centuriones, vexillarium unum habebat

Deſcriptio militiæ Romanæ.

tutis, quod edidiſti deceptus vanâ imagine decoris. (8) Hæc ſibi non bene convenire cenſet Crevierius, & locum luxatum eſſe ſuſpicatur. ſed immeritò. Aliud enim tempus reſpiciunt voces *velut emerſi ab admiratione animo*, aliud voces *quum ſilentio defixi ſtetiſſent*. Has quidem per parentheſin accipere licet; quaſi dixiſſet Livius, *priùs enim ſilentio defixi ſteterant, & velut admiratione merſi*. E.

C. 8. (1) Hoc non ſic capiendum, quaſi ſolis clipeis antea uſi ſunt Romani; immo verò & ſcutis. vid. ſuprà l. 1. c. 43. ſed quòd poſt ſtipendia inſtituta ſolis uſi ſunt ſcutis. (2) *Stipendiarius* vulgò dicitur is qui ſtipendium ſolvit: quo ſenſu *vectigalem ac ſtipendiariam Italiam Africæ facere* Livius infrà dixit l. 24. c. 47. Hîc tamen ſumi videtur pro eo qui ſtipendium accipit. (3) Gronovius legendum cenſet *quæ antea . . . hæc poſtea* &c. Sed & alterum ferri poteſt. ſic ſuprà l. 2. c. 38. *ſi hoc profectio, & non fuga eſt*. Senſus eſt: Legio Romana erat primò ſimilis phalangi Macedonicæ; & tota ſimul conjunctim, nullis relictis inter ordines intervallis, in acie ſtabat. Poſtea per manipulos diviſos ſpatiis a ſe invicem ſtrui in acie cœpit. Manipuli quidem fuere jam ſub Romulo: verùm non diviſi in pugnâ, nec inter eos relicta intervalla. (4) Primò in phalanges diviſa acies, poſtea in manipulos, poſtremò & in plures ordines; qui in quolibet manipulo duo erant. (5) Legendum

habebat. prima acies haſtati erant, manipuli (6) quindecim, diſtantes inter ſe modicum ſpatium: manipulus leves vicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habebat. leves autem, qui haſtam (7) tantùm gæſaque gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie florem juvenum pubeſcentium ad militiam habebat. Robuſtior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus eſt nomen, hos ſequebantur, ſcutati omnes, inſignibus maximè armis. hoc (8) triginta manipulorum agmen antepilanos (9) appellabant, quia ſub (10) ſignis jam alii (11) quindecim ordines locabantur: ex quibus (12) ordo unuſquiſque tres partes (13) habebat. earum unamquamque (14) primum

dum Lipſius cenſet: *ordo ſexagenos milites & duos, centurionem & vexillarium unum habebat.* Polybius l. 6. apertè in quolibet manipulo duas diſtinguit partes, dextram & ſiniſtram: cuique parti ſuum centurionem, ſuumque ſigniferum aſſignat. Hoc unum diſcrepat, quòd apud eum ordo eſt ſexagenûm militum, hìc ſexagenûm & duorum. Sed hunc numerum firmum eſſe & verum ex eo patet, quòd infrà in tribus vexillis, ſive ordinibus, centum & octoginta ſex homines numerantur. (6) Lege *manipuli decem*, vel *manipulique decem*, ut ſint in totâ legione manipuli triginta. (7) Nempe jaculatoriam. *Gæſum*, ſive *Geſum* telum Gallicum erat totum e ferro. (8) Lege, ex ante dictis, *viginti*. (9) Quia ſequebantur triarii, qui aliter *pilani* vocabantur. Namque pilum proprium fuerat primò telum triariorum. Poſtea pilo uſi ſunt haſtati, qui a principio haſtis, & principes qui antea gladiis pugnaverant. Triarii vero pro pilis aſſumpſerunt haſtas. (10) Cuique manipulo ſua erant ſigna. Sed ſæpe *ſigna* ſimpliciter poni videntur pro præcipuis legionis ſignis, quæ quidem videntur fuiſſe apud triarios. Aquilæ certè, quod commune erat totius legionis ſignum, præpoſitus erat centurio primi pili, ſive centurio primi triariorum ordinis. (11) Pro *quindecim ordines locabantur*, Lipſius legi jubet *decem* (nempe manipuli) *ordine locabantur*, vel, prorſus omiſsâ voce, *decem locabantur*. Prior pars conjectura omnino recipienda videtur: conſentiunt enim veteres in omni legione, numeratis ſimul triariis, tantùm fuiſſe triginta manipulos. *Ordines* verò Gronovius retineri poſſe arbitratur; & quidem pro manipulis: quo ſenſu certè vox interdum ſumitur. (12) Hîc etiam Lipſius tollit vocem *ordo. unuſquiſque*, nempe manipulus. Gronovius autem illam retinet, accipitque pro manipulo. (13) Nempe triarios, rorarios, & accenſos; ut mox dicetur. (14) Lipſius emendat: *earum unamquamque* primam *pilum vocabant*. *Tres*, inquit, ſunt manipuli cujuſque partes, non duæ ut in prioribus. Primam quamque harum partium (ſunt enim decem ita primæ, triarii omnes) appellant *Pilum*. Hinc *primum pilum ducere*, & *primi pili centurionem* legimus. Alii autem omnes triariorum ordines (i. e. unamquamque primam partem horum decem manipulorum, qui ſinguli tres partes habebant) *primoſpilos* vocitatos putant. Et in hanc ſententiam Gronovius emendat: *earum primam*

mum pilum vocabant. Tribus ex vexillis conſtabat (15). vexillum (16) centum octoginta ſex homines erant. Primum vexillum triarios (17) ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis: ſecundum rorarios (18), minus roboris ætate factiſque: tertium accenſos (19), minimæ fiduciæ manum. eo & in poſtremam aciem rejiciebantur. Ubi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet, haſtati omnium primi pugnam inibant. ſi haſtati profligare hoſtem non poſſent, (20) pede preſſo eos retrocedentes in intervalla (21) ordinum principes recipiebant. tum principum pugna erat; haſtati ſequebantur (22). triarii ſub vexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto (23), ſcuta innixa humeris, haſtas (24) ſurrectâ cuſpide in terrâ fixas, (25) haud ſecus quàm vallo ſepta inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud ſatis proſpere eſſet

mam quamque primumpilum vocabant. Sententia eorum hâc ſolâ conjecturâ defendi poſſe videtur, ut putemus, eam appellationem datam fuiſſe, reſpectu habito ad rorarios & accenſos, qui in eodem manipulo erant; & deinde, quum jam rorarii & accenſi a corpore triariorum detracti eſſent, manſiſſe. (15) Nempe unuſquiſque horum manipulorum. Quiſque ordo ſuum vexillum habuit: tres hîc ordines ſive partes: ergo tria vexilla. (16) Omitte, cum Lipſio, vocem *vexillum*, ut ſint homines 186. in tribus vexillis ſive ordinibus; nempe in ſingulo 62. ut ſuprà. Ita erunt in tertiâ acie 620. triarii; rorarii totidem; totidemque accenſi; ergo levis armaturæ 1240. Et Polybius quidem cuique legioni velites 1200. tribuit; ſed ſeorſum & extra ordines, qui hîc in ordinibus & Pilanis conjuncti. De causâ cur quadraginta iſti apud noſtrum redundent, vid. not. 5. ſuprà. (17) Sic dictos, teſte Varrone, quòd in acie tertio ordine locabantur. (18) Rorarii milites inde dicti videntur, quòd quum leviter armati eſſent, quemdam tantummodo miſſilium velut rorem ſpargerent. (19) *Accenſos* interpretatur Feſtus, qui ad cenſum legionum adjiciebantur; i. e. qui extra numerum extraque ordinem legioni jam completæ adſcribebantur, ut in locum demortuorum militum ſubrogarentur, interim jaculis miſſilibuſque telis pugnaturi. (20) Senſim; gradu non celeri, ſed firmo. Sic infrà l. 28. c. 14. *preſſo gradu incedere.* (21) Quæ quidem ita diſpoſita erant, ut reſponderent manipulis haſtatorum. Itaque haſtati retrocedentes, in illas vias rectà incidebant. Similiter principum manipuli oppoſita habebant a tergo triariorum intervalla. (22) In ſecundam aciem poſt principes recepti. (23) Et genu dextro innixi, ut habetur in cap. ſeq. a quo ipſo ſitu ſic ſubſidentium triariorum ſcuta in humeros inclinabantur. (24) Sic ſuprà l. 7. c. 10. *mucrone ſurrecto.* Ceterùm pro *terrâ* quidam volunt *terram.* Sed vulgatum commodè ferri poteſt. Ita *defigere in corde* ſuprà l. 1. c. 58. *in terrâ* infrà l. 44. c. 5. (25) Bene Gronovius, *ut haud ſecus quàm:* quemadmodum etiam aliquot codices ſcripti. Eſt autem *vallo* a recto † *vallus*; quamvis interdum *vallus* & *vallum* promiſcuè

eſſet pugnatum, a primâ acie ad triarios ſenſim referebantur. inde *rem ad triarios rediſſe*, quum laboratur, proverbio increbruit. Triarii conſurgentes, ubi in intervalla ordinum ſuorum principes & haſtatos recepiſſent, extemplo compreſſis ordinibus velut claudebant vias: unoque † continenti agmine, jam nullâ ſpe poſt relictâ, in hoſtem (26) incidebant: id erat formidoloſiſſimum hoſti, quum, velut victos inſecuti, novam repentè aciem exſurgentem auctam numero cernebant. Scribebantur autem quatuor fere legiones (27) quinis millibus peditum, equitibus in ſingulas legiones trecenis. † alterum tantum (28) ex Latino delectu adjiciebatur, qui eâ tempeſtate hoſtes erant Romanis, eodemque ordine inſtruxerant aciem: nec vexilla cum vexillis tantùm, univerſi haſtati cum haſtatis, principes cum principibus; ſed centurio quoque cum centurione, ſi ordines turbati non eſſent, concurrendum ſibi eſſe ſciebant. (29) Duo primipili ex utrâque acie inter triarios erant: Romanus corpore haudquaquam ſatis validus, ceterum ſtrenuus vir perituſque militiæ: Latinus viribus ingens bellatorque primus; notiſſimi inter ſe, quia pares ſemper ordines duxerant. Romano, haud ſatis fidenti viribus, jam Romæ permiſſum erat ab conſulibus, ut ſubcenturionem ſibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno deſtinato hoſte. iſque juvenis, in acie oblatus, ex centurione Latino victoriam tulit. Pugnatum eſt haud procul radicibus Veſuvii montis, quâ via ad Veſerim ferebat.

Qui numerus copiarum in exercitibus.

Pugna cum Latinis.

IX. Romani conſules priùs, quàm (1) educerent in aciem,

promiſcuè ponantur. (26) Alii *incedebant.* ſed *incidere in aliquem*, vel *alicui*, eſt eum cum impetu invadere. infrà l. 28. c. 13. (27) Lipſius aliique legendum cenſent *quaternis.* Et quidem ex ſuprà dictis unaquæque legio erit peditum 4340. nempe in primâ acie 1240. totidem in ſecundâ: in tertiâ 1860. Suprà etiam l. 7. c. 25. *quaternûm millium & ducenorum peditum* legio fuiſſe dicitur; & infrà l. 22. c. 36. aucta eſſe uſque ad *quina millia*, tempore ſecundi belli Punici. (28) Teſte Polybio, ut plurimum quatuor legionibus Romanis par numerus peditum e Latinis, duplex equitum adjiciebatur. (29) Senſus Livii non eſt, duos tantùm primipilos in utrâque acie fuiſſe, in quâlibet unum; ſed potiùs duos tales, cum notis valetudinis & roboris adſcriptis, in utrâque acie ſibi oppoſitos fuiſſe.

C. 9. (1) *Educere in aciem* abſolutè, non addito caſu, Livius ſæpe dixit.

aciem, immolaverunt. Decio (2) caput jocinoris a familiari (3) parte cæſum (4) aruſpex dicitur oſtendiſſe; alioqui acceptam Diis hoſtiam eſſe: Manlium egregiè litaſſe. *Atqui bene habet*, inquit Decius, *ſi ab collegâ* (5) *litatum eſt.* Inſtructis, ſicut antè dictum eſt, ordinibus, proceſſere in aciem. Manlius dextro, Decius lævo cornu præerat. primò utrinque æquis viribus, eodem ardore animorum gerebatur res: deinde ab lævo cornu haſtati Romani, non ferentes impreſſionem Latinorum, ſe ad principes recepere. In hâc trepidatione Decius conſul M. Valerium magnâ voce inclamat (6): *Deorum*, inquit, *ope, Valeri, opus eſt. agedum, pontifex publicus* (7) *populi Romani,* † *præi verba* (8), *quibus me pro legionibus devoveam.* Pontifex eum togam † prætextam ſumere juſſit, &, velato capite, manu ſubter togam ad mentum exſertâ, ſuper telum ſubjectum pedibus ſtantem ſic dicere. *Jane, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, Divi* (9) *Novenſiles, Dii Indigetes* (10), *quorum eſt poteſtas noſtrorum hoſtiumque, Diique Manes, vos precor, veneror, veniam peto* (11) *feroque,*

Decius ſe devovet.

dixit. ut ſuprà l. 1. c. 23. ubi & verbo *ducere* ſimiliter utitur. (2) Quid in jecinore, ſive (ut aliàs ſcribitur) jocinore, *caput* appellaverint, haud ſatis conſtat. Id Græci λοβον appellaſſe videntur; quam vocem Suidas & Heſychius interpretantur *ακρον τȣ ἡπατος, και εν θυτικῃ, σημειον τι εν τω ἡπατι.* Cic. de Divin. l. 2. c. 13. *caput jecoris ex omni parte diligentiſſimè conſiderant: ſi verò id non eſt inventum, nihil putant accidere potuiſſe triſtius.* (3) In jecinore familiarem partem & hoſtilem, ſive partem inimici, diſtinguebant. Ex illâ eventus ſuos, ex hâc hoſtium fata colligebant. Cic. de Divin. l. 2. c. 12. (4) Vel inciſum, ſectum; vel deciſum, ita ut omnino abeſſet. Harduinus in notis ad Plin. l. 11. c. 37. interpretatur, victimarii cultro per imprudentiam læſum. *Cæſum caput* in extis memorant Ovid. l. 15. Metam. v. 795. Sen. in Œdip. v. 960. Plin. l. 9. c. 37. (5) *Litare* ſimpliciter eſt immolatâ hoſtiâ Deos placare. ſic infrà l. 29. c. 10. l. 38. c. 20. l. 41. c. 15. (6) Eodem verbo, ſed aliâ conſtructione, Livius ſuprà utitur l. 1. c. 25. *Albanus exercitus inclamat Curiatiis.* (7) Græciſmus eſt, ſive enallage nominativi pro vocativo. (8) *Præire verba* Livio frequens eſt. infrà l. 10. c. 28. l. 41. c. 21. l. 42. c. 27. *Præire verbis* dixit Plaut. in Rud. 5. 2. 48. (9) Qui ſint hi Novenſiles, haud ſanè liquet. Romam e Sabinis a Tatio rege advecti creduntur. Vide ſis Voſſii Etym. ling. Lat. (10) Deus *Indiges* videtur eſſe Deus ex homine factus, locum aliquem incolens qui in ejus tutelâ eſt. Græcis *τοπικος θεος*, ſive *εντοπιος*. Vide Voſſii Etym. ling. Lat. (11) *Venia* non modò remiſſio culpæ eſt, ſed generatim, beneficium, indulgentia, conceſſio illius quod petimus. Sed quid eſt *veniam fero?* Crevierius interpretatur per, hoc me jam impetraſſe & quaſi abſtuliſſe confido. Geſnerus incidendum cenſet poſt *veniam peto*, deinde *feroque* eſſe

roque, uti populo Romano (12) *Quiritium vim victoriamque* (13) *prosperetis; hostesque populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita pro republicâ* (14) *Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legiones auxiliaque hostium mecum Diis Manibus Tellurique devoveo.* Hæc ita precatus, lictores ire ad T. Manlium jubet, maturéque collegæ se devotum pro exercitu nunciare. Ipse, incinctus † cinctu Gabino, armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit. Conspectus ab utrâque acie aliquanto augustior humano (15) visu, sicut cœlo missus piaculum omnis Deorum iræ, qui pestem ab suis aversam in hostes ferret; ita omnis terror pavorque cum illo latus signa primò Latinorum turbavit; deinde (16) in totam penitus aciem pervasit. Evidentissimum id fuit, quòd, quâcunque equo invectus est, ibi, haud secus quàm pestifero sidere icti, pavebant: ubi vero corruit obrutus telis, inde jam haud dubiè consternatæ cohortes Latinorum fugam ac (17) vastitatem latè fecerunt. Simul & Romani, (18) exsolutis religione animis, velut tum primùm signo dato coorti, pugnam † integram ediderunt. nam & rorarii procurrebant inter antepilanos, addiderantque vires hastatis ac principibus: & triarii, genu dextro innisi, nutum consulis ad consurgendum exspectabant.

esse velut comitiale verbum, quo rogantur Dii, velint, jubeant favere devotioni Decii. Dukerus conjicit legendum esse *quæsoque.* sic infrà l. 9. c. 8. *vos, Dii immortales, precor quæsoque.* Cicero non raró conjungit *quæso* & *peto.* [Leviori forsitan mutatione legere possumus *oroque. Orare veniam* occurrit apud Virgil. Æn. l. 1. v. 519. l. 4. v. 435. l. 11. v. 358. E.] (12) Vide hanc formulam *populus Romanus Quiritium* suprà l. 1. c. 32 (13) Tac. l. 4. Hist. c. 53. *precatus uti capta prosperarent.* l. 3. Ann. c. 56. *veneratus Deos, ut consilia sua reipublicæ prosperarent.* (14) Gronovius legi vult; *republicâ populi Romani Quiritium:* quam conjecturam codices scripti verisimilem reddunt. (15) J. Fr. Gronovius abesse vult τὸ *visu.* Certè *humanus* apud optimos latinitatis auctores interdum pro *homine* sumitur. Cic. l. 13. ad Att. Ep. 21. *possum falli, ut humanus.* Ov. l. 2. Fast. v. 503. *humano major.* Vocem autem quam delendam ille censet omnes codices tuentur. Equidem in his Latini fere dicunt *habitu, formâ, specie,* non *visu.* vid. suprà c. 6. & l. 5. c. 41. Hâc tamen voce ex quorundam sententiâ etiam pro *specie* usus est Cic. l. 1. de Nat. Deor. c. 5. (16) Sic infrà l. 45. c. 10. *fama quum pervasisset in Asiam.* Cic. l. 5. in Verr. c. 2. *pars ejus belli in Italiam pervasit.* Alibi noster omittit præpositionem. vid. not. 5. ad c. 24. l. 6. suprà. (17) Fugiendo vasta omnia desertaque reliquerunt. (18) Vid. † *solvere.*

X. Procedente

X. Procedente deinde certamine, quum aliis partibus multitudo † fuperaret Latinorum, Manlius conful, audito eventu collegæ, quum, ut jus fafque erat, lacrimis non minùs quam laudibus debitis profecutus tam memorabilem mortem effet; paullifper addubitavit, an confurgendi jam triariis tempus effet: deinde, meliùs ratus integros eos ad ultimum difcrimen fervari, accenfos ab noviffimâ acie ante figna procedere jubet. Qui ubi fubiere, extemplo Latini, tanquam idem adverfarii feciffent, triarios fuos excitaverunt: qui aliquamdiu pugnâ atroci quum & femet † ipfi fatigaffent, & haftas aut (1) præfregiffent, aut hebetaffent, pellerent vi tamen hoftem, † debellatum jam rati, perventumque ad extremam aciem; tum conful triariis, *Confurgite nunc*, inquit, *integri adversùs feffos, memores patriæ parentumque & conjugum ac liberorum; memores confulis pro veftrâ victoriâ morte occumbentis.* Ubi triarii confurrexerunt integri, refulgentibus armis, nova ex improvifo exorta acies, receptis in intervalla ordinum antepilanis, clamore fublato † principia Latinorum perturbant. haftifque ora fodientes, primo robore virorum cæfo, per alios manipulos, velut inermes, propè intacti evafere; tantâque cæde perrupere cuneos, ut vix quartam partem relinquerent hoftium. Samnites quoque, fub radicibus montis procul inftructi, præbuere terrorem Latinis. Ceterùm inter omnes cives fociofque (2) præcipua laus ejus belli penes confules fuit: quorum alter omnes minas periculaque ab Diis fuperis inferifque in fe unum vertit: alter eâ virtute eoque confilio in prœlio fuit, ut facilè convenerit inter Romanos Latinofque, qui ejus pugnæ memoriam pofteris tradiderunt, utrius partis T. Manlius dux fuiffet, ejus futuram haud dubiè fuiffe victoriam. Latini ex fugâ fe Minturnas contulerunt. caftra † fecundùm prœlium capta, multique mortales ibi vivi oppreffi, maximè Campani. Decii corpus ne eo die inveniretur, nox quærentes oppreffit. poftero die inventum inter maximam hoftium ftragem, coopertum

Vincunt Romani.

C. 10. (1) Hâc voce nofter utitur etiam infrà l. 27. c. 33. l. 32. c. 17. (2) Samnites, de quibus modò dictum eft, intellige; & fortè Latinorum Laurentes, Campanorumque equites, qui non defciverant, ut Livius cap. feq. docet. Senfus eft, in exercitu Romano neminem civium fociorumque majorem laudem promeritum fuiffe, quàm confules. (3) Cave

pertum telis; funusque ei par morti, celebrante collegâ, factum est. Illud adjiciendum videtur, licere consuli dictatorique & prætori, quum legiones hostium devoveat, (3) non utique se, sed quem velit ex legione Romanâ *Devotionum leges.* scriptâ (4) civem, devovere: si is homo, qui devotus est, moritur, probè factum videri: ni moritur, tum (5) signum septem pedes altum, aut majus, in terram defodi, & † piaculum hostiâ (6) cædi. Ubi illud signum defossum erit, eò magistratum Romanum escendere fas non esse. Sin autem sese devovere volet, sicuti Decius devovit; ni moritur, (7) neque suum, neque publicum divinum purè faciet, qui sese devoverit. Vulcano arma sive cui alii Divo vovere volet, (8) sive hostiâ sive quo alio volet, jus est. Telo, super quod stans consul precatus est, hostem potiri, fas non est: si potiatur, Marti † suovetaurilibus piaculum fieri. Hæc, (etsi omnis divini humanique moris memoria abolevit (9), nova peregrinaque omnia priscis ac patriis præferendo) haud ab re duxi, verbis quoque ipsis, ut tradita nuncupataque sunt, referre.

XI. Romanis post prœlium demum factum Samnites venisse subsidio, exspectato eventu pugnæ, quosdam auctores invenio. Latinis quoque ab Lavinio auxilium, dum

(3) Cave putes non licere imperatori Romano se devovere. id adversaretur quod Livius jam narravit & mox dicturus est. Sed intellige illi licere militem Romanum suo loco devovere, si ipse se devovere non vellet. E. (4) Fortasse adjicitur *scriptâ*, ut excludantur subitarii & tumultuarii milites. (5) Sigonius, per *signum*, intelligit imaginem ejus hominis qui devotus non est mortuus. (6) Paullo pòst aït, *Marti suovetaurilibus piaculum fieri.* Aliquot codices *hostiam* præferunt, per † *epexegesin.* [Fortasse *hostia* eodem modo accipi potest, oratione infinitâ pro finitâ. E.] (7) Neque pro se, neque pro republicâ rem divinam purè faciet. Obscurus locus est: hoc autem Livium velle existimo, imperatorem, qui sese devoverit neque mortuus sit, non posse piaculum hostiâ facere; quod fieri posse, ubi miles devotus non fuerit mortuus, Livius jam dixit. E. (8) Seu velit hostiâ cæsâ devotionem hanc armorum peragi, sive alio aliquo ritu sacro. [Ceterùm de quo hîc sermo sit, mihi parum liquet; an de imperatore, in genere, qui se devovit, an de illo qui postea non mortuus est. Prius verius esse existimo: & mallem voces *qui sese devoverit* cum sequentibus jungere, quemadmodum exemplaria quædam locum distinguunt. Eum qui sese devoverit jus est vovere arma Vulcano, sive cui alii Divo volet. E.] (9) *Memoria rei abolescere* dicitur neutraliter, pro abolita est; plurimisque aliis verbis Livius similiter utitur sic etiam suprà l. 3. c. 35. infrà l. 9. c. 36.

deliberando terunt (1) tempus, victis demum ferri cœptum. &, cum jam portis prima signa & pars agminis esset egressa, nuncio allato de clade Latinorum, quum conversis signis retro in urbem rediretur, prætorem eorum nomine Milionium dixisse ferunt, *pro paullulâ viâ magnam mercedem Romanis esse solvendam.* Qui Latinorum pugnæ superfuerant, multis itineribus dissipati, quum se in unum conglobassent, Vescia urbs eis receptaculum fuit. Ibi in conciliis Numisius (2) imperator eorum, affirmando (3) *communem verè † Martem belli utramque aciem pari cæde postravisse, victoriæque nomen tantùm penes Romanos esse,* (4) *ceteram pro victis fortunam & illos gerere: funesta duo consulum prætoria, alterum † parricidio filii, alterum consulis devoti cæde; trucidatum exercitum omnem; cæsos hastatos principesque; stragem &* (5) *ante signa & post signa factam; triarios postremò rem restituisse. Latinorum etsi pariter accisæ copiæ sint, tamen supplemento vel Latium propius esse, vel Volscos, quàm Romam. Itaque, si videatur eis, se, ex Latinis & ex Volscis populis juventute propere excitâ, redituram infesto exercitu Capuam esse; Romanosque, nihil tum minùs quàm prœlium exspectantes, necopinato adventu perculsurum.*

Novum exercitum conscribunt Latini.

Fallacibus literis circa Latium † nomenque Volscum missis, quia, qui non interfuerant pugnæ, ad credendum temere faciliores erant, tumultuarius undique exercitus raptim conscriptus convenit. Huic agmini Torquatus consul ad Trifanum (inter Sinuessam Minturnasque is locus est) occurrit. priùs, quàm castris locus caperetur, sarcinis utrinque in acervum conjectis, pugnatum † debellatumque est.

Rursus victi dedunt se.

adeò enim accisæ res sunt, ut consuli, victorem exercitum ad depopulandos agros eorum ducenti, dederent se omnes Latini, deditionemque eam Campani

C. 11. (1) Nempe Lavinienses. *Ab Lavinio* ponitur pro *ab Laviniensibus.* Ita mox hoc ipso cap. *Latium Capuaque agro mulctati.* Similesque locutiones Livio sunt frequentissimæ. (2) Notandum est vocem *Numisius* pendere quodammodo, nec habere, cui innitatur, verbum finiti modi. Simile planè exemplum occurrit infrà l. 26. c. 12. (3) Ξυνὸς Ἐνυάλιος. Hom. Il. Σ. v. 309. (4) Ceteram illorum fortunam talem esse, ut & ipsi pro victis haberi debeant. (5) Et † *Antesignanorum* & Postsignanorum. Postsignani verò, de quibus hîc sermo est, fortasse intelligendi sunt *Accensi*, quos ab novissimâ acie consul Manlius excitaverat. Præcipua enim legionis signa penes Triarios fuisse videntur, ut observavimus

Campani ſequerentur. Latium Capuaque agro (6) mulctati. Latinus ager, Privernati addito agro, & Falernus, qui populi Campani fuerat, uſque ad Vulturnum flumen, plebi Romanæ dividitur. bina in Latino jugera, ita ut (7) dodrantem ex Privernati complerent, data; terna in Falerno, quadrantibus etiam pro longinquitate adjectis. Extra pœnam fuere Latinorum Laurentes Campanorumque equites, (8) quia non deſciverant. Cum Laurentibus renovari fœdus juſſum. renovaturque ex eo quotannis (9) poſt diem decimum † Latinarum. Equitibus Campanis civitas data: monumentoque ut eſſet, æneam tabulam in æde Caſtoris Romæ fixerunt. vectigal quoque eis Campanus populus juſſus pendere in ſingulos quotannis (fuere autem mille & ſexcenti) denarios (10) nummos quadringenos quinquagenos.

XII. Ita bello geſto, præmiis pœnâque pro cujuſque merito perſolutis, T. Manlius Romam rediit: cui venienti ſeniores tantùm obviàm exiſſe conſtat; juventutem, & tunc, & omni vitâ deinde, averſatam eum exſecratamque. Antiates in agrum Oſtienſem, Ardeatem, (1) Solonium incurſiones fecerunt. Manlius conſul, quia ipſe per valetudinem id bellum exſequi nequierat, dictatorem

mus ſuprà. (6) Vid. not. 1. ſuprà. Neque aliter l. 6. c. 3. *Sutrium ſocios populi Romani.* (7) *Dodrans* propriè eſt unciæ novem, h. e. tres quartæ partes aſſis libralis. Intellige igitur, illis qui in Latio agros acceperunt, data fuiſſe bina jugera agri Latini, & inſuper dodrantem ſive tres quartas partes jugeri ex agro Privernati; illis autem, qui in Campaniâ, data fuiſſe tria jugera agri Falerni: quadrantem autem ſive quartam partem jugeri, quam hi plus, quàm alteri, acceperunt, adjectam eſſe propter agri iſtius longinquitatem. Alii autem locum ſic accipiunt, ut, eorum qui in Latio agros acceperunt, ſingulis bina tantùm jugera data ſint, quorum tres quartæ partes in Latino fuerint, reliqua ex Privernati. In Falerno autem non tantùm ſingulis tria jugera aſſignata eſſe, ſed prætereà quadrantem ſeu quartam partem jugeri. (8) Livius tamen ſuprà hoc cap. victis Latinis auxilium *ab Lavinio* ferri cœptum tradit: & per *Laurentes* intelliguntur incolæ Lavinii. An fortè verba *quia non deſciverant* ad ſolos equites Campanos referenda ſunt? (9) Poſt diem decimum quàm actæ erant Latinæ; quæ quidem per quatuor dies agebantur. (10) Ita *nummus ſeſtertius* dixit Cic. pro Rab. Poſt. c. 17. & auctor Epit. Liv. l. 55. quod ex ipſo fortè Livio hauſit. Ceterùm *denarius* non adhuc Romæ ſignatus erat. Sed de Campanis hìc agitur, apud quos fortaſſe jam tum denarius in uſu erat. Vel potuit Livius per † *prolepſin* locutus eſſe.

C. 12. (1) Agrum *Solonium* fuiſſe campum agri Lanuvini ex Cic.

 l. 1.

L. Papirius dictator.

rem L. Papirium Craſſum, qui tum fortè erat prætor, dixit: ab eo magiſter equitum L. Papirius Curſor dictus. Nihil memorabile adversùs Antiates ab dictatore geſtum eſt, quum aliquot menſes ſtativa in agro Antiati habuiſſet. Anno inſigni victoriâ de tot ac tam potentibus

U. c. 416. A. C. 336. Ti. Æmilio, Q. Publilio Coſſ.

Latinorum rebellio.

populis, ad hoc conſulum alterius nobili morte, alterius ſicut truci, ita claro ad memoriam, imperio, ſucceſſere conſules Ti. Æmilius Mamercinus & Q. Publilius Philo; (2) neque in ſimilem materiam rerum, & ipſi aut ſuarum rerum, aut partium in republicâ magis, quàm patriæ, memores. Latinos, ob iram agri amiſſi rebellantes, in campis (3) Fenectanis fuderunt, caſtriſque exuerunt. Ibi Publilio, cujus ductu auſpicioque res geſtæ erant, in deditionem accipiente Latinos populos, quorum ibi juventus cæſa erat, Æmilius ad Pedum exercitum duxit. Pedanos tuebatur Tiburs, Prænestinus, Veliternuſque populus: venerant & ab Lanuvio Antioque auxilia. Ubi quum prœliis quidem ſuperior Romanus eſſet, ad urbem ipſam Pedum caſtraque ſociorum populorum, quæ urbi adjuncti erant, † integer labor reſtaret; bello infecto repentè omiſſo, conſul, quia collegæ decretum triumphum audivit, ipſe quoque triumphi ante victoriam flagitator Romam rediit. Quâ cupiditate offenſis Patribus, negantibuſque, niſi Pedo capto aut dedito, triumphum, hinc alienatus ab ſenatu Æmilius ſeditioſis tribunatibus ſimilem deinde conſulatum geſſit. Nam neque, quoad fuit conſul, criminari apud populum Patres deſtitit, collegâ haudquaquam adverſante, quia & ipſe de plebe erat: (materiam autem præbebat criminibus ager in Latino Falernoque agro † malignè plebei diviſus) &, poſtquam ſenatus, finire imperium conſulibus cupiens, dictatorem adversùs rebellantes Latinos dici juſſit,

Q. Publilius dictator.

Æmilius, (4) cujus tum faſces erant, collegam dictatorem dixit: ab eo magiſter equitum Junius Brutus dictus.

Dictatura

l. 1. de Div. c. 36. docuit Cluverius. (2) Vid. † *nec.* Ita infrà hoc ipſo cap. *neque criminari apud populum Patres deſtitit, & collegam dictatorem dixit.* (3) Hujus nominis nuſquam aliàs occurrit mentio. Doujatius ſuſpicatur legendum *Ferentinis:* unde non multum abit lectio quorundam codicum. (4) In urbe faſces uni tantùm conſuli præferebantur, alternis inter utrumque vicibus (vid. ſuprà l. 2. c. 1.) iſque cujus faſces erant.

Dictatura popularis, & orationibus in Patres criminosis, fuit, & quòd tres leges secundissimas plebei, adversas nobilitati, tulit: unam, (5) ut plebiscita omnes Quirites tenerent: alteram, (6) ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium Patres auctores fierent: tertiam, ut alter utique ex plebe, quum eò ventum sit, ut utrumque plebeium (7) consulem fieri liceret, censor crearetur. Plus eo anno domi acceptum cladis ab consulibus ac dictatore, quàm ex victoriâ eorum bellicisque rebus foris auctum imperium, Patres credebant.

Tres leges fert adversas nobilitati.

XIII. Anno insequenti, L. Furio Camillo, C. Mænio consulibus, quo insignitiùs omissa res Æmilio, superioris anni consuli, exprobraretur, Pedum armis virisque & omni vi expugnandum ac delendum senatus fremit: coactique novi consules eam rem † præverti, proficiscuntur. Jam Latio is status erat rerum, ut neque bellum neque pacem pati possent. ad bellum opes deerant: pacem ob agri adempti dolorem aspernabantur. Mediis consiliis standum videbatur, ut oppidis se tenerent; ne lacessitus Romanus causam belli haberet; &, si cujus oppidi obsidio nunciata esset, undique ex omnibus populis auxilium obsessis ferretur. Neque tamen, nisi admodum a paucis populis, Pedani adjuti sunt. Tiburtes Prænestinique, quorum ager propior erat, Pedum pervenere. Aricinos Lanuvinosque & Veliternos, Antiatibus Volscis se conjungentes, ad Asturæ flumen Mænius, improvisò adortus, fudit. Camillus ad Pedum cum Tiburtibus, maximè valido exercitu, (1) majore mole, quanquam æquè

U. c. 417. A. C. 335. L. Furio, C. Mænio Coss.

Latini nec bellum, nec pacem pati possunt.

Vincuntur a consulibus.

erant, præcipua obibat consulatûs munia. (5) Eandem jam legem tulerant consules L. Valerius & M. Horatius, post liberatam a Decemvirorum tyrannide rempublicam. Vid. suprà l. 3. c. 55. Quæ lex quum paullatim in desuetudinem abiisset, eam nunc reduxit Q. Publilius Philo dictator. Verùm quum & illam impotentia patriciorum paullatim abrogasset, tertius eam reduxit Q. Hortensius dictator, occasione secessionis in Janiculum, anno. u. c. 466. ut auctor est Gellius. (6) Vid. suprà not. 9. ad. c. 17. l. 1. (7) Suprà l. 7. c. 42. Livius se *apud auctores quosdam invenisse* tradit, tum cautum fuisse uti liceret consules ambos plebeios creari. Si verum est quod hoc loco legitur, res certa est. Ceterùm vox *consulem* non exstat in pluribus codicibus. Eâ omissâ, sensus erit utrumque plebeium *censorem* jam antè fieri licere: cujus tamen rei Livius non antè meminit.

C. 13. (1) Majore certamine: majores difficultates in pugnâ exsuperandas

æquè proſpero eventu, pugnat. Tumultum maximè repentina inter prœlium eruptio oppidanorum fecit: in quos parte exercitûs conversâ, Camillus non compulit ſolùm eos intra mœnia, ſed eodem etiam die, quum ipſos auxiliaque eorum perculiſſet, oppidum ſcalis cepit. Placuit inde, jam majore conatu animoque ab unius expugnatione urbis ad perdomandum Latium victorem circumducere exercitum. nec quievere antè, quàm expugnando aut in deditionem accipiendo ſingulas urbes, Latium omne ſubegere. Præſidiis inde diſpoſitis per recepta oppida, Romam ad deſtinatum omnium conſenſu triumphum deceſſere. additus triumpho honos, ut ſtatuæ equeſtres eis, rara illâ ætate res, in foro ponerentur. Priùs, (2) quàm comitiis in inſequentem annum conſules rogarent, Camillus de Latinis populis ad ſenatum retulit, atque ita diſſeruit: *Patres conſcripti, quod bello armiſque in Latio agendum fuit, id jam Deûm benignitate ac virtute militum ad finem venit. cæſi ad Pedum Aſturamque ſunt exercitus hoſtium: oppida Latina omnia, & Antium ex Volſcis, aut vi capta, aut recepta in deditionem, præſidiis tenentur veſtris. Reliqua conſultatio eſt, quoniam rebellando ſæpius nos ſollicitant, quonam modo perpetuâ pace quietos obtineamus. Dii immortales* (3) *ita vos potentes hujus conſilii fecerunt, ut, ſit Latium deinde, an non ſit, in veſtrâ manu poſuérint. Itaque pacem vobis, quod ad Latinos attinet, parare in perpetuum, vel ſæviendo, vel ignoſcendo, poteſtis. Vultis crudeliter conſulere in deditos victoſque? licet delere omne Latium, vaſtas inde ſolitudines facere, unde ſociali egregio exercitu per multa bella magnaque ſæpe uſi eſtis. Vultis exemplo majorum augere rem Romanam, victos in civitatem accipiendo? materia creſcendi per ſummam gloriam* (4) *ſuppeditat. certè id firmiſſimum longè imperium eſt, quo obedientes gaudent. Sed maturato opus eſt, quicquid ſtatuere placet. tot populos inter ſpem metumque ſuſpenſos* (5) *animi habetis: & veſtram itaque de eis curam quàm primùm abſolvi, & illorum animos, dum*

Latium ſubactum.

L. Furius refert ad ſenatum de Latio.

†

perandas habuit. (2) Priuſquam rogarent populum novos conſules ſive, priuſquam comitia novis conſulibus creandis haberent, ſupple, ii qui tum conſules erant. *Comitiis* ſæpe utitur Livius, pro tempore comitiorum. vid. † *ludis.* (3) Ita vobis hujus conſilii liberam poteſtatem dederunt. ſic infrà l. 22. c. 42. *imperii potentes.* l. 23. c. 16. *potentes rerum ſuarum.* & alibi. (4) Vid. ſuprà not. 1. ad. c. 24. l. 6. (5) Vid. ſuprà

(6) *dum exſpectatione ſtupent, ſeu pœnâ, ſeu beneficio, præoccupari oportet. Noſtrum fuit efficere, ut omnium rerum vobis* (7) *ad conſulendum poteſtas eſſet. veſtrum eſt decernere, quod optimum vobis reique publicæ ſit.*

XIV. Principes ſenatûs relationem conſulis de ſummâ rerum laudare; ſed, quum aliorum cauſa alia eſſet, ita expediri poſſe conſilium, dicere, ut pro merito cujuſque ſtatueretur, ſi de ſingulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de ſingulis decretumque. Lanuvinis civitas data ſacraque ſua reddita cum eo, ut ædes lucuſque Soſpitæ Junonis communis Lanuvinis (1) municipibus cum populo Romano eſſet. Aricini Nomentanique & Pedani eodem jure, quo Lanuvini, in civitatem accepti. Tuſculanis ſervata civitas (2), quam habebant; crimenque rebellionis a publicâ fraude in paucos auctores † verſum. In Veliternos, veteres cives Romanos, quòd toties rebellaſſent, graviter ſævitum: & muri dejecti, & ſenatus inde abductus, juſſique trans Tiberim habitare: ut ejus, qui cis Tiberim deprehenſus eſſet, uſque ad mille pondo (3) clarigatio eſſet; nec priùs, quàm ære perſoluto,

Senatuſconſultum de Latinis.

ſuprà not. 9. ad c. 30. l. 7. (6) Dum exſpectatio ſortis ſuæ & judicii veſtri illos velut torpidos defigit. (7) Quemadmodum hic *poteſtas ad conſulendum*, ſic *ardor ad dimicandum* ſuprà l. 4. c. 47. *locus ad occaſionem* l. 4. c. 31. *tempus ad receptum ſententiæ* l. 4. c. 57. aliaque multa ſimilia.

C. 14. (1) Lanuvinis, qui cives Romani modò facti erant. *Municipes*, inquit Gell. l. 16. c. 13. *ſunt cives Romani ex municipiis, ſuo jure & legibus ſuis utentes, muneris tantum cum populo Romano honorarii participes, a quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque ullâ populi Romani lege adſtricti.* Illi igitur, ut addit paullo infrà Gellius, *honorem civitatis Romanæ capiebant*, ſive honeſtabantur nomine & jure civium Romanorum: oneribus illius conditionis non ſubjiciebantur, quum legibus ſuis, non Romanis uterentur. Unde municipiorum conditio magis libera erat, & minùs obnoxia, quàm coloniarum, quæ jura inſtitutaque omnia populi Romani, non ſui arbitrii, habebant. Porro quibuſdam municipiis data erat civitas cum ſuffragii latione: horumque municipiorum cives pleno jure cives Romani erant, & aditum quoque ad honores populi Romani habebant. Erant & quibus civitas ſine ſuffragii latione data erat, quorum primi fuere Cærites. (2) h. e. jus civium Romanorum, quod iis datum fuerat anno u. c. 374. vid. ſuprà l. 6. c. 26. Cic. pro Plancio c. 8. *municipium antiquiſſimum* vocat Tuſculum. (3) *Clarigatio* hoc loco eſt jus hominis prehendendi, ita ut corpus ejus quaſi pignori opponatur, dum certam pecuniæ ſummam exſolverit. Decreverat igitur ſenatus, ut Veliternum civem qui cis Tiberim repertus eſſet, cuilibet liceret prehendere, & in vinculis retinere,

perſoluto, is, qui cepiſſet, extra vincula captum haberet. In agrum ſenatorum coloni miſſi: quibus adſcriptis, ſpeciem antiquæ frequentiæ Velitræ receperunt. Et Antium nova colonia miſſa cum eo (4), ut Antiatibus permitteretur, ſi & ipſi adſcribi coloni vellent. naves inde longæ abactæ, † interdictumque mari Antiati populo eſt, & civitas data. Tiburtes Præneſtinique agro mulctati, neque ob recens tantùm rebellionis, commune cum aliis Latinis, crimen; ſed quòd, tædio imperii Romani, cum Gallis, gente efferatâ, arma quondam conſociaſſent. Ceteris Latinis populis (5) connubia commerciaque & concilia inter ſe ademerunt. Campanis, (6) equitum honoris cauſâ, (7) quia cum Latinis rebellare noluiſſent, Fundaniſque & Formianis, quòd per fines eorum tuta pacataque ſemper fuiſſet via, civitas ſine ſuffragio data. Cumanos Sueſſulanoſque ejuſdem juris conditioniſque, cujus Capuam, eſſe placuit. Naves Antiatium partim in navalia Romæ ſubductæ, partim incenſæ, roſtriſque earum ſuggeſtum, in foro exſtructum, adornari placuit: Roſtraque id † templum appellatum.

Roſtra unde dicta.

U. c. 418.
A. C. 334.
C. Sulpicio, P. Ælio Coff.

XV. C. Sulpicio Longo, P. Ælio Pæto conſulibus, quum omnia non opes magis Romanæ, quàm beneficiis parta gratia bonâ pace obtineret, inter Sidicinos Auruncoſque bellum ortum. Aurunci, a T. Manlio conſule in deditionem acepti, nihil deinde moverant: eo petendi auxilii ab Romanis cauſa juſtior fuit. Sed priùs, quàm conſules ab urbe (juſſerat enim ſenatus defendi Auruncos) exercitum educerent, fama affertur, Auruncos metu

tinere, donec mille pondo, ſive mille libras Romanas æris, mille aſſes ſolviſſet. Eſt etiam *clarigare* res raptas clarâ voce per feciales repetere. (4) Eâ lege ut; hoc quoque adjecto, ut &c. *Cum eo, ut* occurrit ſuprà hoc ipſo cap. (5) h. e. interdictum ne variis populis connubia &c. inter ſe habere liceret. Sic infrà l. 45. c. 29. de Macedonibus in quatuor regiones diviſis; *pronunciavit deinde, neque connubium, neque commercium . . . inter ſe placere cuiquam extra fines regionis ſuæ eſſe.* Idem etiam de quibuſdam Hernicorum populis occurrit infrà l. 9. c. 43. (6) Suprà c. 11. Campanis equitibus datam eſſe civitatem dictum eſt. Hîc datur omnibus Campanis, in gratiam & honorem equitum, ſed ſine ſuffragio. *Equitum honoris causâ*, ut infrà l. 10. c. 24. *honoris ejus causâ*. l. 32. c. 24. *Romanorum autem honoris causâ.* & ſæpe apud Cic. (7) Gronovius legendum cenſet *qui:* meliùs Dukerus, *&* *quia*. Illud autem *quia* adjunctum habet ſubjunctivum, ut paſſim apud noſtrum. Sic ſuprà l. 2. c. 6, 8, 22, 55.

oppidum

oppidum deſeruiſſe, profugoſque cum conjugibus ac liberis Sueſſam communiſſe, quæ nunc Aurunca appellata; mœnia antiqua eorum urbemque ab Sidicinis deletam. Ob ea infenſus conſulibus ſenatus, quorum cunctatione proditi ſocii eſſent, dictatorem dici juſſit. dictus C. Claudius Regillenſis, magiſtrum equitum C. Claudium Hortatorem dixit. Religio inde injecta de dictatore: &, quum augures vitio creatum videri dixiſſent, dictator magiſterque equitum ſe magiſtratu abdicarunt. Eo anno Minucia Veſtalis, ſuſpecta primò propter mundiorem juſto cultum, inſimulata deinde apud pontifices ab indice ſervo; quum decreto eorum juſſa eſſet ſacris abſtinere, (1) familiamque in poteſtate habere; facto judicio, viva ſub terram ad portam Collinam (2) dextrâ viâ ſtratâ defoſſa Scelerato campo. credo, ab inceſto id ei loco nomen factum. Eodem anno Q. Publilius Philo prætor primùm de plebe, adverſante Sulpicio conſule, qui negabat, † rationem ejus ſe habiturum, eſt factus; ſenatu, quum in ſummis imperiis id non obtinuiſſet, minùs in præturâ † tendente.

C. Claudius dictator.

Prætor plebeius.

XVI. Inſequens annus, L. Papirio Craſſo, K. Duilio conſulibus, Auſonum magis novo, quàm magno bello fuit inſignis. ea gens Cales urbem incolebat. Sidicinis finitimis arma conjunxerat: unoque prœlio haud ſanè memorabili duorum populorum exercitus fuſus, propinquitate urbium & ad fugam pronior, & in fugâ ipsâ tutior fuit. nec tamen omiſſa ejus belli cura Patribus, quia toties jam Sidicini aut ipſi moverant bellum, aut moventibus auxilium tulerant, aut cauſa armorum fuerant.

U. c. 419. A. C. 333. L. Papirio, K. Duilio Coſſ.

C. 15. (1) Servos retinere in ſuâ poteſtate, nec eos manumittere; ut ſcilicet eſſent ex quibus quæſtio haberi poſſet. Moribus enim Romanis quæſtio de liberis hominibus non habebatur. In ſolo autem crimine inceſtus de ſervis in dominum quærebatur, teſte Cic. pro Mil. n. 59. (2) Ad dextram partem viæ ſtratæ, ſive munitæ: vel etiam, ut Gronovius exponit, ad ſiniſtram partem, ut a dextrâ eſſet via ſtrata. Jac. Gronovius pro *ſtratâ* legendum conjicit *Salariâ*. Sed *ſternere vias* apud optimos auctores occurrit: unde *ſtrator viarum* in vet inſcr. & *ſtratura viarum* apud Suet. in Claud. c. 24. Porro illud emendationem ejus prorſus evertit, quòd teſtibus Dion. Hal. Plut. & Serv. campus ſceleratus, in quo Veſtales vivæ defodiebantur, fuerit intra urbem; via autem Salaria, teſte Feſto, demum inceperit ad partam Collinam, adeóque extra urbem fuerit.

Itaque

U. c. 420. A. C. 332. M. Valerio IV. M. Atilio Coss. *Cales oppidum capitur.*

Itaque (1) omni ope annisi sunt, ut maximum eâ tempestate imperatorem M. Valerium Corvum consulem quartùm facerent. collega additus Corvo M. Atilius Regulus. &, ne fortè casu erraretur, petitum ab consulibus, ut extra sortem Corvi ea † provincia esset. Exercitu victore a superioribus consulibus accepto, ad Cales, unde bellum ortum erat, profectus, quum hostes, † ab superioris etiam certaminis memoriâ pavidos, clamore atque impetu primo fudisset; mœnia ipsa oppugnare est aggressus. & militum quidem is erat ardor, ut jam inde cum scalis succedere ad muros vellent, evasurosque contenderent. Corvus, quia id arduum (2) factu erat, labore militum potiùs, quàm periculo, peragere inceptum voluit. itaque aggerem & vineas egit, turresque muro admovit: quarum usum fortè oblata opportunitas prævertit. namque M. Fabius, captivus Romanus, quum, per negligentiam custodum festo die vinculis ruptis, per murum inter opera Romanorum, religatâ ad pinnam muri reste suspensus, manibus se demisisset; perpulit imperatorem, ut vino epulisque sopitos hostes aggrederetur. neç majore certamine capti cum urbe Ausones sunt, quàm acie fusi erant. Præda capta ingens est. præsidioque imposito Calibus reductæ Romam legiones. Consul ex senatusconsulto triumphavit: &, ne Atilius expers gloriæ esset, jussi ambo consules adversùs Sidicinos ducere exercitum. Dictatorem antè ex senatusconsulto comitiorum habendorum causâ dixerunt L. Æmilium Mamercinum. is magistrum equitum Q. Publilium Philonem dixit. Dictatore comitia habente, consules creati sunt T. Veturius, Sp. Postumius. Etsi belli pars cum Sidicinis restabat; tamen, ut beneficio prævenirent desiderium plebis, de coloniâ deducendâ Cales retulerunt: factoque senatusconsulto, ut duo millia quingenti homines eò scriberentur, triumviros coloniæ deducendæ agroque dividundo creaverunt K. Duilium, T. Quinctium, M. Fabium.

Triumphat M. Valerius.

Dictator L. Æmilius. U. c. 421. A. C. 331. T. Veturio, Sp. Postumio Coss.

XVII. Novi deinde consules, a veteribus exercitu accepto, ingressi hostium fines, populando usque ad mœnia

C. 16. (1) *Omni ope* est omnibus viribus. Suprà l. 3. c. 50. & alibi. Similiter *summâ ope* passim; & *summis opibus* infrà l. 38. c. 50. & *maximâ ope* Sall. in Jug. c. 14. (2) Sic suprà l. 7. c. 34. *collem aditu arduum.*

atque

atque urbem pervenerunt. Ibi, quia, ingenti exercitu comparato, Sidicini & ipsi pro extremâ spe dimicaturi enisè videbantur, & Samnium fama erat conciri ad bellum; dictator ab consulibus ex auctoritate senatûs dictus P. Cornelius Rufinus; magister equitum M. Antonius. Religio deinde † incessit, vitio eos creatos: magistratu- *P. Cornelius dictator.* que se abdicaverunt. &, quia pestilentia insecuta est, (1) velut omnibus eo vitio † contactis auspiciis, res ad interregnum rediit. ab interregno inito per quintum demum interregem M. Valerium Corvum † creati consules A. Cornelius iterum & Cn. Domitius (2). Tranquillis U. c. 422. rebus, fama Gallici belli (3) pro † tumultu valuit, ut A. C. 330. dictatorem dici placeret. Dictus M. Papirius Crassus, A. Cornelio II. Cn. & magister equitum P. Valerius Publicola. a quibus Domitio quum delectus intentiùs, quàm adversùs finitima bella, Coss. haberetur, exploratores missi (4) attulerunt, quieta omnia *M. Papirius dictator.* apud Gallos esse. Samnium quoque jam alterum annum turbari (5) novis consiliis suspectum erat. (6) eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non est deductus. Ceterùm Samnites bellum Alexandri Epirensis (7) in Lucanos *Alexander Epirensis.* traxit, qui duo populi adversùs regem, (8) exscensionem † a Pæsto facientem, signis collatis pugnaverunt. eo certamine superior Alexander, (9) incertum quâ fide culturus, si perinde cetera processissent, pacem cum Romanis

C. 17. (1) Velut eo vitio non dictatoris modò, sed & consulum quoque auspicia contacta essent, a consulibus comitia haberi in insequentem annum noluerunt Patres: consulibusque aut abdicare jussis, aut post elapsum annum suum magistratu abeuntibus, res ad interregnum rediit. (2) Inter annum u. c. 418. & 424. unum par consulum intercidisse in Livio aliisque, inter Chronologos convenit, & quidem esse *L. Papirium Sp. F. C. Pætelium C. F.* quos memorat Solin. in Polyh. c. 32. Jam vero eos ante hujus anni consules inferendos esse censuit Pighius; quos biennio seriùs, ante consules in initio cap. 19. memoratos, restituendos esse arbitratus est Dodwell. de Cycl. diss. 10. §. 78. & 79. (3) Voces *pro tumultu* immeritò glossema putat Faber. Sensus est, solam tumultûs Gallici famam tumultûs loco fuisse. (4) Vid. suprà not. 2. ad c. 6. l. 6. (5) *Nova consilia* sunt consilia de rebus novis, consilia de perturbando pristino statu. Vid. † *novare.* (6) h. e. ideo. (7) Eos in Lucaniam traxit. (8) Excensionem in Lucaniam facientem ab eâ parte ubi est Pæstum. *Exscendere* est ex navi descendere. infrà l. 22. c. 20. *exscensu e navibus in terram facto.* & l. 27. c. 29. l. 28. c. 8. l. 29. c. 28. l. 24. c. 10. (9) Licet incertum esset quâ fide pacem cum Romanis culturus esset, si &c. *Incertum* impersonaliter sumitur: ut apud Suet. in Oth. c. 1.

Novæ tribus, Mæcia & Scaptia.

manis fecit. Eodem anno cenſus actus; (10) novique cives cenſi: tribus propter eos additæ (11) Mæcia & Scaptia: cenſores addiderunt Q. Publilius Philo, Sp. Poſtumius. (12) Romani facti Acerrani, lege ab L. Papirio prætore latâ, quâ civitas ſine ſuffragio data. Hæc eo anno domi militiæque geſta.

U. c. 423.
A. C. 329.
M. Claudio, C. Valerio Coſſ.

XVIII. Fœdus inſequens annus ſeu intemperie cœli, ſeu humanâ fraude fuit, M. Claudio Marcello, C. Valerio conſulibus. Flaccum Potitumque variè in annalibus cognomen conſulis (1) invenio: ceterùm, in eo, parvi refert, quid veri ſit. illud pervelim, (nec omnes auctores ſunt) proditum falsò eſſe, venenis abſumptos, quorum mors infamem annum peſtilentiâ fecerit. ſicut proditur tamen res, ne cui auctorum fidem † abrogaverim, exponenda eſt. Quum primores civitatis (2) ſimilibus morbis, eodemque ferme omnes eventu, morerentur; ancilla quædam † ad Q. Fabium (3) Maximum ædilem curulem, indicaturam ſe cauſam publicæ peſtis, profeſſa eſt, ſi ab eo fides ſibi data eſſet, haud futurum (4) noxæ indicium. Fabius confeſtim rem ad conſules, conſules ad ſenatum referunt: conſenſuque (5) ordinis fides indici data. Tum patefactum, muliebri fraude civitatem premi, matronaſque ea venena coquere; &, ſi ſequi extemplo velint, manifeſtò deprehendi poſſe. Secuti indicem, & coquentes quaſdam medicamenta, & recondita alia, invenerunt. quibus in forum delatis, & † ad viginti matronis, apud quas deprehenſa erant, per viatorem accitis, duæ ex eis, Cornelia ac Sergia, patriciæ utraque gentis, quum ea medicamenta ſalubria eſſe contenderent, ab confutante indice bibere juſſæ, ut ſe falſum

Veneficia matronarum.

c. 1. (10) Lanuvini, Aricini, Nomentani, Pedani, cap. 14. memorati. Nam ceteri, quibus ibidem civitatem ſine ſuffragio datam ſcribit, ut Formiani & Fundani, in tribu non cenſebantur, quod demum anno u. c. 365. conſecuti ſunt. infrà l. 38. c. 36. (11) *Mæcia*, a Caſtro Mæcio, quod non procul a Lanuvio fuit: *Scaptia*, a Scaptiâ urbe, quæ videtur fuiſſe haud procul Pedo. Tunc novem & viginti tribus factæ. vid. ſuprà l. 7. c. 15. (12) Acerranis civitas data,

C. 18. (1) Nempe Valerii. (2) Similes erant morbi, & idem plerumque eorum eventus, nempe mors. (3) † *Prolepſis.* qui poſtea *Maximus* appellatus eſt. vid. infrà l. 9. c. 46. (4) h. e. futurum damno. Sic infrà l. 36. c. 21. *ſine ullius noxâ urbis.* (5) Simpliciter *ordo* pro ſenatu eſt apud Suet. in Cæs. c. 14. Suprà apud noſtrum l. 4. c. 2. *ex hac*

ſum commentam arguerent; ſpatio ad colloquendum ſumpto, quum, ſummoto populo, in conſpectu omnium rem ad ceteras retuliſſent; haud abnuentibus & illis bibere, epoto medicamento, ſuâmet ipſæ fraude omnes interierunt. comprehenſæ extemplo earum comites magnum numerum matronarum indicaverunt: ex quibus ad centum ſeptuaginta damnatæ. Neque de veneficiis ante eam diem Romæ quæſitum eſt. Prodigii ea res loco habita; (6) captiſque magis mentibus, quàm conſceleratis, ſimilis viſa. Itaque, memoriâ ex annalibus repetitâ, in ſeceſſionibus (7) quondam plebis clavum ab dictatore fixum, † alienataſque diſcordiâ mentes hominum eo piaculo compotes ſui (8) feciſſe, dictatorem clavi figendi causâ *Clavi figendi* creari placuit. creatus Cn. Quinctilius magiſtrum equi- *causâ creatus* tum L. Valerium dixit: qui, fixo clavo, magiſtratu ſe *dictator.* abdicaverunt.

XIX. (1) Creati conſules L. Papirius Craſſus iterum, U. c. 425. L. Plautius Venno. cujus principio anni legati ex Volſcis A. C. 327. Fabraterni, & Lucani (2), Romam venerunt, orantes, L. Papirio II. L. Plau- ut in fidem reciperentur. ſi a Samnitium armis defenſi tio Coſſ. eſſent, ſe ſub imperio populi Romani fideliter atque obedienter futuros. Miſſi tum ab ſenatu legati, denunciatumque Samnitibus, ut eorum populorum finibus vim abſtinerent. valuitque ea legatio, non tam quia pacem volebant Samnites, quàm quia nondum parati erant ad bellum. Eodem anno Privernas bellum initum: cujus *Bellum Pri-* ſocii *vernas.*

hunc ordinem, aut illum magiſtratum tollendum eſſe. (6) Potiùs tribuenda viſa eſt alienatis per furorem ab iratis diis immiſſum mentibus, quàm ſuâ ſponte ad tantum ſcelus ruentibus. (7) Tres huc uſque fuere ſeceſſiones plebis militumve; nec ulla in iis clavi a dictatore fixi mentio. vid. ſuprà l. 2. c. 32. l. 3. c. 50. l. 7. c. 39. (8) Dictatorem eo piaculo, nempe clavi fixi, mentes hominum revocaſſe ad ſanitatem. Pro *feciſſe* Crevierius legi vult *fuiſſe*.

C. 19. (1) Vid. not. 2. ad c. 17. ſuprà. (2) Sunt qui vocem *Lucani* mendum habere ſuſpicantur; quia nihil ad Volſcos pertinent Lucani, & quia quinto poſt anno *Lucani* (inquit Livius c. 25. infrà) *atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem venerunt.* Sed errant componendo, quæ dividenda ſunt. Livius aït, legatos Lucanos veniſſe Romam, & ex Volſcis Fabraternos. Et quod dicit infrà eos in fidem veniſſe, id potiùs confirmat hujus loci ſcripturam: accepto enim beneficio quod petierant, hanc gratiam retulerunt. Drakenborchius conjicit Livium dediſſe *legati ex Volſcis Fabraternis & Lucani*: cui emendatione codices favere videntur. *Fabrateria* urbs fuit in

ſocii Fundani, dux etiam fuit Fundanus, Vitruvius Vaccus; vir non domi ſolùm, ſed etiam Romæ, clarus. ædes fuere in Palatio ejus, quæ Vacci prata, diruto ædificio publicatoque ſolo, appellata (3). Adversùs hunc, vaſtantem effusè Setinum Norbanumque & Coranum agrum, L. Papirius profectus, haud procul caſtris ejus conſedit. (4) Vitruvio nec, ut vallo ſe teneret adversùs validiorem hoſtem, ſana conſtare mens, nec, ut longiùs a caſtris dimicaret, animus ſuppetere. vix tota extra portam caſtrorum explicatâ acie, fugam magis retro, quàm prœlium aut hoſtem, ſpectante milite, ſine conſilio, ſine audaciâ (5) depugnat: & ut levi momento nec ambiguè eſt victus; ita, brevitate ipsâ loci facilique receptu in tam propinqua caſtra, haud ægre militem a a multâ cæde eſt tutatus: nec ferè quiſquam in ipſo certamine, pauci in turbâ fugæ extremæ, quum in caſtra ruerent, cæſi; primiſque tenebris Privernum inde petitum agmine trepido, ut muris potiùs, quàm vallo, ſeſe tutarentur. A Priverno Plautius alter conſul, pervaſtatis paſſim agris prædâque abactâ, in agrum Fundanum inducit. Ingredienti fines ſenatus Fundanorum occurrit; *negant, ſe pro Vitruvio ſectamque ejus ſecutis precatum veniſſe, ſed pro Fundano populo; quem extra culpam belli eſſe, ipſum Vitruvium judicaſſe, quum receptaculum fugæ Privernum habuerit, non patriam Fundos. Priverni igitur hoſtes populi Romani quærendos perſequendoſque eſſe, qui ſimul a Fundanis ac Romanis,* (6) *utriuſque patriæ immemores, defecerint. Fundanis pacem eſſe, & animos Romanos, & gratam memoriam acceptæ civitatis. Orare ſe conſulem, ut bellum ab innoxio populo abſtineat: agros, urbem, corpora ipſorum, conjugumque, ac liberorum ſuorum, in poteſtate populi Romani eſſe, futuraque.* Collaudatis Fundanis, conſul,

Victi Privernates.

in agro Falerno. (3) Ita ſuprà locutus eſt l. 2. c. 13. *Agrum dono dedere, quæ poſtea ſunt Mucia prata appellata.* l. 3. c. 26. *Quatuor jugerum colebat agrum, quæ prata Quinctia vocantur. Vacci pratorum* meminit Cic. pro Dom. c. 38. (4) Vitruvius neque ita prudens erat, ut vallo ſe teneret; neque ita animoſus ut longiùs a caſtris dimicaret. Ceterùm quemadmodum hoc loco non ſimpliciter *mens conſtare*, ſed *mens ſana conſtare*, ita etiam aliquis dicitur *conſiſtere mente quietâ* apud Cic. l. 2. de Div. cap. ult. (5) *Depugnare* non ſemper notat fortiter pugnare, ſed ita pugnare ut res decernatur. E. (6) Et Fundorum, ubi nati erant; & Romæ, cujus cives

ful, literisque Romam missis, in officio Fundanos esse, ad Privernum flexit iter. Priùs animadversum in eos, qui capita conjurationis fuerant, a consule scribit Claudius (7): ad trecentos quinquaginta ex conjuratis vinctos Romam missos; eamque deditionem ab senatu non acceptam: quòd egentium atque humilium pœnâ † defungi velle Fundanum populum censuerint.

XX. Privernum duobus consularibus exercitibus quum obsideretur, alter consul comitiorum causâ Romam revocatus. (1) Carceres eo anno in circo primùm statuti. Nondum perfunctos curâ Privernatis belli † tumultûs Gallici fama atrox invasit, haud ferme unquam neglecta Patribus. Extemplo igitur consules novi, L. Æmilius Mamercinus & C. Plautius, eo ipso die, Kalendis Quinctilibus, quo magistratum inierunt, † comparare inter se provincias jussi; & Mamercinus, cui Gallicum bellum evenerat, scribere exercitum (2) sine ullâ † vacationis veniâ. quin opificum quoque vulgus & (3) sellularii, minimè militiæ idoneum genus, exciti dicuntur: Vejosque ingens exercitus contractus, ut inde obviàm Gallis iretur. longiùs discedi, ne alio itinere hostis falleret ad urbem incedens, non placuit. Paucos deinde post dies, satis exploratâ temporis ejus quiete, (4) a Gallis Privernum omnis conversa vis. Duplex inde fama est: alii vi captam urbem, Vitruviumque vivum in potestatem venisse: alii, priusquam ultima adhiberetur vis, ipsos se in (5) deditionem consulis caduceum (6) præferentes permisisse, auctores sunt, Vitruviumque ab suis traditum. Senatus,

Privernum obsidetur.

U. c. 426.
A. C. 326.
L. Æmilio II. C. Plautio Coss.

Privernum captum.

cives erant municipali jure. (7) Hic videtur esse Q. Claudius Quadrigarius, æqualis Sisennæ, auctore Velleio, l. 2. c. 9. qui proinde floruerit Syllanis temporibus.

C. 20. (1) Varro l. 4. de ling. Lat. *In Circo primo, unde mittuntur equi, Carceres dicuntur, dicti quòd coërcentur equi ne inde exeant antè, quàm magistratus misit.* (2) Vid. suprà not. 1. ad c. 28. l. 7. (3) Opifices qui sedendo opus faciunt. (4) Quæ priùs in Gallos parata erat, adversùs Privernum omnis conversa vis. (5) Lege, cum Gronovio, *in ditionem* i. e. potestatem. Sic infrà l. 40. c. 49. *in ditionem se suaque omnia Romanis permiserunt.* Solent autem librarii hæc vocabula commutare. Doujatius pro *consulis* legendum censet *consuli;* quod placet: sed utut illud sit, Gronoviana emendatio prorsus necessaria videtur; licet fatendum sit deditícios potiùs in ditionem populi Romani, quàm consulis, venire dici. (6) Virgam pacis indicem, quam ii, qui pacem petituri veniebant, gestare præ manibus soliti erant. Mercurii insigne; cujus descriptionem

tus, de Vitruvio Privernatibusque consultus, consulem Plautium, dirutis Priverni muris, præsidioque valido imposito, ad triumphum arcessit; Vitruvium in carcerem asservari jussit, quoad consul redisset; tum verberatum necari. ædes ejus, quæ essent in Palatio, diruendas, bona (7) Semoni Sanco censuerunt consecranda: quodque æris ex eis redactum est, ex eo ænei orbes facti, positi in sacello Sanci (8) versùs ædem Quirini. De senatu Privernate ita decretum, ut, qui senator Priverni post defectionem ab Romanis mansisset, trans Tiberim lege eâdem, (9) quâ Veliterni, habitaret. His ita decretis, usque ad triumphum Plautii silentium de Privernatibus fuit: post triumphum consul, necato Vitruvio sociisque ejus noxæ, apud satiatos jam suppliciis nocentium tutam mentionem de Privernatibus ratus; *Quoniam auctores defectionis*, inquit, *meritas pœnas & ab Diis immortalibus & a vobis habent, Patres conscripti, quid placet de innoxiâ multitudine fieri? Equidem, etsi meæ partes* (10) *exquirendæ magis sententiæ, quàm dandæ sunt; tamen, quum videam, Privernates vicinos Samnitibus esse, unde nunc nobis incertissima pax est; quàm minimum irarum inter nos illosque relinqui velim.*

Consul refert ad senatum de Privernatibus

XXI. Quum ipsa per se res anceps esset, prout cujusque ingenium erat, atrociùs mitiúsve suadentibus; tum incertiora omnia unus ex Privernatibus legatis fecit, magis conditionis, in quâ natus esset, quàm præsentis necessitatis, memor: qui interrogatus a quodam tristioris sententiæ auctore, *quam pœnam meritos Privernates censeret?* eam, inquit, *quam merentur, qui se libertate dignos censent.* cujus quum † feroci responso infestiores factos videret consul eos, qui antè Privernatium causam impugnabant; ut ipse benignâ interrogatione mitius responsum eliceret, *Quid, si pœnam*, inquit, *remittimus vobis, qualem nos pacem vobiscum habituros speremus? Si bonam de-*

Privernatis legati responsa ferocia.

tionem vide sis apud Macrob. l. 1. c. 19. (7) *Sancus* idem est ac Dius Fidius, & Hercules Sabinus. Nempe suum quæque ferè gens Herculem habuit. *Semonem* interpretantur vulgo Heroëm, quasi *semihominem*. Prope ejus, quicunque tandem is sit, sacellum, ædes Quirini fuit. (8) Eo latere sacelli istius Dei, ex quâ parte ædes Quirini erat; quemadmodum in simili re locutus est Livius l. 7. c. 3. (9) Vid. suprà c. 14. (10) Voces *exquirendæ sententiæ*, & *dandæ* in casu secundo sunt. E.

deritis,

dederitis, inquit, *& † fidam, & perpetuam: ſi malam, haud diuturnam.* Tum vero minari, nec id ambiguè, Privernatem quidam (1), & illis vocibus ad rebellandum incitari pacatos populos: pars melior ſenatûs (2) ad meliora reſponſum trahere, & dicere, † *Viri, & liberi, vocem auditam. an credi poſſe, ullum populum, aut hominem denique, in eâ conditione, cujus eum pœniteat, diutiùs, quàm neceſſe ſit, manſurum? Ibi pacem eſſe fidam, ubi voluntarii pacati ſint: neque eo loco, ubi ſervitutem eſſe velint, fidem ſperandam eſſe.* (3) In hanc ſententiam maximè conſul ipſe inclinavit animos, identidem ad (4) principes ſententiarum conſulares, uti exaudiri poſſet a pluribus, dicendo, *Eos demum, qui nihil, præterquam de libertate, cogitent, dignos eſſe, qui Romani fiant.* Itaque & in ſenatu cauſam obtinuere, & ex auctoritate Patrum latum ad populum eſt, ut Privernatibus civitas daretur. Eodem anno Anxur trecenti in coloniam miſſi ſunt: bina jugera agri acceperunt. *Privernatibus civitas datur.*

XXII. Secutus eſt annus nullâ re belli domive inſignis, P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapulâ conſulibus; præterquam quòd Fregellas (Sidicinorum is ager, deinde Volſcorum fuerat) colonia deducta; & populo viſceratio (1) data a M. Flavio in funere matris. Erant, qui, per ſpeciem honorandæ parentis, meritam mercedem populo ſolutam interpretarentur; quòd eum, die dictâ ab ædilibus, crimine ſtupratæ matrisfamiliæ abſolviſſet. Data viſceratio in præteritam judicii gratiam, honoris etiam ei cauſa fuit: (2) tribunatumque plebei, proximis comitiis, abſens petentibus præfertur. Palæpolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis ſita eſt. duabus urbibus

U. c. 427. A. C. 325. P. Plautio, P. Cornelio Coſſ.

C. 21. (1) Supple, dixere. (2) *In meliorem partem* (ut loquitur Cic. pro Murenâ c. 31.) interpretantur reſponſum, quod aliis durum & ferox videbatur. Gronovius conjicit legendum *ad molliora:* quod placet. *Ad molliora trahere*, ut *mollius accipere, interpretari* apud Tac. l. 1. Hiſt. c. 12. & l. 2. Hiſt. c. 96. *molliora reſpondere* l. 12. Ann. c. 46. *in mollius referre* l. 14. Ann. c. 39. (3) Sic ſuprà l. 6. c. 39. *dictator rem in cauſam plebis inclinavit.* (4) Princeps ſententiæ alicujus eſt is qui primus in ſenatu eam ſententiam dixit (infrà l. 26. c. 32.): conſulares autem primi rogabantur ſententiam. Itaque *principes ſententiarum conſulares* ſunt conſulares viri, qui primi diverſas illas ſententias, quæ ſenatum diſtrahebant, de Privernatibus dixerant.

C. 22. (1) Crudæ carnis diſtributio. *Viſcera* enim *non tantùm inteſtina dicimus*, inquit Servius ad l. 1. Æn. v. 215. *ſed quicquid ſub corio eſt.* (2) *Tribunatum* pendet a *petentibus*.

bibus populus idem habitabat. Cumis erant oriundi. Cumani ab Chalcide Euboïcâ orignem trahunt. Classe, quâ advecti ab domo fuerant, multum in orâ maris ejus, quod accolunt, potuere. Primò in insulas Ænariam & Pithecusas egressi, deinde in continentem ausi sedes transferre. Hæc civitas, quum suis viribus, tum Samnitium † infidâ adversus Romanos societate freta, sive pes-

U. c. 428. A. C. 324. L. Cornelio, Q. Publilio II. Coss.

tilentiæ, quæ Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens, multa hostilia adversùs Romanos, agrum Campanum Falernumque incolentes, fecit. Igitur, L. Cornelio Lentulo, Q. Publilio Philone iterum consulibus, fecialibus Palæpolim ad res repetendas missis, quum relatum esset a Græcis, gente linguâ magis strenuâ, quàm factis, ferox responsum; ex auctoritate Patrum populus Palæpolitanis bellum fieri jussit. Inter consules provinciis † comparatis, bello Græci persequendi Publilio evenerunt; Cornelius altero exercitu Samnitibus, si quâ se moverent, oppositus. Fama autem erat, (3) defectioni

Samnium suspectum.

Campanorum † imminentes admoturos (4) castra. (5) ibi optimum visum Cornelio stativa habere. Ab utroque consule, exiguam spem pacis cum Samnitibus esse, certior fit senatus.

XXIII. Publilius, duo millia Nolanorum militum & quatuor Samnitium, magis Nolanis cogentibus, quàm voluntate Græcorum, (1) recepta Palæpolim, (2) miserat: Cornelius, delectum indictum a magistratibus, uni-

Legati ad Samnites.

versum Samnium erectum, ac vicinos populos, Privernatem, Fundanumque, & Formianum, haud ambiguè sollicitari. Ob hæc quum legatos mitti placuisset priùs ad Samnites, quàm bellum fieret; responsum redditur ab Samnitibus ferox. † Ultro incusabant injurias Romanorum: neque eo neglegentiùs ea, quæ ipsis objicerentur,

(3) Intentos in defectionem Campanorum, quos brevi descituros ab Romanis sperabant. (4) Nempe ad urbem Capuam. (5) *Ibi* Drakenborchius hìc accipit pro *tum*, quia Cornelius *Samnium ingressus* fuisse dicitur cap. seq. Id verò eum non priùs fecisse puto, quàm legati Romani a Samnitibus redierint; & τὸ *ibi* potiùs agrum Campanum indicare censeo. Et ex eo quod Samnites mox dixisse narrantur, *inter Capuam Suessulamque castra castris conferamus*, colligendum videtur, cum Dukero, illo loco Cornelium tum stativa habuisse. E.

C. 23. (1) Recepta esse in urbem Palæpolim. (2) *Miserat* nuntios, vel nuntiatum, vel literas hoc nuntio. Similiter infrà l. 36. c. 8. *Is extemplo ad M. Bæbium proprætorem misit, Antiochum in Thessaliam impetum fecisse.* Πεμπειν quoque apud Græcos eodem modo usurpari, docuit

rentur, purgabant. *Haud ullo publico conſilio auxiliove juvari Græcos: nec Fundanum Formianumve a ſe ſollicitatos. quippe minimè pœnitere ſe virium ſuarum, ſi bellum placeat. Ceterùm non poſſe diſſimulare, ægre pati civitatem Samnitium, quòd Fregellas, ex Volſcis captas dirutaſque ab ſe, reſtituerit Romanus populus, coloniamque in Samnitium agro impoſuerit, quam coloni eorum Fregellas appellent. Eam ſe contumeliam injuriamque, ni ſibi ab iis, qui fecerint, dematur, ipſos omni vi depulſuros eſſe.* Quum Romanus legatus ad diſceptandum eos † ad communes ſocios atque amicos vocaret: *Quid perplexè agimus?* inquit (3). *Noſtra certamina, Romani, non verba legatorum, nec hominum quiſquam diſceptator, ſed campus Campanus, in quo concurrendum eſt, & arma, & † communis Mars belli decernet. Proinde inter Capuam Sueſſulamque caſtra caſtris † conferamus: &, Samnis Romanuſne imperio Italiam regat, decernamus* (4). Legati Romanorum quum ſe, non quò hoſtis vocaſſet, ſed quò imperatores ſui duxiſſent, ituros eſſe reſpondiſſent; jam Publilius, inter Palæpolim Neapolimque loco opportunè capto, diremerat hoſtibus ſocietatem auxilii mutui; quâ, ut quiſque locus premeretur, inter ſe uſi fuerant. Itaque quum & comitiorum dies inſtaret, &, Publilium, imminentem hoſtium muris, avocari ab ſpe capiendæ in dies urbis, haud e republicâ eſſet; actum cum tribunis eſt, ad populum ferrent, ut, quum Publilius Philo conſulatu abiiſſet, pro conſule rem gereret, quoad † debellatum cum Græcis eſſet. L. Cornelio (quia ne eum quidem in Samnium jam ingreſſum revocari ab impetu belli placebat) literæ miſſæ, ut dictatorem comitiorum cauſâ diceret. dixit M. Claudium Marcellum. ab eo magiſter equitum dictus Sp. Poſtumius. Nec tamen ab dictatore comitia ſunt habita, quia, vitione creatus eſſet (5) in diſquiſitionem venit. conſulti augures, vitioſum videri dictatorem, pronunciaverunt. Eam rem tribuni ſuſpectam infamemque criminando fecerunt. *Nam neque facile fuiſſe id vitium noſci, quum conſul (6) oriens*

Palæpolis obſeſſa.

M. Claudius dictator.

cuit Dukerus ad Thuc. l. 4. c. 93. (3) Nempe aliquis e Samnitium principibus. vid. ſuprà not. 4. ad c. 40. l. 6. (4) De verbo *decernere* vid. ſuprà not. 6. ad c. 9. l. 7. (5) *In diſquiſitionem venire* occurrit infrà l. 26. c. 31. *Ad diſquiſitionem trahere* dixit Tac. l. 5. Ann. c. 11. (6) Surgens

ens nocte silentio (7) *diceret dictatorem: neque ab consule cuiquam publicè privatimve de eâ re scriptum esse: nec quenquam † mortalium exstare, qui se vidisse aut audisse quid dicat, quod auspicium dirimeret: neque augures divinare Romæ sedentes potuisse, quid in castris consuli vitii obvenisset. Cui non apparere, quòd plebeius dictator sit, id vitium auguribus visum?* Hæc aliaque ab tribunis nequicquam jactata: tamen ad interregnum res redit: dilatisque aliâ atque aliâ de causâ comitiis, quartusdecimus demum interrex

U. c. 429. A. C. 323. C. Pœtelio III. L. Papirio Coss.

L. Æmilius consules † creat C. Pœtelium (8) L. Papirium Mugillanum. Cursorem in aliis annalibus invenio.

Alexandri Epirensis fata.

XXIV. (1) Eodem anno Alexandriam in Ægypto proditum conditam; Alexandrumque, Epiri regem, ab exsule Lucano interfectum, † sortes Dodonæi Jovis eventu † affirmasse. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio (2) erat, (3) *caveret Acherusiam aquam Pandosiamque urbem: ibi fatis ejus terminum dari.* Eoque ociùs transmisit (4) in Italiam, ut quàm maximè procul abesset urbe Pandosiâ in Epiro & Acheronte amni, quem ex Molosside

gens nocte. Etenim is qui auspicaturus erat, post mediam noctem surgebat. *Oriri* autem apud veteres usurpabatur pro *surgere;* ut apparet ex antiquâ illâ formulâ: *Consul oriens magistrum populi dicat.* Ceterùm quum duo codices habent *oriende nocte* (reliqui ferè *oriente*), libenter legeremus *oriens de nocte*, usitatissimâ apud Latinos loquendi formâ. Hor. l. 1. Ep. 2. v. 32. *surgunt de nocte latrones.* Cic. pro Murenâ n. 22. *vigilas tu de nocte.* Ita *de tertiâ vigiliâ* infrà l. 9. c. 44. (7) *Silentium* augurale verbum est. Sollicitè providebant ii qui in auspicio erant, ne quid strepitûs oriretur, quod auspicia turbaret. Hinc *silentium* dicitur in auspiciis quod omni vitio caret. Cic. l. 2. de Div. n. 71. & Festus voce *Silentio surgere, Hoc est propriè silentium, omnis vitii in auspiciis vacuitas.* (8) Pro primo ejus consulatu numerandus anni u. c. 409. pro secundo ille, quem a Livio omissum esse viri docti statuerunt; hic denique pro tertio.

C. 24. (1) Inter doctos constat non conditam esse Alexandriam hoc anno, quo conditor ejus Alexander Babylone mortuus est, sed sex septemve antè annis. Fraudi fuisse videtur Livio omissus ille L. Papirii Cursoris & C. Pœtelii consulatus, de quo suprà ad c. 17. & in quem Solinus confert conditæ Alexandriæ tempus. (2) *Dictio* est χρησμὸς, responsum oraculi: quo sensu a Pacuvio & Accio usurpatur. Similiter *dictum* & *dicere* de oraculis usurpari viri docti monuerunt. Hâc ratione Lycurgus leges suas ῥήτρας vocasse auctor est Plut. in ejus vit. ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ νομιζόμενα, καὶ χρησμοὺς ὄντα. nempe a ῥέω dico. (3) Oraculum hoc his duobus Græcis versibus expressum est: Αἰακίδη προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ Πανδοσίαν θ', ὅτι τοι θάνατος πεπρωμένος ἐστί. (4) Eodem modo

fide fluentem in ſtagna (5) inferna accipit Theſprotius ſinus. Ceterùm (ut ferme fugiendo in media fata ruitur) quum ſæpe Bruttias Lucanaſque legiones fudiſſet, Heracleam Tarentinorum coloniam, (6) Conſentiam ex Lucanis, Sipontumque, Bruttiorum Terinam, alias inde Meſſapiorum ac Lucanorum cepiſſet urbes, & trecentas familias illuſtres in Epirum, quas obſidum numero haberet, miſiſſet; haud procul Pandoſiâ urbe (7) imminente Lucanis ac Bruttiis finibus tres tumulos, aliquantum inter ſe diſtantes, inſedit; ex quibus incurſiones in omnem partem agri hoſtilis faceret. & ducentos ferme Lucanorum exſules circa ſe pro fidis habebat, ut pleraque ejus generis (8) ingenia ſunt, cum fortunâ mutabilem gerentes fidem. Imbres continui, campis omnibus inundantes, quum interclusiſſent trifariam exercitum a mutuo inter ſe auxilio, duo præſidia, quæ ſine rege erant, improviſo hoſtium adventu opprimuntur: deletiſque eis, ad ipſius obſidionem omnes converſi. Inde ab Lucanis exſulibus ad ſuos nuncii miſſi ſunt: pactoque reditu promiſſum eſt, regem, aut vivum, aut mortuum, in poteſtatem daturos. Ceterùm cum delectis ipſe, egregium facinus auſus, per medios erumpit hoſtes, & ducem Lucanorum cominus congreſſum obtruncat: contrahenſque ſuos ex fugâ palatos, pervenit ad amnem, ruinis recentibus pontis, quem vis aquæ abſtulerat, indicantem iter. (9) quem quum incerto vado tranſiret agmen, feſſus metu ac labore miles, increpans nomen abominandum fluminis,

Jure

modo uſurpatur verbum *tranſmittere* infrà l. 21. c. 51. l. 22. c. 20. l. 30 c. 24. l. 31. c. 7. (5) Vox *Inferna* videtur eſſe propria appellatio ſtagni alicujus; fortaſſe Acheruſiæ ipſius paludis, cui hoc nomen inditum eſſe potuit a populari opinione, quæ Acherontem fluvium in infernas ſedes per eam paludem delabi fingebat. (6) Obſervat Doujatius neutram ex his urbibus in finibus Lucanorum includi; ac pro *Conſentiâ* ſuſpicatur legendum *Potentiam*, pro *Siponto Metapontum*, quæ haud dubiè Lucanorum urbes ſunt. *Conſentia* Bruttiorum urbs fuit; *Sipontum* Apulorum Dauniorum. (7) Alii legunt *imminentes*, ut referatur ad tres illos tumulos. Sed ſcripti omnes pro altero ſtant; & Pandoſia quidem ſita fuit in confinio Lucanorum & Bruttiorum. Porro pro *tres* Drakenborchius & priſcæ editiones *tris* præferunt. Servius notat ad Virg. l. 1. Æn. v. 108. *Tris Latinum eſt. Genitivus enim pluralis, quotiens in ium exit, accuſativum pluralem in is mittit, ut puppium, puppis: quotiens in um exit, in es mittit, ut patrum, patres.* (8) Nempe exſulum, qui ſe hoſtibus patriæ adjungunt. (9) Nempe amnem.

(10) Armiger

Jure Acheros vocaris, inquit. quod ubi ad aures accidit regis; adjecit extemplo animum fatis suis; substititque dubius, an transiret. Tum Sotimus (10) minister ex regiis pueris, † *quid in tanto discrimine* (11) *periculi cunctaretur* interrogans, indicat, Lucanos insidiis quærere locum. Quos ubi respexit rex procul grege facto venientes, stringit gladium, & per medium amnem transmittit equum. Jamque in vadum (12) egressum eminus † veruto Lucanus exsul transfigit. lapsum inde cum inhærente telo corpus exanime detulit amnis in hostium præsidia. Ibi fœda laceratio corporis facta. namque, præciso medio, partem Consentiam misere: pars ipsis retenta ad ludibrium. quæ quum jaculis saxisque procul incesseretur, mulier una, (13) ultra humanarum irarum fidem sævienti turbæ immixta, ut parumper (14) sustinerent precata, flens ait, *virum sibi liberosque captos apud hostes esse: sperare, corpore regio utcunque mulcato se suos redempturam.* Is finis lacerationi fuit. (15) sepultumque Consentiæ, quod membrorum reliquum fuit, curâ mulieris unius: ossaque Metapontum ad hostes remissa; inde Epirum devecta ad Cleopatram uxorem sororemque Olympiadem: quarum mater Magni Alexandri altera, soror altera fuit. Hæc de Alexandri Epirensis tristi eventu, quanquam Romano bello fortuna eum † abstinuit, tamen, quia in Italiâ bella gessit, paucis dixisse satis sit.

Quintum lectisternium. XXV. Eodem anno lectisternium Romæ, (1) quintò post conditam urbem, iisdem, quibus antè, placandis habitum est Diis. Novi deinde consules jussu populi quum misissent, qui indicerent Samnitibus bellum; & ipsi majore conatu, quàm adversùs Græcos, cuncta parabant;

(10) Armiger, ex illâ cohorte puerorum nobilium, qui apud reges Macedoniæ & Epiri varia munia obibant, memoratâ a Curtio, l. 8. c. 21. Infrà l. 45. c. 6. *pueri regii apud Macedonas vocabantur principum liberi, ad ministerium electi regis.* (11) Sic suprà l. 6. c. 17. *in ipso discrimine periculi.* (12) Nempe ex amne. Sic *egredi in pacata* infrà l. 10. c. 32. *egredi in tumulum* l. 26. c. 44. (13) Ultra quàm credi potest humanam iram progredi. (14) i. e. cessarent. Sic *sustinere aliquem* est eum morari. suprà l. 5. c. 39. infrà l. 10. c. 43. l. 25. c. 26. (15) Quum mox addatur *ossa* sepulti Alexandri Metapontum remissa fuisse, patet *sepelire* hìc pro cremare poni. In primis huc facit locus Justin. l. 8. c. 4. *Bello consumptorum corpora ad sepulturam reddidit, reliquiasque funerum ut ad sepulcra majorum deferrent, ultro hortatus est.*

C. 25. (1) Tertiò factum fuit anno u. c. 391. vid. suprà l. 7. c. 2. Quartò

rabant; & alia nova nihil tum animo tale † agitantibus acceſſerunt auxilia. Lucani atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem venerunt, arma viroſque ad bellum pollicentes. fœdere ergo in amicitiam accepti. Eodem tempore etiam in Samnio res proſperè geſta. tria oppida in poteſtatem venerunt, Alliſæ, Calliſæ, Ruffrium: (2) aliuſque ager primo adventu conſulum longè latéque eſt pervaſtatus. Hoc bello tam proſperè commiſſo (3), alteri quoque bello, quo Græci obſidebantur, jam finis aderat. nam, præterquam quòd, (4) interſeptis munimentis hoſtium, pars parti abſciſſa erat, fœdiora aliquanto intra muros iis, quibus hoſtis territabat, patiebantur: & velut capti a ſuiſmetipſis præſidiis, indigna (5) jam liberis quoque ac conjugibus, & quæ captarum urbium extrema ſunt, patiebantur. Itaque quum, & a Tarento & a Samnitibus, fama eſſet, nova auxilia ventura, Samnitium plus, quàm vellent, intra mœnia eſſe rebantur: Tarentinorum juventutem, Græci Græcos, haud minùs per quos Samniti Nolanoque, quàm ut Romanis hoſtibus reſiſterent, exſpectabant. Poſtremò leviſſimum malorum deditio ad Romanos viſa. Charilaus & Nymphius, principes civitatis, communicato inter ſe conſilio, partes ad rem agendam diviſere, ut alter ad imperatorem Romanorum transfugeret, alter ſubſiſteret ad præbendam † opportunam conſilio urbem. Charilaus fuit, qui ad Publilium Philonem venit: &, *quod bonum, fauſtum, felix Palæpolitanis populoque Romano eſſet, tradere ſe,* aït, *mœnia ſtatuiſſe. Eo facto utrùm ab ſe prodita, an ſervata, patria videatur,*

Palæpolis traditur

Quartò autem quando factum fuerit, nuſquam docet Livius. (2) Intellige reliquum Samnium. (3) i. e. incepto. Sic infrà l. 31. c. 28. *felici expeditione bellum commiſſum.* l. 44. c. 4. *ad ultimum in audacter commiſſo perſeveravit.* (4) Munimenta hic intelligimus brachia a Palæpoli ad Neapolim ducta, per quæ ultro citroque commeare & ſibi invicem auxilium ferre Græci poſſent. Vid. ſuprà c. 23. Hæc igitur munimenta ſive brachia fuerant interſepta, ſive interrupta, interciſa ab Romanis, qui medio inter utramque urbem loco capto ſocietatem mutui auxilii hoſtibus diremerant. vid. ſuprà not. 5. ad c. 9. l. 6. (5) Legendum videtur, cum Gronovio, *indigna in liberis;* vel cum Doujatio *indigna jam in liberis* &c. Similis locus ſuprà eſt l. 3. c. 47. *quid prodeſſe, ſi incolumi urbe, quæ captâ metuenda timeantur, liberis ſuis ſint patienda?* Ceterùm per *præſidia* hîc memorata, intellige milites Nolanos & Samnites, quos in urbem, Palæpolim,

deatur, in fide Romanâ positum esse. sibi privatim nec pacisci quicquam, nec petere: publicè petere, quàm pacisci, magis, ut, si successisset incœptum, cogitaret populus Romanus, potiùs cum quanto studio periculoque reditum in amicitiam suam esset, quàm quâ stultitiâ & temeritate de officio decessum. Collaudatus ab imperatore tria millia militum ad occupandam eam partem urbis, quam Samnites insidebant, accepit: (6) præsidio ei L. Quinctius tribunus militum præpositus.

XXVI. Eodem tempore & Nymphius prætorem Samnitium arte aggressus perpulerat, ut, quoniam omnis Romanus exercitus aut circa Palæpolim aut in Samnio esset, sineret se classe circumvehi ad Romanum agrum, non oram modò maris, sed ipsi urbi propinqua loca depopulaturum. Sed, (1) ut falleret, nocte proficiscendum esse, extemploque naves deducendas (2). quod quo maturiùs fieret, omnis juventus Samnitium, præter necessarium urbis præsidium, ad littus missa. ubi dum Nymphius in tenebris & multitudine semet † ipsâ impediente, sedulò aliis (3) alia imperia turbans, terit tempus; Charilaus, ex composito ab sociis in urbem receptus, quum summa urbis Romano milite implesset, tolli clamorem jussit: ad quem Græci, signo accepto a principibus, quievere. Nolani per aversam partem urbis viâ Nolam ferente effugiunt. Samnitibus exclusis ab urbe, ut expeditior in præsentia fuga, ita fœdior, postquam periculo evaserunt, visa: quippe qui inermes, nullâ rerum suarum non relictâ inter hostes, ludibrium non externis modò, sed etiam popularibus, spoliati atque egentes domos rediere. (4) Haud ignarus opinionis alterius, quâ hæc proditio ab Samnitibus facta traditur, quum auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi est, tum fœdus Neapolitanum (eò enim (5) deinde summa rei Græcorum

Palæpolim receptos esse suprà dictum est c. 23. (6) Huic militum manui.

C. 26. (1) Ne profectionem ejus Romani animadverterent. F. (2) In mare. Verbum hâc in re proprium, cui opponitur *subducere* in siccum. (3) Alia quidem his, alia verò illis. (4) Licet haud ignarus sim quosdam auctores hanc proditionem ab Samnitibus factam, alteram tamen opinionem amplector, quum propter auctores fide digniores, tum propter fœdus cum Græcis ictum. (5) Ratio redditur cur fœdus dictum

eorum venit) fimilius vero facit, ipfos in amicitiam rediiffe. Publilio triumphus decretus; (6) quod fatis credebatur, obfidione domitos hoftes in fidem veniffe. Duo fingularia hæc ei viro primùm contigere; prorogatio imperii non antè in ullo facta, & (7) acto honore triumphus.

XXVII. Aliud fubinde bellum cum alterius oræ Græcis exortum. namque Tarentini, quum rem Palæpolitanam vanâ fpe auxilii aliquamdiu fuftinuiffent, poftquam Romanos urbe potitos accepere, velut deftituti, ac non qui ipfi deftituiffent, increpare Palæpolitanos: irâ atque invidiâ in Romanos furere; eo etiam, quòd Lucanos & Apulos (nam utraque eo anno focietas cœpta eft) in fidem populi Romani veniffe allatum eft. *quippe propemodum perventum ad fe effe: jamque in eo rem fore, ut Romani aut hoftes, aut domini habendi fint. Difcrimen profectò rerum fuarum in bello Samnitium eventuque ejus verti. eam folam gentem reftare, nec eam ipfam fatis validam, quando Lucanus defecerit. quem revocari adhuc, impellique ad abolendam focietatem Romanam poffe, fi qua ars ferendis difcordiis adhibeatur.* Hæc confilia quum apud cupidos rerum novandarum valuiffent; ex juventute quidam Lucanorum pretio afciti, clari magis inter populares, quàm honefti, inter fe mulcati ipfi virgis, quum corpora nuda intuliffent in civium cœtum, vociferati funt, fe, quòd caftra Romana ingredi aufi effent, a confule virgis cæfos, ac propè fecuri percuffos effe. Deformis fuàpte naturâ res quum fpeciem injuriæ magis, quàm doli, præ fe ferret, concitati homines cogunt clamore fuo magiftratus fenatum vocare: & alii, circumftantes concilium, bellum in Romanos pofcunt: alii ad concitandam in arma multitudinem agreftium difcurrunt: tumultuque etiam fanos (1) conflernante

Tarentinorum indignatio in Romanos.

Concitant Lucanos.

tum fit Neapolitanum, non verò Palæpolitanum. E. (6) Quod etfi Palæpolis vi capta non fuerat, tamen fatis credebatur obfidione domitos hoftes effe, & ad deditionem compulfos: atque adeo victoriam hanc triumpho non indignam effe. Drakenborchius interpretatur *fatis credebatur*, per credebatur fufficere ad impetrandum triumphum. (7) Et triumphus poft exactum magiftratum. Sic fuprà l. 3. c. 35. *eâ ætate iisque honoribus ufis*. & c. 69. *confulatibus anteactis*. Epit. l. 61. *tribunatu acto.*

C. 27 (1) Vid. fuprà not. 3, ad c. 42. l. 7.

(2) Quia

ſternante animos, decernitur, ut ſocietas cum Samnitibus renovaretur; legatique ad eam rem mittuntur. (2) Repentina res quia quàm cauſam nullam, tam ne fidem quidem habebat, coacti a Samnitibus & obſides dare, & præſidia in loca munita accipere, cæci fraude & irâ nihil recuſarunt. (3) Dilucere deinde brevi fraus cœpit, poſtquam criminum falſorum auctores Tarentum commigravere: ſed, amiſsâ omni (4) de ſe poteſtate, nihil ultrà, quàm ut pœniteret fruſtra, reſtabat.

Papirii fœneratoris fœda libido.

XXVIII. Eo anno plebi Romanæ velut aliud initium libertatis factum eſt, (1) quòd necti deſierunt: mutatum autem jus ob unius fœneratoris ſimul libidinem, ſimul crudelitatem inſignem. L. Papirius is fuit: cui quum ſe C. Publilius ob æs alienum paternum (2) nexum dediſſet: quæ ætas formaque miſericordiam elicere poterat, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt (3): &, florem ætatis ejus fructum adventicium crediti ratus, primò perlicere adoleſcentem ſermone inceſto eſt conatus: dein, poſtquam aſpernabantur flagitium aures, minis territare, atque identidem admonere fortunæ: poſtremò, quum ingenuitatis magis, quàm præſentis conditionis, memorem videret, nudari jubet, verberaque afferi. Quibus laceratus juvenis, quum ſe in publicum proripuiſſet, libidinem crudelitatemque conquerens fœneratoris; ingens vis hominum, quum ætatis miſeratione atque indignitate injuriæ accenſa, tum ſuæ conditionis liberûmque ſuorum reſpectu in forum; atque inde, agmine facto, ad curiam concurrit. & quum conſules, tumultu repentino coacti, ſenatum vocarent, introëuntibus in curiam Patribus laceratum juvenis tergum, procumbentes ad ſingulorum pedes, oſtentabant.

(2) Quia repentina res, quemadmodum cauſam nullam habebat, ita ne credibilis quidem videbatur. (3) Verbum dilucere ſimiliter uſurpatur ſuprà l. 3. c. 16. intrà l. 25. c. 29. (4) Nempe ſtatuendi *de ſe.* intrà l. 31. c. 45. *nec ſe poteſtatis ſuæ eſſe reſpondebant.* l. 36. c. 27. *ipſos nihil minus ſuæ poteſtatis fore.*

C. 28. (1) Quòd in ſervitutem dari creditoribus debitores deſierunt. (2) Salmaſius ſcribendum exiſtimat *in* † *nexum dediſſet.* nam *in nexum dare* vel *nexui* eodem modo dici, quo *in pignus* & *pignori.* Sed nihil opus eſt aliquid mutare. Drakenborchius accipit τὸ *nexum* pro ſupino a verbo *nectere. dediſſet nexum* i. e. *ad nectendum, ut necteretur.* (3) Obſerva, duobus ſubſtantivis ſingularis numeri duo addi verba alterum ſingulare *poterat,*

tentabant. Victum eo die ob † impotentem injuriam unius ingens vinculum fidei: jussique consules ferre ad populum, ne quis, nisi qui † noxam meruisset, donec pœnam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur: pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus, obnoxium esset. Ita nexi soluti; (4) cautumque in posterum, ne necterentur. *Nexi soluti: cautumque ne necterentur.*

XXIX. Eodem anno, quum satis per se ipsum Samnitium bellum & defectio (1) repens Lucanorum, auctoresque defectionis Tarentini sollicitos haberent Patres, accessit, ut & Vestinus populus Samnitibus sese conjungeret. quæ res sicut eo anno sermonibus magis passim hominum jactata, quàm in publico ullo concilio est; ita insequentis anni consulibus, L. Furio Camillo iterum, (2) Junio Bruto Scævæ, nulla prior visa est, de quâ ad senatum referrent. & quanquam nova (3) res erat, tamen tanta cura Patres † incessit, ut pariter eam susceptam neglectamque timerent: ne aut impunitas eorum lasciviâ superbiâque, aut (4) bello pœnæ expetitæ metu propinquo atque irâ concirent finitimos populos. Et erat genus omne (5) abunde bello Samnitibus par, Marsi Pelignique & Marrucini: quos, si Vestinus attingeretur, omnes habendos hostes. Vicit tamen pars, quæ in præsentia videri potuit majoris animi, quàm consilii: sed eventus docuit, (6) fortes fortunam juvare. Bellum ex auctoritate Patrum populus adversùs Vestinos jussit. Provincia ea Bruto, Samnium Camillo sorte evenit. Exercitus

U. c. 430. A. C. 322. L. Furio II. D. Junio Coss.

† *Vestinis bellum indictum.*

poterat, alterum plurale *accenderunt*. Vid. † *variatio*. (4) Id tamen jus non omnino pro firmo stetit. Siquidem opus fuit eam legem renovari quadraginta fere pòst annis, tum quum plebes in Janiculum secessit.

C. 29. (1) Malè alii *recens*. Vocabulum repens Livio in deliciis fuit. eo usus est suprà l. 1. c. 14. l. 4. c. 14. l. 6. c. 42. (2) Omissum est prænomen *Decimus*. (3) Recens: ex quâ proinde nihildum acceptum fuerat damni. Ita Crevierius. Dukerus autem observat quod res novæ & inopinatæ semper per se magis perturbant animos, & majorem curam ac sollicitudinem afferunt, quam ante prævisæ & exspectatæ. *Major ignotarum rerum est terror*, ait Scipio infrà l. 28. c. 44. Itaque putat aptius ad sententiam esse *non nova*, vel *nota res*: nam Livius eam jam superiore anno passim sermonibus hominum jactatam fuisse dicit, quorum non ignari poterant esse Patres. (4) Ne, si bello pœna expeteretur, finitimi populi metu, ob propinquitatem, atque irâ afficerentur. E. (5) h. e. finitimi populi. *Abunde par*, ut *abunde magnus* apud Sall. in Jug. c. 12. E. (6) Proverbium est, quo utitur noster infrà

ercitus utróque ducti, & curâ tuendorum finium hostes prohibiti conjungere arma. Ceterùm alterum consulem L. Furium, cui major moles rerum imposita erat, morbo gravi implicitum fortuna bello subtraxit: jussusque dictatorem dicere rei gerendæ causâ, longè clarissimum bello eâ tempestate dixit L. Papirium Cursorem; a quo Q. Fabius Maximus (7) Rullianus magister equitum est dictus: par nobile rebus in eo magistratu gestis, discordiâ tamen, quâ propè ad (8) ultimum dimicationis ventum est, nobilius. Ab altero consule in Vestinis multiplex bellum, nec usquam vario eventu, gestum est, nam & pervastavit agros, &, populando atque urendo tecta hostium sataque, in aciem invitos extraxit (9): & ita prœlio uno (10) accidit Vestinorum res, haudquaquam tamen incruento milite suo, ut non in castra solùm refugerent hostes, sed, jam ne vallo quidem ac fossis freti, dilaberentur in oppida, situ urbium mœnibusque se defensuri. Postremò oppida quoque vi expugnare adortus, primò Cutinam ingenti ardore militum (11) aut vulnerum irâ, quòd haud fere quisquam integer prœlio excesserat, scalis cepit: deinde Cingiliam. utriusque urbis prædam militibus, quòd eos neque portæ, neque muri hostium arcuerant, concessit.

L. Papirius dictator.

XXX. In Samnium (1) incertis itum auspiciis est: cujus rei vitium non in belli eventum, quod prosperè gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum † vertit. namque Papirius dictator, a pullario monitus, quum ad † auspicium repetendum Romam proficisceretur, magistro equitum denunciavit, ut sese loco teneret, neu, absente se, cum hoste manum consereret. Fabius quum post profectionem dictatoris per exploratores comperisset, perinde omnia soluta apud hostes, ac si nemo Romanus in Samnio esset; seu ferox adolescens indignitate

Fabius absente dictatore rem bene gerit.

frà l. 34. c. 37. & Cic. l. 2. Tusc. c. 4. (7) Vid. not. 3. ad. c. 18. suprà. (8) Sic suprà l. 2. c. 56. Eodem sensu *ultimum certamen*, suprà l. 7. c. 37. (9) Nempe ex castris vel urbibus, quibus antea latitaverant. vid. suprà not. 3. ad. c. 4. l. 3. (10) Similiter *accisæ res* dicuntur suprà l. 3. c. 10. l. 6. c. 5. & alibi. (11) Melius legas, cum aliquot codicibus, *ac vulnerum irâ*.

C. 30. (1) Incertum fuerat, bona an mala essent auspicia: ideoque Papirius ad auspicium repetendum Romam proficisci mox dicitur, *re quid*

tate accenſus, quòd omnia in dictatore viderentur repoſita eſſe; ſeu † occaſione bene gerendæ rei inductus; exercitu inſtructo paratoque profectus ad Imbrinium, (ita vocant locum) acie cum Samnitibus conflixit. ea fortuna pugnæ fuit, ut nihil relictum ſit, quo, ſi adfuiſſet dictator, res meliùs geri potuerit: non dux militi, non miles duci † defuit. Eques etiam, auctore L. Cominio tribuno militum, qui aliquoties impetu † capto perrumpere non poterat hoſtium agmen, detraxit frenos equis; atque ita concitatos calcaribus † permiſit, ut ſuſtinere eos nulla vis poſſet. per arma, per viros late ſtragem dedere. Secutus pedes impetum equitum, turbatis hoſtibus intulit ſigna. Viginti millia hoſtium cæſa eo die traduntur. Auctores habeo, bis cum hoſte ſigna collata, dictatore abſente, bis rem egregiè geſtam. Apud antiquiſſimos ſcriptores una hæc pugna invenitur: in quibuſdam annalibus tota res prætermiſſa eſt. Magiſter equitum, ut ex tantâ cæde, multis potitus ſpoliis, congeſta in ingentem acervum hoſtilia arma (2) ſubdito igne concremavit: ſeu votum id Deorum cuipiam fuit; ſeu credere libet Fabio (3) auctori, eo factum, ne ſuæ gloriæ fructum dictator caperet, (4) nomenque ibi ſcriberet, aut ſpolia in triumpho ferret. Literæ quoque de re proſperè geſtâ ad ſenatum, non ad dictatorem, miſſæ, argumentum fuere minimè cum eo communicantis laudes. Ita certè dictator id factum accepit, ut, lætis aliis victoriâ partâ, præ ſe ferret iram triſtitiamque. Miſſo itaque repentè ſenatu, ſe ex curiâ proripuit: tum verò, non Samnitium magis legiones, quàm majeſtatem dictatoriam & diſciplinam militarem, a magiſtro equitum victam & everſam dictitans, ſi illi impunè ſpretum imperium fuiſſet. Itaque plenus minarum iræque, profectus in caſtra, quum maximis itineribus iſſet, non tamen prævenire famam adventûs ſui potuit. Præcucurrerant enim ab urbe, qui nunciarent, dictatorem avidum pœnæ

Dictator indignatur.

quid dubiis Diis ageret; uti ipſe loquitur infrà c. 32. (2) *Subdere ignem* metaphorice paullo inferiùs adhibetur c. 32. (3) Intellige † *Fabium Pictorem. Fabio auctori,* h. e. Fabio narranti. Ita *auctor* pro eo, qui aliquid narrat, infrà eſt l. 10. c. 26. & ſuprà hoc lib. c. 18. Præterea *eo* hîc eſt pro ideo. (4) Vel de tropæo intellige, cui victorem nomen ſuum inſcribere moris erat: vel de ſpoliis poſt triumphum in templis Deorum

cum

pœnæ venire, alternis penè verbis T. Manlii (5) factum laudantem.

Fabii oratio ad milites.

XXXI. Fabius concione extemplo advocatâ, obteſtatus milites eſt, *ut, quâ virtute rempublicam ab infeſtiſſimis hoſtibus defendiſſent, eâdem ſe, cujus ductu* (1) *auſpicioque viciſſent, ab † impotenti crudelitate dictatoris tutarentur. Venire amentem invidiâ, iratum virtuti alienæ felicitatique; furere, quòd, ſe abſente, reſpublica egregiè † geſta eſſet: malle, ſi mutare fortunam poſſet, apud Samnites, quàm Romanos victoriam eſſe. Imperium dictitare ſpretum, tanquam non eâdem mente pugnari vetuerit, quâ pugnatum doleat: & tunc invidiâ impedire virtutem alienam voluiſſe, cupidiſſimiſque arma ablaturum fuiſſe militibus, ne, ſe abſente, moveri poſſent: & nunc* (2) *id furere, id ægre pati, quòd ſine L. Papirio, non inermes, non manci milites fuerint, quòd ſe Q. Fabius magiſtrum equitum duxerit, ac non † accenſum dictatoris. Quid illum facturum fuiſſe, ſi, quod belli caſus ferunt, † Marſque communis, adverſa pugna eveniſſet; qui ſibi, devictis hoſtibus, republicâ bene geſta, ita ut non ab illo unico duce meliùs geri potuerit, ſupplicium magiſtro equitum minetur? Neque illum magiſtro equitum infeſtiorem, quàm tribunis militum, quàm centurionibus, quàm militibus eſſe. ſi poſſit, in omnes ſæviturum fuiſſe: quia id nequeat, in unum ſævire.* † *Etiam invidiam, tanquam ignem, ſumma petere; in caput conſilii, in ducem incurrere. ſi ſe ſimul cum gloriâ rei geſtæ exſtinxiſſet, tunc victorem, velut in capto exercitu dominantem, quicquid licuerit* (3) *in magiſtro equitum, in militibus auſurum. Proinde † adeſſent in ſuâ causâ omnium libertati. Si conſenſum exercitus eundem, qui in prœlio fuerit, in tuendâ victoriâ videat, & ſalutem unius omnibus curæ eſſe; inclinaturum ad clementiorem ſententiam animum. Poſtremò ſe vitam fortunaſque ſuas illorum fidei virtutique* (4) *permittere.*

XXXII. Clamor

cum ſollenni inſcriptione fixis. (5) Severitatem intellige in ejus filium, qui injuſſu imperatoris pugnaverat.

C. 31. (1) Hîc non omnino accuratè loquentem facit Fabium Livius. *Ductu* quidem magiſtri equitum vicerant Romani, ſed *auſpicio* dictatoris. Siquidem magiſter equitum ipſe non habebat auſpicia, ſed imperio dictatoris & auſpiciis ſuberat. Quâ etiam de causâ nulli unquam reperiuntur magiſtri equitum vel ſoli vel cum dictatoribus triumphaſſe, quamvis conſul & prætor ex eodem prœlio in faſtis triumphalibus triumphum egiſſe legantur; quoniam uterque ille magiſtratus ſuis auſpiciis ad bellum gerendum proficiſcebatur. (2) h. e. propter id. (3) Vid. ſuprà not. 8, ad. c. 8. l. 6. (4) Si. Ter. in Andr. 1. 5. 61.

XXXII. Clamor e totâ concione ortus, uti bonum animum haberet: neminem illi vim allaturum, ſalvis legionibus Romanis. Haud multo pòſt dictator advenit: claſſicoque extemplo ad concionem advocavit. Tum, ſilentio facto, præco Q. Fabium magiſtrum equitum citavit. qui ſimul ex inferiore loco ad tribunal acceſſit, tum dictator, *Quæro*, inquit, *de te, Q. Fabi, quum ſummum imperium dictatoris ſit, pareantque ei conſules,* (1) *regia poteſtas, prætores iiſdem auſpiciis, quibus conſules, creati; æquum cenſeas, necne, magiſtrum equitum dicto audientem eſſe? Itemque illud interrogo, quum me* (2) *incertis auſpiciis profectum ab domo ſcirem, utrùm mihi turbatis religionibus reſpublica in diſcrimen committenda fuerit, an auſpicia repetenda, ne quid dubiis Diis agerem? Simul illud, quæ dictatori religio impedimento ad rem gerendam fuerit, num eâ magiſter equitum* (3) *ſolutus ac liber potuerit eſſe?* (4) *Sed quid ego hæc interrogo? quum, ſi ego tacitus abiſſem, tamen tibi ad voluntatis interpretationem meæ dirigenda tua ſententia fuerit. Quin tu reſpondes, vetuerimne, te quicquam rei, me abſente, agere? vetuerimne, ſigna cum hoſtibus conferre? quo tu imperio meo ſpreto, incertis auſpiciis, turbatis religionibus, adversùs morem militarem diſciplinamque majorum & numen Deorum, auſus es cum hoſte confligere. Ad hæc, quæ interrogatus es, reſponde. extra ea, cave, vocem mittas. Accede, lictor.* Adversùs quæ ſingula quum reſpondere haud facile eſſet, & nunc quereretur, eundem accuſatorem capitis ſui ac judicem eſſe; modò, vitam ſibi eripi citiùs, quàm gloriam rerum geſtarum, poſſe, vociferaretur; purgaretque ſe invicem, atque ultro accuſaret: tunc Papirius, redintegratâ irâ, ſpoliari magiſtrum equitum, ac virgas & ſecures expediri juſſit. Fabius, fidem militum implorans, lacerantibus veſtem lictoribus, ad triarios,

Dictatoris oratio ad mag. eq.

Fabius ſe recipit ad triarios.

61. *Bona noſtra hæc tibi permitto, & tuæ mando fidei.* *Permittere* etiam pro committere ponitur ſuprà l. 1. c. 6. & l. 4. c. 49.

C. 32. (1) Vid. ſuprà not. 7. ad. c. 2. l. 4. (2) Vid. not. 1. ad. c. 30. ſuprà. (3) Sic ſuprà c. 9. *exſolutis religione animis.* & alibi. (4) Quaſi diceret: ſed quid ego te ad diſceptationem ipſius rei voco, quum tuæ partes non aliæ ſint, quàm ut pareas; quum ita tibi voluntas mea pro lege eſſe debuerit, ut etiamſi ego tacitus abiiſſem, ea tibi conjecturâ inveſtiganda, & ad eam dirigenda ſententia tua fuerit; nec proinde quicquam ad te pertineat diſquiſitio earum rationum, propter quas

triarios, (5) tumultum jam in concione miscentes, sese recepit. Inde clamor in totam concionem est perlatus: alibi preces, alibi minæ audiebantur. qui proximi fortè (6) tribunal steterant, quia subjecti oculis imperatoris noscitari poterant, orabant, ut parceret magistro equitum, neu cum eo exercitum damnaret. Extrema concio & circa Fabium globus increpabant inclementem dictatorem: nec procul seditione aberant. ne tribunal quidem satis quietum erat. Legati circumstantes sellam orabant, ut rem in posterum diem differret, & iræ suæ (7) spatium, & consilio tempus daret: *Satis castigatam adolescentiam Fabii esse: satis deformatam victoriam: ne ad extremum finem supplicii tenderet: neu* (8) *unico juveni, neu patri ejus, clarissimo viro, neu Fabiæ genti eam* † *injungeret* (9) *ignominiam.* Quum parum precibus, parum causâ proficerent, *intueri sævientem concionem* jubebant. *ita irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni, non esse ætatis, non prudentiæ ejus.* (10) *neminem id Q. Fabio, pœnam deprecanti suam, vitio versurum, sed dictatori, si occæcatus irâ infestam multudinem in se pravo certamine movisset. Postremò,* (11) *ne id se gratiæ dare Q. Fabii crederet, se jusjurandum dare paratos esse; non videri e republicâ, in Q. Fabium eo tempore animadverti.*

XXXIII. His vocibus quum in se magis incitarent dictatorem, quàm (1) in magistrum equitum placarent, jussi de tribunali descendere legati: &, silentio nequiequam

quam

quas a pugnâ abstinendum fuerat. (5) Sic infrà l. 35. c. 13. *circa omnes vicos maritimos dimisit ad seditiones in iis miscendas.* (6) Sic infrà l. 35. c. 27. *qui proximus finem Megalopolitarum est.* & alibi. Vid. † *ad.* (7) Sic suprà l. 2. c. 56. *darent iræ spatium.* Ovid. Ep. 7. Her. v. 73. *Da breve sævitiæ spatium.* Boffius simili modo explicanda censet verba Apostoli Pauli δοτε τοπον τη οργη Epist. ad Rom. c. 12. v. 19. [Alii autem locum illum aliter interpretantur. Wetstenius ad locum adducit (inter alia) illud Plutarchi ὑπείκειν τοῖς ὀργιζομένοις. Alii de vindictâ divinâ accipiunt, cui locus relinquendus est. Vide fis Elsneri observ. sacr. & Lexica Schleusneri atque Krebsii. E.] (8) Juveni cujus virtus singularis & unica esset. (9) Sic suprà l. 3. c. 65. *injuriam . . . injungimus aliis.* infrà l. 38. c. 8. *pœnam injungere.* (10) Si seditio in castris concitetur, omnes culpam ejus rei in dictatorem collaturos; non verò in Fabium, qui precibus modò supplicium effugere conabatur. Is *deprecatur*, qui precatur ne quid contingat. (11) Ne crederet se ideo sic loqui, quia gratiam Fabii demereri vellent; se in iis quæ dicerent spectare Fabii gratiam & amicitiam.

C. 33. (1) Sic *bonus in aliquem.* Cic. l. 2. ad Att. Ep. 12.

(2) Vid.

quam per præconem tentato, quum, præ ſtrepitu ac tumultu, nec ipſius dictatoris, nec apparitorum ejus vox audiretur; nox, velut in prœlio, certamini finem fecit. Magiſter equitum, juſſus poſtero die adeſſe, quum omnes affirmarent, infeſtiùs Papirium exarſurum, agitatum contentione ipsâ exacerbatumque, clam ex caſtris Romam profugit: &, patre auctore M. Fabio, qui ter jam conſul dictatorque fuerat, vocato extemplo ſenatu, quum maximè conquereretur apud Patres vim atque injuriam dictatoris, repentè ſtrepitus ante curiam lictorum ſubmoventium auditur: & ipſe infenſus aderat, poſtquam comperit profectum ex caſtris, cum expedito equitatu ſecutus. Iterata deinde contentio: & prendi Fabium Papirius juſſit. Ubi quum, deprecantibus primoribus Patrum atque univerſo ſenatu, perſtaret in incepto immitis animus; tum pater M. Fabius, *Quandoquidem*, inquit, *apud te nec auctoritas ſenatûs, nec ætas mea, cui orbitatem paras, nec virtus nobilitaſque magiſtri equitum, a te ipſo nominati, valet, nec preces, quæ ſæpe hoſtem mitigavere, quæ Deorum iras placant; tribunos plebis appello, & (2) provoco ad populum: eumque tibi, fugienti exercitûs tui, fugienti ſenatûs judicium, judicem † fero, qui certè unus plus, quàm tua dictatura, poteſt polletque. Videro, ceſſuruſne provocationi ſis, cui rex Romanus Tullus Hoſtilius ceſſit* (3). Ex curiâ in concionem itur. quo cum paucis dictator, cum omni agmine principum magiſter equitum quum † eſcendiſſet; deduci eum de roſtris Papirius in partem inferiorem juſſit. Secutus pater, *Bene agis*, inquit, *quum eò nos deduci juſſiſti, unde & privati vocem mittere poſſemus.* Ibi primò non tam † perpetuæ orationes, quàm altercatio, exaudiebantur. Vicit deinde ſtrepitum vox & indignatio Fabii ſenis, increpantis ſuperbiam crudelitatemque Papirii: *Se quoque dictatorem Romæ fuiſſe, nec a ſe quenquam, ne plebis quidem hominem, non centurionem, non militem, violatum; Papirium, tanquam ex hoſtium ducibus, ſic*

Romam fugit.

Sequitur dictator.

Fabii pater Tr. Pl. appellat.

Fabii ſenis oratio.

(2) Vid. ſuprà l. 3. c. 55. Sunt tamen viri docti, qui exiſtiment, a dictatore provocationem datam non eſſe, idque hoc ipſo Papirii exemplo probari, qui provocationi non ceſſerit. Non enim populi ſententiâ Fabium abſolutum, ſed precibus ejus donatum fuiſſe. (3) Nempe quum Horatii cauſam a decemviris damnati retractari a populo ſivit, ad quem reus provocarat.

(4) Vid.

ſic ex Romano imperatore victoriam & triumphum peteret. Quantum intereſſet inter moderationem antiquorum, & novam ſuperbiam crudelitatemque. (4) Dictatorem Quinctium Cincinnatum in L. Minucium conſulem, (5) ex obſidione a ſe ereptum, non ultrà ſæviſſe, quàm ut legatum eum ad exercitum pro conſule relinqueret. (6) M. Furium Camillum in L. Furio, qui, contemptâ ſuâ ſenectute & auctoritate, fœdiſſimo cum eventu pugnaſſet, non ſolùm in præſentia moderatum iræ eſſe, ne quid de collegâ ſecus (7) populo aut ſenatui ſcriberet; ſed, quum revertiſſet, potiſſimum ex tribunis conſularibus habuiſſe, quem ex collegis, optione ab ſenatu datâ, ſocium ſibi imperii delegerit. Nam populi quidem, penes quem poteſtas omnium rerum eſſet, ne iram quidem unquam atrociorem fuiſſe in eos, qui temeritate atque inſcitiâ exercitus amiſiſſent, (8) quàm ut pecuniâ eos mulctaret. (9) capite † anquiſitum ob rem bello malè geſtam de imperatore nullo ad eam diem eſſe. Nunc ducibus populi Romani, quæ ne victis quidem bello fas fuerit, virgas & ſecures victoribus, & juſtiſſimos meritis triumphos intentari. Quid enim tandem paſſurum fuiſſe filium ſuum, ſi exercitum amiſiſſet: ſi fuſus, fugatus, caſtris exutus fuiſſet? quò ultrà iram violentiamque ejus exceſſuram fuiſſe, quàm ut verberaret necaretque? Quàm conveniens eſſe, propter Q. Fabium civitatem in (10) lætitiâ, victoriâ, ſupplicationibus, ac gratulationibus eſſe: eum, propter quem Deûm delubra pateant, aræ ſacrificiis fument, honore, donis (12) cumulentur, nudatum virgis lacerari in conſpectu populi Romani; intuentem Capitolium atque arcem, Deoſque ab ſe (13) duobus prœliis haud fruſtra advocatos? Quo id animo exercitum, qui ejus ductu (14) auſpiciiſque

(4) Vid. l. 3. c. 29. Paullo ſuprà, pro *quantum intereſſet*, magis Livianum videretur *quantum intereſſe*. (5) *Ex obſidione eripere* occurrit ſuprà l. 5. c. 17. infrà l. 31. c. 16. Ita *eripere ex ſervitute, e periculo* apud Sall. in Cat. c. 48. (6) Vid. ſuprà l. 6. c. 25. (7) Vid. ſuprà not. 8. ad. c. 6. l. 7. (8) Exemplum vid. ſuprà l. 4. c. 41. (9) Utrumque Livio in uſu fuit, *anquirere capite & capitis*. (10) Vid. ſuprà not. 9. ad. c. 4. l. 5. *εν εχθρᾳ ειναι* dixit D. Luc. Evang. c. 23. v. 12. (12) Sic Virg. Æn. 11. v. 50. *cumulatque altaria donis*. qui etiam *honores* ſæpe uſurpat pro ſacrificiis, donis numini oblatis. Æn. 1. v. 49. *aris imponat honorem*. E. (13) Suprà c. 30. potiorem habuiſſe videtur Livius fidem eorum, qui ſemel tantùm pugnaſſe Fabium tradidere. Sed hîc loquentem inducit patrem ex eâ opinione, quæ magis cauſæ ſuæ faveat. (14) Vid. not. 1. ad c. 31. ſuprà.

viciſſet,

viciſſet, laturum? quem luctum in caſtris Romanis, quam lætitiam inter hoſtes fore? Hæc, ſimul jurgans, querens, Deûm hominumque fidem obteſtans, & complexus filium, plurimis cum lacrimis † agebat.

XXXIV. Stabat cum eo ſenatûs majeſtas, favor populi, tribunicium auxilium, memoria abſentis exercitûs. Ex parte alterâ (1) *imperium invictum populi Romani, & diſciplina rei militaris, & dictatoris edictum pro numine ſemper obſervatum, & Manliana imperia, & poſthabita filii caritas publicæ utilitati,* jactabantur. *Hoc etiam L. Brutum,* *Dictatoris oratio.* *conditorem Romanæ libertatis, antea in duobus liberis feciſſe. nunc patres comes, & ſenes faciles* (2) *de alieno imperio ſpreto, tanquam rei parvæ, diſciplinæ militaris everſæ juventuti † gratiam facere. Se tamen perſtaturum in incepto: nec ei, qui adversùs dictum ſuum, turbatis religionibus ac dubiis auſpiciis, pugnaſſet, quicquam ex juſtâ pœnâ remiſſurum. Majeſtas imperii perpetuane eſſet, non eſſe in ſuâ poteſtate. L. Papirium nihil de ejus jure † deminuturum. optare, ne poteſtas tribunicia, inviolata ipſa, violet interceſſione ſuâ Romanum imperium, neu populus in ſe* (3) *potiſſimùm dictatorem & jus dictaturæ exſtinguat. Quod ſi feciſſet, non L. Papirium, ſed tribunos, ſed pravum populi judicium, nequicquam poſteros accuſaturos: quum, pollutâ ſemel militari diſciplinâ, non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus conſulis, non magiſter equitum dictatoris pareat imperio; nemo hominum, nemo Deorum verecundiam habeat; non edicta imperatorum, non auſpicia obſerventur; ſine † commeatu vagi milites in pacato, in hoſtico errent, immemores ſacramenti, licentiâ ſolâ ſe, ubi velint,* (4) *exauctorent;*

C. 34. (1) Imperii, quod a populo magiſtratibus ducibuſque commiſſum populi nomine geratur, majeſtas huc uſque inviolata. (2) Nempe *quum agitur* de alieno imperio ſpreto. Alii jungunt voces *de alieno imperio* cum ſequentibus *gratiam facere;* quemadmodum dicitur *de alieno largiri.* Sed, utrovis modo, durior conſtructio videtur. Alii igitur locum emendare tentant, vel omittendo præpoſitionem *de*, vel, pro *de alieno,* legendo *dictatorio.* (3) Nempe in Papirio. Sed legendum videtur, *in ſe potiſſimùm dictatore jus dictaturæ exſtinguat.* Nam vix Latinè dici poteſt hoc ſenſu, quem locus requirit, *exſtinguere dictatorem;* vel, ſi Latinè dici poteſt, non differt ab eo quod additur, *exſtinguere jus dictaturæ.* Et quidem duo codices omittunt *τὸ &.* (4) *Auctorare* eſt pretio operam ſuam addicere, quemadmodum gladiatores: *exauctorare,* auctoratum dimittere. Propriè autem *exauctorantur* milites qui ſolvuntur labore mi-

vent; (5) *infrequentia deserantur signa; neque conveniatur ad edictum, nec discernatur, interdiu nocte, æquo iniquo loco, jussu injussu imperatoris pugnent; & non signa, non ordines servent; latrocinii modo cæca & fortuita, pro sollenni &* (6) *sacratâ, militia sit. Horum criminum vos reos in omnia secula offerte, tribuni † plebi.* (7) *vestra obnoxia capita pro licentiâ Q. Fabii objicite.*

P. R. exorat dictatorem.

XXXV. Stupentes tribunos & suam jam † vicem magis anxios, quàm ejus, cui auxilium ab se petebatur, liberavit onere (1) consensus populi Romani, ad preces & obtestationem versus, ut sibi pœnam magistri equitum dictator remitteret. Tribuni quoque, inclinatam rem in preces subsecuti, orare dictatorem insistunt, ut veniam errori humano, veniam adolescentiæ Q. Fabii daret: satis eum pœnarum dedisse. Jam ipse adolescens, jam pater M. Fabius contentionis obliti, procumbere ad genua, & iram deprecari dictatoris. Tum dictator, silentio facto, *Bene habet*, inquit, *Quirites. vicit disciplina militaris, vicit imperii majestas, quæ in discrimine fuerunt, an ulla post hanc diem essent. Non* (2) *noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnavit; sed, noxæ damnatus, donatur populo Romano; donatur tribuniciæ potestati, precarium non justum auxilium ferenti. Vive, Q. Fabi, felicior hoc consensu civitatis ad tuendum te, quàm, quâ paullo antè exsultabas, victoriâ. vive, id facinus ausus, cujus tibi ne parens quidem, si eodem loco fuisset, quo fuit L. Papirius, veniam dedisset.* (3) *Mecum, ut voles, reverteris in gratiam: populo Romano, cui vitam debes, nihil majus præstiteris, quàm si hic tibi dies satis documenti dederit, ut bello ac pace pati legitima imperia possis.* Quum se nihil † morari magistrum equitum pronunciasset, degressum eum † templo lætus senatus, lætior populus, circumfusi, ac gratulantes hinc magistro equitum, hinc dictatori, prosecuti

litiæ præterquam pugnæ. Tac. l. 1. Ann. c. 36. (5) Vid. not. 6. ad c. 8. l. 7. (6) Militia sacrata habebatur ob sacramentum militare. (7) Vestra capita obstringite tot criminibus, ut gratificemini Q. Fabio, & licentiam ejus tueamini.

C. 35. (1) Sic suprà l. 3. c. 34. *consensus omnium leges jussisse & tulisse* dicitur. & l. 6. c. 22. *consensus populi restiterat.* (2) Vid. suprà not. 8. ad c. 24. l. 6. (3) Sic Cic. Phil. 2. c. 46. *Mecum, ut voles; cum republicâ redi in gratiam.*

sunt

ſunt: firmatumque imperium militare haud minùs periculo Q. Fabii, quàm ſupplicio miſerabili adoleſcentis Manlii, videbatur. Fortè ita eo anno evenit, ut, quotieſcunque dictator ab exercitu receſſit, hoſtes in Samnio moverentur. ceterùm in oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato, qui caſtris præerat, ne quam vim hoſtium magis, quàm trucem dictatoris iram, timeret. Itaque, frumentatores quum, circumventi ex inſidiis, cæſi loco iniquo eſſent, creditum vulgò eſt, ſubveniri eis ab legato potuiſſe, ni triſtia edicta exhorruiſſet. ea quoque ira alienavit a dictatore militum animos, jam antè infenſos, quòd implacabilis Q. Fabio fuiſſet; &, quòd ſuis precibus negaſſet, ejus populo Romano veniam dediſſet.

XXXVI. Poſtquam dictator, (1) præpoſito in urbe L. Papirio Craſſo magiſtro equitum, Q. Fabio vetito quicquam pro magiſtratu agere, in caſtra rediit; neque civibus ſatis lætus adventus ejus fuit, nec hoſtibus quicquam attulit terroris. namque poſtero die, ſeu ignari veniſſe dictatorem, ſeu, adeſſet an abeſſet, parvi facientes, inſtructâ acie ad caſtra acceſſerunt. Ceterùm tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit, ut, ſi ducis conſilia favor ſubſecutus militum foret, † debellari eo die cum Samnitibus potuiſſe, pro haud dubio habitum ſit: ita inſtruxit aciem loco ac ſubſidiis, ita omni arte bellicâ firmavit. ceſſatum a milite, ac de induſtriâ, ut obtrectaretur laudibus ducis, impedita victoria eſt. Plures Samnitium cecidere: plures Romani vulnerati ſunt. Senſit peritus dux, quæ res victoriæ obſtaret: temperandum ingenium ſuum eſſe, & ſeveritatem miſcendam (2) comitati. Itaque, adhibitis legatis, ipſe (3) circùm ſaucios

Legiones Romanæ de induſtria male pugnant.

C. 36. (1) In urbe quidem reliquit Q. Fabium; ei verò præpoſuit L. Papirium Craſſum: i. e. non Fabio ſed Craſſo curam rerum urbanarum aſſignavit. Neque enim Drakenborchio aliiſque aſſentior, qui intelligunt L. Papirium Craſſum loco Fabii magiſtrum equitum dictum eſſe. Vix mihi perſuadere poſſum fore ut Livius tam inuſitatam rem tam leviter innueret: neque opus fore cenſeo, ſi Fabius magiſtratu ſe abdicare coactus eſſet, ſtatim ſubjungere eum vetitum eſſe quicquam pro magiſtratu agere. E. (2) Meliùs, cum Gronovio, legas, *comitate*: ut infrà l. 40. c. 8. *pavorem miſtum admiratione.* Nam qui *ſeveritatem comitati miſcet*, is jam antè comis eſt; ſed cavet, ne plus ſit, quàm ſatis eſt: quod in Papirii ingenium non convenit. (3) Saucios milites ex ordine

Dictator comior factus. saucios milites inferens in tentoria caput, singulos, ut sese haberent, rogitans, curam eorum nominatim legatis, tribunisque, & (4) præfectis demandabat: rem per se popularem ita dexter egit, ut, medendis corporibus, animi multo priùs militum imperatori reconciliarentur; nec quicquam ad salubritatem efficacius fuerit, quàm quòd grato animo ea cura accepta est. Refecto exercitu, cum hoste congressus haud dubiâ spe suâ militumque, *Samnites vincit.* ita fudit fugavitque Samnites, ut ille ultimus eis dies conferendi signa cum dictatore fuerit. Incessit deinde, quâ duxit prædæ spes, victor exercitus; perlustravitque hostium agros, nulla arma, nullam vim, nec apertam, nec insidiis, expertus. Addebat alacritatem, quòd dictator prædam omnem edixerat militibus: nec ira magis publica, quàm privatum (5) compendium, in hostem acuebat. His cladibus subacti Samnites pacem a dictatore petiere: cum quo pacti, ut singula vestimenta militibus, & annuum stipendium darent; quum ire ad senatum jussi essent, secuturos se dictatorem responderunt, unius ejus fidei virtutique causam suam commendantes. ita deductus ex Samnitibus exercitus.

U. c. 431. A. C. 321. C. Sulpicio II. Q. Æmilio Coss. XXXVII. Dictator triumphans urbem est ingressus: &, quum se dictaturâ abdicare vellet, jussu Patrum, priusquam abdicaret, consules † creavit C. Sulpicium Longum iterum, Q. Æmilium Cerretanum. Samnites, infectâ pace, quia de conditionibus agebatur (1), inducias annuas ab urbe retulerunt. nec (2) earum ipsarum sancta fides fuit: adeò, postquam Papirium abisse magistratu nunciatum est, arrecti ad bellandum animi sunt. C. Sulpicio, Q. Æmilio, (Aulium (3) quidam annales habent)

ordine *circumiens*: quod & unus codex præfert. Tac. l. 1. Ann. c. 71 *circumire saucios*. (4) Præfectis sociorum. Hi erant numero, jure, & potestate tribunis militum pares, & eadem omnia in socios usurpabant, quæ isti in cives. (5) i. e. lucrum; cui opponitur *dispendium*. Sic Cæs. l. 3. Bell. Civ. c. 32. *suo privato compendio servire*.

C. 37. (1) h. e. non conveniebat. Sed legendum videtur *ambigebatur*. Alibi sæpe Livius *ambigi de re* dicit, de quâ controversia est: ut suprà l. 3. c. 71. (2) *Induciarum fides* occurrit infrà l. 9. c. 40. l. 30. c. 24 & 25. l. 42. c. 43. ita *fides fœderum* supra l. 2. c. 18. (3) Hos annales sequitur Livius infrà l. 9. c. 15. ubi *Q. Aulius Cerretanus iterum* cum L. Papirio consul creatus esse dicitur. Hoc etiam verisimilius est, tum quòd eo tempore consulum alter plerumque plebeius esse soleret, tum

habent) consulibus, ad defectionem Samnitium Apulum novum bellum accessit. Utroque exercitus missi. Sulpicio Samnites, Apuli Æmilio sorte evenerunt. Sunt, qui non ipsis Apulis bellum illatum, sed (4) socios ejus gentis populos ab Samnitium vi atque injuriis defensos scribant. Ceterùm fortuna Samnitium, vix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum, propius ut sit vero, facit, non Apulis ab Samnitibus arma illata, sed cum utrâque simul gente bellum Romanis fuisse. nec tamen res ulla memorabilis acta: ager Apulus Samniumque (5) evastatum: hostes nec hîc, nec illic inventi. Romæ nocturnus terror ita ex somno trepidam repentè civitatem excivit, ut Capitolium atque arx, mœniaque & portæ, plena (6) armatorum fuerint. & quum concursatum conclamatumque ad arma omnibus locis esset, primâ luce nec auctor, nec causa terroris comparuit. Eodem anno de Tusculanis Flaviâ rogatione populi fuit judicium. M. Flavius tribunus plebis tulit ad populum, ut in Tusculanos animadverteretur; (7) quorum eorum ope ac consilio Veliterni Privernatesque (8) populo Romano bellum fecissent. Populus Tusculanus cum conjugibus ac liberis Romam venit. ea multitudo, veste † mutatâ, & specie reorum, tribus circuit, genibus se omnium advolvens. plus itaque misericordia ad pœnæ veniam impetrandam, quàm causa ad crimen purgandum

Judicium de Tusculanis.

tum quod cognomen *Cerretanus* Æmiliæ genti insolitum sit. Nec adeo mirum est Livium hîc hæsitare; postea ei sententiæ, quæ verisimilior ipsi visa est, sine ullâ dubitationis notâ adhæsisse. (4) i. e. socios populi Romani Apuliæ populos: in amicitiam enim paullo antè venerant unà cum Lucanis. suprà c. 25. (5) Aliquot codices habent, *Samnitiumque evastatus.* Utrumque satis Livianum est. (6) Ita infrà l. 9. c. 38 *Multa alia castella vicique aut deleta hostiliter, aut integra in potestatem venere.* Etiam Sall. in Jug. c. 17. *Quæ loca & nationes . . . minus frequentata sunt* (7) In Tusculanos, non omnes quidem, sed in illos eorum, sive ex iis, quorum ope ac consilio &c. *Qui eorum* hoc sensu frequens est: ut suprà l. 5. c. 41. *qui eorum curules gesserant magistratus.* Attamen fatendum est aliquot codices hîc habere *quod eorum:* & omnia sequentia docere de toto populo Tusculano judicium factum esse. Porro Tusculani rebellaverant cum ceteris Latinis: ac rebellionis pœnam pauci auctores sustinuerant. suprà c. 14. Nihil de iis postea ad hoc usque tempus Livius habet. Sunt autem qui ex Plin. l. 7. c. 43. colligunt illos circa hæc tempora rursus rebellasse. (8) Quando hoc factum est parum constat. Defectionem Veliternorum & Privernatium describit Livius suprà

dum valuit. Tribus omnes, præter Polliam, † antiquarunt legem. Polliæ ſententia fuit, puberes verberatos necari, conjuges liberoſque ſub † coronâ lege belli venire: memoriamque ejus iræ Tuſculanis in pœnæ tam atrocis auctores manſiſſe ad patrum ætatem conſtat, nec quenquam ferme ex Polliâ tribu candidatum Papiriam (9) ferre ſolitum.

U. c. 432. A. C. 320. Q. Fabio, L. Fulvio Coſſ.

A. Cornelius dictator.

Nocte caſtra relinquit.

XXXVIII. Inſequenti anno, Q. Fabio, L. Fulvio conſulibus, A. Cornelius Arvina dictator & M. Fabius Ambuſtus magiſter equitum, metu gravioris in Samnio belli (conducta enim pretio a finitimis juventus dicebatur) intentiore delectu habito, egregium exercitum adversùs Samnites duxerunt. Caſtra in hoſtico incurioſè ita poſita, tanquam procul abeſſet hoſtis: quum ſubitò advenere Samnitium legiones tantâ ferociâ, ut vallum uſque ad ſtationem Romanam inferrent. Nox jam † appetebat: id prohibuit munimenta adoriri. nec diſſimulabant, ortâ luce poſtero die facturos. Dictator, ubi propiorem ſpe dimicationem vidit, ne militum virtuti damno locus eſſet, ignibus crebris relictis, qui conſpectum hoſtium fruſtrarentur, ſilentio legiones educit: nec tamen fallere propter propinquitatem caſtrorum potuit. Eques extemplo inſecutus ita inſtitit agmini, (1) ut, donec luceſceret, prœlio abſtineret. ne pedeſtres quidem copiæ ante lucem caſtris egreſſæ. Eques, luce demum auſus incurſare in hoſtem, carpendo noviſſimos, premendoque iniquis ad tranſitum locis, agmen detinuit. interim pedes equitem aſſecutus; & totis jam copiis Samnis urgebat. Tum dictator, poſtquam ſine magno incommodo progredi non poterat, eum ipſum, in quo conſtiterat, locum caſtris dimetari juſſit. (2) id verò, circumfuſo undique equitatu, ut vallum peteretur, opuſque

ſuprà l. 7. c. 15. & poſtea Privernatium hoc lib. c. 15. & ſeqq. (9) Tribûs Papiriæ ſuffragium ferre, ſive impetrare. In Papiriam nempe tribum Tuſculani recepti plurimum in eâ poterant. Quarum tribuum ſuffragiis creati erant magiſtratus, ii *tribus* illas *tuliſſe* dicebantur. Cic. Phil. 2. n. 4. contrà verò *perdidiſſe tribum*, vel *non tuliſſe*, qui ejus ſuffragio repulſam paſſi erant.

C. 38. (1) Inſtitit agmini; ita tamen ut &c. (2) Id verò, nempe ut peterentur ligna ad ſtruendum vallum, fieri non poterat, ob circumfuſum undique equitatum hoſtilem. Gronovius autem ſcribendum cenſet

que inciperet (3), fieri non poterat. Itaque, ubi neque eundi, neque manendi copiam esse videt, instruit aciem, impedimentis ex agmine remotis. instruunt contrà & hostes, & animis & viribus pares. auxerat id maximè animos, quòd, (4) ignari loco iniquo, non hosti, cessum, velut fugientes ac territos terribiles ipsi secuti fuerant. Id aliquamdiu æquavit pugnam, jam pridem desueto Samnite clamorem Romani exercitûs pati. At, hercule, illo die ab horâ diei tertiâ ad octavam ita anceps dicitur certamen stetisse, ut neque clamor, ut primo semel concursu est sublatus, iteratus sit; neque signa promota loco, retrove recepta; neque recursum ab ullâ sit parte. In suo quisque gradu obnixi, urgentes scutis, sine respiratione ac (5) respectu pugnabant. fremitus æqualis, † tenorque idem pugnæ (6) in defatigationem ultimam aut noctem spectabat. Jam viris vires, jam ferro sua vis, jam consilia ducibus deerant: quum subitò Samnitium equites, quum, turmâ unâ longiùs provectâ, accepissent, impedimenta Romanorum procul ab armatis sine præsidio, sine munimento stare, aviditate prædæ impetum faciunt. Quod ubi dictatori trepidus nuncius attulit; *Sine modò*, inquit, *sese prædâ præpediant.* alii deinde super alios, diripi passim ferrique fortunas militum, vociferabantur. Tum magistro equitum accito, *Vides tu*, inquit, *M. Fabi, ab hostium equite omissam pugnam? (7) hærent impediti impedimentis nostris. Aggredere, quod inter prædandum omni multitudini evenit, dissipatos: raros equis insidentes, raros, quibus ferrum in manu sit, invenies: equosque dum prædâ onerant, cæde inermes, cruentamque illis prædam redde. Mihi legiones peditumque pugna curæ erunt: penes te equestre sit decus.*

Atrox prælium.

XXXIX. Equitum acies, qualis quæ esse instructissima potest, invecta in dissipatos impeditosque hostes,

Vincuntur Samnites.

censet, *ut † vallus peteretur;* vel *ut vallum peterent.* (3) h. e. inchoaretur. ut infrà l. 9. c. 32. *ut ab adversariis clamor & pugna inciperet.* Ter. Eun. 4. 4. 58. *inceperat turba.* (4) Ignari ideo cessisse Romanos, quòd in loco iniquo essent, non quòd hostem timerent. (5) Ita ut nemo respectaret, i. e. retrorsum caput oculosque flecteret. Ita *sine respectu fugere* infrà l. 32. c. 12. (6) Eò rem adducere videbatur, ut certamen dirimi non posset, nisi aut defatigatione ultimâ, aut nocte. (7) Infrà l. 10. c. 36. *objacente sarcinarum cumulo hærere impediti.* l. 38. c. 49. *hærentem ad impedimenta nostra exercitum.*

cæde

cæde omnia replet. inter sarcinas omissas repentè, objacentes pedibus fugientium consternatorumque equorum, neque pugnæ, neque fugæ satis potentes, cæduntur. Tum, deleto propè equitatu hostium, M. Fabius, circumductis paullulum alis, ab tergo pedestrem aciem adoritur. clamor inde novus accidens & Samnitium terruit animos; & dictator, ubi respectantes hostium antesignanos, turbataque signa, & fluctuantem aciem vidit, tum appellare, tum adhortari milites, tribunos (1) principesque ordinum nominatim ad iterandam secum pugnam vocare. Novato clamore, signa inferuntur: &, (2) quicquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant. Eques ipse jam primis erat in conspectu: & Cornelius, respiciens ad manipulos militum, quod manu, quod voce poterat, monstrabat, vexilla se suorum † parmasque cernere equitum. Quod ubi auditum simulque visum est, adeò repentè laboris, per diem penè totum tolerati, vulnerumque obliti sunt, ut haud secus, quàm si tum integri e castris signum pugnæ accepissent, (3) concitaverint se in hostem. nec ultrà Samnis tolerare terrorem equitum, peditumque vim potuit: partim in medio cæsi, partim in fugam dissipati sunt. Pedes restantes ac circumventos cecîdit: ab equite fugientium strages est facta; inter quos & ipse imperator cecidit. Hoc demum prœlium Samnitium res ita infregit, ut omnibus conciliis fremerent, *minimè id quidem mirum esse, si impio bello, & contra fœdus suscepto, infestioribus meritò Diis quàm hominibus, nihil prosperè agerent. expiandum id bellum magnâ mercede, luendumque esse.* (4) *Id referre tantùm, utrùm supplicia noxio paucorum, an omnium innoxio præbeant sanguine:* audebantque jam quidam nominare auctores armorum. Unum maximè nomen per consensum clamantium Brutuli Papii exaudiebatur. vir nobilis potensque erat, haud dubiè proximarum induciarum ruptor. De eo coacti referre prætores decretum fecerunt, *Ut Brutulus Papius Romanis*

Pacem orant.

C. 39. (1) Præcipuos ordinem ductores, primores centurionum. (2) Vid. suprà not. 4. ad c. 32. l. 7. (3) *Concitare se in hostem* occurrit suprà l. 7. c. 33. (4) Hoc unum interesse; de hoc uno deliberandum esse, utrùm noxio paucorum, an omnium innoxio sanguine pœnas luant. Sic

manis dederetur, & cum eo præda omnis Romana, captivique ut Romam mitterentur; quæque res per feciales ex fœdere repetitæ essent, secundùm jus fasque restituerentur. Feciales Romam, ut censuerunt, missi, & corpus Brutuli exanime: ipse morte voluntariâ ignominiæ se ac supplicio subtraxit. Placuit cum corpore bona quoque ejus dedi. nihil tamen earum rerum, præter captivos, ac si qua cognita ex prædâ sunt, acceptum est: (5) ceterarum rerum irrita fuit deditio. dictator ex senatusconsulto triumphavit. *Negant Romani.*

XL. Hoc bellum a consulibus bellatum, quidam auctores sunt, eosque de Samnitibus triumphasse: Fabium etiam in Apuliam processisse, atque inde magnas prædas egisse. Nec (1) discrepat, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit. id ambigitur, belline gerendi causâ creatus sit; an ut esset, qui ludis Romanis (2), quia L. Plautius prætor gravi morbo fortè implicitus erat, (3) signum mittendis quadrigis daret; functusque eo haud sanè memorandi imperii ministerio, se dictaturâ abdicaret. nec facile est, aut rem rei, aut auctorem auctori præferre. (4) Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quæque famam rerum gestarum honorumque fallente mendacio (5) trahunt. Inde certè & singulorum gesta, & publica monumenta rerum confusa, nec quisquam æqualis temporibus illis scriptor exstat, quo satis certo auctore stetur.

Sic infrà l. 28. c. 19. *ubi quisque mortem oppeteret, id referre.* (5) i. e. non acceptæ res ceteræ, quæ dedebantur; nec ex eo pax consecuta est. Vid. infrà l. 9. c. 1.

C. 40. (1) Sic suprà l. 3. c. 31. *quum de legibus conveniret, de latore tantùm discreparet.* (2) De iis vide suprà l. 1. c. 35. (3) Signum, quo dato quadrigæ e carceribus emissæ corriperent Circi spatia. Hoc munere fungitur consul l. 45. c. 1. infrà. (4) Similis locus est apud Cic. in Brut. c. 16. (5) Livius *τῳ quisque* plurale verbum sæpissime junxit.

EPITOME

EPITOME LIBRI NONI.

T. Veturius & Sp. Postumius apud Caudinas Furcas, deducto in locum arctum exercitu, quum nulla spes evadendi esset, fœdere cum Samnitibus facto, & sexcentis equitibus Romanis obsidibus datis, ita exercitum abduxerunt, ut omnes sub jugum mitterentur. iidemque, auctore Sp. Postumio consule, (qui in senatu suaserat, ut eorum deditione, quorum culpâ tam deforme fœdus ictum erat, publica fides liberaretur) cum duobus tribunis plebis & omnibus, qui fœdus spoponderant, dediti Samnitibus, non sunt recepti. nec multo pòst, fusis a Papirio Cursore Samnitibus & sub jugum missis, receptisque sexcentis equitibus Romanis, qui obsides dati erant, pudor prioris flagitii abolitus est. Tribus duæ adjectæ sunt, Ufentina & Falerina. Suessa & Pontiæ coloniæ deductæ sunt. Ap. Claudius censor aquam perduxit: viam stravit, quæ Appia vocata est: libertinorum filios in senatum legit. Ideoque, quoniam is ordo videbatur inquinatus indignis, sequentis anni consules in senatu legendo observaverunt, quemadmodum antè per proximos censores observatum fuerat. Res præterea contra Apulos, Etruscos, Umbros, Marsos, Pelignos, Æquos & Samnites, quibus fœdus erat restitutum, prosperè gestas continet. Flavius scriba, libertino patre natus, ædilis curulis fuit per forensem factionem creatus: quæ quum comitia & campum turbaret, & in iis propter nimias vires dominaretur, a Q. Fabio censore in quatuor tribus redacta est, quas urbanas appellavit. Eaque rès Fabio (1) Maximo nomen dedit. In hoc libro mentio Alexandri Magni, qui temporibus his fuit; &, æstimatis populi Romani viribus, quæ tunc erant, colligitur, si Alexander in Italiam trajecisset, non tam facilem ei victoriam de populo Romano fore, quàm de iis gentibus, quas ad Orientem imperio suo subjecerat.

Epit. Lib. 9. (1) i. e. ex eâ re Maximus appellatus est. Sic suprà in Epit. l. 2. *cui Vindicio nomen fuit.*

T. LIVII

T. LIVII PATAVINI

LIBER NONUS.

I. SEQUITUR hunc annum nobilis clade Romanâ Caudina pax, T. Veturio Calvino, Sp. Poſtumio conſulibus. Samnites eo anno imperatorem C. Pontium, Herennii filium, habuerunt, (1) patre longè prudentiſſimo natum, primum ipſum bellatorem ducemque. Is, ubi legati, qui ad dedendas res miſſi erant, pace infectâ redierunt, (2) *Ne nihil actum*, inquit, *hâc legatione cenſeatis, expiatum eſt, quicquid ex fœdere rupto irarum in nos cœleſtium fuit. Satis ſcio, quibuſcunque Diis cordi fuit, ſubigi nos ad neceſſitatem dedendi res, quæ a nobis ex fœdere repetitæ fuerant, iis non fuiſſe cordi tam ſuperbè ab Romanis fœderis expiationem ſpretam. Quid enim ultrà fieri ad placandos Deos mitigandoſque homines potuit, quàm quod nos fecimus? Res hoſtium in prædâ captas, quæ belli jure noſtræ videbantur, remiſimus: auctores belli, quia vivos non potuimus, perfunctos jam fato dedidimus: bona eorum, ne quid ex contagione noxæ remaneret penes nos, Romam portavimus. Quid ultrà tibi, Romane, quid fœderi, quid Diis arbitris fœderis debeo? quem tibi tuarum irarum, quem meorum*

U. c. 433. A. C. 319. T. Veturio II. Sp. Poſtumio II. Coſſ.

Pontii Samnitis oratio.

C. I. (1) Viros ille ſapientiſſimos cognorat, Archytam & Platonem, teſte Cic. de Sen. n. 41. ex quo etiam loco colligitur patrem, æquè ac filium, dictum fuiſſe *C. Pontium*; at patrem cognomen *Herennii* habuiſſe. Quum itaque infrà dicit Livius c. 3. *Herennium Pontium patrem imperatoris*, † [illegible] nomini gentilitio præpoſuiſſe cenſendus eſt. (2) Sic infra l. 22. c. [illegible] *ne nihil actum cenſeret*. l. 9. c. 16. *ne nihil remiſſum*

orum suppliciorum judicem † *feram* (3), *neminem, neque populum neque privatum, fugio.* (4) *Quòd si nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi,* † *at ego ad Deos vindices intolerandæ superbiæ confugiam; & precabor, ut* (5) *iras suas vertant in eos, quibus non suæ redditæ res, non alienæ accumulatæ satis sint; quorum sævitiam non mors noxiorum, non deditio exanimatorum corporum, non bona sequentia domini deditionem exsatient. Placari nequeunt, nisi hauriendum sanguinem laniandaque viscera nostra præbuerimus.* † *Justum est bellum, Samnites, quibus necessarium; & pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes. Proinde,* † (6) *quum rerum humanarum maximum momentum sit, quàm propitiis rem, quàm adversis agant Diis, pro certo habete, priora bella adversùs Deos magis, quàm homines, gessisse; hoc, quod instat, ducibus ipsis Diis gesturos.*

Samnites ad Caudium castra locant.

II. Hæc, non læta magis, quàm vera, vaticinatus, exercitu educto, circa Caudium castra, quàm potest occultissimè, locat: inde ad Calatiam, ubi jam consules Romanos castraque esse audiebat, milites decem pastorum habitu mittit: pecoraque † diversos, alium alibi, haud procul Romanis pascere jubet præsidiis: ubi inciderint in prædatores, ut idem omnibus sermo constet, *legiones Samnitium in Apuliâ esse, Luceriam omnibus copiis circumsedere: nec procul abesse, quin vi capiant.* Jam is etiam rumor antè, de industriâ vulgatus, venerat ad Romanos; sed fidem auxere captivi, eo maximè, quòd sermo inter omnes congruebat. Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret, (1) bonis ac fidelibus sociis; simul ne Apulia omnis ad præsentem terrorem deficeret. (2) ea modò, quâ irent, consultatio fuit.

tam dictis. (3) Ita Gronovius locum distinxit. Alii notam interrogationis post *feram* ponunt: nec malè, licet Gronovio displiceat. *Quem tibi judicem feram?* quasi diceret; tibi do, ut ipse † *judicem* dicas: ego neminem recuso. E. (4) Quod si nihil est inopi adversùs potentiorem præsidii in legibus humanis. (5) Observant viri docti *iras* plurali numero dici, præsertim quum sermo est de Diis. ut suprà hoc cap. *irarum cælestium.* & l. 3. c. 7. l. 8. c. 33. (6) Quum res humanæ maximè ex eo pendeant, quàm propitiis, quàm adversis Diis homines rem agant.

C. 2. (1) Livius suprà l. 8. c. 37. narrat Apulos cum Samnitibus arma junxisse. Sed conjicere licet in fide Romanâ mansisse Lucerinos, & quosdam alios Apuliæ populos. (2) Id tantum in dubitationem consultationemque

fuit. Duæ ad Luceriam ferebant viæ; altera (3) præter oram superi maris patens apertaque, sed quanto tutior, tantò ferè longior; altera per Furculas Caudinas brevior. Sed ita (4) natus locus est. † saltus duo alti angusti silvosique sunt, montibus circà perpetuis inter se juncti. jacet inter eos satis patens (5) clausus in medio campus, herbidus aquosusque, per quem medium iter est. Sed antè, quàm venias ad eum, intrandæ primæ angustiæ sunt: & aut eâdem, quâ (6) te insinuaveris, retro via repetenda; aut, si ire porro pergas, per alium saltum arctiorem impeditioremque evadendum. In eum campum (7) viâ aliâ per cavam rupem, Romani, demisso agmine, quum ad alias angustias protinus pergerent, septas dejectu arborum, saxorumque ingentium objacentem molem invenere. quum fraus hostilis apparuisset, præsidium etiam in summo saltu conspicitur. Citati inde retro, quâ venerant, pergunt repetere viam. eam quoque clausam suâ obice armisque inveniunt. sistunt inde gradum sine ullius imperio: stuporque omnium animos, ac velut torpor quidam insolitus membra tenet: intuentesque alii alios (quum alterum quisque compotem magis mentis ac consilii ducerent) diu immobiles silent. Deinde ubi prætoria consulum erigi videre, & expedire quosdam utilia operi, quanquam ludibrio fore munientes, perditis rebus ac spe omni ademptâ, cernebant; tamen, ne culpam malis adderent, pro se quisque, nec hortante ullo nec imperante, ad muniendum versi, castra propter aquam vallo circumdant; sua ipsi opera laboremque irritum (præterquam quòd hostes superbè increpabant) cum miserabili confessione (8) eludentes.

Capti fraude loci Romani.

sultationemque venit, quâ viâ eundum esset. (3) Non facilè intelligitur quomodo ab urbe Campaniæ Calatiâ ad mediterraneam Apuliæ urbem Luceriam euntibus Superi maris ora legenda sit; nisi immenso circuitu. Videtur autem Livius per *oram Superi maris* non ipsum littus ejus maris intellexisse, sed omnem illum tractum, qui est inter Appenninum & mare. (4) Hæc loci natura est. (5) Campus ipse satis patens erat, sed ex omni parte clausus, nempe per montes & duos saltus modo memoratos. (6) *Insinuare se* occurrit suprà l. 3. c. 15. l. 7. c. 10. & alibi sæpe. (7) Quum Romani, per alteram ex duabus illis viis demisso agmine, ad alteram pergerent. *Demittere agmen*, h. e. ex loco alto in inferiorem deducere, occurrit suprà l. 7. c. 34. (8) *Eludere*, pro *illudere*, frequens est apud nostrum. sic infra c. 6. suprà l. 2. c. 45.

dentes. Ad consules mœstos, ne advocantes quidem in consilium, (quando nec consilio nec auxilio locus esset) suâ sponte legati ac tribuni conveniunt: militesque ad prætorium versi, opem, quam vix Dii immortales, ferre poterant, ab ducibus exposcunt.

Consilium expedire non possunt.

III. Querentes magis, quàm consultantes, nox oppressit. quum pro ingenio quisque fremerent: alius, *per obices viarum;* alius, *per adversa montium, per silvas, quâ ferri arma poterunt, eamus. Modò ad hostem pervenire liceat, quem per annos jam propè* (1) *triginta vincimus; omnia æqua & plana erunt Romano, in perfidum Samnitem pugnanti.* alius, *Quò, aut quâ eamus? Num montes moliri sede suâ paramus? Dum hæc imminebunt juga, quâ tu ad hostem venies? Armati, inermes, fortes, ignavi, pariter omnes capti atque victi sumus. Ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus est hostis: sedens bellum conficiet.* His in vicem sermonibus, quà cibi, quà quietis immemor, nox (2) traducta est. Ne Samnitibus quidem consilium in tam lætis † suppetebat rebus. itaque universi Herennium (3) Pontium, patrem imperatoris, per literas consulendum censent. Jam is gravis annis non militaribus solùm, sed civilibus quoque, abscesserat muneribus: in corpore tamen † affecto vigebat vis animi consiliique.

Herennii discordia responsa.

Is, ubi accepit, ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos esse (4) exercitus Romanos, consultus ab nuncio filii, censuit, omnes inde quàm primùm inviolatos dimittendos. quæ ubi spreta sententia est, iterumque, eodem remeante nuncio, consulebatur, censuit, ad unum omnes interficiendos. Quæ ubi tam discordia inter se, velut ex ancipiti oraculo, responsa data sunt; quanquam filius ipse in primis jam animum quoque patris consenuisse in affecto corpore rebatur; tamen consensu omnium victus est, ut ipsum in consilium acciret. Nec gravatus senex plaustro in castra dicitur advectus, vocatusque in consilium ita ferme locutus esse ut nihil sententiæ

C. 3. (1) Annus hic ab initio Samnitici belli vigesimus secundus agitur. (2) Sic infrà l. 24. c. 38. *Utinam reliquum tempus nec patiendo infanda, nec faciendo, traduci possit.* (3) Vid. not. 1. ad c. 1. suprà. (4) Intelligendum est, utrique consuli suum fuisse exercitum, licet junctis viribus rem gesserint: unde mox hoc cap. inquit Liv. *amissis duobus*

tentiæ ſuæ mutaret; cauſas tantùm adjiceret: *Priore ſe conſilio, quod optimum duceret, cum potentiſſimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem amicitiamque: altero conſilio in multas ætates, quibus, amiſſis duobus exercitibus, haud facilè receptura vires Romana res eſſet, bellum differre: tertium nullum conſilium eſſe.* Quum filius aliique principes percunctando † exſequerentur, *Quid ſi media via conſilii caperetur; ut & dimitterentur incolumes, & leges iis jure belli victis imponerentur? Iſta quidem ſententia,* inquit, *ea eſt, quæ neque amicos parat, neque inimicos tollit. Servate modò, quos ignominiâ irritaveritis: ea eſt Romana gens, quæ victa quieſcere (5) neſciat. Vivet ſemper in pectoribus illorum, quicquid iſtuc præſens neceſſitas (6) inuſſerit; neque eos ante multiplices pœnas expetitas a vobis quieſcere ſinet.* †

IV. Neutra ſententia accepta. Herennius domum e caſtris eſt avectus. Et in caſtris Romanis quum fruſtra multi conatus ad erumpendum † capti eſſent, & jam omnium rerum inopia eſſet; victi neceſſitate legatos mittunt, qui primùm pacem æquam peterent: ſi pacem non impetrarent, uti provocarent ad pugnam. Tum Pontius, *debellatum eſſe,* reſpondit: &, *quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri ſcirent, inermes cum ſingulis veſtimentis ſub jugum miſſurum: alias conditiones pacis æquas victis ac victoribus fore; ſi agro Samnitium decederetur, coloniæ abducerentur, ſuis deinde legibus Romanum ac Samnitem æquo fœdere victurum. His conditionibus paratum ſe eſſe fœdus cum conſulibus ferire: ſi quid eorum diſpliceat, legatos redire ad ſe* vetuit. Hæc quum legatio renunciaretur, tantus gemitus omnium ſubitò exortus eſt, tantaque mœſtitia † inceſſit, ut non graviùs accepturi viderentur, ſi nunciaretur, omnibus eo loco mortem oppetendam eſſe. Quum diu ſilentium fuiſſet, nec conſules aut pro fœdere tam turpi, aut contra fœdus tam neceſſarium hiſcere poſſent; tum L. Lentulus,

Leges a Pontio dictæ Romanis.

duobus exercitibus. (5) *Neſciat quieſcere,* pro nequeat, non poſſit quieſcere. Sic Hor. Art. poët. v. 390. *neſcit vox miſſa reverti.* Eo ſenſu *ſcire* pro *poſſe* infrà eſt cap. ſeq. *Quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri ſcirent.* (6) Sic Cic. 2. Catil. c 9. *tantus illorum temporum dolor inuſtus eſt civitati.*

qui (1) tum princeps legatorum virtute atque honoribus erat, *Patrem meum,* inquit, *consules, sæpe audivi memorantem, se in Capitolio unum non fuisse auctorem senatui redimendæ auro a Gallis civitatis, quando nec fossâ valloque ab ignavissimo ad opera ac muniendum hoste clausi essent; et erumpere si non sine periculo magno, tamen sine certâ pernicie possent. Quòd si, ut illis decurrere ex Capitolio armatis in hostem licuit, (quo sæpe modo obsessi in obsidentes eruperunt) ita nobis æquo aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum hoste copia esset, non mihi paterni animi indoles in consilio dando deesset. Equidem mortem pro patriâ præclaram esse fateor: et me vel devovere pro populo Romano legionibusque, vel in medios* (2) *me immittere hostes paratus sum. Sed hîc patriam video, hîc quicquid Romanarum legionum est. quæ, nisi pro se ipsis ad mortem ruere volunt, quid habent, quod morte suâ servent? Tecta urbis, dicat aliquis, et mœnia, et eam turbam, a quâ urbs incolitur. immo hercule, produntur ea omnia, deleto hoc exercitu, non servantur. Quis enim ea tuebitur? Imbellis videlicet atque inermis multitudo?* (3) *tam hercule, quàm a Gallorum impetu defendit. An a Vejis exercitum Camillumque ducem implorabunt? Hîc omnes spes opesque sunt, quas servando patriam servamus: dedendo ad necem patriam deserimus ac prodimus. At fœda atque ignominiosa deditio est. Sed ea* † *caritas patriæ est, ut tam ignominiâ eam, quàm morte nostrâ, si opus sit, servemus. Subeatur ergo ista, quantacunque* † *est, indignitas; et pareatur necessitati, quam ne Dii quidem superant. Ite, consules, redimite* (4) *armis civitatem, quàm auro majores vestri redemerunt.*

Lentulo suadente,

V. Consules profecti ad Pontium in colloquium, quum de fœdere victor agitaret, negarunt, injussu populi fœdus fieri posse: nec sine fecialibus ceremoniâque aliâ sollenni. (1) Itaque non, ut vulgò credunt, Claudiusque etiam scribit, fœdere pax Caudina, sed per sponsionem,

Accipiuntur.

C. 4. (1) Alterum *tum* meliùs abesset. (2) *Immittere se in medios hostes* suprà l. 8. c. 9. apud Cic l. 1. Tusc. c. 58. (3) Tam defendet nunc, quàm olim defendit a Gallorum impetu: i. e. nequaquam defendere urbem poterit. (4) Armis, nempe, hosti tradendis.

C. 5. (1) Tamen Cicero etiam non modò *fœdus* vocavit, verùm etiam adolescentem memorat, qui in feriendo fœdere porcam tenuit.

I 2

ſionem, facta eſt. Quid enim aut ſponſoribus in fœdere opus eſſet aut obſidibus, ubi precatione res tranſigitur? *per quem populum fiat, quo minus legibus dictis ſtetur, ut eum ita Jupiter feriat, quemadmodum a fecialibus porcus feriatur.* Spoponderunt conſules, legati, quæſtores, tribuni militum; nominaque omnium, qui ſpoponderunt, exſtant; ubi ſi ex fœdere acta res eſſet, præterquam duorum fecialium, non exſtarent; & propter neceſſariam fœderis dilationem obſides etiam ſexcenti equites imperati, qui capite luerent, ſi pacto non ſtaretur. Tempus inde ſtatutum tradendis obſidibus exercituque (2) inermi mittendo. Redintegravit luctum in caſtris conſulum adventus, ut vix ab iis abſtinerent manus, quorum temeritate in eum locum deducti eſſent; quorum ignaviâ fœdiùs inde, quàm veniſſent, abituri. illis non ducem locorum, non exploratorem fuiſſe: belluarum modo cæcos in foveam miſſos. Alii alios intueri, contemplari arma mox tradenda, & inermes futuras dextras, † obnoxiaque corpora hoſti. proponere ſibimet † ipſi ante oculos jugum hoſtile, & ludibria victoris, & vultus ſuperbos, & per armatos inermium iter: inde fœdi agminis miſerabilem viam, per ſociorum urbes reditum in patriam (3) ac parentes, quò ſæpe ipſi majoreſque eorum triumphantes veniſſent. Se ſolos ſine vulnere, ſine ferro, ſine acie victos: ſibi non ſtringere licuiſſe gladios, non manum cum hoſte conferre: ſibi nequicquam arma, nequicquam vires, nequicquam animos datos. Hæc frementibus hora fatalis ignominiæ advenit, omnia triſtiora experiundo factura, quàm quæ præceperant animis. Jam primùm cum ſingulis veſtimentis inermes extra vallum exire juſſi; & primi traditi obſides, atque in cuſtodiam abducti. Tum a conſulibus abire lictores juſſi, † paludamentaque detracta; tantam inter ipſos, qui, paullo ante eos exſecrantes, dedendos lacerandoſque cenſuerant, miſerationem fecit (4), ut, ſuæ quiſque conditionis oblitus, ab illâ deformatione tantæ

Sub jugum mittuntur Romani.

l. 2. de Invent. c. 30. (2) Vid. † *dativus.* (3) Gronovius conjicit legendum *ad parentes. in patriam ad parentes* ſuprà l. 2. c. 49. infrà l. 22. c. 60. (4) Gronovius conjicit legendum *fecerunt,* nempe *lictores abire juſſi paludamentaque detracta.* Drakenborchius excidiſſe ſuſpicatur voculam *id. tantam* id *inter ipſos* &c

majeſtatis, velut ab nefando ſpectaculo, averteret oculos.

VI. Primi conſules propè ſeminudi ſub jugum miſſi: tum, ut quiſque gradu proximus erat, ita ignominiæ objectus: tum deinceps ſingulæ legiones. circumſtabant armati hoſtes, exprobrantes eludenteſque: gladii etiam pleriſque intentati: & vulnerati quidam necatique, ſi vultus eorum indignitate rerum acrior victorem offendiſſet. ita † traducti ſub jugum, &, quod penè gravius erat, per hoſtium oculos. quum e ſaltu evaſiſſent, etſi, velut ab inferis extracti, tum primùm lucem adſpicere viſi ſunt, tamen ipſa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte triſtior fuit. Itaque, quum ante noctem Capuam pervenire poſſent, incerti de fide ſociorum, & quòd pudor præpediebat, circa viam haud procul Capuâ omnium egeni corpora humi proſtraverunt. Quod ubi eſt Capuam nunciatum, evicit miſeratio juſta ſociorum ſuperbiam ingenitam Campanis. confeſtim inſignia ſua conſulibus, faſces, lictores, arma, equos, veſtimenta, commeatus militibus benignè mittunt: & venientibus Capuam cunctus ſenatus populuſque, obviàm egreſſi, juſtis omnibus hoſpitalibus, privatiſque & publicis, funguntur officiis: neque illis ſociorum comitas, vultuſque benigni, & alloquia non modò ſermonem elicere, ſed ne, ut oculos quidem attollerent, aut conſolantes amicos contrà intuerentur, efficere poterant. Adeò ſuper mœrorem pudor quidam fugere colloquia & cœtus hominum cogebat. Poſtero die quum juvenes nobiles, miſſi a Capuâ, ut proficiſcentes ad finem Campanum proſequerentur, revertiſſent; vocatique in curiam percunctantibus majoribus natu, *multo ſibi mœſtiores & abjectioris animi viſos*, referrent; *adeò ſilens, ac propè mutum agmen inceſſiſſe:* (1) *tacere indolem illam Romanam, ablatoſque cum armis animos. non reddere ſalutem, non ſalutantibus dare reſponſum, non hiſcere quenquam præ metu potuiſſe, tanquam ferentibus adhuc cervicibus jugum, ſub quo emiſſi eſſent. Habere*

Capuam veniunt.

C. 6. (1) Non apparere. ut Cic. l. 2. de Off. c. 1. *literæ conticuerunt* Sed Gruterus bene emendat *jacere:* ut *erectam indolem* alioqui dicimus, & *alta indoles* Haſdrubalis apud noſtrum l. 21. c. 2. Sic etiam infrà l. 10. c. 35. *militum jacere animos.* Cic. de Amic. c. 16. *ut amici jacentem animum*

bere Samnites victoriam, non præclaram solùm, sed etiam perpetuam. cepisse enim eos non Romam, sicut antè Gallos, sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociamque. (2) quum hæc dicerentur audirenturque, & † deploratum penè Romanum nomen in concilio sociorum fidelium esset; dicitur Ofilius Calavius (3), Ovii filius, clarus genere factisque, tum etiam ætate verendus, longè aliter se habere rem dixisse: *Silentium illud obstinatum, fixosque in terram oculos, & surdas ad omnia solatia aures, & pudorem intuendæ lucis, ingentem molem irarum ex alto animo cientis* (4) *indicia esse: aut Romana se ignorare ingenia, aut silentium illud Samnitibus flebiles brevi clamores gemitusque excitaturum; Caudinæque pacis aliquanto Samnitibus, quàm Romanis, tristiorem memoriam fore. Quippe suos quemque eorum animos habiturum, ubicunque congressuri sint: saltus Caudinos non ubique Samnitibus fore.*

Ofilii de Romanorum silentio judicium.

†

VII. Jam Romæ etiam sua infamis clades erat. Obsessos primùm audierunt: tristior deinde ignominiosæ pacis magis (1), quàm periculi, nuncius fuit. Ad famam obsidionis delectus haberi cœptus erat: dimissus deinde auxiliorum apparatus, postquam deditionem tam fœdè factam acceperunt: extemploque sine ullâ publicâ auctoritate consensum in omnem formam luctûs est. Tabernæ circa forum clausæ, † justitiumque in foro suâ sponte cœptum priùs, quàm indictum. (2) lati clavi, (3) annuli aurei positi; penè mœstior exercitu ipso civitas esse: nec ducibus solùm atque auctoribus sponsori-

Romæ luctus.

animum excitet. (2) Vid. suprà not. 4. ad c. 24. l. 5. Hîc incipit cap VII. in editione Drakenborchianâ. Crevierium sequor. E. (3) *Ovius* Campanorum prænomen, *Calavius* nomen gentile esse, inde probabile redditur, quòd *Calavios Ovium Noviumque* Campanos Livius infrà memoret hoc lib. c. 26. (4) *Indicia esse* hominis *cientis* ac velut spirantis *ingentem molem irarum* ex imo pectore. Sic Virg. l 1. Æn. v. 96. *manet altâ mente repostum.* Alii autem præterunt *animi*: quod ita accipere licet, ut sit vel *cientis ex alto animi*, vel *animi cientis ex alto.*

C. 7. (1) Solet sæpe vocula *magis* comparativis per pleonasmum addi. Justin. l. 3. c. 2. *non inventione earum magis, quàm exemplo clarior* Sic & *potiùs* jungitur cum aliâ voce comparativi gradûs, apud Cic. l. 9 ad Fam. Ep. 2. (2) *Latus clavus* erat tunica purpureis quibusdam in modum clavorum, iisque latis & amplis, orbibus, vel intextis, vel insutis, ornata. Latus clavus erat senatorum insigne: angustus clavus equitum. (3) *Annulum* aureum senatores & equites Romani gestavere. Hæc prima mentio apud Livium annulorum aureorum occurrit,

busque

busque pacis irasci, sed innoxios etiam milites odisse, & negare urbe tectisve accipiendos. Quam concitationem animorum fregit adventus exercitûs, etiam iratis miserabilis. non enim tanquam in patriam revertentes ex insperato incolumes, sed captorum habitu vultuque ingressi serò in urbem, ita se in suis quisque tectis abdiderunt, ut postero atque insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum adspicere vellet. Consules, in privato abditi, nihil pro magistratu agere, nisi quod † expressum senatusconsulto est, ut, dictatorem dicerent comitiorum causâ. Q. Fabium Ambustum dixerunt, & P. Ælium Pætum magistrum equitum. quibus vitio creatis, suffecti M. Æmilius Papus dictator, L. Valerius Flaccus magister equitum. Nec per eos comitia habita: &, quia tædebat populum omnium magistratuum ejus anni, res ad interregnum rediit. Interreges Q. Fabius Maximus, M. Valerius Corvus. is consules † creavit Q. Publilium Philonem & L. Papirium Cursorem iterum, haud dubio consensu civitatis, quòd nulli eâ tempestate duces clariores essent.

Q. Fabius dictator.

M. Æmilius dictator.

Interregnum.
U. c. 434.
A. C. 318.
Q. Publilio III. L. Papirio II. Coss.

VIII. (1) Quo creati sunt die, eo (sic enim placuerat Patribus) magistratum inierunt, (2) sollennibusque senatusconsultis pefectis, de pace Caudinâ retulerunt. & Publilius, penes quem fasces erant, *Dic Sp. Postumi*, inquit. Qui ubi surrexit, eodem illo vultu, quo sub jugum missus erat, *Haud sum ignarus*, inquit, *consules, ignominiæ, non honoris causâ me primum excitatum jussumque dicere, non tanquam senatorem, sed tanquam* (3) *reum quà infelicis belli, quà ignominiosæ pacis. Ego tamen,* † *quando neque de noxâ nostrâ neque de pœnâ retulistis, omissâ defensione, quæ non difficillima esset apud haud ignaros fortunarum humanarum necessitatumque, sententiam de eo, de quo retulistis, paucis peragam. quæ sententia testis erit, mihine, an legionibus vestris pepercerim, quum me seu turpi seu necessariâ sponsione obstrinxi. Quâ tamen, quando injussu populi facta est, non tenetur populus Romanus; nec quicquam ex eâ, præterquam corpora nostra debentur Samnitibus. Dedamur per feciales nudi vinctique: exsolvamus religione populum,*

Postumii magnanima sententia.

C. 8. (1) Ordinariò consules magistratum non occepisse videntur, nisi alicujus mensis vel Kalendis vel Idibus. (2) Erant quædam ad religionem pertinentia, de quibus consul magistratum iniens ex sollenni more senatum consulebat. vid. Cic. ad Quir. post red. c. 5. (3) Vid supra

pulum, si quâ obligavimus; ne quid divini humanive obstet, quo minus justum piumque de integro ineatur bellum. *Interea consules exercitum scribere, armare, educere placet; nec priùs ingredi hostium fines, quàm omnia justa in deditionem nostram perfecta erunt. Vos, Dii immortales, precor quæsoque, si vobis non fuit cordi, Sp. Postumium, T. Veturium consules cum Samnitibus prosperè bellum gerere; at vos satis habeatis, vidisse nos sub jugum missos, vidisse sponsione infami obligatos, videre nudos vinctosque hostibus deditos, omnem iram hostium nostris capitibus excipientes. Novos consules legionesque Romanas ita cum Samnite gerere bellum velitis, ut omnia ante nos consules bella gesta sunt.* Quæ ubi dixit, tanta simul admiratio miseratioque viri incessit omnes, ut modò vix crederent, illum eundem esse Sp. Postumium, qui auctor tam fœdæ pacis fuisset: modò miserarentur, quòd vir talis etiam præcipuum apud hostes supplicium passurus esset ob iram diremptæ pacis. Quum omnes, laudibus modò (4) prosequentes virum, in sententiam ejus † pedibus irent; tentata paullisper intercessio est ab L. Livio & Q. Mælio, (5) tribunis plebis: qui, *neque exsolvi religione populum*, aiebant, *deditione suâ, nisi omnia Samnitibus, qualia apud Caudium fuissent, restituerentur: neque se pro eo, quòd, spondendo pacem, servassent exercitum populi Romani, pœnam ullam meritos esse; neque ad extremum, quum sacrosancti essent, dedi hostibus violarive posse.* *Intercedunt duo tribuni.*

IX. Tum Postumius, (1) *Interea dedite*, inquit, *profanos nos, quos salvâ religione potestis: dedetis deinde & istos sacrosanctos, quum primùm magistratu abierint; sed, si me audiatis, priùs, quàm dedantur, hîc in comitio virgis cæsos, (2) hanc jam ut intercalatæ pœnæ usuram habeant. Nam quod* *Postumii ac [illegible] oratio.*

supra not. 7. ad c. 24. l. 6. (4) Indicat hæc vocula senatores ab ipso Postumio propositam sententiam *tacitos* approbasse, nisi quòd tantùm quædam ejus laudandi causâ dixerint. Ita Drakenborchius: & rectè ni fallor. Aliter autem Crevierius vim voculæ istius exponit. Laudes tantummodo in eum congerebant: at censebant nihilominus eum hostibus dedendum. (5) Qui quum apud Caudium spopondissent, postea ad urbem reversi, tribuni plebis facti erant. Si tempore Caudinæ pacis tribuni plebis fuissent, non potuissent esse ad exercitum, quum tribunis plebis non liceret diem integrum ab urbe abesse.

C. 9. (1) Aliquot scripti habent: *Dedite interea, dedite, inquit.* Verbum geminatum, valet ad exprimendam Postumii constantiam. (2) Ut, quemadmodum debitor pro morâ solutionis usuram pendit creditori ita

quod deditione nostrâ negant exsolvi religione populum, id istos magis, ne dedantur, quàm quia ita se res habeat, dicere, quis adeò (3) *juris fecialium expers est, qui ignoret? Neque ego inficias eo, Patres conscripti, tam sponsiones quàm fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos* (4) *juxta divinas religiones fides humana colitur: sed injussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat. An, si eâdem superbiâ, quâ sponsionem istam † expresserunt nobis Samnites, coëgissent nos verba legitima dedentium urbes nuncupare, deditum populum Romanum vos tribuni diceretis, &* (5) *hanc urbem, templa, delubra, fines, aquas, Samnitium esse? Omitto deditionem, quoniam de sponsione agitur. quid tandem, si spopondissemus, urbem hanc relicturum populum Romanum? si incensurum? si magistratus, si senatum, si leges non habiturum? si sub regibus futurum? Dii meliora, inquis! atqui non indignitas rerum sponsionis vinculum levat* (6). *Si quid est, in quo obligari populus possit, in omnia potest. & ne illud quidem, quod quosdam forsitan moveat, refert, consul, an dictator, an prætor spoponderit. Et hoc ipsi etiam Samnites judicaverunt, quibus non fuit satis consules spondere, sed legatos, quæstores, tribunos militum spondere coëgerunt. Nec a me nunc quisquam quæsiverit, † quid ita spoponderim? quum id nec consulis jus esset; nec illis spondere pacem, quæ mei non erat arbitrii, nec pro vobis, qui nihil mandaveratis, possem. Nihil ad Caudium, Patres conscripti, humanis consiliis gestum est. Dii immortales & vestris & hostium imperatoribus mentem ademerunt. † nec nos in bello satis cavimus; & illi* (7) *malè partam victoriam malè perdiderunt, dum vix locis, quibus vicerant, credunt, dum quâcunque conditione arma viris in arma natis auferre festinant. An, si sana mens fuisset, difficile illis fuit, dum senes ab domo ad consultandum arcessunt, mittere Romam legatos? cum senatu, cum populo, de pace ac fœdere agere? Tridui iter expeditis erat. interea in induciis res*

† fuisset,

ita vos pro intercalatâ & dilatâ in annum pœnâ quæ illis debetur, ac deditione, virgarum plagas iis exsolvatis. (3) *Jus feciale* dixit Cic. l. 1. de Off. c. 11. & l. 3. c. 29. (4) Eodem modo, eâdem reverentiâ, ac divinæ religiones. (5) Alludit ad formulam deditionis: cujus exempla vid. suprà l. 1. c. 38. & l. 7. c. 31. (6) *Levat* hîc est laxat. Sic Virg. l. 2. Æn. v. 146. *atque arcta levari Vincla jubet.* (7) Respicere videtur

† *fuisset, donec ab Româ legati aut victoriam illis certam, aut pacem afferrent. ea demum sponsio esset, quam populi jussu spopondissemus. Sed neque vos tulissetis, nec nos spopondissemus :* (8) *nec fas fuit alium rerum exitum esse, quàm ut illi, velut somnio lætiore, quàm quod mentes eorum capere possent, nequicquam eluderentur : & nostrum exercitum eadem, quæ impedierat, fortuna expediret : vanam victoriam vanior irritam faceret pax : sponsio interponeretur, quæ neminem, præter sponsorem, obligaret. Quid enim vobiscum, Patres conscripti, quid cum populo Romano actum est ? quis vos* (9) *appellare potest ? quis se a vobis dicere deceptum ? hostis ? an civis ? Hosti nihil spopondistis : civem neminem spondere pro vobis jussistis. Nihil ergo vobis nec nobiscum est, quibus nihil mandastis ; nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis. Samnitibus sponsores nos sumus,* (10) *rei satis locupletes. in id, quod nostrum est ; in id, quod præstare possumus, corpora nostra & animos ; in hæc sæviant, in hæc ferrum, in hæc iras acuant. Quod ad tribunos attinet, consulite, utrùm præsens deditio eorum fieri possit, an in diem differatur. nos interim, T. Veturi, vosque ceteri, vilia hæc capita luendæ sponsionis feramus, & nostro supplicio liberemus Romana arma.*

X. Movit Patres conscriptos tum causa, tum auctor; nec ceteros solùm, sed tribunos etiam plebei, ut se † in senatûs dicerent fore potestate. Magistratu inde se extemplo abdicaverunt, traditique fecialibus cum ceteris Caudium ducendi. Hoc facto senatusconsulto, lux quædam (1) affulsisse civitati visa est. Postumius (2) in ore erat; eum laudibus ad cœlum ferebant: devotioni P. Decii consulis, aliis claris † facinoribus æquabant. *Emersisse civitatem ex obnoxiâ pace illius consilio & operâ : ipsum se cruciatibus & hostium iræ offerre, piaculaque pro populo Romano dare.* Arma cuncti † spectant & bellum. † *En unquam futurum, ut congredi armatis cum Samnite liceat ?* In civitate, irâ odioque ardente, delectus propè omnium

Sponsores pacis deduntur.

detur Livius dictum Nævii : *Malè parta malè dilabuntur.* (8) Fato decretum fuit, ut illi &c. (9) Vos quodammodo in jus vocare ; a vobis suo jure aliquid postulare. Eodem modo infrà in oratione Pontii : *Sed quid ego te appello ? & Populum Romanum appello.* (10) Debitores idonei solvendo.

C. 10. (1) Sic dicitur *spes alicui affulgere* infrà l. 27. c. 28. l. 32. c. 19. l. 42. c. 65. & *fortuna* l. 30. c. 30. (2) Sic *per ora ferri* Virg. l. 12.

omnium voluntariorum fuit. (3) reſcriptæ ex eodem milite novæ legiones, ductuſque ad Caudium exercitus. Prægreſſi feciales, ubi ad portam venere, veſtem detrahi pacis ſponſoribus jubent, manus poſt tergum vinciri. Quum apparitor verecundiâ majeſtatis Poſtumium laxè vinciret, *Quin tu*, inquit, *adducis lorum, ut juſta fiat deditio?* Tum, ubi in cœtum Samnitium & ad tribunal ventum Pontii eſt, A. Cornelius Arvina fecialis ita verba fecit: (4) *Quandoque hice homines injuſſu populi Romani Quiritium fœdus ictum iri ſpoponderunt, atque ob eam rem noxam* (5) *nocuerunt; ob eam rem, quo populus Romanus ſcelere impio ſit ſolutus, hoſce homines vobis dedo.* Hæc dicenti feciali Poſtumius genu femur, quantâ (6) maximè poterat vi, perculit, & clarâ voce aït, *ſe Samnitem civem eſſe,* (7) *illum legatum; fecialem a ſe contra jus gentium violatum; eo juſtiùs bellum geſturos* (8).

Pontii non accipientis deditionem oratio.

XI. Tum Pontius, *Nec ego iſtam deditionem accipiam,* inquit, *nec Samnites ratam habebunt. Quin tu, Sp. Poſtumi, ſi Deos eſſe cenſes,* (1) *aut omnia irrita facis, aut pacto ſtas?* (2) *Samniti populo omnes, quos in poteſtate habuit, aut pro eis pax debetur. Sed quid ego te appello, qui te captum victori, cum quâ potes fide, reſtituis? Populum Romanum*

l. 12. Æn. v. 235. (3) Iterum ſcriptæ ex iiſdem militibus, qui ſub Veturio Poſtumioque militaverant. (4) Haud dubie reponendum vel *quandoquidem*, quod in editis ante Gronovium exſtabat; vel *quando*, quod unus codex præfert. Vid. ſuprà not. 6. ad c. 7. l. 8. (5) Culpam commiſerunt. *Noxam nocere* apud JCtos occurrit. (6) Aliquot codices habent *quantâ maximâ*; quemadmodum certè Livius optimique ſcriptores locuti ſunt. Porro *perculit* hîc eſt percuſſit. Et quidem *percellere* propriè notat impellere ita, ut loco moveatur id, quod impulſum eſt. unde ad animum transfertur. (7) Lege cum aliquot ſcriptis, *Romanum illum legatum.* Certè vox *Romanum* hîc non vacare videtur propter oppoſitionem inter *Samnitem civem* & *Romanum legatum.* (8) Juvenes ingenui, abſit ut vos hoſce mores laude vel admiratione proſequamini! Deteſtandam iſtam improbitatem perfidiamque, hîc aliiſque multis hiſtoriæ Romanæ locis conſpicuam, totâ potiùs mente averſemini. Diſcite hinc, juvenes, eorum ineptiam ſimul atque impietatem, qui ſcripturis ſacris id vitio vertunt, quod ſapientiæ cœleſtis indicio eſt; Chriſtianis ſcilicet *amorem patriæ* non imperari. Civem verè bonum inſtituta divina effingunt: quanquam ille quidem patriæ commodis per fas & nefas ſervire vereatur. E.

C. 11. (1) Aut omnia pro infecto ſint, (ut infrà loquitur) aut omnia rata. (2) Samnitibus debentur aut exercitus & omnes, quos ad furculas clauſos ac captivos in poteſtate habuit; aut pax debetur, ſponſione

num appello; quem si sponsionis ad Furculas Caudinas factæ pœnitet, restituat legiones intra saltum, quo septæ fuerunt. Nemo quenquam deceperit: omnia pro infecto sint: recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt: redeant in castra sua. quicquid pridie habuerunt, quàm in colloquium est ventum, habeant. tum bellum & fortia consilia placeant, tunc sponsio & pax repudietur. Eâ fortunâ, iis locis, quæ ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum: nec populus Romanus consulum sponsionem, nec nos fidem populi Romani accusemus. Nunquamne causa defiet (3), *cur victi pacto non stetis? Obsides Porsenæ dedistis; furto eos subduxistis: auro civitatem a Gallis redemistis; inter accipiendum aurum cæsi sunt: pacem nobiscum pepigistis, ut legiones vobis captas restitueremus; eam pacem irritam facitis, & semper aliquam fraudi speciem juris imponitis. Non probat populus Romanus ignominiosâ pace legiones servatas?* (4) *pacem sibi habeat, legiones captas victori restituat: hoc fide, hoc fœderibus, hoc fecialibus ceremoniis dignum erat. Ut tu quidem, quod petisti, per pactionem habeas, tot cives incolumes; ego pacem, quam* (5) *hosti tibi remittendo pactus sum, non habeam: hoc tu, A. Corneli, hoc vos, feciales,* (6) *juris gentibus dicitis? Ego verò istos, quos dedi simulatis, nec accipio, nec dedi arbitror; nec moror, quo minus in civitatem obligatam sponsione commissâ* (7), *iratis omnibus Diis, quorum eluditur numen, redeant. Gerite bellum, quando Sp. Postumius modò legatum fecialem genu perculit. Ita Dii credent, Samnitem civem Postumium, non civem Romanum, esse, & a Samnite legatum Romanum violatum. eo vobis justum in nos factum esse bellum. Hæc ludibria religionum non pudere in lucem proferre? & vix pueris dignas ambages senes ac consulares fallendæ fidei exquirere? I, lictor, deme vincla Romanis: moratus*

sione expressa. (3) Deerit, deficiet. Ter. in Eun. 2. 2. 12. *nihil quum est, nihil desit tamen.* (4) Pace facilè carere possumus, statuat de eâ populus Romanus, ut lubet, dummodo legiones captas nobis restituat. Nam qui dicit *tibi habe*, ut Ter. in Phorm. 2. 3. 88. alterius arbitrii facit, quomodo re, quam illum sibi habere jubet, uti velit. (5) Omnino lege, *hos tibi:* ut adeò librarius ultimam syllabam vocis *hosti* perperam repetierit ex initio vocis sequentis; quemadmodum alibi sæpe. Hanc Gronovii conjecturam firmant unus & alter codex. (6) Feciales *jus dicunt gentibus*, quos *fœderum, pacis, belli, induciarum judices* vocat Cic. l. 2. de Leg. c. 9. (7) *Committi* verbum JCtorum est, apud quos *committi pœna* dicitur, quæ debetur; *committi stipulatio*, quæ locum & effectum

ratus ſit nemo, quo minus, ubi viſum fuerit, abeant. Et illi quidem, forſitan & publicâ, ſuâ certè (8) liberatâ fide, ab Caudio in caſtra Romana inviolati redierunt.

XII. Samnitibus, pro ſuperbâ pace infeſtiſſimum cernentibus renatum bellum, omnia, quæ deinde (1) venerunt, non in animis ſolùm, ſed propè in oculis eſſe: & ſerò ac nequicquam laudare ſenis Pontii utraque conſilia; inter quæ ſe mediâ (2) lapſos victoriæ poſſeſſionem pace incertâ mutaſſe, &, beneficii et maleficii occaſione amiſsâ, pugnaturos cum eis, quos potuerint in perpetuum vel inimicos tollere, vel amicos facere. adeóque, † nullodum certamine inclinatis viribus, poſt Caudinam pacem animi mutaverant, ut clariorem inter Romanos deditio Poſtumium, quàm Pontium incruenta victoria inter Samnites, faceret: & geri poſſe bellum Romani pro victoriâ certâ haberent, Samnites ſimul & rebellaſſe & viciſſe crederent Romanum. Inter hæc Satricani ad Samnites defecerunt, & Fregellæ colonia necopinato adventu Samnitium (fuiſſe & Satricanos cum iis ſatis conſtat) nocte occupata eſt. timor inde mutuus utroſque uſque ad lucem quietos tenuit: lux pugnæ initium fuit; quam aliquamdiu æquam, & quia pro aris ac focis dimicabatur, & quia ex tectis adjuvabat imbellis multitudo, tamen Fregellani ſuſtinuerunt. Fraus deinde rem inclinavit, quòd vocem audiri præconis paſſi ſunt; *Incolumem abiturum, qui arma poſuiſſet.* ea ſpes remiſit a certamine animos, & paſſim arma jactari cœpta. Pertinacior pars armata per averſam portam erupit; tutiorque eis audacia fuit, quàm incautus ad credendum ceteris pavor: quos circumdatos igni, nequicquam Deos fidemque invocantes, Samnites concremaverunt. Conſules, inter ſe partiti provincias, Papirius in Apuliam ad Luceriam pergit, (3) ubi equites Romani obſides ad Caudium dati cuſtodiebantur:

tum habet; ita ut ex eâ aliquid debeatur. (8) Sic Cic. pro Flacc. c. 20. *fidem ſuam liberat.*

C. 12. (1) Quidam codices habent *evenerunt:* ſed eódem recidit nam *venire* nonnunquam pro *evenire* ponitur. Sic infrà l. 10. c. 45. *ſi quid in Samnio adverſi veniſſet.* (2) Mediâ, nempe, † *viâ.* ſuprà c. 3. *quid ſi media via conſilii caperetur.* (3) Suprà c. 2. ante Caudinam pacem Lucerini dicuntur boni fideleſque Romanorum ſocii. Sed nimirum intelligendum eſt eos poſtea in Samnitium poteſtatem veniſſe, quamvis id Livius

diebantur: Publilius in Samnio ſubſtitit adversùs Caudinas (4) legiones. † Diſtendit ea res Samnitium animos; quòd nec ad Luceriam ire, ne ab tergo inſtaret hoſtis, nec manere, ne Luceria interim amitteretur, ſatis audebant. Optimum viſum eſt committere rem fortunæ, & (5) tranſigere cum Publilio certamen. Itaque in aciem copias educunt.

Prælio vincuntur Samnites a Publilio.

XIII. Adversùs quos Publilius conſul quum dimicaturus eſſet, priùs alloquendos milites ratus, concionem advocari juſſit. ceterùm ſicut ingenti alacritate ad prætorium concurſum eſt, ita præ clamore poſcentium pugnam nulla adhortatio imperatoris audita eſt. Suus cuique animus memor ignominiæ adhortator aderat. Vadunt igitur in prœlium urgentes ſigniferos: &, ne mora in concurſu pilis emittendis ſtringendiſque inde gladiis eſſet, pila, velut dato ad id ſigno, abjiciunt, ſtrictiſque gladiis curſu in hoſtem feruntur. Nihil illic imperatoriæ artis ordinibus aut ſubſidiis locandis fuit: omnia ira militaris propè veſano impetu egit. Itaque non fuſi modò hoſtes ſunt; ſed, (1) ne caſtris quidem ſuis fugam impedire auſi, Apuliam diſſipati petiere: Luceriam tamen, coacto rurſus in unum agmine, eſt perventum. Romanos ira eadem, quæ per mediam aciem hoſtium tulerat, & in caſtra pertulit. ibi plus, quàm in acie, ſanguinis ac cædis † factum, prædæque pars major irâ corrupta. Exercitus alter cum Papirio conſule locis maritimis pervenerat Arpos per omnia pacata, Samnitium magis injuriis & odio, quàm beneficio ullo populi Romani. Nam Samnites, eâ tempeſtate in montibus vicatim habitantes, campeſtria & maritima loca, contempto cultorum molliore atque, ut evenit ferè, (2) locis ſimili genere, ipſi montani atque agreſtes depopulabantur. quæ regio ſi fida Samnitibus fuiſſet, aut pervenire Arpos exercitus Romanus nequiſſet, aut interjecta (3) inter Romam &. Arpos, penuriâ rerum omnium, excluſos a commeatibus †

Livius non memoraverit. (4) Samnitium exercitum, qui ad Caudium rem geſſerat. (5) Sic *tranſigere bella* apud Tac. l. 2. Hiſt. c. 38.

C. 13. (1) Ne in caſtra quidem ſua auſi ſe recipere, ne fuga difficilior fieret. (2) Similis ſententia infrà l. 29. c. 25. *imbelles (quod plerumque in ubere agro evenit) barbari ſunt.* & l. 45. c. 30. *cultorum quoque ingenia terræ ſimilia habet.* Vid. etiam l. 38. c. 17. (3) Nempe *regio.* Gronovius verò mallet legere *abſumpſiſſent:* & tum *interjecta* erit *interjecta*

Papirius obsidet Luceriam.

bus absumpsisset. (4) Tum quoque profectos inde ad Luceriam, juxtà obsidentes obsessosque, inopia vexavit. omnia ab Arpis Romanis suppeditabantur; ceterùm adeò exiguè, ut militi, occupato stationibus vigiliisque & opere, eques folliculis (5) in castra ab Arpis frumentum veheret; interdum occursu hostium cogeretur, abjecto ex equo frumento, pugnare. obsessis priùs, quàm alter consul (6) victore exercitu advenit, & commeatus ex montibus Samnitium invecti erant, & auxilia intromissa. Arctiora omnia adventus Publilii fecit; qui, obsidione delegatâ in curam collegæ, vacuus (7) per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat. Itaque quum spes nulla esset, diutiùs obsessos inopiam laturos, coacti Samnites, qui ad Luceriam castra habebant, undique contractis viribus, signa cum Papirio conferre.

XIV. Per id tempus, parantibus utrisque se ad prœlium, legati Tarentini interveniunt, denunciantes Samnitibus Romanisque, ut bellum omitterent. *per utros stetisset, quo minus discederetur ab armis, adversùs eos se pro alteris pugnaturos.* Eâ legatione Papirius auditâ, perinde ac motus dictis eorum, cum collegâ se communicaturum respondit: accitoque eo, quum tempus omne in apparatu consumpsisset, collocutus de re haud dubiâ, (1) signum pugnæ proposuit. Agentibus divina humanaque, quæ assolent, quum acie dimicandum est, consulibus, Tarentini legati occursare, responsum exspectantes; quibus Papirius aït: *Auspicia secunda esse, Tarentini, pullarius nunciat. litatum præterea est egregiè. auctoribus Diis, ut videtis, ad rem gerendam proficiscimur.* Signa inde ferri jussit, & copias eduxit, vanissimam increpans gentem, quæ, suarum impotens rerum præ domesticis seditionibus discordiisque, aliis modum pacis ac belli facere æquum censeret. Samnites ex parte alterâ, quum omnem curam belli remisissent, quia aut pacem verè cupiebant, aut expediebat simulare, ut Tarentinos sibi conciliarent, quum instructos repentè ad pugnam Romanos conspexissent, vociferari,

jecta loca. (4) Atque etiam licet, ut modo diximus, regio illa esset pacata Romanis. (5) Sacculis. Juv. Sat. 14. v. 281. *tenso folle reverti.* (6) Vid. † *cum.* (7) Nempe omni aliâ curâ. Sic Tac. l. 1. Hist. c. 80. *quo magis vacuus jussa exsequeretur.*

C. 14. (1) Vid. supra not. 10. ad c. 12. l. 6.

(2) Sic

ferari, *ſe in † auctoritate Tarentinorum manere, nec deſcendere in aciem, nec extra vallum arma ferre. Deceptos potiùs, quodcunque caſus* (2) *ferat, paſſuros, quàm ut ſpreviſſe pacis auctores Tarentinos videantur. Accipere ſe omen*, conſules aiunt, & *eam precari mentem hoſtibus, ut ne vallum quidem defendant.* Ipſi, inter ſe partitis copiis, ſuccedunt hoſtium munimentis, &, ſimul undique adorti, quum pars foſſas explerent, pars vellerent vallum, atque in foſſas † proruerent, nec virtus modò inſita, ſed ira etiam, exulceratos ignominiâ ſtimularet animos, caſtra invaſere: & pro ſe quiſque, *non hæc furculas, nec Caudium, nec ſaltus invios eſſe, ubi errorem fraus ſuperbè viciſſet; ſed Romanam virtutem, quam nec vallum, nec foſſæ arcerent*, memorantes, cædunt pariter reſiſtentes fuſoſque, inermes atque armatos, ſervos, liberos, puberes, impuberes, homines, jumentaque. nec ullum ſuperfuiſſet animal, ni conſules receptui ſignum dediſſent, avidoſque cædis milites e caſtris hoſtium imperio ac minis expuliſſent. Itaque apud infenſos ob (3) interpellatam dulcedinem iræ confeſtim oratio habita eſt, ut doceretur miles, (4) *minimè militum conſules odio in hoſtes ceſſiſſe, aut ceſſuros: quin duces, ſicut belli, ita inſatiabilis ſupplicii, futuros fuiſſe, ni reſpectus equitum ſexcentorum, qui Luceriæ obſides tenerentur, præpediſſet animos: ne deſperata venia hoſtes cæcos in ſupplicia eorum ageret, perdere priùs, quàm perire* (5), *optantes.* Laudare ea milites, lætarique obviàm itum iræ ſuæ eſſe, ac fateri, omnia patienda potiùs, quàm proderetur ſalus tot principum Romanæ juventutis.

Iterum vincuntur Samnites a Coſſ.

XV. Dimiſsâ concione, conſilium habitum, omnibuſne copiis Luceriam premerent, an altero exercitu & duce Apuli circà, gens (1) dubiæ ad id voluntatis, tentarentur. Publilius conſul, ad peragrandam profectus Apuliam, aliquot expeditione unà populos aut vi ſubegit,

(2) Sic ſuprà l. 7. c. 6. *fortè ita tulit caſus, ut* &c. l. 42. c. 50. *patiatur, quodcunque caſus belli tulerit.* Simili modo *res ita tulit* ſuprà eſt l. 3. c. 27. (3) Sic ſuprà l. 3. c. 57. *ſtupro interpellato magis, quàm cæde, motus.* (4) Conſules haud minore, quàm milites, odio, in hoſtes flagraſſe. (5) Gronovius legendum conjicit *perirent.*

C. 15. (1) De quâ adhuc in incerto erat. utri, Samniti, an Romano, adhærere

git, aut conditionibus in societatem accepit. Papirio quoque, qui obsessor Luceriæ restiterat (2), brevi ad spem eventus respondit. nam, (3) insessis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio subvehebantur, fame domiti Samnites, qui Luceriæ in præsidio erant, legatos misere ad consulem Romanum, ut, receptis equitibus, qui causa belli essent, (4) absisteret obsidione. His Papirius ita respondit: *Debuisse eos Pontium, Herennii filium, quo auctore Romanos sub jugum misissent, consulere, quid victis patiendum censeret. ceterùm, quoniam ab hostibus in se æqua statui, quàm in se † ipsi ferre, maluerint, † nunciare Luceriam* jussit, *arma, sarcinas, jumenta, multitudinem omnem imbellem intra mœnia relinquerent: militem se cum singulis vestimentis sub jugum missurum, ulciscentem illatam, non novam inferentem ignominiam.* Nihil recusatum. septem millia militum sub jugum missa, prædaque ingens Luceriæ capta, receptis omnibus signis armisque, quæ ad Caudium amiserant; &, quod omnia superabat gaudia, equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant. Haud ferme alia mutatione subitâ rerum clarior victoria populi Romani est: siquidem etiam (quod quibusdam in annalibus invenio) Pontius, Herennii filius, Samnitium imperator, ut expiaret consulum ignominiam, sub jugum cum ceteris est missus. Ceterùm id minùs miror, obscurum esse de hostium duce dedito missoque sub jugum: id magis mirabile est, ambigi, Luciusne Cornelius dictator cum L. Papirio Cursore, magistro equitum, eas res ad Caudium, atque inde Luceriam gesserit, ultorque unicus Romanæ ignominiæ, (5) haud sciam an justissimo triumpho ad eam ætatem secundùm Furium Camillum, triumphaverit, an consulum Papiriique præcipuum id decus sit. Sequitur hunc errorem alius error (6), Cursorne Papirius proximis comitiis cum Q. Aulio Cerretano iterum (7), ob rem bene gestam Luceriæ continuato mamagistratu, consul tertiùm creatus sit; an L. Papirius Mugillanus, & in cognomine erratum sit.

Luceria capta.

Sub jugum missi Samnites.

U. c. 435. A. C. 317. L. Papirio III. Q. Aulio II. Coss.

adhærere vellet. (2) i. e. remanserat. (3) *Insidere vias, loca, itinera* sæpe occurrit. infrà c. seq. & 31. l. 21. c. 34. l. 25. c. 21. (4) *Absistere obsidione, oppugnatione*, Livio frequens locutio est. Nonnunquam *absistere* absolutè ponitur; quemadmodum infrà l. 36. c. 45. (5) Vid. † *nescio an.* (6) *Error* hîc notat id potiùs quod dubium & ambiguum, quàm quod falsum est. E. (7) Vid. suprà not. 3. ad c. 37. l. 8.

XVI. Convenit,

XVI. Convenit, jam inde per conſules reliqua belli perfecta. Aulius cum Ferentanis uno ſecundo prœlio † debellavit; urbemque ipſam, quò ſe fuſa contulerat acies, obſidibus imperatis, in deditionem accepit. Pari fortunâ conſulum alter cum Satricanis, qui cives Romani poſt Caudinam cladem ad Samnites defecerant, præſidiumque eorum in urbem acceperant, rem geſſit. nam quum ad mœnia Satrici admotus eſſet exercitus, legatiſque, miſſis ad pacem cum precibus petendam, triſte reſponſum ab conſule redditum eſſet, *niſi præſidio Samnitium interfecto aut tradito, ne ad ſe remearent;* plus eâ voce, quàm armis illatis, terroris colonis injectam. Itaque ſubinde † exſequentes quærendo a conſule legati, quonam ſe pacto paucos & infirmos crederet præſidio tam valido & armato vim (1) allaturos, ab iiſdem conſilium petere juſſi, quibus auctoribus præſidium in urbem accepiſſent, diſcedunt: ægréque impetrato, ut de eâ re conſuli ſenatum (2), reſponſaque ad ſe referri ſineret, ad ſuos redeunt. Duæ factiones ſenatum † diſtinebant; una, cujus principes erant defectionis a populo Romano auctores; altera, fidelium civium. certatum ab utriſque tamen eſt, ut ad reconciliandam pacem conſuli opera (3) navaretur. Pars altera (quum præſidium Samnitium, quia nihil ſatis præparati erat ad obſidionem tolerandam, exceſſurum proximâ nocte eſſet) enunciare (4) conſuli ſatis habuit, quâ noctis horâ, (5) quâque portâ, & quam in viam egreſſurus hoſtis foret. altera, quibus invitis deſcitum ad Samnites erat, eâdem nocte portam etiam conſuli aperuerunt, armatoſque clam (6) hoſtes in urbem acceperunt. Ita duplici proditione & præſidium Samnitium, inſeſſis circa viam ſilveſtribus locis, necopinatò oppreſſum eſt, & ab urbe plenâ hoſtium clamor ſublatus; momentoque unius horæ cæſus Samnis, Satricanus captus, & omnia in poteſtate conſulis erant.

C. 16. (1) *Vim alicui afferre* occurrit infrà l. 38. c. 20. l. 42. c. 2[illegible]. l. 45. c. 19. (2) Sc. Satricanum. (3) *Operam navare* occurrit ſupra l. 2. c. 43. l. 7. c. 16. & alibi. (4) Hoc verbum propriè dicitur de iis, qui arcana produnt. infrà l. 10. c. 3. l. 39. c. 10 & 13. & alibi. (5) Compoſitio hæc orationis, ut in tribus diverſis proponendis ſecundum per *que*, tertium per *&* vel *ac* primo connectantur, Livio admodum amata eſt. *Egredi portâ* eſt etiam apud Cic. l. 1. Tuſc. c. 7. (6) Hi *hoſtes* intelligendi ſunt ipſi Romani, oppugnatores urbis, qui

erant. Qui, quæstione habitâ, quorum operâ defectio esset facta, quos sontes comperit, virgis cæsos securi percussit: præsidioque valido imposito, arma Satricanis ademit. Inde ad triumphum decessisse Romam Papirium Cursorem scribunt, qui eo duce Luceriam receptam, Samnitesque sub jugum missos auctores sunt. Et fuit vir haud dubiè dignus omni bellicâ laude, non animi solùm vigore, sed etiam corporis viribus excellens. Præcipua pedum pernicitas inerat, (7) quæ cognomen etiam dedit: victoremque cursu omnium ætatis suæ fuisse ferunt: & seu virium vi (8), seu exercitatione multâ, cibi vinique eundem capacissimum: nec cum ullo asperiorem (quia ipse invicti (9) ad laborem corporis esset) fuisse militiam pediti pariter equitique. Equites etiam aliquando ausos ab eo petere, ut sibi pro re bene gestâ laxaret aliquid laboris: quibus ille, *Ne nihil remissum dicatis, remitto*, inquit, *ne utique dorsum demulceatis, quum ex equis descendetis.* & vis erat in eo viro imperii ingens pariter in socios civesque. Prænestinus prætor per timorem segniùs ex subsidiis suos duxerat in primam aciem. quem quum inambulans ante tabernaculum vocari jussisset, lictorem expedire securim jussit. ad quam vocem exanimi stante Prænestino, *Agedum, lictor, excide radicem hanc*, inquit, *incommodam ambulantibus:* perfusumque (10) ultimi supplicii metu, mulctâ dictâ, dimisit. Haud dubiè illâ ætate, quâ nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis innisa res Romana staret. quin eum parem (11) destinant animis

Papirii Cursoris laudes.

& paullo infrà eodem nomine designantur: *ab urbe plenâ hostium.* Alii autem legunt *clam hoste;* i. e. insciis Samnitibus. (7) Hîc ita loquitur Livius, quasi cognomen Cursoris huic primùm Papirio inditum esset. Ipse tamen l. 6. c. 11. L. Papirium Cursorem tribunum militum habet, quem & censorem fuisse eo lustro, quo urbs capta est, memorat infrà c. 34. Prior ille Papirius Cursor hujus nostri avus fuisse videtur. Vid. suprà not. 1. ad c. 31. l. 5. (8) Parum usitata sanè locutio. Dicitur tamen, non absimili figurâ loquendi, *robur virium*, infrà l. 22. c. 40. & alibi. (9) Sic *invictum ad vulnera.* Ovid. l. 12. Metam. v. 166. (10) Sic *perfusus horrore* suprà l. 1. c. 16. *timore* l. 2. c. 63. *pudore & gaudio* infrà l. 26. c. 50. & similia. *perfundere religione animum* l. 10. c. 38. *Ultimum supplicium* autem est pœna mortis. *ultimam pœnam* vocat suprà l. 3. c. 58. (11) Ubi quæritur hodie, an aliquem Romani ducem opponere

mis Magno Alexandro ducem, si arma, Asiâ perdomitâ, in Europam vertisset.

XVII. Nihil minùs quæsitum a principio hujus operis videri potest, quàm ut plus justo ab rerum ordine declinarem; varietatibusque distinguendo opere, & legentibus velut (1) deverticula amœna, & requiem animo meo quærerem. (2) tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus sæpe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium: ut quærere libeat, quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit. Plurimum in bello pollere videntur militum copia & virtus, ingenia imperatorum, fortuna per omnia humana, maximè in res bellicas, potens. Ea, & singula intuenti & universa, sicut ab aliis regibus gentibusque, ita ab hoc quoque, facilè (3) præstant invictum Romanum imperium. Jam primùm, ut ordiar ab ducibus comparandis, haud equidem abnuo, egregium ducem fuisse Alexandrum; sed clariorem tamen eum facit, (4) quòd unus fuit, quòd adolescens in incremento rerum, nondum alteram fortunam expertus, decessit. Ut alios reges claros ducesque omittam, magna exempla casuum humanorum; (5) Cyrum, quem maximè Græci laudibus celebrant, quid, nisi longa vita, sicut Magnum modò Pompeium, † vertenti præbuit fortunæ? Recenseam duces Romanos, nec omnes omnium ætatium, sed (6) ipsos eos, cum quibus consulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum; M. Valerium Corvum, C. Marcium Rutilum, C. Sulpicium, T. Manlium Torquatum, Q. Publilium Philonem, L. Papirium Cursorem,

Disputatio de Alexandro M. & Romanis.

†

Alexandri & ducum Rom. collatio.

†

ponere potuissent parem Alexandro, destinatur, nominatur potissimùm Papirius Cursor. *Destinare animis* occurrit suprà l. 7. c. 33. infrà l. 28. c. 24. *in animo destinare* suprà dixit l. 6. c. 6. & infrà l. 21 c. 44.

C. 17. (1) Vid. † *deversoria.* (2) Postquam semel mentionem feci tanti regis ac ducis, hinc datâ occasione facilè adducor ut in medium proferam eas cogitationes, quas sæpe animo volutavi. (3) Efficiunt ut credam Romanum imperium futurum fuisse invictum ab Alexandro. (4) Quòd solus, sine collegâ, res gessit. Intuetur Livius Romanos duces, quibus additi collegæ aut partem laudis detrahebant, aut etiam impedimentum rebus gerendis afferebant. (5) Sequitur hîc Livius Herodotum, apud quem Cyrus a Tomyri Massagetarum reginâ victus cæsusque est. (6) Sic infrà l. 4[illegible]. c. 21. *Patres [illegible] eum quærere jusserunt.*

P [illegible] (7) Si

rem, Q. Fabium Maximum, duos Decios, L. Volumnium, M'. Curium. Deinceps ingentes ſequuntur viri, (7) ſi Punicum Romano † prævertiſſet bellum, ſeniorque in Italiam trajeciſſet. Horum in quolibet tum indoles eadem, quæ in Alexandro erat, animi ingeniique; tum diſciplina militaris, jam inde ab initiis urbis tradita per manus, in artis † perpetuis præceptis ordinatæ modum (8) venerat. Ita reges geſſerant bella; ita deinde exactores regum Junii Valeriique; ita deinceps Fabii, Quinctii, Cornelii; ita Furius Camillus, quem juvenes ii, quibus cum Alexandro dimicandum erat, ſenem viderant. Militaria opera pugnando obeunti Alexandro (nam ea quoque haud minus clarum eum faciunt) ceſſiſſet videlicet in acie oblatus par (9) Manlius Torquatus, aut Valerius Corvus, inſignes antè milites, quàm duces? ceſſiſſent Decii, devotis corporibus in hoſtem ruentes? ceſſiſſet Papirius Curſor, illo corporis robore, illo animi? victus eſſet conſiliis juvenis unius, ne ſingulos nominem, ſenatus ille, quem (10) qui *ex regibus conſtare* dixit, unus (11) veram ſpeciem Romani ſenatûs cepit? Id verò erat periculum, ne ſolertiùs, quàm quilibet unus ex iis, quos nominavi, caſtris locum caperet, (12) commeatus expediret, ab inſidiis præcaveret, tempus pugnæ deligeret, aciem inſtrueret, ſubſidiis firmaret. Non cum Dario rem eſſe dixiſſet: quem, mulierum ac ſpadonum agmen trahentem, inter purpuram atque aurum, oneratum fortunæ apparatibus ſuæ, prædam veriùs, quàm hoſtem, † nihil aliud quàm bene

(7) Si Alexander priùs cum Pœnis bellum, quàm cum Romanis geſſiſſet; atque ita ſeriùs in Italiam trajeciſſet. Alexander paullo ante mortem agitabat animo Punicum bellum. (8) *In modum artis venire*, ut *in morem venire* infrà l. 42. c. 21. Similiter fere *aliquid in religionem venire* ſæpius apud Livium occurrit. Si tamen codices addicerent, haud diſpliceret *in artis modum verteret*, pro verſa erat, ut ſuprà l. 7. c. 2. *poſtquam ludus in artem paullatim verterat.* (9) h. e. adverſarius. Sic infrà l. 22. c. 27. *illum in rebus aſperis unicum ducem ac parem quæſitum Hannibali.* l. 28. c. 44. *habebo parem, quem das, Hannibalem.* Eâdam metaphorâ, a gladiatoribus ſumptâ, *comparari* dicuntur duces infrà l. 24. c. 8. l. 30. c. 28. (10) Cyneas hic fuit legatus Pyrrhi bello Tarentino. Plut. in Pyrr. (11) Veram ſenatûs Romani notionem aſſecutus eſt. Sic Hor. Sat. 3. l. 2 v. 208. *Qui ſpecies alias veris . . . capiet.* (12) *Expedire commeatus* infrà l. 44. c. 26. Ita *alicui viaticum expedire* hoc ſenſu dixit Liv. l. 29. c. 1. & ex-

bene ausus vana contemnere, incruentus divicit. Longè alius Italiæ, quàm Indiæ, per quam temulento agmine comissabundus incessit, visus illi habitus (13) esset, saltus Apuliæ ac montes Lucanos cernenti & vestigia recentia domesticæ cladis, ubi avunculus ejus nuper Epiri rex Alexander absumptus erat.

XVIII. Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. qui, si ex habitu novæ fortunæ novique, ut ita dicam, ingenii, quod sibi victor induerat, spectetur, Dario magis similis, quàm Alexandro, in Italiam venisset, & exercitum Macedoniæ oblitum degenerantemque jam in Persarum mores adduxisset. Referre in tanto rege piget superbam mutationem vestis, & desideratas humi jacentium (1) adulationes, etiam (2) victis Macedonibus graves, nedum victoribus; & fœda supplicia, & inter vinum & epulas cædes amicorum, & vanitatem ementiendæ stirpis. Quid, si vini amor in dies fieret acrior? quid, si trux ac præfervida ira? (nec quicquam dubium inter scriptores refero) nullane hæc damna imperatoriis virtutibus ducimus? Id verò periculum erat, quod levissimi ex Græcis, qui Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriæ favent, dictitare solent, ne majestatem nominis Alexandri (quem ne famâ quidem illis notum arbitror fuisse) sustinere non potuerit populus Romanus; &, adversùs quem Athenis, in civitate fractâ Macedonum armis, cernente tum maximè propè fumantes Thebarum ruinas, concionari libere ausi sint homines, (id quod ex monumentis orationum patet) adversùs eum nemo ex tot proceribus Romanis vocem liberam missurus fuerit. Quantalibet magnitudo hominis concipiatur (3) animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit, collecta paullo plus decem annorum felicitate: quam qui eo extollunt, quòd populus Romanus, etsi

& expedire naves l. 42. c. 27. (13) Sic Virg. l. 1. Georg. v. 52. *cultusque habitusque locorum.* *Armorum habitus* infrà c. 36. & alibi. Mox etiam cap. seq. *habitus fortunæ.* E.

C. 18. (1) Quam Græci προσκύνησιν, Latini κατ' ἐξοχὴν *adulationem* dixisse videntur. infrà l. 30. c. 16. *more adulantium . . procubuerant.* (2) h. c. si victi fuissent. Vid. † *participii usus.* (3) *Sic mente concipere* suprà l. 1. c. 36. Utrumque conjungit Cic. l. 1. de Leg. c. 22. [illegible]

Fortunæ Alexandri collatio cum fortunâ P. Rom.

etſi nullo bello, multis tamen prœliis victus ſit, Alexandro nullius pugnæ non ſecunda fortuna fuerit; non intelligunt, ſe hominis res geſtas, & ejus juvenis, cum populi jam (4) octingenteſimum bellantis annum rebus conferre. Miremur, ſi, quum ex hâc parte (5) ſecula plura numerentur, quàm ex illâ anni, plus in tam longo ſpatio, quàm in ætate tredecim annorum, fortuna variaverit? Quin tu hominis cum homine, & ducis cum duce, fortunam cum fortunâ confers? Quot Romanos duces nominem, quibus nunquam adverſa fortuna pugnæ fuit? Paginas in annalibus magiſtratuum faſtiſque percurrere licet, conſulum, dictatorumque, quorum nec virtutis, nec fortunæ ullo die populum Romanum pœnituit. Et, quo ſint mirabiliores, quàm Alexander aut quiſquam rex, denos vicenoſque dies quidam dictaturam, nemo plus quàm annum conſulatum geſſit: ab tribunis plebis delectus impediti ſunt: poſt tempus (6) ad bella ierunt: ante tempus comitiorum causâ revocati ſunt: in ipſo conatu rerum circumegit ſe annus: collegæ nunc temeritas, nunc pravitas, impedimento aut damno fuit: malè geſtis rebus alterius ſucceſſum eſt: (7) tironem aut malâ diſciplinâ inſtitutum exercitum acceperunt. At, Hercule, reges non liberi ſolùm impedimentis omnibus, ſed domini rerum temporumque, trahunt conſiliis cuncta, non ſequuntur. Invictus ergo Alexander cum invictis ducibus bella geſſiſſet, & eadem fortunæ pignora in diſcrimen detuliſſet. immo etiam eo plus periculi ſubiſſet, quòd Macedones unum Alexandrum habuiſſent, multis caſibus non ſolùm obnoxium, ſed etiam offerentem ſe: Romanis multi fuiſſent, Alexandro, vel gloriâ, vel rerum magnitudine, pares; (8) quorum ſuo quiſque fato, ſine publico diſcrimine, viveret moreretur que.

Collatio copiarum.

XIX. Reſtat, ut copiæ copiis comparentur vel numero,

intelligentias animo ac mente conceperit. (4) Numerat Livius ad ſuam uſque ætatem. Scribebat autem hæc circa annum u. c. plus minus 735. (5) Intellige *ætates*, ſive *γενεας*, quales in quolibet centum annorum ſpatio ternæ continentur; ita ut in 735. annis duo & viginti ſecula numerentur. (6) *Tempus* pro tempore opportumo paſſim. (7) *Exercitus tiro* infrà l. 21. c. 39 & 43. l. 42. c. 55. Etiam Cic. l. 7. ad fam. Ep. 3. *tirone & collectitio exercitu.* (8) Quorum unuſquiſque ſibi viveret, ſibi moreretur, ita ut, viveretne ille, an moreretur, reipublicæ parum intereſſet.

mero, vel militum genere, vel multitudine auxiliorum. Censebantur ejus ætatis lustris ducena quinquagena millia capitum. Itaque, in omni defectione sociorum Latini nominis, urbano propè delectu decem scribebantur legiones. quaterni quinique exercitus sæpe per eos annos in Etruriâ, in Umbriâ, Gallis hostibus adjunctis, in Samnio, in Lucanis gerebant bellum. Latium deinde omne cum Sabinis, & Volscis, & Æquis, & omni Campaniâ, & parte Umbriæ Etruriæque, & Picentibus, & Marsis, Pelignisque, ac Vestinis, atque Apulis, (1) adjunctâque omni orâ Græcorum inferi maris a Thuriis Neapolim & Cumas, & inde Antio atque Ostiis tenus Samnites, aut socios validos Romanis, aut fractos bello invenisset hostes. Ipse trajecisset mare cum veteranis Macedonibus, non plus triginta millibus hominum & quatuor millibus equitum, maximè Thessalorum. hoc enim roboris erat. Persas, Indos, aliasque si adjunxisset gentes, impedimentum majus, quàm auxilium, traheret. Adde, quòd Romanis ad manum domi supplementum esset: Alexandro, (quod postea Hannibali accidit) alieno in agro bellanti, exercitus consenuisset. Arma, clipeus (2) sarissæque illis; Romano † scutum, majus (3) corpori tegumentum, & pilum, haud paullo, quàm hasta, vehementius ictu missuque telum. (4) Statarius uterque miles, ordines servans: sed illa phalanx immobilis, & unius generis; Romana acies distinctior, ex pluribus partibus constans: (5) facilis partienti, quâcunque opus esset, facilis jungenti. Jam in opere quis par Romano miles? quis ad tolerandum laborem melior? Uno prœlio victus Alexander, bello victus esset. Romanum, quem Caudium, quem Cannæ non fregerunt, quæ fregisset acies? Næ ille sæpe, etiam si prima prosperè evenissent, Persas & Indos & imbellem

C. 19. (1) Et Samnites adjunctâ omni orâ Græcorum Inferi maris a Thuriis ad urbes Neapolim & Cumas, & inde Antio atque Ostiis tenus, *hos omnes* aut &c. (2) Prælongæ hastæ, Macedonum propriæ. (3) Sic suprà l. 1. c. 22. *pectori tegumen.* c. 43. ejusdem lib. *tegumenta corporis* dixit. (4) Sic infrà l. 22. c. 18. *gravem armis statariumque.* Et ita Ter. in Prolog. Heaut. v. 36. *statariam comœdiam* opponit ei, in quâ aguntur *servus currens, iratus senex* &c. (5) Apta & ad divisim, ubi opus

imbellem Asiam (6) quæsisset, & cum feminis sibi bellum fuisse dixisset: quod Epiri regem Alexandrum, mortifero vulnere ictum, dixisse ferunt, sortem bellorum in Asiâ gestorum ab hoc ipso juvene cum suâ conferentem. Equidem, quum per annos quatuor & viginti primo Punico bello classibus certatum cum Pœnis recordor, vix ætatem Alexandri suffecturam fuisse reor ad unum bellum. & forsitan, quum & fœderibus vetustis juncta Punica res Romanæ esset, & timor par adversùs communem hostem duas potentissimas armis virisque urbes armaret, simul Punico Romanoque obrutus bello esset. Non quidem Alexandro duce, nec integris Macedonum rebus, sed experti tamen sunt Romani Macedonem hostèm (7) adversùs Antiochum, Philippum, Persen, † non modò cum clade ullâ, sed ne cum periculo quidem suo. (8) Absit invidia verbo, & (9) civilia bella sileant, (10) nunquam ab equite hoste, nunquam a pedite, nunquam apertâ acie, nunquam æquis, utique nunquam nostris locis laboravimus. (11) Equitem, sagittas, saltus impeditos, (12) avia commeatibus loca gravis armis miles timere potest. Mille acies, graviores quàm Macedonum atque Alexandri, avertit, avertetque; modò sit perpetuus hujus, quâ vivimus, pacis amor & civilis cura concordiæ.

U. C. 436. A. C. 316. M. Foslio, L. Plautio Coss.

XX. M. Foslius Flaccinator inde & L. Plautius Venno consules facti. Eo anno ab frequentibus Samnitium populis de fœdere renovando legati, quum senatum humi strati movissent, rejecti ad populum haud-

opus esset. & ad conjunctim pugnandum. (6) Optasset; voluisset potiùs cum illis bellare, quàm cum Romanis. Sic suprà l. 3. c. 34. *Jam plebi ne tribunicium quidem auxilium . . . quæreret.* (7) i. e. bello adversùs Antiochum. Ita *cum Volscis* est bello vel prœlio cum Volscis, suprà l. 2. c. 40. *cum Volscis æquo Marte discessum est.* (8) Liceat nobis loqui, sine invidiæ aut offensionis metu. Eadem locutio occurrit infrà l. 28. c. 39. l. 36. c. 7. & *verbi invidiam* memorat Cic. pro Sullâ c. 28. Alii autem pro *verbo* legunt *vero*: atque ita codices scripti plures. (9) De civilibus bellis non fiat mentio. (10) Sensus Livii esse videtur, nunquam Romanos apertâ acie, nunquam æquis, utique nunquam suis locis (vid. † *tempora sua*) ideo laborasse, quòd vel equites, vel pedites hostium præstarent. Quod tamen non accuratè verum esse probat ille Hannibalis equitatus longè Romano superior, ipso teste Livio l. 21. c. 47. & l. 26. c. 38. Hìc nempe deflexit nostrum a vero Romanæ laudis nimius amor. (11) Alludit haud dubiè ad Parthicum equitatum, & Crassi cladem. (12) Indicantur loca, in quibus non nisi difficulter & longè petiti commeatus suppetere possunt.

quaquam tam efficaces habebant preces. Itaque, fœdere negato, induciæ biennii, quum per aliquot dies (1) fatigaſſent ſingulos precibus, impetratæ. Et ex Apuliâ Teanenſes Canuſinique populationibus feſſi, obſidibus L. Plautio conſuli datis, in deditionem (2) venerunt. Eodem anno primùm præfecti (3) Capuæ creari cœpti, legibus ab L. Furio prætore datis: quum utrumque ipſi pro remedio ægris rebus diſcordiâ inteſtinâ petiſſent. Et (4) duæ Romæ additæ tribus, Ufentina ac Falerina. Inclinatis ſemel in Apuliâ rebus, (5) Teates quoque Apuli ad novos conſules, C. Junium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam, fœdus petitum venerunt, (6) pacis per omnem Apuliam præſtandæ populo Romano auctores. id audacter ſpondendo impetravere, ut fœdus daretur: neque ut æquo tamen fœdere, ſed ut in ditione populi Romani eſſent. Apuliâ perdomitâ, (nam Forento quoque valido oppido Junius potitus erat) in Lucanos perrectum. inde repentino adventu Æmilii conſulis Nerulum vi captum. Et poſtquam res Capuæ ſtabilitas Romanâ diſciplinâ fama per ſocios vulgavit; Antiatibus quoque, qui ſe ſine legibus certis, ſine magiſtratibus agere querebantur, dati ab ſenatu ad jura ſtatuenda

Tribus novæ.

U. C. 437.
A. C. 315.
C. Junio,
Q. Æmilio
Coſſ.

C. 20. (1) *Fatigare precibus* ſuprà l. 1. c. 11. & alibi ſæpe. (2) *In deditionem venire* occurrit ſuprà l. 2. c. 30. l. 5. c. 32. & alibi. Similiter *in ditionem venire* infra l. 32. c. 31. l. 40. c. 3[?]. (3) Alii legunt *Capuam*, ut intelligatur creatos a populo Romano præfectos, qui Capuam ad jura reddenda mitterentur. Sic *proconſul in Hiſpaniam* infrà l. 26. c. 18. Porro præfecturæ erant Italiæ oppida, quæ non legibus ſuis, non a magiſtratibus e corpore ſuo creatis regebantur; ſed præfectos quotannis Româ miſſos accipiebant, quorum eſſet in oppido ſumma poteſtas, quique jus ibi dicerent. Sed nondum in plenam præfecturæ formam Capua redacta videtur: quippe id bello demum Hannibalico evenit. vid. infrà l. 26. c. 16. Certè Campanus, non Romanus, erat Pacuvius Calavius ſummus Capuæ magiſtratus, quo tempore Romani ad Cannas cædebantur, infrà l. 23. c. 2. & Marius Bloſius prætor Campanus, quo tempore primùm Hannibal Capuam devertit. (4) Tuncque una & triginta tribus factæ. vid. ſuprà l. 8. c. 17. Ufentina tribus dicta ab Ufente fluvio in Volſcis, qui non longè a Tarracinâ in mare labitur. Falerina ab agro Falerno, ut videtur. (5) Plerique interpretum in voce *Teates* mendum eſſe exiſtimant. Teate enim oppidum non in Apuliâ, ſed in Marrucinis eſt. Fortè *Teanenſes* legendum, & exiſtimandum, eos, quamvis priori anno in deditionem venerint, nunc tamen miſſis legatis conditionem ſuam meliorem facere voluiſſe. (6) Promittentes ſe effecturos ut per omnem Apuliam pax cum Romanis

ſtatuenda ipſius coloniæ (7) patroni: nec arma modò, ſed jura etiam Romana latè pollebant.

U. c. 438. A. C. 314. Sp. Nautio, M. Popillio Coſſ. *L. Æmilius dictator.*

XXI. C. Junius Bubulcus & Q. Æmilius Barbula conſules exitu anni non conſulibus ab ſe † creatis, Sp. Nautio & M. Popillio, ceterùm dictatori L. Æmilio legiones tradiderunt. Is, cum L. Fulvio magiſtro equitum Saticulam oppugnare adortus, rebellandi † cauſam Samnitibus dedit. Duplex inde terror illatus Romanis. hinc Samnis, magno exercitu coacto ad (1) eximendos obſidione ſocios, haud procul caſtris Romanorum caſtra poſuit: hinc Saticulani magno cum tumultu, patefactis repentè portis, in ſtationes hoſtium incurrerunt. Inde pars utraque, ſpe alieni magis auxilii, quàm viribus freta ſuis, † juſto mox prœlio inito Romanos urgent. &, quanquam (2) anceps dimicatio erat, tamen utrinque tutam aciem dictator habuit; quia & locum haud facilem ad circumveniendum cepit, & † diverſa ſtatuit ſigna. Infeſtior tamen in erumpentes inceſſit: nec magno certamine intra mœnia compulit. Tum totam aciem in Samnites obvertit. ibi plus certaminis fuit. Victoria ſicut ſera, ita nec dubia, nec † varia fuit. Fuſi in caſtra Samnites, exſtinctis nocte ignibus, tacito agmine abeunt: &, ſpe abjectâ Saticulæ tuendæ, Pliſtiam ipſi, (3) ſocios Romanorum, ut parem dolorem hoſti redderent, circumſidunt.

U. c. 439. A. C. 313. L. Papirio IV. Q. Publilio IV. Coſſ. *Q. Fabius dictator.*

XXII. Anno circumacto, bellum deinceps ab dictatore Q. Fabio geſtum eſt. (1) Conſules novi, ſicut ſuperiores, Romæ manſerunt: Fabius, ad accipiendum ab Æmilio exercitum, ad Saticulam cum ſupplemento venit. neque enim Samnites ad Pliſtiam manſerant: ſed, accitis ab domo novis militibus, multitudine freti, caſtra eodem, quo antea, loco poſuerunt: laceſſenteſque prœlio Romanos avertere ab obſidione conabantur. Eo intentiùs dictator in mœnia hoſtium verſus,

manis ſervaretur. (7) Urbes enim, ac poſtea, aucto imperio, provinciæ etiam & regna patronos Romæ habebant.

C. 21. (1) *Eximere obſidione* infrà l. 24. c. 41. l. 31. c. 14. & alibi. (2) Quanquam ex utrâque parte ſimul dimicandum erat. mox dicit victoriam *haud dubiam* eſſe. Vid. † *ancipitia munimenta*. E. (3) Vid. † *appoſitio.*

C. 22. (1) L. Papirius Curſor IV. Q. Publilius Philo IV. quorum nomina

ſus, (2) id bellum tantùm ducere, quòd urbem oppugnabat; ſecurior ab Samnitibus agere, ſtationibus modò oppoſitis, ne qua in caſtra vis fieret. Eo ferociùs adequitare Samnites vallo, neque otium pati. & quum jam propè in portis caſtrorum eſſet hoſtis, nihil conſulto dictatore, magiſter equitum Q. Aulius Cerretanus, magno tumultu cum omnibus turmis equitum evectus, ſummovit hoſtem. tum in minimè pertinaci genere pugnæ ſic fortuna exercuit opes (3), ut inſignes utrinque clades & clara ipſorum ducum ederet funera. Prior Samnitium imperator, ægre patiens, quò tam ferociter adequitaſſet, inde ſe fundi fugarique, orando hortandoque equites prœlium (4) integravit. in quem, inſignem inter ſuos cientem pugnam, magiſter equitum Romanus infeſtâ cuſpide ita † permiſit equum, ut uno ictu exanimem equo præcipitaret: nec, (5) ut fit, ad ducis caſum perculſa magis, quàm irritata, eſt multitudo. Omnes, qui circà erant, in Aulium, temere invectum per hoſtium turmas, tela conjecerunt. (6) Fratri præcipuum decus ulti Samnitium imperatoris dederunt. is victorem detractum ex equo magiſtrum equitum, plenus mœroris atque iræ, trucidavit: nec multum afuit, quin corpore etiam, quia inter hoſtiles ceciderat turmas, Samnites potirentur. Sed extemplo ad pedes deſcenſum ab Romanis eſt, coactique idem Samnites facere. & repentina acies circa corpora ducum pedeſtre prœlium iniit, (7) quo haud dubiè ſuperat Romanus: recuperatumque Aulii corpus, mixtâ cum dolore lætitiâ, victores in caſtra referunt. Samnites, duce amiſſo, & per equeſtre certamen tentatis viribus, omiſsâ Saticulâ, quam nequicquam defendi rebantur, ad Pliſtiæ obſidionem redeunt; intraque paucos dies Saticulâ Romanus per deditionem, Pliſtiâ per vim Samnis potitur.

Prœlium equeſtre cum Samnitibus.

nomina hîc omiſſa videntur per librariorum incuriam. (2) Id tantummodo pro bello habebat. infrà l. 28. c. 32. *immemorem eſſe rerum ſuarum geſtarum, qui id bellum ducat.* (3) h. e. vim ſuam. (4) Codices aliquot habent *iteravit.* Utrumque Livio in uſu eſt. *integrare prœlium, pugnam* ſuprà l. 3. c. 70. l. 7. c. 7. *iterare prœlium, pugnam* l. 1. c. 12. l. 6. c. 32. (5) Indicat Livius multitudinem hoſtium, contra quod vulgò fit, non ad ducis caſum perculſum fuiſſe, ſed potius irritatum. E. (6) Præcipuum decus ulti Samnitium imperatoris fratri ejus reliquerunt. *Concedere alteri decus* infrà eſt l. 25. c. 14. (7) Ubi Romanis haud dubia victoria fuit. vel etiam: quo pugnandi genere haud dubiè excellunt Romani. E.

XXIII. Mutata

Soræ defectio ad Samnites.

XXIII. Mutata inde belli ſedes eſt. ad Soram ex Samnio Apuliâque traductae legiones. Sora ad Samnites defecerat, interfectis colonis Romanorum. quò quum prior Romanus exercitus, ad ulciſcendam civium necem recuperandamque coloniam, magnis itineribus (1) præveniſſet, & ſparſi per vias ſpeculatores, ſequi legiones Samnitium, nec jam procul abeſſe, alii ſuper alios, nunciarent; obviàm itum hoſti, atque ad Lautulas ancipiti prœlio dimicatum eſt. non cædes, non fuga alterius partis, ſed nox incertos, victi victoreſne eſſent, diremit. Invenio apud quoſdam (2), adverſam eam pugnam Romanis fuiſſe, atque in eâ cecidiſſe Q. Aulium, magiſtrum equitum. Suffectus in locum Aulii C. Fabius magiſter equitum cum exercitu novo ab Roma advenit; &, per præmiſſos nuncios conſulto dictatore, ubi ſubſiſteret, quove tempore, & quâ ex parte hoſtem aggrederetur, ſubſtitit occultus (3), ad omnia ſatis exploratis conſiliis. Dictator, quum per aliquot dies poſt pugnam continuiſſet ſuos intra vallum, obſeſſi magis quàm obſidentis modo, ſignum repentè pugnæ propoſuit; &, † efficacius ratus ad accendendos virorum fortium animos, nullam alibi, quàm in ſemet ipſo, cuiquam relictam ſpem, (4) de magiſtro equitum novoque exercitu militem celavit. &, tanquam nulla, niſi in eruptione, ſpes eſſet, *Locis*, inquit, *anguſtis, milites, deprehenſi, niſi quam victoriâ patefecerimus, viam nullam habemus. Stativa noſtra munimento ſatis tuta ſunt; ſed inopiâ eadem infeſta. nam & circà omnia defecerunt, unde ſubvehi commeatus poterant; &, ſi homines juvare velint, iniqua loca ſunt. Itaque non fruſtrabor ego vos, caſtra hîc relinquendo, in quæ, (5) infectâ victoriâ, ſicut priſtino die vos recipiatis. armis* † *munimenta, non munimentis arma tuta eſſe debent. Caſtra habeant*

C. 23. (1) Alii legunt *perveniſſet*. Sed nec *prævenire* ideo diſplicere poteſt, quia modò præceſſit *prior*. Livius enim aliique ſcriptores ita ſæpius locuti ſunt, ut *priùs* & *ante* jungant verbis cum præpoſitione *præ* compoſitis, adeoque voculæ illæ abundent. Sic *ante præparare* infrà l. 10. c. 41. *priùs præcipere* l. 21. c. 32. *ante præcavere* l. 36. c. 17. *præſcire ante* Ter. in Andr. 1. 5. 4. *ante prævidere* Tac. l. 11. Ann. c. 17. Ejuſdem generis eſt προδραμων ἐμπροσθεν apud D. Lucam c. 19. Evang. v. 4. (2) Inter hos eſt etiam hodie Diodor. Sic. l. 19. (3) Sic infra l. 22. c. 12. *in aliquo flexu viæ occultus ſubſiſtebat*. Vid. † *adjectivum*. (4) *Celare aliquem de aliquâ re* apud Cic. frequens eſt. l. 7. ad Fam. Ep. 20. *Baſſus noſter me de hoc libro celavit*. Unde paſſivâ formâ *celor de eâ re* in Orat. pro Cluent. c. 66. pro Sullâ c. 13. l. 5. ad Fam. Ep. 2. (5) Sic *infectâ pax* dicitur ſuprà c. 1. & alibi.

(6) Vid.

habeant repetantque, quibus † operæ est trahere bellum: nos omnium rerum respectum, præterquam victoriæ, nobis abscindamus. Ferte signa in hostem: ubi extra vallum agmen excesserit, castra, quibus imperatum est, incendant: damna vestra, milites, omnium circà, qui defecerunt, populorum prædâ sarcientur. Et oratione dictatoris, quæ necessitatis ultimæ index erat, milites accensi vadunt in hostem, & respectus ipse ardentium castrorum, quanquam proximis tantùm (ita enim jusserat dictator) ignis est subditus, haud parvum fuit irritamentum. Itaque, velut vecordes illati, signa primo impetu hostium turbant; & (6) in tempore, postquam ardentia procul vidit castra magister equitum, (id convenerat signum) hostium terga invadit. ita circumventi Samnites, quâ potest quisque, fugam per diversa petunt. Ingens multitudo, in unum metu conglobata, ac semet ipsam turbâ impediens, in medio cæsa. Capta hostium castra direptaque; quorum prædâ onustum militem in Romana castra dictator reducit, haudquaquam tam victoriâ lætum, quàm quòd, præter exiguam deformatam incendio partem, cetera contra spem salva invenit. *Victoria de Samnitibus.*

XXIV. Ad Soram inde reditum; novique consules M. Pœtelius, C. Sulpicius exercitum ab dictatore Fabio accipiunt, magnâ parte veterum militum dimissâ, novisque cohortibus in supplementum adductis. Ceterùm, quum propter difficilem urbis situm nec oppugnandi satis certa ratio iniretur, & aut tempore † longinqua, aut præceps periculo victoria esset; Soranus transfuga, clam ex oppido profectus, quum ad vigiles Romanos penetrasset, duci se extemplo ad consules jubet, deductusque traditurum urbem promittit. Visus inde (quum, quonam modo id præstaturus esset, percunctantes doceret) haud vana afferre, perpulit, propè adjuncta mœnibus Romana castra ut sex millia ab oppido removerentur: fore, ut minùs † intentæ in custodiam urbis diurnæ stationes ac nocturnæ vigiliæ essent. ipse insequenti nocte, sub oppido silvestribus locis cohortibus insidere jussis, decem milites delectos secum per ardua ac propè invia in arcem ducit; pluribus, quàm pro numero virorum, missilibus telis eò collatis. Ad hæc saxa erant, & temere

U. c. 440.
A. C. 312.
M. Pœtelio,
C. Sulpicio
III. Coss.

Sora obsessa capitur.

(6) Vid. suprà not. 2. ad c. 7. l. 8.

temere jacentia (ut fit) in afpretis (1), & de induftriâ etiam, quo locus tutior effet, ab oppidanis congefta. Ubi quum conftituiffet Romanos, femitamque anguftam & arduam, erectam ex oppido in arcem, oftendiffet; *Hoc quidem adfcenfu*, inquit, *vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint: vos & decem numero, &, quod plus eft, Romani, Romanorumque fortiffimi viri eftis, & locus pro vobis,* † *& nox erit, quæ omnia ex incerto majora territis oftentat. Ego jam terrore omnia implebo: vos arcem intenti tenete.* Decurrit inde, quanto maximè poterat, cum tumultu, *ad arma, & prô veftram fidem, cives!* clamitans, *arx ab hoftibus capta eft; ite, defendite.* Hæc † incidens principum foribus, hæc obviis, hæc excurrentibus in publicum pavidis increpat. Acceptum ab uno pavorem plures per urbem ferunt. Trepidi magiftratus, miffis ad arcem exploratoribus, quum tela & armatos tenere arcem multiplicato numero audirent, avertunt animos a fpe recuperandæ arcis. Fugâ cuncta complentur, portæque ab (2) femifomnis ac maximâ parte inermibus refringuntur: quarum per unam præfidium (3) Romanum clamore excitatum irrumpit, & concurfantes per (4) vias pavidos cædit. Jam Sora capta erat, quum confules primâ luce advenere; &, quos reliquos fortuna ex nocturnâ cæde ac fugâ fecerat, in deditionem accipiunt. Ex his ducentos viginti quinque, qui omnium confenfu deftinabantur & infandæ colonorum cædis & defectionis auctores, vinctos Romam deducunt. ceteram multitudinem incolumem, præfidio impofito, Soræ relinquunt. Omnes, qui Romam deducti erant, virgis in foro cæfi, ac fecuri percuffi fummo gaudio plebis; cujus maximè intererat, tutam ubique, quæ paffim in colonias mitteretur, multitudinem effe.

Aufones bello apf.tni. XXV. Confules, ab Sorâ profecti, in agros atque urbes Aufonum bellum intulerunt. mota namque om-

C. 24. (1) *Afpretum*, pro loco afpero, occurrit infrà c. 35. l. 35. c. 28. & alibi. (2) Vid. fuprà not. 3. ad c. 21. l. 7. (3) Cohortes, quæ fuprà dicuntur filveftribus locis fub oppido infediffe. *Præfidium* fæpe apud Livium nihil aliud eft, quàm militum manus. Vid. fuprà l. 7. c. 34, 36, & 37. (4) Drakenborchius, cum editis plerifque ante Sigonium, dedit *per viam.* fed ex ipfo & Crevierio conftat codices fcriptos plures *vias* habere: quod proinde in contextum recepi. Idem & Ruddimannus fecit; licet ad editionem Drakenborchii fuam maximâ ex parte exegerit. I

nia

nia adventu Samnitium, quum apud Lautulas dimicatum eſt, fuerant, conjurationeſque circa Campaniam paſſim factæ. nec Capua ipſa crimine caruit. (1) quin Romam quoque & ad principum quoſdam inquirendos ventum eſt. Ceterùm Auſonum gens proditione urbium, ſicut Sora, in poteſtatem venit. Auſona, & Minturnæ, & Veſcia, urbes erant: ex quibus principes juventutis duodecim numero, in proditionem urbium ſuarum conjurati, ad conſules veniunt: docent, *ſuos, jampridem exoptantes Samnitium adventum, ſimul ad Lautulas pugnatum audierunt, pro victis Romanos habuiſſe, juventute, armis Samnites juviſſe. fugatis inde Samnitibus, incertâ pace agere* (2), † *nec claudentes portas Romanis, ne arceſſant bellum; & obſtinatos claudere, ſi exercitus admoveatur. In eâ fluctuatione animorum opprimi incautos poſſe.* His auctoribus mota propiùs caſtra: miſſique eodem tempore circa tria (3) oppida milites, partim armati, qui occulti (4) propinqua mœnibus inſiderent loca; partim togati, tectis veſte gladiis, qui ſub lucem apertis portis urbes ingrederentur. Ab his ſimul cuſtodes trucidari cœpti, ſimul datum ſignum armatis, ut ex inſidiis concurrerent. ita portæ occupatæ, triaque oppida eâdem horâ eodemque conſilio capta. Sed, quia abſentibus ducibus impetus eſt factus, nullus modus cædibus fuit; deletaque Auſonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde ac ſi internecivo (5) bello certaſſet. *Auſones deleti.*

XXVI. Eodem anno, prodito hoſtibus Romano præſidio, Luceria Samnitium facta. nec diu proditoribus impunita res fuit. Haud procul inde exercitus Romanus erat: cujus primo impetu urbs, ſita in plano, capitur. Lucerini ac Samnites ad internecionem cæſi. eóque ira proceſſit, ut Romæ quoque, quum de colonis mittendis Luceriam conſuleretur ſenatus, multi delendam urbem cenſerent. Præter odium, quod exſecrabile in bis captos erat, longinquitas quoque abhorrere a relegandis

C. 25. (1) Hoc fuſiùs narratur cap. ſeq. (2) Sic *agere incuriosè* infrà l. 29. c. 32. *agere incultius* Sall. in Jug. c. 89. Simili modo *agitare*, pro *vivere*, uſurpatur apud Sall. in Jug. c. 18. & alibi. E. (3) Intellige tria Auſonum oppida modò memorata. (4) Vid. not. 3. ad c. 23. ſuprà. (5) Infrà l. 22. c. 58. *non internecinum* (nam utroque modo ſcribitur) *ibi eſſe cum Romanis bellum.*

tam

C. Mænius dictator quæstionibus exercendis.

tam procul ab domo civibus inter tam infeftas gentes cogebat. Vicit tamen fententia, ut mitterentur coloni. duo millia & quingenti miffi. Eodem anno, quum omnia infida Romanis effent, Capuæ quoque occultæ principum conjurationes factæ. De quibus quum ad fenatum relatum effet, haudquaquam neglecta res eft. quæftiones decretæ, dictatoremque (1) quæftionibus exercendis dici placuit. C. Mænius dictus. is M. Foflium magiftrum equitum dixit. Ingens erat magiftratûs ejus terror. itaque five timore ejus, feu confcientiâ, Calavios, Ovium Noviumque, (ea capita conjurationis fuerant) priufquam nominarentur apud dictatorem, mors haud dubie ab ipfis (2) confcita judicio fubtraxit. Deinde, ut quæftioni Campanæ materia † deceffit, (3) verfa Romam interpretando res: non nominatim, qui Capuæ, fed in univerfum, qui ufquam coïffent conjuraffentve adversùs rempublicam, quæri fenatum juffiffe: & coïtiones, honorum adipifcendorum causâ factas, adversùs rempublicam effe: latiorque & re & perfonis quæftio fieri; (4) haud abnuente dictatore, fine fine ullâ quæftionis fuæ jus effe. Poftulabantur ergo nobiles homines. appellantibufque tribunos nemo erat auxilio, (5) quin nomina reciperentur. Inde nobilitas, nec hi modò, in quos crimen intendebatur, fed univerfi fimul, negare, nobilium id crimen effe; quibus, fi nullâ obftetur

C. 26. (1) Diodorus & Fafti Capitol. tradunt Mænium hoc anno dictatorem rei gerendæ causâ creatum fuiffe. Volunt nempe viri docti, eofdem Faftos fecuti, antè fexcennium, proximo anno poft cladem Caudinam, Mænium hunc cum eodem Foflio magiftro equitum dictatorem fuiffe, fed quæftionum exercendarum causa; hoc autem anno rei gerundæ causâ: Livium autem, ultimâ illâ dictaturâ prætermifsâ, perperam priorem ad hunc tranftuliffe, errore, ut fit, ex hiftoriarum fimilitudine nato; quia utroque anno Luceria capta memoratur. (2) *Confcifcere* in hac re follenne verbum eft. fuprà l. 3. c. 58. infrà l. 39. c. 19. l. 45. c. 5. Neque aliter *confcientiâ fibimet ipfi exfilium confcifcentes* l. 29. c. 36. (3) Romæ quoque quæftiones exerceri cœptæ, quum eam effe fenatufconfulti vim dictator interpretaretur, ut fibi negotium datum effe diceret inquirere, non in eos nominatim qui Capuæ, fed in eos omnes qui ufquam coiffent conjuraffentve adversùs rempublicam. (4) Palam affirmante dictatore fibi jus effe infinitum quæftionum exercendarum. Vid. fuprà not. 2. ad c. 2. l. 4. (5) Quominus inter reos referrentur. Accufator deferebat nomen ejus quem accufandum fufceperat: Magiftratus nomen ejus recipiebat, five referendum

obſtetur fraude, pateat via ad honorem, ſed hominum † novorum. ipſos adeò dictatorem magiſtrumque equitum reos magis, quàm (6) quæſitores idoneos ejus criminis eſſe: intellecturoſque ita id eſſe, † ſimul magiſtratu abiſſent. Tum enimvero Mænius, jam famæ magis, quàm imperii, memor, progreſſus in concionem ita verba fecit: *Et omnes anteactæ vitæ vos conſcios habeo, Quirites, & hic ipſe honos, delatus ad me, teſtis eſt innocentiæ meæ. neque enim, quod ſæpe aliàs, quia ita tempora poſtulabant reipublicæ, qui bello clariſſimus eſſet, ſed qui maximè procul ab his coïtionibus vitam egiſſet, dictator deligendus exercendis quæſtionibus fuit. Sed quoniam quidam nobiles homines (quâ de causâ, vos exiſtimare, quàm me* (7) *pro magiſtratu quicquam incompertum dicere, melius eſt) primùm ipſas* (8) *expugnare quæſtiones omni ope anniſi ſunt: dein, poſtquam ad id parum potentes erant, ne cauſam dicerent, in præſidia adverſariorum, appellationem & tribunicium auxilium, patricii confugerunt: poſtremò repulſi inde (adeò omnia tutiora, quàm ut innocentiam ſuam purgarent, viſa) in nos irruerunt, & privatis dictatorem poſcere reum verecundiæ non fuit: ut omnes Dii homineſque ſciant, ab illis, etiam quæ non poſſint, tentari, ne rationem vitæ reddant; me* (9) *obviàm ire crimini, et offerre me inimicis reum, dictaturâ me abdico. Vos quæſo, conſules, ſi vobis datum ab ſenatu negotium fuerit, in me primum et hunc M. Foſlium quæſtiones exerceatis; ut appareat, innocentiâ noſtrâ nos, non majeſtate honoris, tutos a criminationibus iſtis eſſe.* Abdicat inde ſe dictaturâ, & poſt eum confeſtim Foſlius magiſterio equitum: primique apud conſules (iis enim ab ſenatu mandata res eſt) rei facti, adversùs nobilium teſtimonia egregiè abſolvuntur. Publilius etiam Philo, multiplicatis ſummis honoribus, poſt res tot domi belloque geſtas, ceterùm inviſus nobilitati, cauſam dixit, abſolutuſque eſt. Nec diutiùs, ut fit, quàm dum recens erat,

Abdicat ſe dictaturâ.

Reus factus abſolvitur.

†

ferendum curabat in tabulas publicas. (6) Virg. l. 6. Æn. v. 432. *quæſitor Minos urnam movet.* ad quem locum Servius, *Quæſitores ſunt, qui exercendis quæſtionibus præſunt.* (7) Dum gero perſonam magiſtratûs, cujus gravitate indignum eſt quicquam incompertum dicere. Suprà c. 7. *nihil pro magiſtratu agere.* l. 6. c. 38. *ſi M. Furius pro dictatore quid egiſſet.* (8) † *Expugnando* efficere ut nullæ omnino quæſtiones exercerentur. (9) Sic infrà c. 34. *ut privatus obviàm iret crimini, dictaturâ ſe abdicavit.*

quæstio per clara nomina reorum viguit. inde labi cœpit ad viliora capita, donec coïtionibus factionibusque, adversùs quas comparata erat, oppressa est.

XXVII. Earum fama rerum, magis tamen spes Campanæ defectionis, in quam conjuratum erat, Samnites, in Apuliam versos, rursus ad Caudium (1) revocavit: ut inde ex propinquo, si † qui motus occasionem aperiret, Capuam Romanis eriperent. Eò consules cum valido exercitu venerunt. & primò circa saltus, quum utrinque ad hostem iniqua via esset, cunctati sunt: deinde Samnites per aperta loca brevi circuitu in loca plana, Campanos campos, agmen demittunt, ibique primùm castra in (2) conspectu hostibus data: deinde levibus prœliis, equitum sæpius, quàm peditum, útrinque periculum factum: nec aut eventûs eorum Romanum, aut moræ, quâ (3) trahebant bellum, pœnitebat. Samnitium contrà ducibus, & carpi parvis quotidie damnis, & senescere dilatione belli vires suæ videbantur. itaque in aciem procedunt, equitibus in cornua divisis: quibus præceptum erat, intentiores ad respectum castrorum, ne qua eò vis fieret, quàm ad prœlium, starent: aciem pediti (4) tutam fore. (5) Consulum Sulpicius in dextro, Pœtelius in lævo cornu consistunt. Dextra pars, quâ & Samnites raris ordinibus, aut ad circumeundos hostes, aut ne ipsi circumirentur, constiterant, latiùs patefacta stetit. Sinistris, præterquam quòd confertiores steterant, repentino consilio Pœtelii consulis additæ vires: qui subsidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ casus reservabantur, in primam aciem extemplo emisit; universisque hostem primo impetu viribus impulit. Commotâ pedestri acie Samnitium, eques

Prœlium cum Samnitibus.

C. 27. (1) *Rursus revocare*, ut *rursus repetere* apud Suet. in Cæs. c. 2. *rursus reducere* infrà l. 43. c. 20. (2) Gronovius legendum conjicit *in conspectum*. quemadmodum suprà l. 3. c. 69. *insequens dies hostem in conspectum dedit.* Similiter infra l. 30. c. 12. & Cic. l. 5. in Verr. c. 33. Sed non tantùm in usu fuit *dare in conspectum*, sed etiam *in conspectu*; quemadmodum contrà non tantùm *esse in conspectu*, sed etiam *in conspectum.* (3) Eodem modo *Romanus* hìc collectivè pro Romanis sumptum adsciscit verbum plurale, quo *miles* pro militibus, *eques* pro equitibus, *hostis* pro hostibus. (4) Mallet Gronovius *pedite:* Pedes ipse solus per se satis tutam præstabit aciem ex sese constantem. (5) Sic infrà l. 43. c. 15. *Consulum Cn. Servilio Italia, Q. Marcio Macedonia obvenit* l. 44. c. 17. *Consulum Æmilio Macedonia, Licinio Italia evenit.* (6) Omnes

eques in pugnam ſuccedit. in hunc, tranſverſo agmine inter duas acies ſe inferentem, Romanus equitatus concitat equos; ſignaque & ordines peditum atque equitum confundit, donec (6) univerſam ab eâ parte avertit aciem. In eo cornu non Pœtelius ſolus, ſed Sulpicius etiam, hortator adfuerat, avectus ab ſuis nondum conferentibus manus ad clamorem, ab ſiniſtrâ parte priùs exortum. inde, haud dubiam victoriam cernens, quum ad ſuum cornu tenderet cum mille ducentis viris, diſſimilem ibi fortunam invenit: Romanos loco pulſos, victorem hoſtem ſigna in perculſos inferentem. Ceterùm omnia mutavit repentè conſulis adventus. nam & conſpectu ducis refectus militum eſt animus: &, (7) majus quàm pro numero auxilium, advenerant fortes viri: † & partis alterius victoria audita, mox viſa etiam, prœlium reſtituit. Totâ deinde jam vincere acie Romanus, &, omiſſo certamine, cædi capique Samnites; niſi qui Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen eſt, perfugerunt. Ad triginta millia cæſa aut capta Samnitium, proditum memoriæ eſt. *Vincunt Romani.*

XXVIII. Conſules, egregiâ victoriâ partâ, protinus inde ad Bovianum oppugnandum legiones ducunt: ibique hiberna egerunt, donec ab novis conſulibus L. Papirio Curſore quintùm, C. Junio Bubulco iterum, nominatus dictator C. Pœtelius cum M. Foſlio magiſtro equitum exercitum accepit. Is, quum audiſſet (1) arcem Fregellanam ab Samnitibus captam, omiſſo Boviano ad Fregellas pergit. (2) unde, nocturnâ Samnitium fugâ ſine certamine receptis Fregellis, præſidioque valido impoſito, in Campaniam reditum maximè ad Nolam armis repetendam. eò ſe intra mœnia, ſub adventum dictatoris, et

U. c. 441. A. C. 311. L. Papirio V. C. Junio II. Coſſ.

Pœtelius dictator.

(6) Omnes non modò pedites, ſed & equites Samnitium, qui eâ parte, ſiniſtro Romanorum cornu oppoſitâ, pugnabant. *Avertitur hoſtis*, quum terga vertit, ac fugam capere incipit. quod vel ita ſimpliciter effertur, vel etiam *averti in fugam*. (7) Per † *epexegeſin*. Sic ſuprà l. 3. c. 5. *Serum auxilium poſt prælium venerant.*

C. 28. (1) Fregellas a Samnitibus captas fuiſſe, ſcribit ſuprà c. 12. hîc arcem ab iiſdem captam. Videntur ergo Romani medio tempore urbem recepiſſe, quod præteriit, ut ſæpe de aliis urbibus ſolet, Livius. (2) Crevierius τὸ *unde* jungit cum *nocturnâ fugâ*; ut ſit, quo ex loco quum noctu Samnites fugiſſent. Sed potiùs jungendum eſt cum *reditum in Campaniam*. *Unde*, nempe ex Volſcis, quorum Fregellæ urbs erant

et Samnitium omnis multitudo et Nolani agreftes contulerant. Dictator, urbis fitu circumfpecto, quo apertior aditus ad mœnia effet, omnia ædificia (& frequenter ibi (3) habitabatur) circumjecta muris incendit. nec ita multo pòft, five a Pœtelio dictatore, five ab C. Junio confule, (nam utrumque traditur) Nola eft capta. Qui captæ decus Nolæ ad confulem trahunt, adjiciunt, Atinam & Calatiam ab eodem captas; Pœtelium autem, peftilentiâ ortâ, clavi figendi causâ dictatorem dictum. Sueffa & Pontiæ eodem anno coloniæ deductæ funt. Sueffa Auruncorum fuerat: Volfci Pontias, infulam fitam in confpectu litoris fui, incoluerant. &, Interamna & Cafinum ut deducerentur coloniæ, fenatufconfultum factum eft. fed triumviros creavere, ac mifere colonorum quatuor millia infequentes confules M. Valerius, P. Decius.

U. c. 442. A. C. 310. M. Valerio, P. Decio Coff.

XXIX. † Profligato ferè Samnitium bello, priufquam ea cura † decederet Patribus Romanis, Etrufci belli fama exorta eft. nec erat eâ tempeftate gens alia, cujus † fecundùm Gallicos tumultus arma terribiliora effent, quum propinquitate agri, tum multitudine hominum. Itaque, altero confulum in Samnio reliquias belli perfequente, P. Decius, qui graviter æger Romæ reftiterat, auctore fenatu dictatorem (1) C. Junium Bubulcum dixit. is, prout rei magnitudo poftulabat, omnes juniores facramento adigit: arma, quæque alia res pofcit, fummâ induftriâ parat: (2) nec tantis apparatibus elatus de inferendo bello agitat, quieturus haud dubiè, nifi ultro arma Etrufci inferrent. Eadem in comparando cohibendoque bello confilia & apud Etrufcos fuere. neutri finibus egreffi. & cenfura clara eo anno Ap. Claudii & C. Plautii fuit; memoriæ tamen felicioris ad pofteros nomen Appii, quòd (3) viam munivit, & (4) aquam in urbem

Ap. Claudius & C. Plautius cenfores.

erant. E. (3) Sic fuprà l. 2. c. 62. *vicorum, quibus frequenter habitabatur.*

C. 29. (1) Lege ex auctoritate Capitolinarum tabularum *dictatorem C. Sulpicium Longum, is magiftrum equitum C. Junium Bubulcum dixit.* Suprà etiam l. 7. c. 6. Livius, dictatorem memorans, magiftri equitis nomen addere omifit: ubi id Livii culpâ factum effe potuit. Sed hîc potiùs ejus librariis adfcribendum eft; quia Junius non dictator, fed magifter equitum fuit, ut ex faftis conftat. (2) Nec tamen eò elatus eft tantis apparatibus, ut cogitaret de laceffendis ultro hoftibus. (3) Quæ ab ejus nomine *Appia* vocitata eft. Ipfe eam ab urbe Capuam ufque deduxit. Poftea ad Brundufium producta eft. (4) Prima hæc

urbem duxit, eaque unus perfecit; quia, (5) ob infamem atque invidiofam fenatûs lectionem verecundiâ victus, collega magiftratu fe abdicaverat. Appius, (6) jam inde antiquitus infitam pertinaciam familiæ gerendo, folus cenfuram † obtinuit. Eodem Appio auctore, Potitii gens, cujus ad aram Maximam Herculis familiare facerdotium fuerat, fervos publicos, minifterii delegandi causâ, follennia ejus facri (7) docuerat. Traditur inde dictu mirabile, & quod dimovendis ftatu fuo facris religionem facere poffet, quum duodecim familiæ eâ tempeftate Potitiorum effent, puberes ad triginta, omnes intra annum cum ftirpe exftinctos: nec nomen tantùm Potitiorum interiffe, fed cenforem etiam Appium, (8) memori Deûm irâ, poft aliquot annos luminibus captum.

Appia via.

Potitia gens intra annum exftincta.

XXX. Itaque confules, qui eum annum fecuti funt, C. Junius Bubulcus tertiùm & Q. Æmilius Barbula iterum, initio anni quefti apud populum, deformatum ordinem pravâ lectione fenatûs, quâ potiores aliquot lectis (1) præteriti effent; negaverunt, eam lectionem fe, quæ fine recti pravique difcrimine (2) ad gratiam ac libidinem facta effet, obfervaturos: & fenatum extemplo citaverunt eo ordine, qui ante cenfores Ap. Claudium & C. Plautium fuerat. Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum, utraque pertinentia ad rem militarem: unum, (3) ut tribuni militum feni deni in quatuor legiones a populo crearentur; quæ antea, perquam

U. c. 443.
A. C. 309.
C. Junio III.
Q. Æmilio
II. Coff.

hæc aqua arcuato opere in urbem perducta traditur. Ab Aniene derivabatur. Eam ab auctore operis *aquam Claudiam* dixerunt. (5) Quia ita fenatum legerant, ut fibi malam famam odiaque civium comparaffent. De eâ lectione fenatûs vid. cap. feq. & c. 46. hujus libri. *Invidiofum* dicitur, quod invidiam conciliat. fuprà l. 6. c. 39. *invidiosâ continuatione honoris.* infrà l. 34. c. 7. *invidiofis nominibus utebatur.* (6) Suprà l. 6. c. 40. dixit *jam inde ab initio.* (7) *Potitii, gens . . . docuerat*, pro *Potitia gens . . . docuerat:* quemadmodum & alii ediderunt. Vid. fuprà l. 1. c. 7. (8) Sic Virg. l. 1. Æn. v. 4. *fævæ memorem Junonis ob iram.*

C. 31. (1) Cenfores recitabant ex fcripto nomina fenatorum: quofque in recitando præteriffent, ii jam fenatores non erant. (2) Ita ut nihil aliud fpectaffent cenfores, quàm ut gratum alicui facerent, & voluntatem pro ratione haberent. (3) Jam antea tribuni militum fuffragio populi facti erant. Vid. fuprà l. 7. c. 5. Sed nunc populi jus amplificatur. Primò enim e quatuor & viginti tribunis fex tantùm a populo creati erant; hic fedecim, ita ut octo tantùm confulibus aut dictatoribus deligendi relinquerentur. Vid. not. ad locum fuprà memoratum.

perquam paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum & consulum ferme fuerant beneficia. tulere eam rogationem tribuni plebei L. Atilius, C. Marcius. Alterum, ut duumviros navales (4) classis ornandæ reficiendæque causâ idem populus juberet. lator hujus plebisciti fuit M. Decius tribunus plebis. Ejusdem anni rem dictu parvam præterirem, ni ad religionem visa esset pertinere. Tibicines, quia prohibiti a proximis censoribus erant in æde Jovis vesci, quod traditum antiquitus erat, ægre passi, Tibur uno agmine abierunt: adeò ut nemo in urbe esset, qui sacrificiis præcineret. (5) Ejus rei religio tenuit senatum; legatosque Tibur miserunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis restituerentur. Tiburtini, benignè polliciti (6), primùm accitos eos in curiam hortati sunt, uti reverterentur Romam: postquam perpelli nequibant, consilio, haud abhorrente ab ingeniis hominum, eos aggrediuntur. Die festo alii alios per speciem celebrandarum cantu epularum causâ (7) invitant, & vino, cujus avidum ferme genus est, oneratos sopiunt: atque ita in plaustra somno † vinctos conjiciunt, ac Romam deportant. nec priùs sensere, quàm, plaustris in foro relictis, plenos crapulæ eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus, impetratoque, ut manerent, datum, ut triduum quotannis ornati, cum cantu atque hâc, quæ nunc sollennis est, licentiâ per urbem vagarentur: restitutumque in æde vescendi jus iis, qui sacris præcinerent. Hæc inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur.

Duumviri navales creati.

Tibicines relinquunt Romam.

Revehuntur.

XXXI. Consules inter se provincias partiti; Junio Samnites, Æmilio novum bellum (1) Etruria sorte obvenit. In Samnio Cluviam, (2) præsidium Romanum, quia

Res gestæ in Samnio.

moratum. (4) Hæc prima Romanæ classis mentio apud Livium occurrit. *Navalia Romæ* memorantur suprà l. 8. c. 14. (5) i. e. ea res senatui religioni fuit. Infrà l. 43. c. 13. *quædam religio tenet.* Ita *opinio tenet* suprà l. 1. c. 28. & *terror tenet* infrà l. 10. c. 26. *Gallici tumultûs præcipuus terror civitatem tenuit.* i. e. Gallicus tumultus civitati terrori fuit. (6) Nempe *operam.* Hoc modo *benignè polliceri* usurpatur apud Cic. l. 4. ad Fam. Ep. 13. & alibi. (7) Dele ultimam vocem *causâ*, quæ planè otiosa est. Ita *per speciem honoris* suprà l. 1. c. 3. *per speciem honorandæ parentis* l. 8. c. 22. & alibi sæpe.

C. 31. (1) Sic infrà c. 42. *quum collegæ novum bellum Sallentini hostes decernerentur.* quæ per † *appositionem* eleganter dicuntur. (2) *Præsidium* hic,

quia nequiverat vi capi, obſeſſum fame in deditionem acceperant Samnites, verberibuſque fœdum in modum laceratos occiderant deditos. Huic infenſus crudelitati Junius, nihil † antiquius oppugnatione Cluvianâ ratus, quo die aggreſſus eſt mœnia, vi cepit, atque omnes puberes interfecit. Inde victor exercitus Bovianum ductus. caput hoc erat (3) Pentrorum Samnitium, longè ditiſſimum atque opulentiſſimum armis viriſque. Ibi quia (4) haud tantum irarum erat, ſpe prædæ milites accenſi, oppido potiuntur. minùs itaque ſævitum in hoſtes eſt: prædæ plus penè, quàm ex omni Samnio unquam, † egeſtum, benignéque omnis militi conceſſa. Et poſtquam præpotentem armis Romanum nec acies † ſubſiſtere ullæ, nec caſtra, nec urbes poterant; omnium principum in Samnio eò curæ ſunt intentæ, ut inſidiis quæreretur locus, ſi quâ licentiâ (5) populando effuſus exercitus excipi ac circumveniri poſſet. Transfugæ agreſtes & captivi quidam, pars forte, pars conſilio oblati, congruentia ad conſulem afferentes, quæ & vera erant, pecoris vim ingentem in ſaltum avium compulſam eſſe, perpulerunt, ut prædatum eò expeditæ ducerentur legiones. Ibi ingens hoſtium exercitus itinera occultus inſederat, &, poſtquam intraſſe Romanos vidit ſaltum, repentè exortus cum clamore ac tumultu incautos invadit. Et primò nova res trepidationem fecit, dum arma capiunt, ſarcinas congerunt in medium: dein, poſtquam, ut quiſque liberaverat ſe onere, aptaveratque (6) armis, ad ſigna undique coïbant, &, notis ordinibus in vetere diſciplinâ militiæ, jam ſine præcepto ullius ſuâ ſponte ſtruebatur (7) acies, conſul, ad ancipitem maximè pugnam (8) advectus, deſilit ex equo, & Jovem, Martemque atque alios teſtatur Deos, *ſe nul-*
lam

hìc, ut & alibi ſæpius, ſumitur pro loco quem inſident milites, non pro militibus ipſis. (3) *Pentri Samnites* memorantur etiam infrà l. 22. c. 61. (4) Ibi milites accenſi ſunt ſpe prædæ; minus enim irarum erat quàm ad Cluviam. (5) Crevierius mallet *populandi:* ut ſenſus ſit; ſi quâ, i. e. ſi quo loco exercitus, per vagam populandi licentiam effuſus, excipi inſidiis & circumveniri poſſet. (6) Ut hìc *aptare ſe armis*, ita Ovidius *aptare manus ad arma* dixit l. 1. Amor. el. 13. v. 14. & Virg. *aptare animos armis* l. 10. Æn. v. 259. Alibi tamen noſter *aptare arma* dixit; ut ſuprà l. 5. c. 49. (7) *Struere aciem*, pro *inſtruere*, occurrit ſuprà l. 8. c. 8. infra l. 42. c. 7. & ita ſæpe Tacitus. (8) *Citato equo advehi* ſuprà l. 2. c. 47. infrà l. 28. c. 2. Mox *deſilire ex equo*, ut ſuprà
l. 7.

lem suam gloriam inde, sed prædam militi quærentem, in eum locum devenisse. neque in se aliud, quàm nimiam ditandi ex hoste militis curam, reprehendi posse: ab eo se dedecore nullam rem aliam, quàm virtutem militùm, vindicaturam. conniterentur modò uno animo omnes invadere hostem, victum acie, castris exutum, nudatum urbibus, ultimam spem furto insidiarum tentantem, & loco, non armis, fretum. Sed quem esse jam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum? Fregellana arx, Soranaque, & ubicunque iniquo successum erat loco, memorabantur. His accensus miles, omnium immemor difficultatium (9), vadit adversùs imminentem hostium aciem. ibi paullum laboris fuit, dum in adversum clivum † erigitur agmen: ceterùm, postquam prima signa planiciem summam ceperunt, sensitque acies æquo se jam institisse loco, versus extemplo est terror in insidiatores, easdemque latebras, quibus se paullo antè texerant, palati atque inermes fugâ repetebant: sed loca difficilia, (10) hosti quæsita, ipsos tum suâ fraude impediebant. † Itaque ergo perpaucis effugium patuit: cæsa ad viginti millia hominum, victorque Romanus ad oblatam ultro ab hoste prædam pecorum discurrit.

Etrusci Sutrium oppugnant.

XXXII. Dum hæc geruntur in Samnio, jam omnes Etruriæ populi præter Arretinos ad arma (1) ierant, ab oppugnando Sutrio, quæ urbs, socia Romanis, velut claustra Etruriæ erat, ingens orsi bellum. Eò alter consulum Æmilius cum exercitu ad liberandos obsidione socios venit. Advenientibus Romanis, Sutrini commeatus benignè (2) in castra ante urbem posita advexere. Etrusci diem primum consultando, maturarent, traherentne bellum, traduxerunt. Postero die, ubi celeriora, quàm tutiora, consilia magis placuere ducibus, sole orto signum pugnæ propositum est, armatique in aciem procedunt. Quod postquam consuli nunciatum est, extemplo (3) tesseram dari jubet, ut prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat. dicto paretur. Consul, ubi armatos paratosque vidit, signa extra vallum proferri jussit, & haud

l. 2. c. 20. l. 4. c. 38. & alibi. (9) Vid. † *genitivus pluralis.* (10) In quæ hostem, i. e. Romanum, pertrahere voluerant.

C. 32. (1) *Ad arma ire* Livius sæpius usurpavit. infrà l. 21. c. 48. l. 33. c. 26. l. 42. c. 2 & 21. (2) h. e. largiter, copiosè: ut infrà l. 36. c. 22 cui opponitur † *malignè.* (3) Vid. suprà not. 1. ad c. 35. l. 7.

(4) *Obstinatis*

haud procul hoſte inſtruxit aciem. Aliquandiu intenti utrinque ſteterunt, exſpectantes ut ab adverſariis clamor & pugna inciperet. & priùs ſol meridie ſe inclinavit, quàm telum hinc aut illinc emiſſum eſt. inde, ne infectâ re abiretur, clamor ab Etruſcis oritur, concinuntque tubæ, & ſigna inferuntur. Nec ſegniùs ab Romanis pugna initur. concurrunt infenſis animis. numero hoſtis, virtute Romanus ſuperat. Anceps prœlium multos utrinque, & fortiſſimum quemque, abſumit: nec priùs inclinata res eſt, quàm ſecunda acies Romana ad prima ſigna, integri feſſis, ſucceſſerunt. Etruſci, quia nullis recentibus ſubſidiis fulta prima acies fuit, ante ſigna circaque omnes ceciderunt. nullo unquam prœlio fugæ minus, nec plus cædis fuiſſet, ni (4) obſtinatos mori Tuſcos nox texiſſet; ita ut victores priùs, quàm victi, pugnandi finem facerent. Poſt occaſum ſolis ſignum receptui datum eſt: nocte ab utroque (5) in caſtra reditum. Nec deinde quicquam eo anno rei memoriâ dignæ apud Sutrium geſtum eſt; quia & ex hoſtium exercitu prima tota acies deleta uno prœlio fuerat, (6) ſubſidiariis modò relictis, vix quod ſatis eſſet ad caſtrorum præſidium: & apud Romanos tantum vulnerum fuit, ut plures poſt prœlium ſaucii deceſſerint, quàm ceciderant in acie.

XXXIII. Q. Fabius, inſequentis anni conſul, bellum ad Sutrium excepit. collega Fabio C. Marcius Rutilus datus eſt. Ceterùm & Fabius ſupplementum ab Româ adduxit, & novus exercitus domo accitus Etruſcis venit. Permulti anni jam erant, quum inter patricios magiſtratus tribunoſque nulla certamina fuerant: quum ex eâ familia, quæ velut (1) fatalis tum tribunis ac plebi erat, certamen oritur. Ap. Claudius cenſor, circumactis decem

U. c. 444. A. C. 308. Q. Fabio II. C. Marcio Coſſ.

Ap. Claudius cenſuram ultra legitimum tempus retinet.

(4) *Obſtinatus mori* occurrit infrà l. 28. c. 22. l. 42. c. 65. (5) Nempe *exercitu.* Crevierius omnino legendum cenſet *ab utriſque;* credo quia plures utrinque erant. Sed nil opus: nam eodem modo dicitur *ab utroque*, quo *Romanus* vel *Etruſcus* collectivè ſumitur pro Romanis Etruſciſve. E. (6) Hæc parum videntur convenire cum iis, quæ paullo antè dixit, *quia nullis recentibus ſubſidiis fulta prima acies fuit.* *Subſidiarii* opponuntur *primæ aciei* ſuprà l. 6. c. 8. & alibi.

C. 33. (1) Quæ velut fato data erat adverſaria tribunis ac plebi. Sed videtur hîc aliquid mendi ſubeſſe. Omnes fere codices habent *cum tribunis* &c. Gronovius ſuſpicatur Livium dediſſe, *quæ velut nata litibus cum*

cem & octo mensibus, quod (2) Æmiliâ lege finitum censuræ spatium temporis erat, quum C. Plautius collega ejus magistratu se abdicasset, nullâ vi compelli, ut abdicaret, potuit. P. Sempronius erat tribunus plebis; qui finiendæ censuræ intra legitimum tempus actionem susceperat, non popularem magis, quàm justam; nec in vulgus, quàm optimo cuique, gratiorem. Is, quum identidem legem Æmiliam recitaret, auctoremque ejus Mam. Æmilium dictatorem laudibus ferret; qui quinquennalem antè censuram, & longinquitate potestatem dominantem, intra sex mensium & anni coëgisset spatium: *Dic, agedum*, inquit, *Ap. Claudi, quidnam facturus fueris, si eo tempore, quo C. Furius & M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses.* Negare Appius, *interrogationem tribuni* (3) *magno opere ad causam pertinere suam. nam*, (4) *etsi tenuerit lex Æmilia eos censores, quorum in magistratu lata esset, quia post illos censores creatos eam legem populus jussisset*, (5) *quodque postremum jussisset, id jus ratumque esset; non tamen aut se, aut eorum quemquam, qui post eam legem latam creati censores essent, teneri eâ lege potuisse.*

P. Sempronii Tr. Pl. oratio in Claudium.

XXXIV. Hæc sine ullius assensu cavillante Appio, *En*, inquit, *Quirites, illius Appii progenies, qui, decemvir in annum creatus, altero anno se ipse creavit: tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus, privatus fasces & imperium* † *obtinuit. nec antè continuando abstitit magistratu, quàm obruerent eum malè parta, malè gesta, malè retenta imperia. Hæc est eadem familia, Quirites, cujus vi atque injuriis compulsi, extorres patriâ, Sacrum montem cepistis: hæc, adversùs quam tribunicium auxilium vobis comparastis: hæc, propter quam* (1) *duo exercitus Aventinum insedistis: hæc, quæ fœnebres leges; hæc, quæ agrarias semper impugnavit: hæc connubia Patrum et plebis interrupit: hæc plebi ad curules magistratus iter obsepsit: hoc est nomen multo, quàm Tarquiniorum, infestius vestræ libertati. Itane tandem, Ap. Claudi, quum* (2) *centesimus jam annus sit ab Mam. Æmilio dictatore, tot*

cum tribunis &c. (2) Vid. suprà l. 4. c. 24. (3) Vid. suprà not. 6. ad c. 5. l. 6. (4) Cavillatur Appius videri latam legem illam in eos tantùm censores, qui tum erant, non in eos qui futuri erant. (5) Ita in duodecim tabulis decretum fuit. vid. suprà l. 7. c. 17.

C. 34. (1) Vid. suprà not. 14. ad c. 6. l. 6. (2) Immo, centesimus vigesimus

tot cenſores fuerint, nobiliſſimi fortiſſimique viri, nemo eorum duodecim tabulas legit? nemo id jus eſſe, quod poſtremò populus juſſiſſet, ſcivit? Immo verò omnes ſciverunt; et ideo Æmiliæ potiùs legi paruerunt, quàm illi antiquæ, quâ primùm cenſores creati erant, quia hanc poſtremam juſſerat populus: et quia, ubi duæ contrariæ leges ſunt, ſemper antiquæ (3) *obrogat nova. An hoc dicis, Appi, non teneri Æmiliâ lege populum? an populum teneri, te unum* (4) *exlegem eſſe? Tenuit Æmilia lex violentos illos cenſores, C. Furium et M. Geganium; qui, quid iſte magiſtratus in republicâ mali facere poſſet, indicarunt: quum, irâ finitæ* (5) *poteſtatis, Mam. Æmilium, principem ætatis ſuæ belli domique,* † *ærarium fecerunt: tenuit deinceps omnes cenſores intra centum annorum ſpatium: tenet C. Plautium collegam tuum, iiſdem auſpiciis, eodum jure creatum. An hunc non,* (6) *ut qui optimo jure cenſor creatus eſſet, populus creavit? tu unus* (7) *eximius es, in quo hoc præcipuum ac ſingulare valeat?* (8) *Quem tu* † *regem ſacrificiorum crees, amplexus regni nomen, ut qui optimo jure rex Romæ creatus ſit, creatum ſe dicet?* (9) *quem ſemeſtri dictaturâ, quem interregno quinque dierum contentum fore putes? quem clavi figendi, aut ludorum causâ dictatorem audacter* (10) *crees? Quàm iſti ſtolidos ac ſecordes videri creditis eos, qui intra viceſimum diem, ingentibus rebus geſtis, dictaturâ ſe abdicaverunt, aut qui vitio creati abierunt magiſtratu?*

vigeſimus quartus. Sed rotundis fere numeris utitur Livius. (3) *Abrogare legem* eſt legem latam tollere. *Obrogare legi* eſt novam legem ferre, quâ mutetur aliquid ex primâ. (4) Sic Cic. pro Cluent. c. 34. *non quo illi aut exlegem eſſe Sullam . . . putarent.* (5) i. e. minori temporis ſpatio circumſcriptæ. Sic infrà l. 34. c. 6. *finire libidinem muliebrem.* Cic. l. 2. de Fin. n. 27. *finire cupiditates* h. e. modum iis ſtatuere. (6) Ex Feſto diſcimus formulam hanc, *ut qui optimâ lege fuerint, adjici ſolere, quum quidam magiſtratus creantur.* unde cavillatus eſt Appius quinquennalem ſibi cenſuram deberi; eam enim de cenſurâ optimam legem eſſe, non legem Æmiliam. (7) *Eximius* hîc eſt exceptus, exemptus. Cic. Divin. in Cæcil. c. 16. *quum omnibus Siculis faceret injurias, te illi unum eximium, cui conſuleret, fuiſſe.* (8) Reſpondet tribunus, perinde facere Appium, ac ſi rex ſacrorum captans argutias ex vocabulo regni, quòd & ipſe ut qui optimo jure creatus ſit, Romuli & ceterorum de ſeptem imperium ſibi arrogare velit. (9) Hoc non ſatis videtur accuratum. Quum enim nunquam aut dictatura ultra ſex menſes, aut ejuſdem interregis poteſtas ultra quinque dies excurriſſet, Appiana cavillatio ad ea munera ultra hos temporum fines producenda locum habere non poterat. (10) Abſ-

que

magiſtratu? Quid ego antiqua repetam? Nuper intra (11) *decem annos C. Mænius dictator, quia, quum quæſtiones ſeveriùs, quàm quibuſdam potentibus tutum erat, exerceret, contagio ejus, quod* (12) *quærebat ipſe, criminis objectata ab inimicis eſt, ut privatus obviàm iret crimini, dictaturâ ſe abdicavit. Nolo ego iſtam in te modeſtiam: ne degeneraveris a familiâ imperioſiſſimâ & ſuperbiſſimâ: non die, non horâ citiùs, quàm neceſſe eſt, magiſtratu abieris; modò ne excedas finitum tempus.* (13) *Satis eſt, aut diem, aut menſem cenſuræ adjicere? Triennium, inquit, & ſex menſes ultrà, quàm licet Æmiliâ lege, cenſuram geram, & ſolus geram. hoc quidem jam regno ſimile eſt. An collegam ſubrogabis, quem ne* (14) *in demortui quidem locum ſubrogari fas eſt?* † *Pœnitet* (15) *enim, quòd antiquiſſimum ſollenne, & ſolum ab ipſo* (16), *cui fit, inſtitutum Deo, ab nobiliſſimis antiſtitibus ejus ſacri ad ſervorum miniſterium religioſus cenſor deduxiſti;* (17) *gens antiquior originibus urbis hujus, hoſpitio Deorum immortalium ſancta, propter te ac tuam cenſuram intra annum ab ſtirpe* (18) *extincta eſt: niſi univerſam rempublicam eo nefario* (19) *obſtrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus. Urbs eo luſtro capta eſt, quo, demortuo collegâ C. Julio cenſore, L. Papirius Curſor, ne abiret magiſtratu, M. Cornelium Maluginenſem collegam ſubrogavit. Et quanto modeſtior illius cupiditas fuit, quàm tua, Appi? Nec ſolus, nec ultra finitum lege tempus L. Papirius cenſuram geſſit; tamen neminem invenit, qui ſe poſtea auctorem ſequeretur. omnes deinceps cenſores poſt mortem collegæ*

que metu ne eadem eludant, ad poteſtatem ſibi augendam. (11) Tot præcisè anni interſunt, ſi ſecundùm Faſtos Capitolinos C. Mænium dictatorem quæſtionibus exercendis dictum ſtatuimus proximo poſt cladem Caudinam anno. vid. not. 1. ad c. 26. ſuprà. Videtur igitur auctores alios ſecutus eſſe Livius in memorandâ ipsâ Mænii dictaturâ, alios in hâc Sempronii oratione concinnandâ. (12) De quo quæſtiones exercebat. Sic *conjurationem quærere* infrà l. 32. c. 26. l. 33. c. 36. & alibi. Similiter Cic. l. 2. in Verr. c. 30. & Sall. in Jug. c. 31. (13) Satis ſuperbiæ & audaciæ eſt. (14) Vid. ſuprà l. 5. c. 31. (15) Non enim ſatis tibi eſt. Hæc ironicè dicta accipe. (16) Vid. ſuprà not. 10. ad c. 7. l. 1. (17) Repetendum ex præcedentibus *quòd.* (18) *Ab ſtirpe exſtingui*, eſt funditus interire, ita ut ſoboles non ſuperſit. *ab ſtirpe tolli* dixit infrà l. 34. c. 2. *ab ſtirpe interire* Sall. in Catil. c. 10. *cum ſtirpe exſtingui*, eandem hiſtoriam referens, Livius ſuprà dixit c. 29. (19) Sic *obſtringere perjurio*

legæ se magistratu abdicarunt. Te, nec quòd dies exit censuræ, nec quòd collega magistratu abiit, nec lex, nec pudor coërcet: virtutem in superbiâ, in audaciâ, in contemptu Deorum hominumque ponis. Ego te, Ap. Claudi, pro istius magistratûs majestate ac verecundiâ, quem gessisti, † non modò manu violatum, sed ne verbo quidem inclementiori a me appellatum vellem: sed & hæc, quæ adhuc † egi, pervicacia tua & superbia coëgit me loqui; &, nisi Æmiliæ legi parueris, in vincula duci jubebo: nec, quum ita comparatum a majoribus sit, ut, comitiis censoriis nisi duo (20) *confecerint legitima suffragia,* (21) *non renunciato altero comitia differantur, ego te, qui solus censor creari non possis, solum censuram gerere patiar.* Hæc taliaque quum dixisset, prendi censorem, & in vincula duci jussit. Approbantibus sex tribunis actionem collegæ, tres appellanti Appio auxilio fuerunt; summâque invidiâ omnium ordinum solus censuram gessit.

XXXV. Dum ea Romæ geruntur, jam Sutrium ab Etruscis obsidebatur: consulique Fabio, imis montibus *Fabii prælium cum Etruscis.* ducenti ad ferendam opem sociis tentandasque munitiones (1), si quâ posset, acies hostium instructa occurrit: quorum ingentem multitudinem quum ostenderet subjecta latè planicies; consul, ut loco paucitatem suorum adjuvaret, flectit paullulum in clivos agmen, (aspreta erant strata saxis) inde signa in hostem obvertit. Etrusci, omnium, preterquam multitudinis suæ, quâ solâ freti erant, immemores, prœlium ineunt adeò raptim & avidè, ut, abjectis missilibus, quo celeriùs manus consererent, stringerent gladios, vadentes in hostem. Romanus contrà nunc tela, nunc saxa, quibus eos affatim locus ipse armabat, (2) ingerere. Igitur (3) scuta galeæque ictæ quum etiam, quos non vulneraverant, turbarent, (neque subire erat facile ad propiorem pugnam, neque missilia habebant,

perjurio infrà l. 26. c. 48. (20) Vid. † *explere.* (21) Altero, qui confecit legitima suffragia, non tamen renunciato, non declarato censore.

C. 35. (1) Quibus, nempe, Etrusci sepserant urbem. E. (2) *Ingerere* in hâc re proprium verbum Livio. suprà l. 2. c. 65. *Saxa objacentia pedibus ingerit in subeuntes.* l. 36. c. 18. *Glandes & sagittas, simul & jacula ingerebant.* (3) Quum ictus missilium, quibus percutiebantur scuta & galeæ,

habebant, quibus eminus rem gererent) ſtantes & expoſitos ad ictus quum jam ſatis nihil tegeret, quoſdam etiam pedem referentes, fluctuantemque & inſtabilem aciem, redintegrato clamore, ſtrictis gladiis haſtati & principes invadunt. eum impetum non tulerunt Etruſci, verſiſque ſignis, fugâ effuſâ caſtra repetunt. Sed equites Romani, prævecti per obliqua campi, quum ſe fugientibus obtuliſſent, omiſſo ad caſtra itinere, montes petunt. Inde inermi penè agmine ac vexato vulneribus in ſilvam Ciminiam penetratum. Romanus, multis millibus Etruſcorum cæſis, duodequadraginta ſignis militaribus captis, caſtris etiam hoſtium cum prædâ ingenti potitur. Tum de perſequendo hoſte agitari cœptum.

Ciminia Silva.

XXXVI. Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quàm nuper fuere (1) Germanici ſaltus, nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. eam intrare haud fere quiſquam, præter ducem ipſum, audebat. aliis omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat. (2) Tum ex iis, qui aderant, (conſulis fratrem M. Fabium, Kæſonem alii, C. Claudium quidam matre eâdem, quâ conſulem, genitum tradunt) ſpeculatum ſe iturum profeſſus, brevique omnia certa allaturum. Cære educatus apud hoſpites, Etruſcis inde literis eruditus erat, linguamque Etruſcam probè noverat. Habeo auctores, (3) vulgò tum Romanos pueros, ſicut nunc Græcis, ita Etruſcis literis erudiri ſolitos. Sed propius eſt vero, præcipuum aliquid fuiſſe in eo, qui ſe tam audaci ſimulatione hoſtibus immiſcuerit. ſervus ei dicitur comes unus fuiſſe, nutritus unà, eoque haud ignarus linguæ ejuſdem: nec quicquam aliud proficiſcentes, quàm ſummatim regionis, quæ intranda erat, naturam ac nomina principum

galeæ, turbarent &c. Aliquot codices habent *icta*. Utrumque dici poteſt. Vulgatum defendit locus Sall. in Catil. c. 10. *Otium, divitiæ, optandæ aliis.* alterum locus in Jug. c. 17. *Quæ loca & nationes minùs frequentata ſunt.*

C. 36. (1) Hercyniam ſilvam intellige. (2) Tum unus, ex iis qui aderant, (quem quidam tradunt fuiſſe conſulis fratrem germanum, vel M. Fabium, vel K. Fabium dictum; alii verò fuiſſe ejus fratrem uterinum C. Claudium) profeſſus eſt &c. *Tum ex iis, qui aderant, profeſſus;* ut apud Sall. in Catil. c. 32. *C. Manlius ex ſuo numero ad Marcium regem mittit.* & in Jug. c. 93. *Marius cum Ligure . . . ex præſentibus miſit.* Porro vid. not. 6. ad c. 61. l. 2. (3) Et quidem aliunde conſtat

principum in populis accepere; ne quâ inter colloquia insigni notâ hæsitantes deprehendi possent. Iere pastorali habitu, agrestibus telis, falcibus gæsisque binis armati. Sed neque commercium linguæ, nec vestis armorumve habitus sic eos texit, quàm quòd † abhorrebat (4) ab fide, quemquam externum Ciminios saltus intraturum. Usque ad Camertes Umbros penetrasse dicuntur. ibi, qui essent, (5) fateri Romanum ausum: introductumque in senatum consulis † verbis egisse de societate amicitiâque: atque inde comi hospitio acceptum, nunciare Romanis jussum, commeatum exercitui dierum triginta præstò fore, si ea loca intrasset; juventutemque Camertium Umbrorum in armis paratam imperio futuram. Hæc quum relata consuli essent, impedimentis primâ vigiliâ præmissis, legionibus post impedimenta ire jussis, ipse substitit cum equitatu: &, luce ortâ, postero die obequitavit stationibus hostium, quæ extra saltum dispositæ erant: &, quum satis diu tenuisset hostem, in castra sese recepit; portâque alterâ egressus, ante noctem agmen assequitur. Postero die, luce primâ, juga Ciminii montis tenebat. inde, contemplatus opulenta Etruriæ arva, milites emittit. Ingenti jam abactâ prædâ, tumultuariæ agrestium Etruscorum cohortes, repentè a principibus regionis ejus concitatæ, Romanis occurrunt, adeò incompositæ, ut vindices prædarum propè ipsi prædæ fuerint. Cæsis fugatisque iis, latè depopulato agro, victor Romanus, opulentusque rerum omnium copiâ, in castra rediit. Eò fortè quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant, denunciatum Fabio senatûs † verbis, ne saltum Ciminium transiret. lætati seriùs se, quàm ut impedire bellum possent, venisse, nuncii victoriæ Romam revertuntur.

XXXVII. Hâc expeditione consulis motum latiùs erat, quàm † profligatum, bellum. vastationem namque sub Ciminii montis radicibus jacens ora senserat, conciveratque indignatione non Etruriæ modò populos, sed Umbriæ finitima. Itaque, quantus non unquam antea, *Ingens Etruscorum exercitus colligitur.*

stat aliquot principum liberos in Etruriam mitti solitos, *percipiendæ sacrorum disciplinæ gratiâ.* vid. Cic. l. 1. de Divin. c. 41. Valer. Max. l. 1. c. 1. (4) Credi non poterat. (5) Dicitur Romanum ausum fuisse fateri.

exercitus

exercitus ad Sutrium venit: neque e ſilvis tantummodo promota caſtra, ſed etiam aviditate dimicandi quàm primùm in campos delata acies: deinde inſtructa primò ſuo ſtare loco, relicto hoſtibus (1) ad inſtruendum contrà ſpatio: dein, poſtquam detrectare hoſtem ſenſere pugnam, ad vallum ſubeunt. Ubi poſtquam ſtationes quoque receptas intra munimenta ſenſere, clamor repentè circa duces ortus, ut *eò ſibi e caſtris cibaria ejus diei deferri* juberent; (2) *manſuros ſe ſub armis, & aut nocte, aut certè luce primâ caſtra hoſtium invaſuros.* Nihilo quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur. decima erat fere diei hora, quum cibum capere conſul milites jubet; præcipit, ut (3) in armis ſint, quâcunque diei noctiſve horâ ſignum dederit. Paucis milites alloquitur, Samnitium bella extollit, † elevat Etruſcos: *nec hoſtem hoſti, nec multitudinem multitudini comparandam* aït *eſſe. Præterea* (4) *telum aliud occultum ſcituros in tempore: interea taceri opus eſſe.* His ambagibus prodi ſimulabat hoſtes, quo animus militum multitudine territus reſtitueretur: &, quòd ſine munimento conſederant, veriſimilius erat, quod ſimulabatur. Curati cibo corpora quieti dant, & quartâ ferè vigiliâ ſine tumultu excitati arma capiunt. Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum † proruendum foſſaſque implendas. intra munimenta inſtruitur acies: delectæ cohortes ad portarum exitus collocantur. dato deinde ſigno paullo ante lucem, quod æſtivis noctibus ſopitæ maximè quietis tempus eſt, proruto vallo erupit acies: ſtratos paſſim invadit hoſtes: alios immobiles, alios ſemiſomnos in cubilibus ſuis, maximam † partem ad arma (5) trepidantes, cædes oppreſſit. paucis armandi ſe datum ſpatium eſt. Eos ipſos, non ſignum certum, non ducem ſequentes, fundit Romanus; fugatos eques perſequitur. ad caſtra, ad ſilvas † diverſi tendebant. Silvæ tutius

Etruſci oppreſſi.

C. 37. (1) *Ad inſtruendum*, pro, *ad inſtruendam aciem*, occurrit infrà l. 10. c. 19. Similiter l. 30. c. 21. *vix ſpatium inſtruendi fuit.* (2) Pernoctaturos. Sic Hor. Sat. 5. l. 1. v. 37. *In Mamurrarum laſſi deinde urbe manemus.* Suprà l. 3. c. 45. *non manebit extra domum patris ſponſa Icilii.* & c. 69. *exercituſque novus . . . manſerat ad decimum lapidem.* Ita ſæpe Cicero; ut l. 5. ad Att. Ep. 16. *in tabernaculo manere plerumque.* (3) *In armis eſſe* ſuprà l. 2. c. 30. infrà l. 33. c. 21. (4) Vid. ſuprà not. 8. ad c. 35 l 6 (5) Cum trepidatione & plenâ tumultûs feſtinatione diſcurrentes

tutius dedere refugium. nam caſtra in campis ſita eodem die capiuntur. aurum argentumque juſſum referri ad conſulem: cetera præda (6) militis fuit. Cæſa aut capta eo die hoſtium millia ad ſexaginta. Eam tam claram pugnam trans Ciminiam ſilvam ad Peruſiam pugnatam, quidam auctores ſunt; metuque in magno civi atem fuiſſ ne intercluſus exercitus tam infeſto ſaltu, coortis undique Tuſcis Umbriſque, opprimeretur. Sed, ubicunque pugnatum eſt, res Romana ſuperior fuit: itaque a Peruſiâ, & Cortonâ, & Arretio, quæ ferme capita Etruriæ populorum eâ tempeſtate erant, legati, pacem fœduſque ab Romanis petentes, inducias in triginta annos impetraverunt.

XXXVIII. Dum hæc in Etruriâ geruntur, conſul alter C. Marcius Rutilus Alliſas (1) de Samnitibus vi cepit. multa alia caſtella vicique, aut deleta (2) hoſtiliter, aut integra in poteſtatem venere. Per idem tempus & claſſis Romana a P. Cornelio, quem ſenatus maritimæ oræ præfecerat, in Campaniam (3) acta, quum appulſa Pompejos eſſet; (4) ſocii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti, proximis raptim vaſtatis, unde reditus tutus ad naves eſſet, dulcedine (ut fit) prædæ longiùs progreſſi, excivere hoſtes. Palatis per agros nemo obvius fuit, quum occidione occidi poſſent: redeuntes agmine incauto haud procul navibus aſſecuti agreſtes exuerunt prædâ, partem etiam occiderunt: quæ ſuperfuit cædi, trepida multitudo ad naves compulſa eſt. Profectio Q. Fabii trans Ciminiam ſilvam quantum Romæ terrorem fecerat, tam lætam famam in Samnium ad hoſtes tulerat: *interclusum Romanum exercitum obſideri, cladiſque*

currentes ad arma. Mox *cædes oppreſſit*, ut infrà l. 25. c. 39. *niſi quos cædes oppreſſit.* l. 30. c. 6. *quos non oppreſſerat ignis.* (6) Sic ſuprà l. 4. c. 49. *quum . . . prædam militis fore edixiſſet.* infrà l. 21. c. 11. l. 30. c. 14.

C. 38. (1) Hanc urbem, quam Romani hoc loco expugnant, etiam ſuprà expugnaſſe dicuntur l. 8. c. 25. & tamen Livius alibi monere omiſit, quâ occaſione iterum in manus Samnitium pervenerit. (2) Sic *hoſtiliter depopulari* l. 37. c. 17. *hoſtiliter diripere* c. 21. (3) Sic infrà l. 22. c. 19. *in littus paſſim naves egerunt.* (4) *Socii navales* ſunt milites claſſiarii: nempe qui unà cum nautis navigant. Hi conſcribebantur fere ex civibus Romanis, ſed qui olim ſervitutem ſervierant. infrà l. 36. c. 2. l. 40. c. 18. l. 42. c. 27 & 31. Ex ultimo autem loco allato apparet eos ali-

cladiſque imaginem (5) *Furculas Caudinas* memorabant. *eâdem temeritate avidam ulteriorum ſemper gentem in ſaltus invios deductam, ſeptam non hoſtium magis armis, quàm locorum iniquitatibus, eſſe.* Jam gaudium invidiâ quâdam miſcebatur, quòd belli Romani decus ab Samnitibus fortuna ad Etruſcos avertiſſet. itaque armis viriſque ad obterendum (6) C. Marcium conſulem concurrunt; protinus inde Etruriam per Marſos ac Sabinos petituri, ſi Marcius dimicandi poteſtatem non faciat. Obvius iis conſul fuit.

Anceps prælium cum Samnitibus.

dimicatum prœlio utrinque atroci, atque incerto eventu eſt. & quum anceps cædes fuiſſet, adverſæ tamen rei fama in Romanos † vertit, ob amiſſos quoſdam equeſtris ordinis, tribunoſque militum, atque unum legatum, & (quod inſigne maximè fuit) conſulis ipſius vulnus. Ob hæc etiam aucta famâ (ut ſolet) ingens terror Patres invaſit, dictatoremque dici placebat: nec, quin Curſor Papirius diceretur, in quo tum ſumma rei bellicæ ponebatur, dubium cuiquam erat: ſed nec in Samnium nuncium perferri, omnibus infeſtis, tutò poſſe; nec vivere Marcium conſulem ſatis fidebant. Alter conſul Fabius (7) infeſtus privatim Papirio erat: quæ ne ira obſtaret bono publico, legatos ex conſularium numero mittendos ad eum ſenatus cenſuit: qui ſuâ quoque eum, non publicâ ſolùm, auctoritate moverent, ut memoriam ſimultatium patriæ (8) remitteret. Profecti legati ad Fabium quum ſenatuſconſultum tradidiſſent, adjeciſſentque orationem convenientem mandatis, conſul, demiſſis in terram oculis, tacitus ab incertis, quidnam acturus eſſet, legatis receſſit. (9) nocte deinde ſilentio (ut mos eſt)

Fabius Papirium dictatorem dicit.

L. Papirium dictatorem dixit: cui quum ob animum egregiè victum legati gratias agerent, obſtinatum ſilentium † obtinuit, ac ſine reſponſo ac mentione facti ſui legatos dimiſit, ut appareret, inſignem dolorem ingenti comprimi animo. Papirius C. Junium Bubulcum magiſtrum

quando ſociis Italicis imperari. (5) Memorabant Furculas Caudinas, ad repræſentandam cladem, quam nunc Romanos accepiſſe ſperabant. (6) Sic infrà l. 27. c. 41. *ut ſterni obterique, priuſquam inſtruantur, poſſint.* (7) Nempe hic Fabius conſul eſt ille ipſe quem magiſtrum equitum Papirius dictator ultimo ſupplicio afficere voluerat: ſuprà l. 8. c. 30. & ſeqq. (8) Sic infrà l. 39. c. 5. *ſuas inimicitias remiſiſſe reipublicæ.* (9) Vid. ſuprà

giſtrum equitum dixit: atque ei, (10) legem † curiatam de imperio ferenti, triſte omen diem (11) diffidit, quòd Faucia curia fuit (12) principium, duabus inſignis cladibus, captæ urbis, & Caudinæ pacis: quòd utroque anno eadem curia fuerat principium. Macer Licinius tertiâ etiam clade, quæ ad Cremeram accepta eſt, (13) abominandam eam curiam facit.

XXXIX. Dictator poſtero die, auſpiciis repetitis, pertulit legem; &, profectus cum legionibus, (1) ad terrorem traducti ſilvam Ciminiam exercitûs nuper ſcriptis, ad Longulam pervenit: acceptiſque a Marcio conſule veteribus militibus, in aciem copias eduxit. nec hoſtes detrectare viſi pugnam. inſtructos deinde armatoſque (quum ab neutris prœlium inciperet) nox oppreſſit. Quieti aliquandiu, nec ſuis diffidentes viribus, nec hoſtem ſpernentes, ſtativa in propinquo habuere. Interea res in Etruriâ geſtæ. nam & cum Umbrorum exercitu acie depugnatum eſt; (fuſi tamen magis, quàm cæſi, hoſtes, quia cœptam acriter non tolerarunt pugnam) & ad Vadimonis lacum Etruſci, † lege ſacratâ coacto exercitu, (2) quum vir virum legiſſet, quantis nunquam aliàs antea ſimul copiis, ſimul animis, dimicarunt: tantoque irarum certamine geſta res eſt, ut ab neutrâ parte emiſſa ſint tela. gladiis pugna cœpit, &, acerrimè commiſſa, ipſo certamine, quod aliquandiu anceps fuit, accenſa eſt: ut non cum Etruſcis toties victis, ſed cum aliquâ novâ gente, videretur dimicatio eſſe. Nihil ab ullâ parte movetur fugæ: cadunt (3) anteſignani: &, ne nudentur propugnatoribus ſigna, fit ex ſecundâ prima acies. Ab ultimis deinde ſubſidiis cietur miles: adeòque ad ultimum laboris ac periculi ventum eſt, ut equites Romani, omiſſis equis,

Res in Etruriâ bene geſta.

ſuprà not. 6 & 7. ad c. 23. l. 8. (10) Ferenti de ſollenni more legem ad populum curiatim convocatum, quâ ſibi daretur imperium militare. (11) i. e. rem in poſterum diem rejicere coegit. (12) *Principium* eſt hîc idem quod *prærogativa*. Centuria, curia, tribus *principium* dicebatur, quæ prima ad ſuffragium ſorte vocata eſt. (13) Malè ominatam.

C. 39. (1) Quæ nuper ſcriptæ erant, territâ civitate ob profectionem Q. Fabii trans ſilvam Ciminiam. (2) Vir virum legere dicebatur, quum in delectu habendo aliquot primò ab imperatore lecti milites, ſinguli ſingulos notos ſibi, quorumque virtuti confiderent, legebant; hi alios numero pares ſibi, atque ita deinceps, donec is copiarum numerus efficeretur, qui opus erat. Vid. infrà l. 10. c. 38. (3) Prima acies, qui apud

equis, ad (4) primos ordines peditum per arma, per corpora evaserint: ea velut nova inter fessos exorta acies turbavit signa Etruscorum. Secuta deinde impetum eorum, (5) utcunque † affecta erat, cetera multitudo tandem perrumpit ordines hostium. Tunc vinci pertinacia cœpta, & averti manipuli quidam: &, ut semel dedere terga, etiam certiorem capessere fugam. Ille primùm dies fortunâ veteri abundantes Etruscorum fregit opes. cæsum in acie, quod roboris fuit; castra eo (6) impetu capta direptaque.

Samnitium acies insignibus armis fulgens.

XL. Pari subinde periculo gloriæque eventu bellum in Samnitibus erat; qui præter ceteros belli apparatus, ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus, fecerunt. Duo exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento cælaverunt. Forma erat scuti; (1) summum latius, † quâ pectus atque humeri teguntur, (2) fastigio æquali; ad imum (3) cuneatior, mobilitatis causâ. (4) spongia pectori tegumentum: & (5) sinistrum crus ocreâ tectum. galeæ cristatæ, quæ speciem magnitudini corporum adderent. tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis linteæ candidæ. his dextrum cornu datum: illi in sinistro consistunt. Notus jam Romanis apparatus insignium armorum fuerat; doctique a ducibus erant, *horridum militem esse debere: non cælatum auro & argento, sed ferro & animis fretum. quippe illa prædam veriùs, quàm arma, esse; nitentia ante rem, deformia inter sanguinem & vulnera. Virtutem*

†

apud Romanos Hastati erant. In eorum locum succedit secunda acies, nempe Principes apud Romanos, qui hoc pacto fiunt prima acies. Idem intellige factum etiam apud Etruscos. (4) *Primi ordines peditum* sunt pedites in primâ acie pugnantes. Ad hos usque penetrarunt equites, eorumque locum subiere. (5) Quantumlibet ægra & fatigata erat. (6) Suspicor legendum *eodem*. E.

C. 40. (1) *Summum* scutum est summa pars scuti. Ita l. 2. c. 7. *ædificabat in summâ Veliâ.* l. 9. c. 2. *præsidium etiam in summo saltu conspicitur.* vid. † *primo prælio.* (2) Summa pars scuti erat quadrata, æqualibus inter se lineis terminata. (3) Sic infrà l. 44. c. 4. *jugum montis in angustum dorsum cuneatum.* Et eo sensu *cuneus* l. 37. c. 31. *coït deinde ex utrâque parte in arctiorem velut cuneum.* (4) *Spongias* etiam Retiariis Tertullianus tribuit. Crevierius intelligit loricam *in spongiæ formam* textam; quemadmodum & *squama* dicebatur, teste Isid. l. 18. c. 13. *lorica ex laminis ferreis aut æreis concatenata in modum squamarum.* Sed mihi non magis mirum videtur thoraces ex spongiâ fieri, quàm (quod constat) ex lino & lanâ. (5) Non rarò apud antiquos una tantùm ocrea militi assignatur:

Virtutem esse militis decus, & omnia illa victoriam sequi; & ditem hostem quamvis pauperis victoris præmium esse. † His Cursor vocibus † instinctos milites in prœlium ducit. dextro ipse cornu consistit; sinistro præfecit magistrum equitum. † Simul est concursum, ingens fuit cum hoste certamen; non segnius inter dictatorem & magistrum equitum, ab utrâ parte victoria inciperet. Prior fortè Junius commovit hostem, lævo dextrum cornu, (6) sacratos more Samnitium milites, eoque candidâ veste & paribus candore armis insignes. *eos se Orco mactare* Junius dictitans, quum intulisset signa, turbavit ordines, & haud dubiè impulit aciem. Quod ubi sensit dictator, *Ab lævone cornu victoria incipiet?* inquit, *& dextrum cornu, dictatoris acies,* (7) *alienam pugnam sequetur, non partem maximam victoriæ trahet?* Concitat milites. nec peditum virtuti equites, aut legatorum studia ducibus cedunt. M. Valerius a dextro, P. Decius ab lævo cornu, ambo consulares, ad equites in cornibus positos evehuntur: adhortatique eos, ut partem secum capesserent decoris, in transversa latera hostium incurrunt. Is novus additus *Vincitur.* terror quum ex parte utrâque circumvasisset aciem, & ad terrorem hostium legiones (8) Romanæ, redintegrato clamore, intulissent gradum, tum fuga ab Samnitibus cœpta. Jam † strage hominum armorumque insignium campi repleri; ac primò pavidos Samnites castra sua accepere: deinde ne ea quidem retenta. captis direptisque ante noctem injectus ignis. Dictator ex senatusconsulto triumphavit. cujus triumpho longè maximam speciem captiva arma præbuere. tantum magnificentiæ visum in iis, ut aurata scuta dominis argentariarum (9) ad forum ornandum dividerentur. inde natum initium dicitur fori ornandi ab ædilibus, quum † tensæ ducerentur. Et Romani quidem ad honorem Deûm insignibus armis hostium usi sunt: Campani, ab superbiâ & odio Samnitium, gladiatores (quod spectaculum inter epulas erat) eo ornatu *Samnites gladiatores.* armarunt,

natur: ac pro vario populorum more alii sinistrum crus, alii dextrum tegebant. (6) Lege † *sacratâ* scriptos. (7) Pugnam ab aliis profligatam ipsa tantummodo prosequetur, & alienâ virtute vincet. (8) Nempe pedites; quos nomine legionum passim indicat Livius. (9) Officinarum, in quibus argentea vasa fabricantur, & venalia prostant. Harum inde

armarunt, (10) Samnitiumque nomine compellarunt. Eodem anno cum reliquis Etruſcorum ad Peruſiam, quæ & ipſa induciarum fidem ruperat, Fabius conſul nec dubiâ nec difficili victoriâ dimicat. ipſum oppidum (nam ad mœnia victor acceſſit) cepiſſet, ni legati dedentes urbem exiſſent. Præſidio Peruſiæ impoſito, legationibus Etruriæ amicitiam petentibus præ ſe Romam ad ſenatum miſſis, conſul, præſtantiore etiam, quàm dictator, victoriâ triumphans, urbem eſt invectus. Quin etiam devictorum Samnitium decus magnâ ex parte ad legatos, P. Decium & M. Valerium, eſt verſum: quos populus proximis comitiis ingenti conſenſu conſulem alterum, alterum prætorem declaravit.

U. c. 445. A. C. 307. Q. Fabio III. P. Decio II. Coff.

XLI. Fabio ob egregiè perdomitam Etruriam continuatur conſulatus; Decius collega datur. Valerius prætor quartùm creatus. Conſules partiti provincias. Etruria Decio, Samnium Fabio evenit. Is profectus ad Nuceriam Alfaternam, tum pacem petentes (1), quòd uti eâ, quum daretur, noluiſſent, aſpernatus, oppugnando ad deditionem (2) ſubegit. Cum Samnitibus acie dimicatum. haud magno certamine hoſtes victi: neque ejus pugnæ memoria tradita foret, ni Marſi eo primùm prœlio cum Romanis bellaſſent. Secuti Marſorum defectionem Peligni, eandem fortunam habuerunt. Decio quoque alteri conſuli ſecunda belli fortuna erat. Tarquinienſem metu ſubegerat frumentum exercitui præbere, atque inducias in quadraginta annos petere. Volſinienſium caſtella aliquot vi cepit: quædam ex iis diruit, ne receptaculo hoſtibus eſſent: circumferendoque paſſim bello, tantum terrorem ſui fecit, ut † nomen omne Etruſcum fœdus ab conſule peteret. Ac de eo quidem nihil impetratum. induciæ annuæ datæ. ſtipendium exercitui Romano ab hoſte

Bene res geſta contra Samnites.

Contra Etruſcos.

infrà mentionem facit Livius, l. 26. c. 27. l. 40. c. 51. (10) Apud Romanos quoque hoc nomine gladiatores quidam deſignabantur. Hor. l. 2. Ep. 2. v. 98. Porro quod hìc *ornatu armare*, ſuprà l. 7 c. 14. dicitur *armis ornare*. *Ornare*, *ornatus* & *ornamenta* de armis paſſim dicuntur.

C. 41. (1) Incolas, nempe, ejus urbis. vid. ſuprà not. 1. ad c. 11. l. 8. Eſt, autem *Nuceria* in Campaniâ, novem millia paſſuum diſtans a mari, auctore Plinio l. 3. c. 5. qui etiam de Alfaternis populis mentionem facit. (2) Sic *cogere in deditionem* infrà l. 43. c. 1.

(3) Vid.

hoſte in eum annum penſum, & binæ tunicæ in militem exactæ. ea merces induciarum fuit. Tranquillas res jam Etruſcis (3) turbavit repentina defectio Umbrorum, gentis integræ a cladibus belli, niſi quòd tranſitum exercitûs ager ſenſerat. Ii, concitatâ omni juventute ſuâ, & magnâ parte Etruſcorum ad rebellionem compulsâ, tantum exercitum fecerant, ut, relicto poſt ſe in Etruriâ Decio, ad oppugnandam inde Romam ituros, magnificè de ſe, ac contemptim de Romanis loquentes, jactarent. Quod inceptum eorum ubi ad Decium conſulem perlatum eſt, ad urbem ex Etruriâ magnis itineribus pergit, & in agro Pupinienſi ad famam † intentus hoſtium conſedit. Nec Romæ ſpernebatur Umbrorum bellum: & ipſæ minæ metum fecerant expertis a Gallicâ clade, quàm intutam urbem incolerent. Itaque legati ad Fabium conſulem miſſi ſunt, ut, ſi quid laxamenti a bello Samnitium eſſet, in Umbriam propere exercitum duceret. Dicto paruit conſul, magniſque itineribus ad Mevaniam, ubi tum copiæ Umbrorum erant, perrexit. Repens adventus conſulis, quem procul Umbriâ in Samnio bello alio occupatum crediderant, ita exterruit Umbros, ut alii recedendum ad urbes munitas, quidam omittendum bellum cenſerent. *Contra Umbros.* (4) Plaga una (Materinam ipſi appellant) non continuit modò ceteros in armis, ſed confeſtim ad certamen egit. caſtra vallantem Fabium adorti ſunt. Quos ubi effuſos ruere in munimenta conſul vidit, revocatos milites ob opere, prout loci natura tempuſque patiebatur, ita inſtruxit: cohortatuſque prædicatione verâ quà in Tuſcis, quà in Samnio partorum decorum, exiguam appendicem Etruſci belli conficere jubet: & vocis impiæ pœnas expetere, quâ ſe urbem Romanam oppugnaturos minati ſunt. Hæc tantâ ſunt alacritate militum audita, ut clamor, ſuâ ſponte ortus, loquentem interpellaverit ducem. ante imperium deinde concentu tubarum ac cornuum curſu effuſo in hoſtem feruntur. Non tanquam in viros aut armatos incurrunt: (mirabilia dictu!) ſigna primò eripi cœpta ſigniferis; deinde ipſi ſigniferi trahi ad conſulem, armatique milites ex acie in aciem transferri. &, ſicubi

(3) Vid. † *dativi uſus.* (4) Ii qui e plagâ, i. e. tractu ſive parte Umbriæ, quam ipſi Materinam appellabant, venerant. Eodem modo nomina

&, ficubi eſt certamen, ſcutis magis, quàm gladiis, geritur res. Umbonibus incuſſâque (5) alâ ſternuntur hoſtes. plus capitur hominum, quàm cæditur: atque una vox ponere arma jubentium per totam fertur aciem. Itaque inter ipſum certamen facta deditio eſt a primis auctoribus belli. poſtero inſequentibuſque diebus & ceteri Umbrorum populi deduntur. Ocriculani ſponſione in amicitiam accepti.

XLII. Fabius, alienæ ſortis victor belli, in ſuam provinciam exercitum reduxit. itaque ei, ob res tam feliciter geſtas, ſicut priore anno populus continuaverat conſulatum, ita ſenatus (1) in inſequentem annum, quo Ap. Claudius, L. Volumnius conſules fuerunt, prorogavit, maximè Appio adverſante, imperium. Appium cenſorem petiſſe conſulatum, comitiaque ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata, donec ſe cenſurâ abdicavit, in quibuſdam annalibus invenio. Creatus conſul, quum collegæ novum bellum, Sallentini hoſtes decernerentur, Romæ manſit, ut urbanis artibus † opes augeret, quando belli decus penes alios eſſet. Volumnium provinciæ haud pœnituit. multa ſecunda prœlia fecit: aliquot urbes hoſtium vi cepit. prædæ erat largitor, & benignitatem per ſe gratam comitate adjuvabat; militemque iis artibus fecerat & periculi & laboris avidum. Q. Fabius proconſul ad urbem Allifas cum Samnitium exercitu ſignis collatis confligit. minimè ambigua res fuit. Fuſi hoſtes, atque in caſtra compulſi. nec caſtra forent retenta, ni exiguum ſuperfuiſſet diei: ante noctem tamen ſunt circumſeſſa, & nocte cuſtodita, ne quis elabi poſſet. Poſtero die, vixdum luce certâ, deditio fieri cœpta: & pacti, qui Samnitium forent, ut cum ſingulis veſtimentis emitterentur. Hi omnes ſub jugum miſſi. ſociis Samnitium nihil cautum. ad ſeptem millia ſub † coronâ veniere. qui ſe civem Hernicum dixerat, ſeorſum in cuſtodiâ habitus. Eos omnes Fabius Romam ad ſenatum

U. c. 446. A. C. 306. Ap. Claudio, L. Volumnio Coſſ.

Sallentini victi.

Samnites victi.

mina regionum & urbium ſæpe pro earum incolis ponuntur. (5) Incuſſo lacerto. Eadem locutio rurſus occurrit l. 30. c. 34.

C. 42. (1) i. e. (ex ſententiâ Dukeri) populus interveniente decreto ſenatûs. Nam imperium a populo prorogabatur comitiis tributis; ſed ſæpe ex ſenatuſconſulto. Vid. ſuprà l. 8. c. 23. infrà l. 10. c. 22. l. 27. c. 22.

miſit:

misit: &, quum quæsitum esset, delectu, an voluntarii pro Samnitibus adversùs Romanos bellassent, per Latinos populos custodiendi dantur. jussique eam † integram rem novi consules, P. Cornelius Arvina, Q. Marcius Tremulus, (ii enim jam creati erant) ad senatum referre. id ægre passi Hernici, concilium populorum omnium habentibus Anagninis in circo, quem Maritimum vocant, præter Alatrinatem, Ferentinatemque, & Verulanum, omnes Hernici nominis populo Romano bellum indixerunt.

U. c. 447. A. C. 305. P. Cornelio, Q. Marcio Coss.

XLIII. In Samnio quoque, quia decesserat inde Fabius, novi motus exorti. Calatia & Sora, præsidiaque, quæ in iis Romana erant, expugnata: & in captivorum corpora militum fœdè sævitum. itaque eò P. Cornelius cum exercitu missus. Marcio novi hostes (jam enim Anagninis Hernicisque aliis (1) bellum jussum erat) decernuntur. Primò ita omnia opportuna loca hostes inter consulum castra interceperunt, ut pervadere expeditus nuncius non posset, & per aliquot dies incerti rerum omnium, suspensique de statu alterius, uterque consul ageret (1), Romamque is metus manaret; adeò ut omnes juniores sacramento adigerentur, atque ad (3) subita rerum duo † justi scriberentur exercitus. Ceterùm Hernicum bellum nequaquam pro præsenti terrore ac (4) vetustate gentis gloriæ fuit. nihil usquam dictu dignum ausi, trinis castris intra paucos dies exuti, triginta dierum inducias, ita ut ad senatum Romam legatos mitterent, pacti sunt (5) bimestri stipendio frumentoque, & singulis in militem tunicis. Ab senatu ad Marcium rejecti, (6) cui senatusconsulto permissum de Hernicis erat: isque eam gentem in deditionem accepit. Et in Samnio alter consul superior viribus, locis impeditior erat. Omnia itinera obsepserant hostes, saltusque pervios ceperant, ne quâ subvehi commeatus

Bellum Hernicum.

C. 43. (1) *Bellum jubere alicui*, pro jubere fieri alicui; quemadmodum *imperium jubere alicui*, pro jubere dari alicui. Similiter infrà l. 37. c. 37. *tradito frumento, quibus jusserat consul;* pro quibus tradi jusserat. (2) Vid. not 2. ad c. 25. suprà. (3) Vid. suprà not. 3. ad c. 32. l. 6. (4) Magis placeret quod subjicit Gronovius: *ac vetustâ gentis gloriâ.* [*Ceterum Hernicum bellum* Crevierius exponit per *reliqua Hernici belli;* nescio quibus rationibus inductus: neque operæ est exquirere. E.] (5) Inducias hâc mercede impetraverunt. (6) Ita simpliciter *permittere alicui de aliquo*

atus possent: neque eos, quum quotidie signa in aciem consul proferret, elicere ad certamen poterat: satisque apparebat, neque Samnitem certamen præsens, nec Romanum dilationem belli laturum. Adventus Marcii, qui, Hernicis subactis, maturavit collegæ venire auxilio, moram certaminis hosti exemit. nam, ut qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen credidissent pares, conjungi utique (7) passi duos consulares exercitus nihil crederent superesse spei, advenientem incomposito agmine Marcium aggrediuntur. Raptim collatæ sarcinæ in medium; &, prout tempus patiebatur, instructa acies. Clamor primùm in stativa perlatus, dein conspectus procul pulvis, tumultum apud alterum consulem in castris fecit. isque, confestim arma capere jussis, raptimque eductis in aciem militibus, transversam hostium aciem, atque alio certamine occupatam, invadit: clamitans, *summum flagitium fore, si alterum exercitum utriusque victoriæ compotem sinerent fieri, nec ad se sui belli vindicarent decus.* Quâ impetum dederat, perrumpit; aciemque per *Victi Samnites.* mediam in castra hostium tendit, & vacua defensoribus capit atque incendit. Quæ ubi flagrantia Marcianus miles conspexit, & hostes respexere, tum passim fuga cœpta Samnitium fieri. sed omnia obtinet cædes, nec in ullam partem tutum perfugium est. Jam, triginta millibus hostium cæsis, signum receptui consules dederant, colligebantque in unum copias, in vicem inter se gratantes: quum repentè visæ procul hostium novæ cohortes, quæ in supplementum scriptæ fuerant, (8) integravere cædem. in quas, nec jussu consulum, nec signo accepto, victores vadunt; (9) *malo tirocinio imbuendum Samnitem*, clamitantes. Indulgent consules legionum ardori, ut qui probè scirent, novum militem hostium inter perculsos fugâ veteranos ne tentando quidem satis certamini fore. Nec (10) eos opinio fefellit. omnes Samnitium copiæ, veteres novæque, montes proximos fugâ capiunt. eò & Romana † erigitur acies; nec quicquam satis

quo infrà l. 33. c. 13. l. 36. c. 35. (7) Vid. † *participii usus.* τὸ *ut qui* referenda ad utrumque verbum *credidissent* & *crederent*. (8) Vid. suprà not. 3. ad c. 29. l. 5. (9) Dandam operam esse, ut haud sine magno malo suo tiro hic Samnitium exercitus primum bellandi periculum faceret. E. (10) Sic infrà l. 28. c. 27. *quantum me opinio fefellit!* Ita & *spes*

ſatis tuti loci victis eſt. & de jugis, quæ ceperant, funduntur; jamque unâ voce omnes pacem petebant. Tum, trium menſium frumento imperato, & annuo ſtipendio, ac ſingulis in militem tunicis, ad ſenatum pacis oratores miſſi. Cornelius in Samnio relictus. Marcius de Hernicis triumphans in urbem rediit; ſtatuaque equeſtris in foro decreta eſt, quæ ante templum Caſtoris poſita eſt. Hernicorum tribus populis, Alatrinati, Verulano, Ferentinati, (11) quia maluerunt, quàm civitatem, ſuæ leges (12) redditæ: connubiumque (13) inter ipſos, quod aliquandiu ſoli Hernicorum habuerunt, permiſſum. Anagninis, quique arma Romanis intulerant, civitas ſine ſuffragii latione data: concilia connubiaque adempta: & (14) magiſtratibus, præterquam ſacrorum curatione, interdictum. Eodem anno ædes Salutis a C. Junio Bubulco cenſore locata eſt, quam conſul bello Samnitium voverat. ab eodem collegâque ejus M. Valerio Maximo viæ per agros publicâ impenſa factæ. Et cum Karthaginienſibus eodem anno fœdus (15) tertiò renovatum: legatiſque eorum, qui ad id venerant, comiter munera miſſa. *Karthaginienſes legati.*

XLIV. Dictatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipionem, cum magiſtro equitum P. Decio Mure. ab iis, propter quæ creati erant, comitia conſularia habita, quia neuter conſulum potuerat bello abeſſe. Creati conſules L. Poſtumius, Ti. Minucius. Hos conſules Piſo Q. Fabio & P. Decio ſuggerit (1), biennio exempto, quo *P. Cornelius dictator.* U. c. 448. A. C. 304. L. Poſtumio, Ti. Minucio Coſſ.

ſpes aliquem fallere dicitur apud Cic. l. 1. ad fam. Ep. 3. (11) Quia ſuis legibus vivere maluerunt, quàm cives Romani fieri. Ex hoc autem loco apparet, olim eos qui civitatem Romanam accipiebant, etiam leges Romanas unà cum civitate accepiſſe: quod non poſtea obtinuiſſe in municipiis conſtat; ſed quando immutatum parum liquet. (12) h. e. relictæ. Similiter ſupra l. 8. c. 14. *Lanuvinis civitas data, ſacraque ſua reddita.* Cæſ. l. 7. Bell. Gall. c. 76. *pro quibus meritis civitatem ejus immunem eſſe juſſerat; jura legeſque reddiderat.* (13) Vid. ſuprà not. 5. ad c. 14. l. 8. (14) Et interdictum eſt iis qui magiſtratum apud Anagninos gererent, ne quicquam negotii publici agerent, præter ſacrorum curationem. (15) Tria fœdera Romanorum cum Karthaginienſibus ante Punica bella memorat Polyb. l. 3. Primum refert ad primum conſtitutæ in urbe Româ libertatis annum. Secundum quo tempore ictum fuerit, non docet. Tertium Pyrrhi bello factum fuiſſe ſcribit. Livius unius tantùm ante hoc tempus fœderis meminit, ſuprà l. 7. c. 27.

C. 44. (1) Eos ſtatim poſt Fabium & Decium ſubjicit. Sic ſuprà l. 2.

Coss. in Samnium eunt.

quo Claudium Volumniumque, & Cornelium cum Marcio consules factos tradidimus. (2) memoriâne fugerit in annalibus digerendis, an consulto binos consules, falsos ratus, transcenderit, incertum est. Eodem anno in campum Stellatem agri Campani Samnitium incursiones factæ. Itaque ambo consules, in Samnium missi, quum diversas regiones, Tifernum Postumius, Bovianum Minucius, petissent; Postumii priùs ductu ad Tifernum pugnatum. Alii haud dubiè Samnites victos, ac viginti millia hominum capta tradunt: alii Marte æquo discessum, & Postumium, metum simulantem nocturno itinere, clam in montes copias abduxisse: hostes secutos duo millia inde locis munitis & ipsos consedisse. Consul, ut stativa tuta copiosaque (& ita erant) petisse videretur, postquam & munimentis castra firmavit, & omni apparatu rerum (3) utilium instruxit; relicto firmo præsidio, (4) de vigiliâ tertiâ, quâ duci proximè potest, expeditas legiones ad collegam, & ipsum adversùs alios sedentem, ducit. ibi, auctore Postumio, Minucius cum hostibus signa confert; &, quum anceps prœlium in multum diei processisset, tum Postumius integris legionibus defessam jam aciem hostium improvisò invadit. Itaque, quum lassitudo ac vulnera fugam quoque præpedissent, occidione occisi hostes, signa unum & viginti capta: atque inde ad castra Postumii perrectum. Ibi duo victores exercitus perculsum jam famâ hostem adorti fundunt fugantque: signa militaria sex & viginti capta, & imperator Samnitium Statius Gellius, multique alii † mortales, & castra utraque capta: & Bovianum, (5) ubi postero

Samnites vincuntur.

l. 2. c. 8. *Bruto statim Horatium suggerunt.* (2) † *An* eorum consulatus *fugerit memoriâ*, h. e. e. memoriâ Pisonis. [Ita Drakenborchius: sed dubito quàm rectè. *τὸ memoria* in casu recto accipiendum censeo. An *memoria* horum consulum *fugerit* Pisonem, h. e. eum latuerit: quo sensu *aliquid fugere aliquem* Cicero sæpe dicit. Ruddimannus etiam hîc omisit notam diacriticam, quâ plerumque signat ablativum singularem primæ declinationis. E. (3) i. e. necessariarum victui, quæ l. 3. c. 42. † *utensilia* vocat. Nam stativa *copiosa* fuisse dicit. (4) *De tertiâ vigiliâ* occurrit infrà l. 20. c. 7. l. 34. c. 61. l. 40. c. 4. & passim apud Cæsarem. Notat autem post tertiam vigiliam inceptam, sive ante tertiam vigiliam exactam. Ita tempus, quod mediæ nocti proximum est, *de mediâ nocte*, quod meridiei, *de meridie* vocatur. (5) Quam urbem consules postero die oppugnare cœperunt. De Boviano autem hic rursus capto (vid. suprà

poſtero die cœptum oppugnari, brevi capitur. magnâque gloriâ rerum geſtarum conſules triumpharunt. Minucium conſulem, (6) cum vulnere gravi relatum in caſtra, mortuum, quidam auctores ſunt, & M. Fulvium in locum ejus conſulem ſuffectum: & ab eo, quum ad exercitum Minucii miſſus eſſet, Bovianum captum. Eodem anno Sora, Arpinum, Cenſennia, recepta ab Samnitibus. Herculis magnum (7) ſimulacrum in Capitolio poſitum dedicatumque.

XLV. P. Sulpicio Saverrione, P. Sempronio (1) So- U. c. 449.
pho conſulibus, Samnites, ſeu finem, ſeu dilationem A. C. 303.
belli quærentes, legatos de pace Romam miſere. quibus P. Sulpicio,
ſuppliciter agentibus reſponſum eſt, *niſi ſæpe bellum pa-* P. Sempronio Coſſ.
rantes pacem petiſſent Samnites, oratione ultro citroque habi- *Pacem petunt Samnites.*
tâ, de pace tranſigi potuiſſe. nunc, quando verba vana (2) ad id locorum fuerint, rebus ſtandum eſſe. P. Sempronium conſulem cum exercitu brevi in Samnio fore: eum, ad bellum pacemne inclinent animi, falli non poſſe: comperta omnia ſenatui relaturum: decedentem ex Samnio conſulem legati ſequerentur. Eo anno quum pacatum Samnium exercitus Romanus, benignè præbito commeatu, peragraſſet, fœdus antiquum Samnitibus redditum. Ad Æquos inde veteres hoſtes, ceterùm per multos annos ſub ſpecie † infidæ pacis quietos, verſa arma Romana: quòd, incolumi Hernico nomine, (3) miſſitaverant ſimul cum iis Samniti auxilia; &, poſt Hernicos ſubactos, univerſa propè gens, ſine diſſimulatione conſilii publici, ad hoſtes deſciverat: & poſtquam, icto Romæ cum Samnitibus fœdere,

ſuprà c. 31.) idem obſervandum quod ſuprà de Alliſis. Vid. not. 1. ad c. 38. ſuprà. (6) Sic infrà l. 33. c. 25. *latum cum gravi vulnere ex prœlio.* (7) Quidam volunt *Magni:* quo cognomine Hercules colebatur. Sed per *magnum ſimulacrum* intelligi poteſt ſtatua coloſſea. Talis coloſſus Herculis in Capitolio Romano exſtitit, ſed eò demum tranſlatus ex urbe Tarento a Fabio Cunctatore, quum eam tempore belli Hannibalici vi expugnaſſet. Hinc, & quòd Livius de Hercule Romam tranſlato nihil narraverit infrà l. 27. c. 16. ubi urbis Tarenti expugnatæ hiſtoriam refert, ſunt qui eum in dedicatione hujus ſimulacri annotandâ μνημονικὸν ἁμάρτημα commiſiſſe putant.

C. 45. (1) Huic ex omnibus Romanis uni Σοφὸς cognomen a populo inditum eſt, ob excellentem juris ſcientiam. (2) *Ad id locorum* noſter ſæpius dixit. pro uſque ad id tempus. infrà l. 25. c. 19 & 32. l. 43. c. 5. Similiter Sall. in Jug. c. 63. & *poſt id locorum,* pro poſt id tempus, c. 72. & *poſtea loci* c. 102. (3) Hoc verbo utitur etiam Salluſtius in Jug.

dere, feciales venerant res repetitum, *tentationem* aiebant *esse*, *ut*, *terrore incusso belli*, *Romanos se fieri paterentur: quod quantopere optandum foret*, *Hernicos docuisse: quum*, *quibus licuerit*, *suas leges Romanæ civitati præoptaverint: quibus legendi*, *quid mallent*, *copia non fuerit*, *pro pœnâ necessariam civitatem fore*. Ob hæc vulgò in conciliis jactata, populus Romanus bellum fieri Æquis jussit: consulesque ambo, ad novum profecti bellum, quatuor millibus a castris hostium consederunt. Æquorum exercitus, (ut qui suo nomine permultos annos imbelles egissent) tumultuario similis, sine ducibus certis, sine imperio, trepidare. alii exeundum in aciem, alii castra tuenda censent: movet plerosque vastatio futura agrorum, ac deinceps cum levibus præsidiis urbium relictarum excidia. Itaque, postquam inter multas sententias una, quæ, omissâ curâ communium, ad respectum suarum quemque rerum vertisset, audita; ut primâ vigiliâ † diversi e castris ad deportanda omnia tuendaque mœnibus in urbes abirent; cuncti eam sententiam ingenti assensu accepere. Palatis hostibus per agros, primâ luce Romani, signis prolatis, in acie consistunt; &, ubi nemo obvius ibat, † pleno gradu ad castra hostium tendunt. Ceterùm, postquam ibi neque stationes pro portis, nec quenquam in vallo, nec fremitum consuetum castrorum animadverterunt; insolito silentio moti, metu insidiarum subsistunt, transgressi deinde vallum, quum deserta omnia invenissent, pergunt hostem (4) vestigiis sequi: sed vestigia, in omnes æquè (5) ferentia partes, ut in dilapsis passim, primò errorem faciebant; post, per exploratores compertis hostium consiliis, ad singulas urbes circumferendo bello, unum & quadraginta oppida intra dies quinquaginta omnia oppugnando ceperunt; quorum pleraque diruta atque incensa, nomenque Æquorum propè ad internecionem deletum. De Æquis triumphatum: exemploque eorum clades fuit, ut Marrucini, Marsi, Peligni, Frentani mitterent Romam oratores pacis petendæ amicitiæque. iis populis fœdus petentibus datum.

Bellum cum Æquis.

Jug. c. 38. (4) Vid. suprà not. 7. ad c. 32. l. 6. (5) Sic suprà l. 1. c. 7. *si fortè eò vestigia ferrent. quæ ubi omnia foras versa vidit, nec in partem aliam ferre.* Ita & *via aliquò ferre* dicitur.

XLVI. Eodem

Cn. Flavius ædilis curulis.

XLVI. Eodem anno Cn. Flavius Cn. filius ſcriba, patre libertino, humili fortunâ ortus, ceterùm callidus vir et facundus, ædilis curulis fuit. Invenio in quibuſdam annalibus, (1) quum † appareret ædilibus, fierique ſe (2) pro tribu ædilem videret, (3) neque accipi nomen, quia ſcriptum faceret; tabulam (4) poſuiſſe, & juraſſe, ſe ſcriptum non facturum. quem aliquanto antè deſiſſe ſcriptum facere, arguit Macer Licinius, tribunatu antè geſto triumviratibuſque, (5) nocturno altero, altero coloniæ deducendæ. Ceterùm (id quod haud diſcrepat) contumaciâ adversùs contemnentes humilitatem ſuam nobiles certavit: (6) civile jus, repoſitum in penetralibus pontificum, evulgavit, (7) faſtoſque circa forum in albo propoſuit, ut, quando lege agi poſſet, ſciretur: ædem Concordiæ in areâ Vulcani ſummâ invidiâ nobilium dedicavit; coactuſque conſenſu populi Cornelius Barbatus pontifex maximus verba † præire, (8) quum more majorum negaret, niſi conſulem aut imperatorem, poſſe templum dedicare. Itaque ex auctoritate ſenatûs latum ad populum eſt, ne quis templum aramve injuſſu ſenatûs aut tribunorum plebei partis majoris dedicaret. Haud memorabilem rem per ſe, niſi documentum ſit adversùs ſuperbiam

C. 46. (1) Scribæ erant ex apparitorum numero. Ceterùm magnam partem hujus capitis e Piſone deſcripſit Livius. Vid. Gellium l. 6. c. 9. (2) *Pro tribu* idem valere videtur, quod *in prærogativâ tribu:* ita ut nempe tribus prærogativa vocetur *κατ' ἐξοχὴν tribus.* Sic in fragmentis legum antiquarum apud Frontinum: *Tribus Sergia principium fuit: pro tribu Sex. L. F. Varro primus ſcivit.* (3) Neque tamen † rationem ſui haberi, ab eo qui comitiis præerat, quòd ſcribæ miniſterio fungeretur. (4) Quæ erat velut inſigne miniſterii ſui. Scribæ enim rationes publicas, leges, actaque in tabulis ſcribebant. (5) Triumviri nocturni incendiis per urbem arcendis præerant. (6) Legis actiones: i. e. ſollennes quaſdam formulas a JCtis compoſitas, quibus inter ſe homines in jure diſceptarent. Hic actionum liber a Flavio prolatus, *jus civile Flavianum* appellabatur. (7) Kalendarium, quo tota dierum † faſtorum nefaſtorùmque ratio continebatur. Ceterùm Plinius l. 33. c. 1. auctor eſt, Flavium propter publicatos faſtos ædilem curulem creatum. (8) Non verum videtur, quod prætexebat pontifex Max. Nam Livius l. 2. c. 27. dedicationem ædis Mercurii primi pili centurioni a populo datam, l. 2. c. 42. ædem Caſtoris a duumviro ad id creato, & l. 6. c. 5. ædem Martis a duumviro ſacris faciendis dedicatam ſcribit.

perbiam nobilium plebeiæ libertatis, referam. Ad collegam ægrum visendi causâ Flavius quum venisset, consensuque nobilium adolescentium, qui ibi assidebant, assurrectum ei non esset, curulem afferri sellam eò jussit, ac sede (9) honoris sui anxios invidiâ inimicos spectavit. Ceterùm Flavium dixerat ædilem forensis factio, Ap. Claudii censurâ vires nacta, qui senatum primus libertinorum filiis (10) lectis inquinaverat. & postquam eam lectionem nemo ratam habuit, nec in curiâ adeptus erat, quas petierat opes urbanas; humilibus per omnes tribus divisis, (11) forum & campum corrupit. tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos & phaleras (12) deponerent. Ex eo tempore in duas partes discessit civitas. aliud integer populus, fautor & cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat; donec Q. Fabius & P. Decius censores facti: & Fabius, simul concordiæ causâ, simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus (13) conjecit, urbanasque eas appellavit. adeòque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, (14) hâc ordinum temperatione pareret. Ab eodem institutum dicitur, (15) ut equites Idibus Quinctilibus transveherentur.

Forensis turba in tribus urbanas conjecta.

scribit. (9) h. e. e sede, in sede illâ considens. (10) i. e. quorum avi servitutem servierant: nam his temporibus & deinceps aliquandiu *libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos*, auctor est Sueton. in Claud. c. 24. Ciceronis autem ætate ac deinceps *libertini* dicebantur, qui ipsi manumissi sunt, quique, respectu habito ad patronum qui eos manumiserant, *liberti* dicebantur. [Verisimilius videtur Livium, etiam de temporibus antiquioribus agentem, vocem *libertinus* usurpasse eâ significatione, quâ vulgò suâ ætate adhibebatur. E.] (11) Comitia tributa quæ in foro, & comitia centuriata, quæ in campo Martio habebantur. (12) Ornamenti genus, quod proprium fuisse tum Equitum insigne colligitur ex Plinio, l. 33. c. 1. (13) Eas nempe, in quas Servius rex urbem discreverat, idemque jam tum, teste Dion. Hal. l. 4. referri jusserat, quicquid esset libertini generis. Itaque Fabius nihil hîc instituit novi, sed veterem morem, ab Appio censore spretum ac violatum, reduxit. (14) Ita temperando res, ut discrimina ordinum ac dignitatum ritè servarentur. (15) Ex hoc instituto Equites Romani quotannis Idibus Quinctilibus, i. e. die 15. mensis qui postea Julius appellatus est, per turmas distincti, oleâ coronati, & trabeati, equis insidentes, ab æde Martis extra urbem, sive, ut alii volunt, ab æde Honoris, in Capitolium sollenni pompâ transvehebantur.

EPITOME

EPITOME LIBRI DECIMI.

COLONIÆ deductæ sunt Sora, & Alba, & Carseoli. Marsi in deditionem accepti sunt. Collegium augurum ampliatum est, ut essent novem, quum antea quaterni fuissent. Lex de provocatione ad populum a Valerio consule tunc tertiùm lata est. Duæ tribus adjectæ sunt, Aniensis & Terentina. Samnitibus bellum indictum, & adversùs eos sæpe prospere pugnatum est. Quum adversùs Etruscos, Umbros, Samnites, Gallos, P. Decio & Q. Fabio ducibus, pugnaretur, Romanusque exercitus in maximo esset discrimine, P. Decius, secutus exemplum patris, devovit se pro exercitu, & morte suâ victoriam ejus pugnæ populo Romano dedit. Papirius Cursor Samnitium exercitum, qui jurejurando obstrictus, quo majore constantiâ virtutis pugnaret, in aciem descenderat, fudit. Census actus est. lustrum conditum. censa sunt civium capita ducenta sexaginta duo millia, & trecenta viginti duo.

T. LIVII PATAVINI

LIBER DECIMUS.

U. c. 450. A. C. 302. L. Genucio, Ser. Cornelio Coss.

I. L. GENUCIO, Ser. Cornelio consulibus, ab externis ferme bellis otium fuit. Soram atque Albam coloniæ (1) deductæ. Albam (2) in Æquos sex millia colonorum scripta. Sora agri Volsci fuerat; sed possederant Samnites. eò quatuor millia hominum missa. Eodem anno Arpinatibus Trebulanisque civitas data (3). Frusinates tertiâ parte agri damnati, quòd Hernicos ab eis sollicitatos compertum: capitaque conjurationis ejus, quæstione ab consulibus ex senatusconsulto habitâ, virgis (4) cæsi ac securi percussi. Tamen, ne prorsus imbellem agerent annum, parva expeditio in Umbriâ (5) facta est; quòd nunciabatur, ex speluncâ quâdam excursiones armatorum in agros fieri. In eam speluncam penetratum cum signis est: & ex eo loco obscuro multa vulnera accepta, maximéque lapidum ictu; donec, altero specûs ejus ore (nam pervius erat) invento, utræque fau-

Latrones in speluncâ oppressi.

ces

C. 1. (1) Nunc denuo colonia Soram deducitur. Suprà enim l. 9. c. 23. Soræ coloniæ meminit Livius. (2) Cujus incolæ dicebantur *Albenses*. Hanc urbem, ad lacum Fucinum sitam, potiùs Marsorum fuisse quidam contendunt. Sed vicini populi; & hanc coloniam paullo pòst *velut arcem finibus Æquorum impositam* dicit noster. (3) Et quidem sine suffragio. De Arpinatibus saltem hoc constat ex l. 38. c. 36. infrà. (4) *Capita conjurationis cæsi;* quemadmodum dicitur *millia triginta capti* infrà l. 27. c. 16. & alibi. Sic Ter. in Eun. 5. 10. *Ut illum Dii Deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est.* Similiter D. Lucas Evang. c. 1. quum v. 59. dixisset παιδιον, v. 62. addit αυτον, pro αυτο. & LXX. interpretes Genes. c. 3. v. 15. σπερματος, αυτος, pro αυτο. (5) Mallemus *in Umbriam*, quod & unus codex præfert.

(6) h. e.

ces congeftis lignis accenfæ : ita intus fumo ac vapore ad duo millia armatorum, ruentia noviffimè (6) in ipfas flammas, dum evadere † tendunt, abfumpta. (7) Marcis Livio Dentre & Æmilio confulibus, redintegratum Æquicum bellum. Coloniam, ægre patientes velut arcem fuis finibus impofitam, fumma vi expugnare adorti, ab ipfis colonis pelluntur. Ceterùm tantum Romæ terrorem fecere, quia vix credibile erat, tam † affectis rebus folos per fe Æquos ad bellum coortos, ut tumultûs ejus causâ dictator diceretur C. Junius Bubulcus. is, cum M. Titinio magiftro equitum profectus, primo congreffu Æquos fubegit, ac, die octavo triumphans in urbem quum rediffet, ædem Salutis, quam (8) conful voverat, cenfor locaverat, dictator dedicavit.

U. c. 451. A. C. 301. M. Livio, M. Æmilio Coff.

C. Junius dictator.

II. Eodem anno claffis Græcorum, (1) Cleonymo duce Lacedæmonio, ad Italiæ litora appulfa, (2) Thurias urbem in Sallentinis cepit. Adversùs hunc hoftem conful Æmilius miffus prælio uno fugatum compulit in naves. Thuriæ redditæ veteri cultori : Sallentinoque agro pax parta. Junium Bubulcum dictatorem miffum in Sallentinos, in quibufdam annalibus invenio : & Cleonymum priùs, quàm confligendum effet cum Romanis, (3) Italiâ exceffiffe. circumvectus inde Brundifii promontorium, medioque finu Hadriatico ventis latus, quum lævâ inportuofa Italiæ littora, dextrâ Illyrii Liburnique & Iftri, gentes feræ, & magnâ ex parte latrociniis maritimis infames, terrerent, penitus ad littora Venetorum pervenit : ibi (4) expofitis paucis, qui loca explorarent, quum

Cleonymus Lacon.

(6) h. e. pof- tremò. Gellius credidit Ciceronem verbis *noviffimus* & *noviffimè* tanquam non Latinis abftinuiffe, l. 10. Noct. Att. c. 21. Eum verò erroris plures viri docti arguerunt. (7) Utrique † prænomen erat *Marcus*. (8) Vid. fuprà l. 9. c. 43.

C. 2. (1) Hic fine dubio eft Cleonymus, Cleomenis regis filius, Arei regis patruus, quem poftea Pyrrhus in regnum revocare tentavit. De ejus rebus in Italiâ & Corcyrâ geftis vid. Diod. Sic l. 20. qui expeditionem ejus ad annum præcedentem refert. Ceterùm non Cleonymus regnum Lacedæmone obtinuit, fed Areus filius fratris ejus, & Leonidas Cleonymi filius: unde impropriè Livius infrà hoc cap. *regem* vocavit. (2) *Thuriæ*, five *Thurii* urbs, priùs *Sybaris*, certè prope *Sybarim* ex ejus ruinis condita, a Sallentinis Tarentino finu dividitur. Doujatius errorem irrepfiffe putat. (3) Sic fuprà l. 2. c. 13. *agro Romano exceffit*. & alibi fæpe. (4) Sic *exponere in terram* Livius dixit infrà l. 24. c. 40. l. 34.

c. 8.

quum audiſſet, tenue (5) prætentum littus eſſe; quod tranſgreſſis ſtagna ab tergo ſint, irrigua æſtibus maritimis; (6) agros haud procul proximos campeſtres cerni; ulteriora colles; inde eſſe oſtium fluminis prægalti, quò circumagi naves in ſtationem tutam vidiſſe: (Meduacus amnis erat) eò invectam claſſem ſubire flumine adverſo juſſit. (7) Graviſſimas navium non pertulit alveus fluminis. in leviora navigia tranſgreſſa multitudo armatorum ad frequentes agros, tribus maritimis Patavinorum vicis colentibus eam oram, pervenit. Ibi egreſſi, levi præſidio navibus relicto, vicos expugnant, inflammant tecta, (8) hominum pecudumque prædas agunt, & dulcedine prædandi longiùs uſque a navibus procedunt. Hæc ubi Patavium ſunt nunciata, (ſemper autem eos in armis accolæ Galli habebant) in duas partes juventutem dividunt. altera in regionem, quâ effuſa populatio nunciabatur; altera, ne cui prædonum obvia fieret, (9) altero itinere ad ſtationem navium, (millia autem quatuordecim ab oppido aberat) ducta. In naves parvas, cuſtodibus interemptis, impetus factus; territique nautæ coguntur naves in alteram ripam amnis transjicere. & in terrâ proſperum æquè in palatos prædatores prœlium fuerat: refugientibuſque ad ſtationem Græcis Veneti obſiſtunt. Ita in medio circumventi hoſtes cæſique; pars capti claſſem indicant regemque Cleonymum tria millia abeſſe. Inde, captivis proximo vico in cuſtodiam datis, pars fluviatiles naves, ad ſuperanda vada ſtagnorum aptè planis alveis fabricatas, pars captiva navigia armatis complent. profectique ad claſſem, immobiles naves, & loca ignota plus, quàm hoſtem, timentes, circumvadunt: fugienteſque in altum acriùs, quàm repugnantes, uſque ad oſtium amnis perſecuti, captis quibuſdam incenſiſque navibus hoſtium, quas trepidatio in vada intulerat, victores revertuntur.

a 8. *exponere in littora* l. 37. c. 28. (5) Virg. l. 3. Æn. v. 692. *Sicanio prætenta ſinu jacet inſula.* & l. 6. v. 60. *prætentaque Syrtibus arva.* (6) Agros haud procul cerni, quorum proximi campeſtres eſſent & in planitiem porrecti; ulteriora colles eſſe. (7) Sic *terrarum ultimas* infrà l. 28. c. 39. *ferociſſimas gentium* l. 42. c. 52. (8) *Præda hominum* ſunt homines jure belli capti. Infrà l. 24. c. 16. *Præda omnis, præterquam hominum captorum, militi conceſſa eſt.* l. 31. c. 18. *hominum prædam omnem amiſit.* (9) Meliùs legas vel, cum Gronovio, *alio*, vel, cum Burmanno, *avio itinere.*

vertuntur. Cleonymus, vix quintâ parte navium incolumi, nullâ regione maris Hadriatici prospere aditâ, discessit. Rostra navium spoliaque Laconum, in æde Junonis veteri fixa, multi supersunt, qui viderunt. Patavii † monumentum navalis pugnæ eo die, quo pugnatum est, quotannis (10) sollenni certamine navium in flumine oppidi medio exercetur.

III. Eodem anno Romæ cum Vestinis, petentibus amicitiam, ictum est fœdus. Multiplex deinde exortus terror. Etruriam rebellare, ab Arretinorum seditionibus motu orto, nunciabatur: ubi (1) Cilnium genus præpotens, divitiarum invidiâ pelli armis cœptum: simul Marsos (2) agrum vi tueri, in quem colonia Carseoli deducta erat, quatuor millibus hominum scriptis. Itaque propter eos tumultus dictus M. Valerius Maximus dictator, magistrum equitum sibi legit M. Æmilium Paullum. id magis credo, quàm Q. Fabium (3) eâ ætate atque eis honoribus Valerio subjectum. ceterùm ex (4) Maximi cognomine ortum errorem haud abnuerim. Profectus dictator cum exercitu prœlio uno Marsos fundit. compulsis deinde in urbes munitas, Milioniam, Plestinam, Fresiliam, intra dies paucos cepit: & parte agri mulctatis Marsis fœdus restituit. Tum in Etruscos versum bellum. &, quum dictator auspiciorum repetendorum causâ profectus Romam esset, magister equitum, pabulatum egressus, ex insidiis circumvenitur; signisque aliquot amissis, fœdâ militum cæde ac fugâ in castra est

M. Valerius dictator.

Etruscorum bellum

itinere. (10) Crevierius legi vult, *sollenne certamen . . . exercetur.* Sed, meâ sententiâ, vulgatum sanum est & elegans. *Exercetur* impersonaliter accipio. *Patavii sollenni certamine exercetur*, pro, *Patavini sollenni certamine se exercent.* Si quid mutandum, (quod non puto) potiùs legendum foret *exercentur*: quemadmodum aliquis dicitur *exerceri agris, equis* &c. Virg. l. 4. Georg. v. 159. l. 7. Æn. v. 163. E.

C. 3. (1) Clarissima fuit apud Tuscos hæc gens Cilnia. Quod etiam testatur Horatius, qui Cilnium Mæcenatem suum *regibus atavis editum* cecinit l. 1. Od. 1. v. 1. (2) Infrà c. 12. colonia deducta dicitur Carseolos in agrum *Æquicolorum.* (3) Suprà l. 3. c. 35. *eâ ætate iisque honoribus actis* (4) Non fuit M. Æmilio Paullo cognomen Maximi. Quare Livius hìc aliquid humani passus esse videtur: qui certè duorum annorum res gestas in unum contulit, quum plerique fastorum conditores antiqui testentur inter consulatum M. Livii ac M. Æmilii c. 1. & M. Valerii ac Q. Appuleii c. 5 & 6 memoratum annum interponendum esse.

compulsus.

compulsus. qui terror non eo tantùm a Fabio abhorret, quòd si quâ aliâ arte cognomen suum æquavit, tum maximè bellicis laudibus: sed etiam, quòd, memor Papirianæ sævitiæ, nunquam, ut dictatoris injussu dimicaret, adduci potuisset.

IV. Nunciata ea clades Romam majorem, quàm res erat, terrorem excivit. nam, ut exercitu deleto, ita justitium indictum; custodiæ in portis, vigiliæ (1) vicatim exactæ; arma, tela in muros congesta. Omnibus junioribus sacramento adactis, dictator, ad exercitum missus, omnia spe tranquilliora & composita magistri equitum curâ, castra in tutiorem locum redacta, cohortes, quæ signa amiserant, extra vallum sine tentoriis (2) destitutas invenit; exercitum avidum pugnæ, quo maturiùs ignominia aboleretur. Itaque confestim castra inde in agrum Rusellanum promovit. Eò & hostes secuti. & quanquam ex bene gestâ re summam & in aperto certamine virium spem habebant; tamen insidiis quoque, quas feliciter experti erant, hostem tentant. Tecta semiruta vici, per vastationem agrorum deusti (3), haud procul castris Romanorum aberant. ibi abditis armatis, pecus in conspectu præsidii Romani, cui præerat Cn. Fulvius legatus, propulsum. ad quam illecebram quum moveretur nemo ab Romanâ statione, pastorum unus, progressus sub ipsas munitiones, inclamat alios, cunctanter ab ruinis vici pecus propellentes, † *quid cessarent, quum per media castra Romana tutò agere possent?* Hæc quum legato Cærites quidam interpretarentur, & per omnes manipulos militum indignatio ingens esset, nec tamen injussu movere (4) auderent; jubet peritos linguæ attendere (5) animum, pastorum sermo agresti, an urbano, propior esset. Quum referrent, sonum linguæ, & corporum habitum, & nitorem, cultiora, quàm pastoralia, esse; *ite igitur, dicite,* inquit, *detegant nequicquam conditas insidias: omnia scire Romanum: nec magis jam dolo capi, quàm armis vinci, posse.* Hæc ubi audita

C. 4. (1) Per vicos urbis. (2) Suprà l. 7. c. 13. *destitutum sine armis.* (3) Hoc verbo utitur noster infrà l. 3. c. 2. l. 40. c. 41 & 45. (4) Verbum *movere* sine casu Livius sæpius usurpare solitus est. (5) Cic. Or. 2. Agr. c. 15. *Attendite animos ad ea, quæ consequuntur.* Utrumque in usu fuit *attendere & advertere animos,* vel *animum.*

sunt,

ſunt, & ad eos, qui conſederant in inſidiis, perlata, conſurrectum repentè ex latebris eſt, & in patentem ad conſpectum undique campum prolata ſigna. Viſa legato major acies, quàm quæ ab ſuo præſidio ſuſtineri poſſet. itaque propere ad dictatorem auxilia accitum mittit; interea ipſe impetus hoſtium ſuſtinet.

V. Nuncio allato, dictator ſigna ferri, ac ſequi armatos jubet. ſed celeriora propè omnia imperio erant. Rapta extemplo ſigna armaque; & vix ab impetu & curſu tenebantur. quum ira ab acceptâ nuper clade ſtimulabat, tum concitatior accidens (1) clamor ab increſcente certamine. Urgent itaque alii alios, hortanturque ſigniferos, ut ociùs eant. quo magis feſtinantes videt dictator, eò impenſiùs retentat (2) agmen, ac ſenſim incedere jubet. Etruſci contrà, (3) principio exciti pugnæ, omnibus copiis aderant. Et ſuper alios alii nunciant dictatori, omnes legiones Etruſcorum capeſſiſſe (4) pugnam; nec jam ab ſuis reſiſti poſſe: & ipſe cernit ex ſuperiore loco, in quanto diſcrimine præſidium eſſet. Ceterùm, ſatis fretus † eſſe etiam nunc tolerando certamini legatum, nec ſe procul abeſſe periculi vindicem, quàm maximè vult fatigari hoſtem, ut integris adoriatur viribus feſſos. Quanquam lentè procedunt, jam tamen ad impetum † capiendum, equiti utique, modicum erat ſpatium. prima incedebant ſigna legionum, ne quid occultum aut repentinum hoſtis timeret: ſed reliquerat inintervalla inter ordines peditum, quâ ſatis laxo ſpatio equi † permitti poſſent. (5) Pariter ſuſtulit clamorem acies; & † emiſſus eques libero curſu in hoſtem invehitur, (6) incompoſitiſque adversùs equeſtrem procellam ſubitum pavorem offundit. Itaque, ut propè ſerum auxilium

C. 5. (1) Sic ſuprà l. 4. c. 33. *clamor deinde accidit novus.* l. 8. c. 39. *clamor inde novus accidens.* Similiter infrà hoc lib. c. 41 & 43. l. 40. c. 32. (2) Emphaſis hìc eſt in frequentativo; quo indicat, dictatorem ſubinde omni hâc viâ ſæpius retinuiſſe milites. Simili ſenſu occurrit apud Tac. l. 2. Hiſt. c. 35. l. 5. Hiſt. c. 21. (3) Principio ſtatim pugnæ a ſuis inſidiatoribus commiſſæ exciti e caſtris. (4) *Capeſſere pugnam* occurrit infrà c. 19. & ſuprà l. 2. c. 6. (5) Uno eodemque tempore. (6) Quum incompoſiti eſſent, atque imparati ad excipiendum equitatûs effuſo curſu invadentis impetum. [*Equeſtris procella* occurrit infrà l. 30. c. 18. *ὑπερχεϊ ἰσος ἀελλῃ.* Hom. Il. Λ. v. 297. *ἀελλοποδες ἱπποι.*

ſiium jam penè circumventis, ita (7) univerſa requies data eſt. integri accepere pugnam: nec ea ipſa longa, aut anceps fuit. Fuſi hoſtes caſtra repetunt, inferentibuſque jam ſigna Romanis cedunt, & in ultimam caſtrorum partem conglobantur. Hærent fugientes in anguſtiis portarum: pars magna aggerem vallumque conſcendunt, ſi aut ex ſuperiore loco tueri ſe, aut ſuperare aliquâ & evadere poſſent. Fortè quodam loco malè (8) denſatus agger pondere ſuperſtantium in foſſam procubuit: atque eâ quum Deos pandere viam fugæ conclamaſſent, plures inermes, quàm armati, evadunt. Hoc prœlio fractæ iterum Etruſcorum vires: &, pacto annuo ſtipendio, & duum menſium frumento, permiſſum ab dictatore, ut de pace legatos mitterent Romam. Pax negata: induciæ biennii datæ. dictator triumphans in urbem rediit. Habeo auctores, ſine ullo memorabili prœlio pacatam ab dictatore Etruriam eſſe, ſeditionibus tantùm Arretinorum compoſitis, & Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto. Conſul ex dictaturâ factus M. Valerius, non petentem, atque adeò etiam abſentem, creatum (9) credidere quidam; & per interregem ea comitia

U. c. 452. A. C. 300. M. Valerio V. Q. Appuleio Coss.

(10) facta. id unum non ambigitur, conſulatum cum Appuleio Panſâ geſſiſſe.

VI. M. Valerio (1) & Q. Appuleio conſulibus, ſatis pacatæ

λεπτα. Pind. E. (7) *Univerſa requies*, ut ſuprà l. 4. c. 27. *ſpem univerſæ victoriæ.* l. 7. c. 11. *univerſi belli eventum.* infrà l. 22. c. 12. *univerſo periculo.* c. 32. *caſum univerſæ dimicationis.* & ſimilia. (8) h. e. non ſatis denſatus. Sic Virg. l. 1. Georg. v. 105. *cumulosque ruit malè pinguis arenæ.* (9) Magis placeret *tradidere.* [Eorum ſententia mihi veriſimilior videtur; quia dictator, ſi comitiis præeſſet, vix ſe ipſe conſulem creaturus foret. Vid. ſuprà l. 3. c. 35. & l. 7. c. 25. E.] (10) *Comitia facta* dicuntur ſuprà l. 5. c. 1. *fieri* ibid. c. 14. l. 1. c. 35. Sic *concilia facere* l. 3. c. 10. & *comitiis perfectis* infrà c. 16. & alibi.

C. 6. (1) M. Valerium, hujus anni ordinarium, & ſequentis ſuffectum conſulem, fuiſſe celeberrimum M. Valerium Corvum, ex Plinio liquet; qui docet l. 7. Hiſt. Nat. c. 48. inter primum & ſextum Corvi conſulatum quadraginta & ſex annos interfuiſſe. Tot autem anni intereſſe reperiuntur a Corvo primùm conſule ad M. Valerium T. Manlio ſuffectum, ſi Plinius ſimiles, ac Livius adhibuit, faſtos ſecutus ſit, & annos utrinque extremos connumeraverit. Hinc ſequitur, ſi M. Valerius hoc anno ex dictaturâ conſul factus eſt, & Corvi cognomen habuit, anni prioris dictatorem, non *M. Valerium Maximum*, ſed *Valerium Corvum* fuiſſe; & Livium ſuprà c. 3. lapſum eſſe, quum crediderit ex *Maximo*

pacatæ foris res fuere. Etrufcum adverfa (2) belli res & induciæ quietum tenebant: Samnitem, multorum annorum cladibus domitum, hauddum fœderis novi pœnitebat. Romæ quoque plebem quietam & exoneratam deducta in colonias multitudo præftabat. tamen, ne undique tranquillæ res effent, certamen † injectum inter primores civitatis, patricios plebeiofque, ab tribunis plebis Q. & Cn. Ogulniis. qui, undique criminandorum Patrum apud plebem occafionibus quæfitis, poftquam alia fruftra tentata erant, eam actionem fufceperunt, quâ non infimam plebem accenderent, fed ipfa capita plebis, confulares triumphalefque plebeios: quorum honoribus nihil, præter facerdotia, quæ nondum promifcua erant, deeffet. Rogationem ergo promulgarunt, ut, quum quatuor augures, quatuor pontifices eâ tempeftate effent, placeretque augeri facerdotum numerum, quatuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes, adlegerentur. Quemadmodum ad quatuor augurum numerum, nifi morte duorum, id redigi collegium potuerit, non invenio; quum inter augures conftet, (3) imparem numerum debere effe, ut tres antiquæ tribus (4), Ramnes, Titienfes, Luceres, fuum quæque augurem habeant; aut, fi pluribus fit opus, pari inter fe numero facerdotes multiplicent: ficut multiplicati funt, quum ad quatuor quinque adjecti novem numerum, ut terni in fingulas effent, expleverunt. Ceterùm, quia de plebe adlegebantur, juxtà eam rem ægre paffi Patres, quàm quum confulatum vulgari viderent. Simulabant ad Deos id magis, quàm ad fe, pertinere: ipfos vifuros, ne facra fua polluantur. id fe optare tantùm, ne qua in rempublicam clades veniat. Minùs autem † tetendere, affueti jam tali genere certaminum vinci. (5) & cernebant adverfarios,

Certamen inter patricios & plebeios de facerdotiis.

Maximi cognomine ortum errorem annalium fuiffe. Ex faftis autem conftat eum, qui anno u. c. 443. conful fuit, & Livio fimpliciter *M. Valerius*, omiffo cognomine, vocatur l. 9. c. 28. fuiffe M. Valerium *Maximum*. (2) Alii habent *adverfæ*. Gronovius delendum cenfet *το res*; ut *adverfa belli* dicatur, quemadmodum *incerta belli*, aliaque fimilia. (3) Nempe ternarium, vel e ternario factum. Hæc enim eft Livii mens: tres effe primò debere augures, ut fuum quæque tres antiquæ tribus augurem habeant: fi pluribus fit opus, eorum numerum ita debere ampliari, ut par fit augurum numerus in unaquaque illarum tribuum. Unde colligitur illud collegium ad numerum *quatuor* redigi non potuiffe, nifi morte duorum. (4) Vid. fuprà not. 3. ad c. 13. l. 1. (5) Et cernebant

versarios, non, id quod olim vix speraverint, affectantes magnos honores, sed omnia jam, in quorum spem dubiam erat certatum, tamen adeptos, multiplices consulatus, censurasque & triumphos.

VII. Certatum tamen (1) suadendâ dissuadendâque lege inter Ap. Claudium maximè ferunt, & (2) inter P. Decium Murem. qui quum eadem ferme de jure Patrum ac plebis, quæ pro lege Liciniâ quondam contraque eam dicta erant, quum plebeiis consulatus rogabatur, disseruissent; (3) retulisse dicitur Decius parentis sui speciem, qualem eum multi, qui in concione erant, viderant, incinctum Gabino cultu, super telum stantem, quo se habitu pro populo ac legionibus Romanis devovisset. *tum P. Decium consulem purum piumque Diis immortalibus visum, æquè ac si T. Manlius collega ejus devoveretur. eundem P. Decium, qui sacra publica populi Romani faceret, legi ritè non potuisse? id esse periculum, ne suas preces minùs audirent Dii, quàm Ap. Claudii? castiùs eum sacra privata facere, & religiosiùs Deos colere, quàm se?* (4) *quem pœnitere votorum, quæ pro republicâ nuncupaverint tot consules plebeii, tot dictatores, aut ad exercitus euntes, aut inter ipsa bella?* (5) *Numerarentur duces eorum annorum, quibus plebeiorum ductu & auspicio res geri cœptæ sunt: numerarentur triumphi.* (6) *jam ne nobilitatis quidem suæ plebeios pœnitere.*

Decii oratio de sacerdotiis cum plebe communicandis.

nebant eos sibi adversarios esse, qui non affectabant magnos honores, (id quod olim vix speraverant) sed qui jam maximos honores, utcunque difficulter, tamen adepti erant. Interpunctionem hujus loci mutavi: quæ, pessima quidem in editione Crevierianâ, etiam in Drakenborchianâ mihi minùs sana videtur. E.

C. 7. (1) Sic infrà l. 45. c. 21. *ne quis priùs intercederet legi, quàm privatis suadendi dissuadendique legem potestas facta esset.* (2) Bentleius ad Hor. l. 1. Sat. 7. v. 2. genus hoc loquendi *inter Ap. Claudium & inter P. Decium* vitiosum & ἰδιωτικὸν existimat; eo judice, quivis alius scriptor τὸ *inter* semel tantùm posuisset. Sed falli virum doctum ex hoc exemplo liquet; & alii scriptores optimi, poëtæ & prosaïci, similiter locuti sunt. (3) Revocasse, & vi orationis præsentem quodammodo ob oculos stetisse imaginem parentis sui. (4) Ideo nempe neminem pœnituit illorum votorum, quia apparuit ex prospero bellorum eventu vota accepta diis fuisse. (5) Tot numerari triumphos, quot duces ex plebe. Vel, si cui hæc interpretatio displiceat, ut quæ Decium contra fidem historicam loquentem inducit; sic locus accipi potest: si numerentur & duces & triumphi, ex quo tempore imperia summa plebeiis paterent, liquebit, ex numero plebeiorum ducum triumphantium, neminem pœnitere votorum &c. E. (6) Jam & plebeiis satis esse nobilitatis. Nobilitas

pœnitere. pro certo habere, si quod repens bellum oriatur, non plus spei fore senatui populoque Romano in patriciis, quàm in plebeiis ducibus. Quod quum ita se habeat, cui Deorum hominumve indignum videri potest, inquit, *eos viros, quos vos sellis curulibus, togâ † prætextâ,* (7) *tunicâ palmatâ, &* (8) *togâ pictâ, &* (9) *coronâ triumphali laureâque honoraritis,* (10) *quorum domos spoliis hostium affixis insignes inter alias feceritis, pontificalia atque auguralia insignia adjicere* (11)*? qui,* (12) *Jovis optimi maximi ornatu decoratus, curru aurato per urbem vectus in Capitolium ascenderit, si conspiciatur cum* (13) *capide ac lituo, capite velato victimam cædat, auguriumve ex arce capiat* (14)*? Cujus imaginis titulo consulatus, censuraque, & triumphus, æquo animo legetur; si auguratum aut pontificatum adjeceritis, non sustinebunt legentium oculi? Equidem (pace dixerim Deûm) eos nos jam populi Romani beneficio esse spero, qui sacerdotiis non minus reddamus dignatione* (15) *nostrâ honoris, quàm acceperimus; et Deorum magis, quàm nostrâ causâ expetamus, ut, quos privatim colimus, publicè colamus.*

VIII. † *Quid autem ego sic adhuc † egi, tanquam † integra sit causa patriciorum de sacerdotiis, et non jam in possessione*

litas apud Romanos ducebatur ab majorum honoribus. Itaque ii plebeii, quorum patres consulatum, aut præturam, aut censuram, aut dictaturam gesserant, nobiles erant. (7) Tunicâ intextis palmis ornatâ. Hæc, & quæ sequuntur, insignia erant triumphantium; quemadmodum præcedentia magistratuum. (8) Togâ purpureâ, quæ diversarum rerum figuras acu pictas habebat. (9) Quæ antiquitus e lauro fuit, postea ex auro fieri cœpta est. (10) Mos fuit Romanis, ut spolia hostium devictorum in postibus domorum suarum figerent. Vid. infrà l. 23. c. 23. l. 38. c. 43. Virg. l. 2. Æn. v. 504. l. 3. v. 286. & l. 7. v. 183. Sed ne ea quidem, ædibus abalienatis, licebat emptori refigere aut tollere; ut Plinius docet l. 35. c. 2. (11) Nempe sibi, vel suis aliis monumentis. (12) Coronâ aureâ, sceptro regio; quibus triumphantes, quemadmodum, ipse Jupiter, decorabantur. Quin etiam faciem triumphantibus minio illini olim solitam, quemadmodum Jovi & quibusdam aliis diis, Plinius memorat. (13) Capis vas pontificale fuit, a capiendo dictum. De lituo, augurum insigni, vid. suprà l. 1. c. 13. Mox *capite velato victimam cædere* circumscriptio est muneris pontificalis. Sacrificantibus enim caput velari solebat, nisi si Saturno, Honori, aut Herculi res divina fieret. Vid. Brisson. de Form. l. 1. pag. 36. Æn. v. 405. (14) Repetendum est ex præcedenti, *cui Deorum hominumve indignum videri potest?* Et (15) Si nempe digni habeamur, qui ad ea admittamur.

unius

unius amplissimi simus sacerdotii? (1) *Decemviros sacris faciundis, carminum Sibyllæ ac fatorum populi hujus interpretes, antistites eosdem* (2) *Apollinaris sacri ceremoniarumque aliarum, plebeios videmus. Nec tum patriciis ulla injuria facta est, quum duumviris sacris faciundis adjectus est propter plebeios numerus: et* (3) *nunc tribunus, vir fortis ac strenuus, quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit* (4), *in quæ plebeii nominentur; non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adjuvent vos homines plebeii divinis quoque rebus procurandis, sicut in ceteris* (5) *humanis pro parte virili adjuvant. Noli erubescere, Appi, collegam in sacerdotio habere, quem in censurâ, quem in consulatu collegam habere potuisti: cujus tam dictatoris magister equitum, quàm magistri equitum dictator esse potes. Sabinum advenam, principem nobilitatis vestræ, seu Attum Clausum, seu Ap. Claudium mavultis, illi antiqui patricii in suum numerum acceperunt. Ne fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere. multa nobiscum decora afferimus; immo omnia eadem, quæ vos superbos fecerunt. L. Sextius primus de plebe consul est factus. C. Licinius Stolo primus magister equitum, C. Marcius Rutilus primus et dictator et censor, Q. Publilius Philo primus prætor. Semper ista audita sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos † gentem habere, vos solos justum imperium et auspicium domi militiæque. Æquè adhuc prosperum plebeium ac patricium fuit, porroque erit. † En unquam fando audistis, patricios primò esse factos, non de cælo demissos, sed qui patrem † ciere possent, id est, nihil ultrà quàm ingenuos? Consulem jam patrem ciere possum, avumque jam poterit filius meus.* (6) *Nihil est aliud in re, Quirites, nisi ut omnia negata adipiscamur. certamen tantùm patricii*

C. 8. (1) Vid. suprà l. 6. c. 42. (2) His verbis designatur procul dubio peculiare aliquod sacrum, quod in honorem Apollinis per decemviros sacrorum perageretur. In libris Sybillinis præcepta fuisse *de ludis Apollini reque divinâ faciunda*, constat ex l. 25. c. 12. infrà. (3) Sed dissimilis res est, si vera sit conjectura, quam Livius attulit suprà c. 6. Si enim pro sex auguribus patriciis deinceps tantùm quatuor forent, omnino iis duo augurum loca erepta esse negari nequit. (4) h. e. adjicere voluit. Dukerus mallet *adjicit;* quia res nondum perfecta est. (5) In ceteris rebus, quæ ad homines pertinent. *Pro parte virili*, ut suprà in Præf. l. 3. c. 71. & alibi. (6) Hoc unum agitur a patriciis, hoc unum volunt patricii, ut nihil adipiscamur, nisi negatum, nisi postquam ab ipsis negatum fuerit. Suprà l. 4. c. 4. *Quid enim in re est aliud, si* &c.

patricii petunt, nec curant, quem eventum certaminum habeant. Ego hanc legem, quod bonum, faustum, felixque sit vobis ac reipublicæ, (7) *uti rogas, jubendam censeo.*

IX. Vocare tribus extemplo populus jubebat, apparebatque accipi legem: ille tamen dies est intercessione sublatus. postero die, deterritis tribunis, ingenti consensu accepta est. Pontifices creantur suasor legis P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Rutilus, M. Livius Denter. Quinque augures item de plebe, C. Genucius, P. Ælius Pætus, M. Minucius Fessus, C. Marcius, T. Publilius. Ita octo pontificum, novem augurum numerus factus. Eodem anno M. Valerius consul de provocatione legem tulit, diligentiùs † sanctam. (1) tertiò ea tum post reges exactos lata est, semper a familiâ eâdem. Causam renovandæ sæpius haud aliam fuisse reor, quàm quòd plus paucorum opes, quàm libertas plebis, poterant. (2) Porcia tamen lex sola pro tergo civium lata videtur: quòd gravi pœnâ, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit. Valeria lex, quum eum, qui provocasset, virgis cædi, securique necari vetuisset, si quis adversùs ea fecisset, nihil ultrà, quàm improbè factum, adjecit. Id (qui tum pudor hominum erat) visum, credo, vinculum satis validum legis. (3) nunc vix seriò ita minetur quisquam. Bellum ab eodem consule haudquaquam memorabile adversùs rebellantes Æquos, quum præter animos feroces nihil ex antiquâ fortunâ haberent, gestum est. Alter consul Appuleius in Umbriâ Nequinum oppidum circumsedit. locus erat arduus, atque in parte unâ præceps, ubi nunc Narnia sita est. nec vi, nec munimento capi poterat. Itaque eam infectam rem M. Fulvius Pætinus, T. Manlius Torquatus, novi consules, acceperunt. In eum annum quum Q. Fabium consulem non petentem omnes dicerent centuriæ, ipsum auctorem fuisse Macer Licinius ac Tubero tradunt differendi sibi consulatûs in bellicosiorem annum:

Pontifices & augures plebeii.

Lex de provocatione tertiò lata.

Sanctio Valeriæ legis.

U. c. 453. A. C. 299. M. Fulvio, T. Manlio Coss.

&c. (7) Vid. suprà not. 5. ad c. 38. l. 6.

C. 9. (1) Vid. suprà l. 2. c. 8. & l. 3. c. 55. (2) Porciam legem tulit circa hæc tempora P. Porcius Læca, quæ virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit. Cic. pro Rabir. c. 4. Sall. in Catil. c. 51. (3) Nunc quicunque ita minetur, vix serio agere videretur.

(4) Non

annum: eo anno majori se usui reipublicæ fore, urbano gesto magistratu. ita nec dissimulantem, quid mallet, nec petentem tamen, ædilem curulem cum L. Papirio Cursore factum. Id ne pro certo ponerem, vetustior annalium auctor Piso effecit; qui eo anno ædiles curules fuisse tradit (4) C. Domitium Cn. F. Calvinum & Sp. Carvilium Q. F. Maximum. Id credo cognomen errorem in ædilibus fecisse: secutamque fabulam mixtam ex ædiliciis & consularibus comitiis, convenientem errori. Et lustrum eo anno conditum a P. Sempronio Sopho & P. Sulpicio Saverrione censoribus: (5) tribusque additæ duæ, Aniensis ac Terentina. Hæc Romæ gesta.

Tribus novæ.

X. Ceterùm ad Nequinum oppidum quum segni obsidione tempus tereretur, duo ex oppidanis, quorum erant ædificia juncta muro, specu facto ad stationes Romanas itinere occulto perveniunt: inde ad consulem deducti, præsidium armatum se intra mœnia & muros accepturos confirmant. Nec aspernanda res visa, neque incautè credenda. cum altero eorum (nam alter obses retentus) duo exploratores per cuniculum missi: per quos satis compertâ re, trecenti armati, transfugâ duce in urbem ingressi, nocte portam, quæ proxima erat, cepere. quâ refractâ (1), consul exercitusque Romanus sine certamine urbem invasere. Ita Nequinum in ditionem populi Romani venit. Colonia eò adversùs Umbros missa, a (2) flumine Narnia appellata: exercitus cum magnâ prædâ Romam reductus. Eodem anno ab Etruscis adversùs (3) inducias paratum bellum. (4) sed eos alia molientes Gallorum ingens exercitus, fines ingressus, paullisper a proposito avertit. Pecuniâ deinde, quâ multum poterant, freti, socios ex hostibus facere Gallos conantur, ut eo adjuncto exercitu cum Romanis bellarent. De

Etrusci bellum adversùs Romanos moliuntur.

(4) Non facilè reperies in Domitiis hoc prænomen. Lege vel *Cn.* vel *L. Domitium*; quod & codices nonnulli præferunt. (5) Tunc tres & triginta tribus factæ. Vid. suprà l. 9. c. 20. *Aniensis* tribus, fortasse ab Aniene amne. *Terentina* fortasse a Terento, qui locus erat in Campo Martio.

C. 10. (1) *Refringere* in hac re proprium est. Suprà l. 6. c. 17. l. 9. c. 24. infrà c. 30 & 43. & alibi. (2) Fluminis nomen Nar. (3) Contra fidem induciarum. Anno u. c. 451. exeunte, induciæ biennii Etruscis datæ: quæ igitur nondum exierant. (4) Etruscos nihil de Gallis cogitantes, sed alia molientes, nempe Romanum bellum, Galli

De societate haud abnuunt barbari: de mercede agitur. quâ pactâ acceptâque, quum parata cetera ad bellum essent, sequique Etruscus juberet, inficias eunt, *mercedem se belli Romanis inferendi pactos. quicquid acceperint, accepisse, ne agrum Etruscum vastarent, armisque lacesserent cultores. Militaturos tamen se, si utique Etrusci velint; sed nullâ aliâ mercede, quàm ut* (5) *in partem agri accipiantur, tandemque aliquâ sede certâ consistant.* Multa de eo concilia populorum Etruriæ habita. nec perfici quicquam potuit; non tam quia imminui agrum, quàm quia accolas sibi quisque adjungere tam efferatæ gentis homines horrebat. ita dimissi Galli pecuniam ingentem sine labore ac periculo partam retulerunt. Romæ terrorem præbuit fama Gallici tumultûs ad bellum Etruscum adjecti: eo minùs cunctanter fœdus ictum cum Picenti populo est.

XI. T. Manlio consuli Etruria provincia sorte evenit; qui, vixdum ingressus hostium fines, quum exerceretur inter equites, ab rapido cursu circumagendo equo effusus, extemplo propè exspiravit. tertius ab eo casu dies finis vitæ consuli fuit. Quo velut omine belli accepto, Deos pro se (1) commisisse bellum memorantes Etrusci sustulere animos. Romæ, tum desiderio viri, tum incommoditate temporis, tristis nuncius fuit: (2) ut Patres ab jubendo dictatore consulis subrogandi comitia, ex sententiâ principum habita, deterruerint. (3) M. Valerium consulem omnes sententiæ centuriæque dixere, quem senatus dictatorem dici jussurus fuerat. tum extemplo in Etruriam ad legiones proficisci jussit. Adventus ejus compressit Etruscos, adeò ut nemo extra munimenta egredi auderet, timorque ipsorum obsidioni (4) similis esset. neque illos novus consul vastandis agris urendisque tectis, quum passim non villæ solùm, sed frequentes quoque vici, incendiis fumarent, elicere ad certamen potuit. Quum hoc segnius bellum (5) opinione esset, alterius

T. Manlius Cos. moritur.

M. Valerius suffectus.

Galli invadunt. Quidam malunt legere *talia molientes.* (5) Sic † *vocare in partem.*

C. 11. (1) Vid. † *committere spectaculum.* (2) Ita ut nihil aliud Patres deterruerit ab jubendo dictatore, quàm quòd comitia consulis subrogandi ex sententiâ principum sunt habita; quòd comitiis electus est is consul quem principes volebant. (3) Hic sextus est M. Valerii Corvi consulatus. (4) h. e similis timori obsessorum. (5) Sic Sall.

alterius belli, quod multis in vicem cladibus haud immeritò terribile erat, fama Picentium, novorum sociorum, indicio exorta eſt: *Samnites arma et rebellionem ſpectare, ſeque âb iis ſollicitatos eſſe.* Picentibus gratiæ actæ, (6) & magna pars curæ Patribus ab Etruriâ in Samnites verſa eſt. Caritas etiam annonæ ſollicitam civitatem habuit: ventumque ad inopiæ ultimum foret, ut ſcripſere, quibus ædilem fuiſſe eo anno Fabium Maximum placet, ni ejus viri cura, qualis in bellicis rebus multis tempeſtatibus fuerat, talis domi tum in annonæ † diſpenſatione, præparando ac convehendo frumento, fuiſſet. Eo anno (nec traditur cauſa) interregnum initum. interreges fuere Ap. Claudius, dein P. Sulpicius. Is comitia conſularia habuit. † creavit L. Cornelium Scipionem, Cn. Fulvium conſules. Principio hujus anni oratores Lucanorum ad novos conſules venerunt, queſtum, *quia conditionibus pellicere ſe nequiverint ad ſocietatem armorum, Samnites infeſto exercitu ingreſſos fines ſuos vaſtare, belloque ad bellum cogere. Lucano populo ſatis ſuperque erratum quondam: nunc ita obſtinatos animos eſſe, ut omnia ferre ac pati tolerabilius ducant, quàm ut unquam poſtea nomen Romanum violent. Orare Patres, ut, et Lucanos in fidem accipiant, et vim atque injuriam ab ſe Samnitium arceant. Se, quanquam, bello cum Samnitibus ſuſcepto, neceſſaria jam facta † adversùs Romanos fides ſit, tamen obſides dare paratos eſſe.*

Samnites rebellant.

U. c. 454. A. C. 298. L. Cornelio, Cn. Fulvio Coſſ.

XII. Brevis conſultatio ſenatûs fuit. ad unum omnes jungendum fœdus cum Lucanis, reſque repetendas ab Samnitibus, cenſent. Benignè reſponſum Lucanis, ictumque fœdus. Feciales miſſi, qui Samnitem decedere agro ſociorum, ac deducere exercitum finibus Lucanis juberent. quibus obviàm miſſi ab Samnitibus, qui denunciarent, *Si quod adiſſent in Samnio concilium, haud inviolatos abituros.* Hæc poſtquam audita ſunt Romæ, bellum Samnitibus & Patres cenſuerunt, & populus juſſit. Conſules inter ſe provincias partiti ſunt. Scipioni Etruria, Fulvio Samnites obvenerunt; † diverſique, ad ſuum quiſque bellum, proficiſcuntur. Scipioni, ſegne bellum & ſimile prioris anni militiæ exſpectanti, hoſtes ad Vola-

Fœdus cum Lucanis.

Sall. in Jug. c. 53. *quò Metellus amplius opinione morabatur.* E. (6) Et Patres, hac uſque de ſolâ Etruriâ ſolliciti, coacti ſunt magnam partem curæ vertere in Samnitium bellum.

terras

terras instructo agmine occurrerunt. Pugnatum majore parte diei, magnâ utrinque cæde. nox incertis, quâ data victoria esset, intervenit: lux insequens victorem victumque ostendit. Nam Etrusci silentio noctis castra reliquerunt. Romanus, egressus in aciem, ubi profectione hostium concessam victoriam videt, progressus ad castra, vacuis cum plurimâ prædâ (nam & stativa (1) trepidè deserta fuerant) potitur. inde in Faliscum agrum copiis reductis, quum impedimenta Faleriis cum modico præsidio reliquisset, expedito agmine ad depopulandos hostium fines incedit. Omnia ferro ignique vastantur; prædæ undique actæ: nec solum modò vastum hosti relictum, sed castellis etiam vicisque (2) illatus ignis: urbibus oppugnandis temperatum, in quas timor Etruscos compulerat. Cn. Fulvii consulis clara pugna in Samnio ad *Bovianum haudquaquam ambiguæ victoriæ fuit. Bovianum inde aggressus, nec ita multo pòst Aufidenam vi cepit.

Pugna cum Etruscis.

Samnites victi.

XIII. Eodem anno Carseolos (1) colonia in agrum Æquicolorum deducta. Fulvius consul de Samnitibus triumphavit. Quum comitia consularia instarent, fama exorta, Etruscos Samnitesque ingentes conscribere exercitus; palam omnibus conciliis vexari principes Etruscorum, quòd non Gallos quâcunque conditione traxerint ad bellum: increpari magistratus Samnitium, quòd exercitum, (2) adversùs Lucanum hostem comparatum, objecerint Romanis: itaque suis sociorumque viribus consurgere hostes

C. 12. (1) Plures codices habent *nam & stativa & trepidè deserta fuerant;* quod unicè verum existimo, licet vulgatum Drakenborchius genuinum esse pronunciarit. Ita duas assignabit causas Livius, cur præda plurima in castris Etruscorum fuerit; primò, quòd castra stativa fuerant, adeóque plurimæ res in longum tempus necessariæ eò collatæ; secundò, quòd Etrusci ea trepidè deseruerant. Si vulgatum servetur, quæ vis particulæ & ante *stativa* inest, vix conjicere possum. E. (2) Sic Tac. l. 3. Hist. c. 47. *Classi quoque faces intulit.*

C. 13. (1) Vid. suprà c. 3. unde apparet hanc coloniam nunc potiùs suppleri, quàm deduci. Cluverius censet Livium alios hoc, alios illo loco scriptores secutum esse, qui & tempus deductæ coloniæ, & gentem in quam deducta est, variarunt. Id autem etiam alibi a Livio commissum esse, infrà videbimus ad l. 42. c. 47. (2) To *adversùs* ab omnibus fere codicibus exsulat. Lege igitur cum Gronovio *in;* quæ præpositio intercepta

hoſtes ad bellum, & haudquaquam (3) pari † defungendam eſſe certamine. Hic terror, quum illuſtres viri conſulatum peterent, omnes in Q. Fabium Maximum, primo non petentem, deinde, ut inclinata ſtudia vidit, etiam recuſantem convertit. † *Quid ſe jam ſenem, ac perfunctum laboribus laborumque præmiis, ſollicitarent? Nec corporis, nec animi vigorem remanere eundem: et fortunam ipſam vereri, ne cui Deorum nimia jam in ſe, et conſtantior, quàm velint humanæ res, videatur. Et ſe gloriæ ſeniorum* (4) *ſuccreviſſe, et ad ſuam gloriam conſurgentes alios lætum aſpicere. nec honores magnos fortiſſimis viris Romæ, nec honoribus deeſſe fortes viros.* Acuebat hâc moderatione tam juſta ſtudia; quæ verecundiâ legum reſtinguenda ratus, (5) legem recitari juſſit, quâ intra decem annos eundem conſulem refici non liceret. Vix præ ſtrepitu audita lex eſt: tribunique plebis, *nihil id impedimenti futurum*, aiebant: *ſe ad populum laturos, uti legibus ſolveretur.* Et ille quidem in recuſando perſtabat, *quid ergo attineret leges ferri*, rogitans, *quibus per eoſdem* (6), *qui tuliſſent, fraus fieret? Jam regi leges, non regere.* Populus nihilominus ſuffragia inibat: &, ut quæque intro (7) vocata erat centuria, conſulem haud dubiè Fabium dicebat. Tum demum conſenſu civitatis victus, *Dii approbent*, inquit, *quod agitis, acturique eſtis, Quirites. Ceterùm, quoniam in me, quod vos vultis, facturi eſtis, in collegâ ſit meæ apud vos gratiæ locus. P. Decium, expertum mihi concordi collegio virum, dignum vobis, dignum parente ſuo, quæſo, mecum*

Q. Fabius iterum conſul creatur.

tercepta fuit, ut ſæpe aliàs, a vocis præcedentis literâ finali *m*. (3) Tam facili, quàm ad Bovianum. (4) *Succreſcere* eſt in locum refectorum creſcere. Sic Cic l. 3. de Or. ad fin. *non enim ille mediocris orator veſtræ quaſi ſuccreſcit ætati.* (5) Hanc legem reperies ſuprà l. 7. c. 42. Ejus hæc vis eſſe debuit, ut ſolidum decennium inter geminum ejuſdem hominis conſulatum effluxiſſe juberetur. Alioquin eâ non teneretur Fabius, qui conſul ultimùm fuit anno u. c. 445. & nunc creatur in annum 455. Ceterùm ea lex parum diligenter his temporibus ſervabatur, & aliquoties quum in aliis, tum in ipſo Fabio neglecta fuerat. Sed & doctiſſimi viri annum unum per duas ex ordine dictaturas tranſactum inſerendum cenſuere, inter eos annos quos 451. & 452. numeravimus: qui annus inſititius efficit, ut toti decem anni ab ultimo Fabii conſulatu jam elapſi ſint. Inde judicat Dodwellus, quæ de decennali lege diſſeruiſſe memoratur ad populum Fabius, potùs locum habuiſſe, quum in annum 453. conſulem eum non petentem populus creare vellet, ſuprà c. 9. (6) Nempe tribunos plebis (7) In † *ovile.* Sic infrà c. 24. *priuſquam intro*

cum consulem faciatis. Justa † suffragatio visa. omnes, quæ supererant, centuriæ Q. Fabium, P. Decium consules dixere. Eo anno plerisque dies dicta ab ædilibus, quia plus, quàm quod lege † finitum erat, agri possiderent. nec quisquam ferme est purgatus: vinculumque ingens immodicæ cupiditatis (8) injectum est.

XIV. Consules novi, Q. Fabius Maximus quartùm & P. Decius Mus tertiùm, quum inter se agitarent, uti alter Samnites hostes, alter Etruscos deligeret; quantæque in hanc aut in illam provinciam copiæ satis, & uter ad utrum bellum dux idoneus magis esset; ab Sutrio & Nepete & Faleriis legati, (1) auctores, concilia Etruriæ populorum de petendâ pace haberi, totam belli molem in Samnium averterunt. Profecti consules, quo expeditiores commeatus essent, & incertior hostis, † quâ venturum bellum foret, Fabius per Soranum, Decius per Sidicinum agrum, in Samnium legiones ducunt. Ubi in hostium fines ventum est, uterque populabundus effuso agmine incedit. explorant tamen latiùs, quàm populantur. Igitur non fefellere ad Tifernum hostes in occultâ valle instructi, quam ingressos Romanos superiore ex loco adoriri parabant. Fabius, impedimentis in locum tutum remotis, præsidioque modico imposito, præmonitis militibus adesse certamen, quadrato agmine ad prædictas hostium latebras succedit. Samnites, (2) desperato improviso tumultu, quando in apertum † semel discrimen evasura esset res, & ipsi acie † justâ maluerunt concurrere. itaque & in æquum descendunt, ac fortunæ se, majore animo, quàm spe, committunt. Ceterùm, sive quia ex omnium Samnitium populis, quodcunque roboris fuerat, contraxerant, seu quia discrimen summæ rerum augebat animos, aliquantum apertâ quoque pugnâ præbuerunt terroris. Fabius, ubi nullâ ex parte hostem loco moveri vidit, (3) M. Fulvium & M. Valerium,

U. c. 455. A. C. 297. Q. Fabio IV. P. Decio III, Coss.

Ambo Coss. in Samnium legiones ducunt.

Prælium atrox cum Samnitibus.

intro vocarentur ad suffragia tribus. (8) Supple *possessoribus agrorum.* *Vinculum cupiditatis*, ut *vinculum fugæ* infrà c. 41. Vel fortasse legendum *cupiditati*.

C. 14. (1) Nunciando, edocendo. (2) Sic suprà l. 9. c. 14. *desperatâ veniâ.* infrà l. 23. c. 17. *desperatâ tutelâ urbis.* l. 42. c. 25. *desperato jam colloquio.* l. 23. c. 14. *quia non desperabat voluntariam deditionem.* (3) Nonnulli

Valerium, tribunos militum, cum quibus ad primam aciem procurrerat, ire ad equites jubet, & adhortari, *ut, si quando unquam equestri ope adjutam rempublicam meminerint, illo die annitantur, ut ordinis ejus gloriam invictam præstent. Peditum certamine immobilem hostem † restare; omnem reliquam spem in impetu esse equitum.* & ipsos nominatim juvenes, pari comitate utrumque, nunc laudibus, nunc promissis onerat. Ceterùm, (4) quando nec ea quoque tentata vis proficeret, consilio grassandum, si nihil vires juvarent, ratus, Scipionem legatum hastatos primæ legionis subtrahere ex acie, & ad montes proximos, quàm posset occultissimè, circumducere jubet: inde ascensu abdito a conspectu † erigere in montes agmen, aversoque hosti ab tergo repentè se ostendere. Equites, ducibus tribunis, haud multo plus hostibus, quàm suis, ex improviso ante signa evecti, præbuerunt tumultûs. Adversùs incitatas turmas stetit immota Samnitium acies, nec parte ullâ pelli aut perrumpi potuit. Et postquam irritum inceptum erat, recepti post signa prœlio excesserunt. Crevit ex eo hostium animus; nec sustinere frons prima tam longum certamen increscentemque fiduciâ sui vim potuisset, ni secunda acies jussu consulis (5) in primum successisset. Ibi integræ vires sistunt invehentem se jam Samnitem: & tempore (6) improvisa ex montibus signa clamorque sublatus non vero tantùm (7) metu terruere Samnitium animos. nam & Fabius Decium collegam appropinquare exclamavit, & pro se quisque miles, *adesse alterum consulem, adesse legiones,* gaudio alacres fremunt; errorque utilis Romanis oblatus fugæ formidinisque Samnites implevit, maximè territos, ne ab altero exercitu integro intactoque fessi opprimerentur: &, quia passim in fugam

Vincunt Romani.

nulli codices habent *Maximum filium:* quod verius esse videtur. Mox enim consul dicitur hos juvenes, *pari comitate utrumque,* laudibus & promissis onerasse; nimirum quamvis alter ex his filius suus esset. Neque obstat quòd Fabii filius *Gurges*, non *Maximus*, cognominatur infrà hoc lib. c. ult. Eum enim utrumque cognomen habuisse ex Fast. Capit. constat. (4) Hic aliquid mendi latere suspicatur Crevierius: sensum enim esse debere, si fortè accideret ut ea quoque vis tentata nihil proficeret. Sed fallitur vir doctus, malè intellectis vocibus *si nihil vires juvarent.* De vi, quam ibi habet particula *si*, vid. not. 5. ad c. 13. l. 7. E. (5) *In primum* hoc sensu occurrit suprà l. 2. c. 20 & 46. l. 3. c. 62. (6) Vid. supra not. 2. ad c. 7. l. 8. *Improvisa* hic accipiendum pro *improviso apparentia.* (7) Sed & vano metu, nempe adesse alterum consulem &c.

dissipati

diſſipati ſunt, minor cædes, quàm pro tantâ victoriâ, fuit. tria millia & quadringenti cæſi: capti trecenti ferme & triginta: ſigna militaria capta tria & viginti.

XV. Samnitibus Apuli ſe ante prœlium conjunxiſſent, ni P. Decius conſul iis ad Maleventum caſtra objeciſſet, extractos deinde ad certamen fudiſſet. Ibi quoque plus fugæ fuit, quàm cædis. duo millia Apulorum cæſa: ſpretoque eo hoſte, Decius in Samnium legiones duxit. Ibi duo conſulares exercitus, diverſis vagati partibus, omnia ſpatio quinque menſium evaſtarunt. Quadraginta & quinque loca in Samnio fuere, in quibus Decii caſtra fuerunt: alterius conſulis ſex & octoginta. (1) nec valli tantùm ac foſſarum veſtigia relicta, ſed multo illis inſigniora monumenta vaſtitatis circà regionumque depopulatarum. Fabius etiam urbem Cimetram cepit. ibi capta armatorum duo millia quadringenti: cæſi (2) ferme pugnantes ad quadringentos triginta. Inde, comitiorum causâ Romam profectus, maturavit eam rem agere. quum (3) primò vocatæ Q. Fabium conſulem dicerent omnes centuriæ, Ap. Claudius conſularis candidatus, vir acer & ambitioſus, non ſui magis honoris causâ, quàm ut patricii recuperarent duo conſularia loca, quum ſuis, tum totius nobilitatis viribus, incubuit, ut ſe cum Q. Fabio conſulem dicerent. Fabius primò, de ſe eadem ferè, quæ priore anno, dicendo, abnuere. circumſtare ſellam omnis nobilitas; orare, ut ex cœno plebeio conſulatum extraheret, majeſtatemque priſtinam tum honori, tum patriciis gentibus redderet. Fabius, ſilentio facto, (4) mediâ oratione ſtudia hominum ſedavit. *facturum enim ſe fuiſſe* dixit, *ut duorum patriciorum nomina reciperet, ſi alium, quàm ſe, conſulem fieri videret: nunc ſe ſui* † *rationem comitiis, quum contra leges futurum ſit, peſ-*

Q. Fabius conſul iterum fit.

C. 15. (1) Hic locus pulchre confirmat, quod obſervarunt Lipſius aliique, Romanos in expeditionibus nullam noctem ſine caſtris egiſſe. (2) Si locus ſanus ſit, *ferme* & *ad* pro circiter, hìc eâdem periodo juncta, tamen ad diverſa referri debent. Indicat enim Livius *ad* ſive circiter quadringentos triginta cæſos eſſe, & quidem cæſos eſſe *ferme* pugnantes, maximam partem pugnantes, vix alios quàm pugnantes. (3) *Primò vocatæ centuriæ* dicebantur, quæ primò poſt prærogativas vocarentur. Nam ſic paullo pòſt loquitur c. 22. *&* *prærogativæ* *&* *primò vocatæ omnes centuriæ.* (4) Oratione, quæ patriciis nec prorſus aſſentiebat, nec prorſus adverſabatur.

ſimo

ſimo exemplo non habiturum. Ita L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio conſul eſt factus, priore item conſulatu inter ſe comparati. Nobilitas objectare Fabio, fugiſſe eum Ap. Claudium collegam, eloquentiâ civilibuſque artibus haud dubiè præſtantem.

U. c. 456. A. C. 296. L. Volumnio II. Ap. Claudio II. Coſſ.

XVI. Comitiis perfectis, veteres conſules juſſi bellum in Samnio gerere, prorogato in ſex menſes imperio. Itaque inſequenti quoque anno, L. Volumnio, Ap. Claudio conſulibus, P. Decius, qui conſul in Samnio relictus a collegâ fuerat, proconſul idem populari non deſtitit agros; donec Samnitium exercitum, nuſquam ſe prœlio (1) committentem, poſtremò expulit finibus.

Samnites pulſi finibus ſuis Etruriam petunt.

Etruriam pulſi petierunt: &, quod legationibus nequicquam ſæpe tentaverant, id ſe tanto agmine armatorum, mixtis terrore precibus, acturos efficaciùs rati, poſtulaverunt principum Etruriæ concilium. Quo coacto, per quot annos pro libertate dimicent cum Romanis, exponunt. *omnia expertos eſſe, ſi ſuiſmet (2) ipſorum viribus tolerare tantam molem belli poſſent: tentaſſe etiam haud magni momenti finitimarum gentium auxilia: petiſſe pacem a populo Romano, quum bellum tolerare non poſſent: rebellaſſe, quòd pax ſervientibus gravior, quàm liberis bellum, eſſet. Unam ſibi ſpem reliquam in Etruſcis (3) reſtare. Scire, gentem Italiæ opulentiſſimam armis, viris, pecuniâ, eſſe: habere accolas Gallos, inter ferrum & arma natos, feroces quum ſuopte ingenio, tum adversùs Romanum populum, quem captum a ſe auroque redemptum, haud vana jactantes, memorent. Nihil abeſſe, ſi ſit animus Etruſcis, qui Porſenæ quondam majoribuſque eorum fuerit, quin Romanos, omni agro (5) cis Tiberim pulſos, dimicare pro ſalute ſuâ, non de intolerando Italiæ regno, cogant. Samnitem illis exercitum paratum, inſtructum armis, ſtipendio, veniſſe: confeſtim ſecuturos, vel ſi ad ipſam Romanam urbem oppugnandum ducant.*

XVII. Hæc eos in Etruriâ jactantes molienteſque bellum domi Romanum (1) urebat. nam P. Decius, ubi comperit

C. 16. (1) Sic ſuprà l. 3. c. 42. *nuſquam ſe æquo certamine committentes.* (2) Vid. ſuprà not. 7. ad c. 9. l. 7. (3) Ita etiam Ter. in Hec. 4. 2. 2. *τα reliqua* & *reſtare* conjungit. *neu cauſa ulla reſtet reliqua.* (4) Ad eam Tiberis partem, quâ Etruria ſita eſt.

C. 17. (1) Sic infrà l. 27. c. 29. *quos et Machanidas tyrannus Lacedæmoniorum*

comperit per exploratores profectum Samnitium exercitum, advocato consilio, *Quid per agros*, inquit, *vagamur, vicatim circumferentes bellum? quin urbes & mœnia aggredimur? nullus jam exercitus Samnio præsidet. cessere finibus, ac sibimet ipsi exsilium* (2) *conscivere.* Approbantibus cunctis, ad Murgantiam, validam urbem, oppugnandam ducit: tantusque ardor militum fuit, & caritate ducis, & spe majoris, quàm ex agrestibus populationibus, prædæ, ut uno die vi atque armis urbem caperent. ibi duo millia Samnitium & centum pugnantes circumventi captique: & alia præda ingens capta est. quæ ne impedimentis gravibus agmen oneraret, convocari milites Decius jubet. *Hàccine*, inquit, *victoriâ solâ, aut hâc prædâ contenti estis futuri? Vultis vos* (3) *pro virtute spes gerere? omnes Samnitium urbes, fortunæque in urbibus relictæ, vestræ sunt;* † *quando legiones eorum, tot prœliis fusas, postremò finibus expulistis. Vendite ista, & illicite lucro mercatorem* (4), *ut sequatur agmen. ego subinde suggeram, quæ vendatis. Ad Romuleam urbem hinc eamus, ubi vos labor* (5) *haud major, præda major manet.* Divenditâ prædâ, ultro adhortantes imperatorem ad Romuleam pergunt. Ibi quoque sine opere, sine (6) tormentis, † simul admota sunt signa, nullâ vi deterriti a muris, quâ cuique proximum fuit, scalis raptim admotis, in mœnia evasere. captum oppidum ac direptum est. † ad duo millia & trecenti occisi; & sex millia hominum capta; & miles ingenti prædâ potitus: quam vendere, sicut priorem, coactus, Ferentinum inde, quanquam nihil quietis dabatur, tamen summâ alacritate ductus. Ceterùm ibi plus laboris, ac periculi fuit. & defensa summâ vi mœnia sunt, & locus erat munimento naturâque tutus: sed evicit omnia assuetus prædæ miles. ad tria millia hostium circa muros cæsa: præda militis fuit. Hujus oppugnatarum urbium decoris pars major in quibus-

Tres in Samnio urbes a Romanis captæ.

niorum bello urebat. c. 39. *Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur.* Similiter l. 28. c. 43. l. 32. c. 21. & *uri labore* l. 36. c. 23. (2) Vid. suprà not. 2. ad c. 26. l. 9. (3) Dignas virtute vestrâ spes gerere. (4) *Mercator* hîc pro mercatoribus; ut *miles, eques, pedes* & similia poni solent sensu collectivo. (5) Similis figura apud Cic orat. pro Ligar. c. 6. *principum dignitas erat penè par, non par fortasse eorum, qui sequebantur.* (6) *Tormenta* erant machinæ quibus saxa, tela & id genus varia torquebantur.

dam

dam annalibus ad Maximum trahitur. Murgantiam ab Decio, a Fabio Ferentinum Romuleamque oppugnatas tradunt: sunt, qui novorum consulum hanc gloriam faciant. Quidam non amborum, sed alterius, L. Volumnii: ei Samnium provinciam evenisse.

Bellum Etruscum.

XVIII. (1) Dum ea in Samnio, cujuscunque ductu auspicioque, gererentur; Romanis in Etruriâ iterum bellum ingens multis ex gentibus concitur; cujus auctor Gellius Egnatius ex Samnitibus erat. Tusci ferè omnes consciverant (2) bellum: traxerat contagio proximos Umbriæ populos: & Gallica auxilia mercede sollicitabantur. omnis ea multitudo ad castra Samnitium conveniebat. Qui tumultus repens postquam Romam perlatus est, quum jam L. Volumnius consul cum legionibus secundâ ac tertiâ, sociorumque millibus quindecim profectus in Samnium esset, Ap. Claudium primo quoque tempore in Etruriam ire placuit. duæ Romanæ legiones secutæ, prima & quarta, & sociorum duodecim millia. castra haud procul ab hoste posita. Ceterùm magis (3) eo profectum est, quòd maturè ventum erat, ut quosdam spectantes jam arma Etruriæ populos metus Romani nominis comprimeret, quàm quòd ductu consulis quicquam ibi satis scitè aut fortunatè gestum sit. Multa prœlia locis & temporibus iniquis commissa; spesque in dies graviorem hostem faciebat. & jam propè erat, ut nec duci milites, nec militibus dux satis fideret. Literas ad collegam arcessendum ex Samnio missas, in trinis annalibus invenio. piget tamen incertum (4) ponere, quum ea ipsa inter consules populi Romani, jam iterum eodem honore fungentes, discrepatio fuerit: Appio abnuente missas; Volumnio affirmante, Appii se literis accitum. Jam Volumnius in Samnio tria castella ceperat, in quibus ad tria millia hostium cæsa erant, dimidium ferè ejus (5) captum: & Lucanorum seditiones, a plebeiis & egentibus

Eò proficiscitur Appius.

Nec quicquam satis scitè, aut fortunatè gestum.

C. 18. (1) Verisimilis est conjectura Gronovii, qui legendum existimat *Quum gererentur*, vel *Dum geruntur*. (2) i. e. simul omnes jusserant. (3) h. e. id magis profuit, quòd ita maturaverat adventum consul, ut metus &c. quàm quòd &c. (4) Pro certo affirmare id, quod incertum est. Suprà c. 9. dixit *pro certo ponere*. sed & *ponere* simpliciter eodem sensu occurrit apud Cic. in Orat. n. 14. Quare Crevierio minus auscultandum censeo, conjectanti hìc legendum *certum ponere*. E. (5) Sc. numero.

egentibus ducibus ortas, ſummâ optimatium voluntate per Q. Fabium proconſulem, miſſum eò cum veteri exercitu, compreſſerat. Decio depopulandos hoſtium agros relinquit. ipſe cum ſuis copiis in Etruriam ad collegam pergit: quem advenientem læti omnes accepere. (6) Appium ex conſcientiâ ſuâ credo animum habuiſſe haud immeritò iratum, ſi nihil ſcripſerat: illiberali & ingrato animo, ſi eguerat ope, diſſimulantem. Vix enim ſalute mutuâ redditâ, quum obviàm egreſſus eſſet, *Satin' ſalvæ* (1), inquit, *L. Volumni? ut ſeſe in Samnio res habent? Quæ te cauſa, ut provinciâ tuâ excederes, induxit?* Volumnius *in Samnio res proſperas eſſe* aït, *literis ejus accitum veniſſe. quæ ſi falſæ fuerint, nec uſus ſui ſit in Etruriâ, extemplo converſis ſignis abiturum. Tu verò abeas,* inquit, *neque te quiſquam moratur: etenim minimè conſentaneum eſt, quum bello tuo forſitan vix ſufficias,* (8) *hîc te ad opem ferendam aliis gloriari veniſſe. Bene,* (9) *Hercules, verteret,* dicere Volumnius: *malle fruſtra operam inſumptam, quàm quicquam* (10) *incidiſſe, cur non ſatis eſſet Etruriæ unus conſularis exercitus.*

Volumnius it ad Appium.

Altercationes Coſſ.

XIX. Digredientes jam conſules legati tribunique ex Appiano exercitu circumſiſtunt: pars imperatorem ſuum orare, *ne collegæ auxilium, quod acciendum ultro fuerit, ſuâ ſponte oblatum ſperneretur:* plures abeunti Volumnio obſiſtere atque obteſtari, *ne pravo cum collegâ certamine rempublicam* (1) *prodat. Si qua clades incidiſſet, deſertori magis, quàm deſerto, † noxiæ fore. Eò rem adductam, ut omne rei bene aut ſecus geſtæ in Etruriâ decus dedecuſque ad L. Volumnium ſit delegatum. neminem quæſiturum, quæ verba Appii,*

numeri. (6) Credo Appium, ſi nihil ſcripſerat, quum ſibi conſcius eſſet a ſe non accitum eſſe collegam, habuiſſe animum haud immeritò iratum: eundem illiberali & ingrato animo diſſimulaſſe, ſi eguerat ope, auxiliumque collegæ imploraverat. (7) Vid. ſuprà not. 5. ad c. 58. l. 1. (8) Quidam legunt *huc.* ſed *hîc* jungendum cum *gloriari.* (9) Vel *Hercules* pro *Hercule* ſume, (ut ſæpe aliàs) vel, diſtinctionibus ſublatis, lege cum Crevierio *bene Hercules verteret.* Utraque enim formula in communi uſu fuit, vel ſimpliciter *bene vertat, res bene vertat,* vel etiam *Dii bene vertant.* (10) Sæpe *incidere* pro *accidere* apud Livium eſt. ſuprà l. 1. c. 46 & 58. l. 2. c. 27. l. 3. c. 38 & 40.

C. 19. (1) *Prodere* eſt id, quod curæ ac tutelæ ſuæ commiſſum erat, deſerere. Suprà l. 2. c. 54. *deſertam ac proditam cauſam publicam queri.* & ſæpe

Appii, sed quæ fortuna exercitûs fuerit. Dimitti ab Appio eum, sed a republicâ & ab exercitu retineri; experiretur modò voluntatem militum. Hæc monendo obtestandoque, propè restitantes consules in concionem pertraxerunt. ibi orationes longiores habitæ in eandem ferme sententiam, in quam inter paucos (2) certatum verbis fuerat. Et quum Volumnius, causâ superior, ne infacundus quidem adversùs eximiam eloquentiam collegæ visus esset; cavillansque Appius, *sibi acceptum referre*, diceret, *debere, quòd ex muto atque elingui facundum etiam consulem haberent: priore consulatu, primis utique mensibus, hiscere eum nequisse, nunc jam populares orationes serere. Quàm mallem,* inquit Volumnius, *tu a me strenuè facere, quàm ego abs te scitè loqui didicissem. Postremò conditionem ferre, quæ decretura sit, non orator, (neque enim id desiderare rempublicam) sed imperator uter sit melior. Etruriam et Samnium provincias esse: utram mallet, eligeret. suo exercitu se vel in Etruriâ, vel in Samnio rem gesturum.* Tum militum clamor ortus, *ut simul ambo bellum Etruscum susciperent.* quo animadverso consensu, Volumnius, *Quoniam in collegæ voluntate interpretandâ*, inquit, *erravi; non committam, ut, quod vos velitis, obscurum sit. manere, an abire me velitis, clamore significate.* Tum verò tantus est clamor exortus, ut hostes e castris exciret. armis arreptis in aciem descendunt. & Volumnius signa canere, ac (3) vexilla efferri e castris jussit. Appium addubitasse ferunt, cernentem, seu pugnante, seu quieto se, fore collegæ victoriam: deinde veritum ne suæ quoque legiones Volumnium sequerentur, & ipsum flagitantibus suis signum dedisse. Ab neutrâ parte satis commodè instructi fuerunt. nam & Samnitium dux Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat; suoque impetu magis milites, quàm cujusquam ductu aut imperio, pugnam capessebant. & Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis ad instruendum fuit. Priùs concurrit Volumnius, quàm Appius ad hostem perveniret. itaque (4) fronte inæquali concursum est: &, velut forte quâdam

Pugna cum Samnitibus & Tuscis.

sæpe alibi. (2) Coram paucis brevi altercatione certatum fuerat. (3) Propriè *vexilla* equitum sunt, vel sociorum; *signa* peditum. Sed interdum sine discrimine dicuntur. (4) Sic contrà *æquâ fronte* infrà l. 22.

dam mutante aſſuetos inter ſe hoſtes, Etruſci Volumnio, Samnites, parumper cunctati, quia dux aberat, Appio occurrere. Dicitur Appius in medio pugnæ diſcrimine, ita ut inter prima ſigna manibus ad cœlum ſublatis conſpiceretur, ita precatus eſſe: *Bellona, ſi hodie nobis victoriam duis* (5), *aſt ego templum tibi voveo.* Hæc precatus, velut inſtigante Deâ, & ipſe (6) collegæ & exercitûs virtutem æquavit. Duces imperatoria opera exſequuntur; & milites, ne ab alterâ parte priùs victoria incipiat, annituntur. Ergo fundunt fugantque hoſtes, majorem molem haud facilè ſuſtinentes, quàm cum quâ manus conſerere aſſueti fuerant. urgendo cedentes, inſequendoque effuſos compulere ad caſtra. Ibi, interventu Gellii cohortiumque Sabellarum (7), paullifper recruduit pugna. iis quoque mox fuſis, jam a victoribus caſtra oppugnabantur: &, quum Volumnius ipſe portæ ſigna inferret; Appius, Bellonam victricem identidem celebrans, accenderet militum animos, per vallum, per foſſas irruperunt. Caſtra capta direptaque: præda ingens parta & militi conceſſa eſt. ſeptem millia ac trecenti hoſtium occiſi, duo millia & centum viginti capti.

XX. Dum ambo conſules omniſque Romana vis in Etruſcum bellum magis inclinat, in Samnio novi exercitus, exorti ad depopulandos imperii Romani fines, per Veſcinos in Campaniam Falernumque agrum tranſcendunt, ingenteſque prædas faciunt. Volumnium, magnis itineribus in Samnium redeuntem, (jam enim Fabio Decioque prorogati imperii finis aderat) fama de Samnitium exercitu populationibuſque Campani agri ad tuendos ſocios convertit. Ut in Calenum agrum venit, & ipſe cernit recentia cladis veſtigia, & Caleni narrant, tantum jam prædæ hoſtes trahere, ut vix explicare agmen poſſint: itaque jam propalam duces loqui, extemplo eundum in Samnium eſſe; ut, relictâ ibi prædâ, in expeditionem redeant, nec tam oneratum agmen dimicationi committant. Ea, quanquam ſimilia veris erant, certiùs tamen exploranda ratus, dimittit equites, qui vagos prædatores in agros palantes excipiant: ex quibus

Volumnius in Samnium redit.

l. 22. c. 47. l. 36. c. 44. (5) Antiquè pro *des. Aſt* uſitatum fuit in concipiendis votis. (6) Qui hactenus ſegniter agere viſus erat. (7) Samniticarum.

inquirendo

inquirendo cognoſcit, ad Vulturnum flumen ſedere hoſtem; inde tertiâ vigiliâ moturum: iter in Samnium eſſe. His ſatis exploratis profectus, tanto intervallo ab hoſtibus conſedit, ut nec adventus ſuus propinquitate nimiâ noſci poſſet, & egredientem e caſtris hoſtem opprimeret. Aliquanto ante lucem ad caſtra acceſſit; gnaroſque Oſcæ linguæ, exploratum quid agatur, mittit. Intermixti hoſtibus (quod facile erat in nocturnâ trepidatione) cognoſcunt, (1) infrequentia armatis ſigna egreſſa, prædam prædæque cuſtodes exire, ignobile agmen, & ſua quemque molientem, nullo inter (2) alios conſenſu, nec ſatis certo imperio. Tempus aggrediendi aptiſſimum viſum eſt: & jam lux † appetebat. itaque ſigna canere juſſit; agmenque hoſtium aggreditur. Samnites, prædâ impediti, infrequentes armati, pars addere gradum ac præ ſe agere prædam, pars ſtare, incerti utrùm progredi, an regredi in caſtra tutius foret, inter cunctationem opprimuntur. & Romani jam tranſcenderant vallum, cædeſque ac tumultus erat in caſtris. Samnitium agmen, præterquam hoſtili tumultu, captivorum etiam repentinâ defectione turbatum erat: qui partim ipſi ſoluti vinctos ſolvebant; partim arma in ſarcinis deligata rapiebant, tumultumque, prœlio ipſo terribiliorem, intermixti agmini præbebant. Memorandum deinde edidere facinus: nam Stajum Minacium ducem, adeuntem ordines hortantemque, invadunt. diſſipatis inde equitibus, qui cum eo aderant, ipſum circumſiſtunt, inſidentemque equo captum ad conſulem Romanum rapiunt. Revocata eo tumultu prima ſigna Samnitium: prœliumque jam profligatum integratum eſt, nec diutius ſuſtineri potuit. Cæſa ad ſex millia hominum: duo millia & quingenti capti: in eis tribuni (3) militum quatuor: ſigna militaria triginta: &, quod lætiſſimum victoribus fuit, captivorum recepta

Opprimit Samnites prædatores Campaniæ.

C. 20. (1) Vid. ſuprà not. 6. ad c. 8. l. 7. (2) Hîc hæret Crevierius, malletque legere *inter ſe*, vel *inter ipſos*. Sed ſatis apparet Livium diſtinguere inter *prædæ cuſtodes*, qui, *ignobile agmen*, jam exire caſtris dicuntur, & reliquum Samnitium exercitum. E. (3) Intelligendi ſunt ductores, qui in Samnitium exercitu eodem ferè jure ac poteſtate eſſent, quo tribuni militum in Romano. Sic Cato in Origin. Hannibalem appellat *dictatorem* Karthaginienſium, & Maharbalem *magiſtrum equitum*. Et ipſe Livius *dictatorem* apud Pœnos nominat infrà l. 23. c. 13.

ſeptem

ſeptem millia & quadringenti; præda ingens ſociorum: accitique edicto domini ad res ſuas noſcendas recipiendaſque. Præſtitutâ die, quarum rerum non exſtitit dominus, militi conceſſæ: coactique vendere prædam, ne alibi, quàm in armis, animum haberent.

XXI. Magnum ea populatio Campani agri tumultum Romæ præbuerat: & per eos fortè dies ex Etruriâ (1) allatum erat, poſt deductum inde Volumnianum exercitum Etruriam concitam in arma, & Gellium Egnatium, Samnitium ducem, & Umbros ad defectionem (2) vocari, & Gallos pretio ingenti ſollicitari. His nunciis ſenatus conterritus † juſtitium indici, delectum omnis generis hominum haberi juſſit. nec ingenui modò aut juniores ſacramento adacti, ſed ſeniorum etiam cohortes factæ, libertinique (3) centuriati. & defendendæ urbis conſilia agitabantur; ſummæque rerum prætor P. Sempronius præerat. Ceterùm parte curæ exonerarunt ſenatum L. Volumnii conſulis literæ, quibus cæſos fuſoſque populatores Campaniæ cognitum eſt. Itaque & † ſupplicationes (4) ob rem bene geſtam conſulis nomine decernunt. juſtitium remittitur, quod fuerat dies decem & octo, ſupplicatioque perlæta fuit. Tum de præſidio regionis, depopulatæ ab Samnitibus, agitari cœptum. Itaque placuit, ut duæ coloniæ circa Veſcinum & Falernum agrum deducerentur: una ad oſtium Liris fluvii, quæ (5) Minturnæ appellata; altera in ſaltu Veſcino, Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Græca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde ab colonis Romanis appellata. Tribunis plebis negotium datum eſt, ut plebeiſcito juberetur P. Sempronius prætor triumviros in ea loca colonis deducendis creare. nec, qui nomina darent, facilè inveniebantur, quia in ſtationem ſe propè perpetuam infeſtæ regionis, non in agros, mitti rebantur. (6) Avertit ab eis curis ſenatum Etruriæ ingraveſcens bellum, & crebræ

C. 21. (1) Vid. ſuprà not. 2. ad c. 6. l. 6. (2) Lege cum Gronovio *vocare* & *ſollicitare*: ita ut intelligatur Gellius & Umbros & Gallos vocare ad arma. (3) Vid. ſuprà not. 3. ad c. 2. l. 6. (4) *Supplicationem habere* Polybius exponit σχολάζειν πανδήμει, καὶ θύειν τοῖς θεοῖς χαριστήρια τῶν εὐτυχημάτων. Exc. Leg. num. 16. (5) Jam Minturnarum & Sinueſſæ mentionem fecit Livius, ſuprà l. 8. c. 11. & l. 9. c. 25. ubi per † prolepſin eas ita appellavit. (6) Nonnulli codices habent † [illegible] quod

Quatuor gentes in Etruriâ conferunt arma adversùs Rom.

& crebræ literæ Appii, monentis, ne regionis ejus motum negligerent: *quatuor gentes conferre arma, Etruscos, Samnites, Umbros, Gallos. jam castra bifariam facta esse, quia unus locus capere tantam multitudinem non posset.* (7) Ob hæc, & (jam appetebat tempus) comitiorum causâ L. Volumnius consul Romam revocatus: qui priùs, quàm ad suffragium centurias vocaret, in concionem advocato populo, multa de magnitudine belli Etrusci disseruit. *jam tum, quum ipse ibi cum collegâ rem pariter gesserit, fuisse tantum bellum, ut nec duce uno, nec exercitu geri potuerit: accessisse postea dici Umbros, & ingentem exercitum Gallorum. Adversùs quatuor populos duces consules illo die deligi meminissent. se, nisi confideret, eum consensu populi Romani consulem declaratum iri, qui haud dubiè tum primus omnium ductor habeatur, dictatorem fuisse extemplo dicturum.*

Fabius recusans Cos. eligitur.

XXII. Nemini dubium erat, quin Q. Fabius omnium consensu destinaretur; eumque & † prærogativæ, & (1) primò vocatæ omnes centuriæ consulem cum L. Volumnio dicebant. Fabii oratio fuit, qualis biennio antè: deinde, ut vincebatur consensu, versa postremò ad collegam P. Decium poscendum. *id senectuti suæ adminiculum fore: censurâ duobusque consulatibus simul gestis expertum se,* (2) *nil concordi collegio firmius ad rempublicam tuendam esse. novo imperii socio vix jam assuescere senilem animum posse:* (3) *cum moribus notis faciliùs se communicaturum consilia.* Subscripsit orationi ejus consul, quum meritis P. Decii laudibus, tum, *quæ ex concordiâ consulum bona, quæque ex discordiâ mala in administratione rerum militarium evenirent,* memorando, *quàm prope ultimum discrimen suis & collegæ certaminibus nuper ventum foret:* admonendo Decium Fabiumque, *ut uno animo, unâ*

quod placet. (7) Crevierius paullo aliter locum edidit. *Ob hæc, (& jam appetebat tempus) comitiorum causâ* &c. quod magis probo. Neque enim partim ob ingravescens Etruriæ bellum, partim comitiorum causâ, Volumnius Romam revocatus; sed ob illud, comitia (quorum tempus jam appetebat) statim habenda esse senatus censuit, & ad hoc negotium peragendum Volumnium Romam revocavit. E.

C. 22. (1) Vid. not. 3. ad c. 15. suprà. Pro *prærogativæ* quidam reponendum censent *prærogativa.* (2) Nil firmius, quam si concordi animo collegæ rem gerant. (3) i. e. cum homine cujus mores noti sunt. (4) Fabium

unâ mente viverent. (4) *esse præterea viros* † *natos militiæ, factis magnos, ad verborum linguæque certamina rudes: ea ingenia consularia esse. Callidos solertesque, juris atque eloquentiæ* (5) *consultos, qualis Ap. Claudius esset, urbi ac foro præsides habendos, prætoresque ad reddenda jura creandos esse.* His agendis dies est consumptus. postridie ad præscriptum consulis & consularia & prætoria comitia habita. Consules creati Q. Fabius & P. Decius: Ap. Claudius prætor; (6) omnes absentes. & L. Volumnio ex senatusconsulto (7) & scito plebis prorogatum in annum imperium est.

XXIII. Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum (1) averruncandorum causâ supplicationes in biduum senatus decrevit. † Publicè vinum ac tus præbitum. supplicatum iere frequentes viri feminæque. Insignem supplicationem fecit certamen in sacello Pudicitiæ patriciæ, quæ in foro boario est ad ædem rotundam Herculis, inter matronas ortum. Virginiam, Auli filiam, patriciam plebeio nuptam L. Volumnio consuli, matronæ, quòd e Patribus † enupsisset, sacris arcuerant. Brevis altercatio inde ex iracundiâ muliebri in contentionem animorum exarsit. quum se Virginia & patriciam & pudicam in patriciæ Pudicitiæ templum ingressam, & uni nuptam, ad quem virgo deducta sit; nec se viri honorumve ejus ac rerum gestarum pœnitere, (2) verò gloriaretur. Facto deinde egregio magnifica verba adauxit. in vico Longo, ubi habitabat, ex parte ædium, quod satis esset loci modico sacello, exclusit; aramque ibi (3) posuit. &, convocatis plebeiis matronis, (4) conquesta injuriam patriciarum,

Pudicitia patricia.

(4) Fabium & Decium, præterquam quòd concordiâ inter se clari sint, esse etiam viros &c. (5) Sic. Cic Or. 9. Phil. c. 5. *Neque enim ille magis juris consultus, quàm justitiæ fuit.* (6) Fabius & Decius aberant nimirum a campo; Appius etiam ab urbe. Vid. † *absentes.* (7) Comitiis quidem tributis Patres auctores fieri non debebant: tamen senatus quum ex utilitate reipublicæ esse censeret, ut Volumnio in annum imperium prorogaretur, interposito senatusconsulto tribunis plebis negotium dedit, ut eâ de re ad plebem comitiis tributis ferrent: quemadmodum suprà l. 8. c. 23. hoc lib. cap. præc. & alibi.

C. 23. (1) Vid. suprà not. 7. ad c. 6. l. 8. (2) *Verò* hic est affirmandi particula, pro *verè, ex vero.* Similiter sæpe usurpatur in locutionibus *id verò, tum verò* &c. (3) Sic *ponere aras, templa* Virgilius dixit l. 3. Æn. v. 404. l. 4. v. 200. l. 6. v. 19. (4) *Conqueri injuriam* occurrit infrà l. 35.

Pudicitiæ plebeiæ. †

triciarum, *Hanc ego aram*, inquit, *Pudicitiæ plebeiæ dedico: vosque hortor, ut, quod certamen virtutis viros in hâc civitate tenet, hoc pudicitiæ inter matronas sit: detisque operam, ut hæc ara, quàm illa, si quid potest, sanctiùs & a castioribus coli dicatur.* Eodem ferme ritu & hæc ara, quo illa antiquior, culta est: ut nulla, nisi spectatæ pudicitiæ matrona, & quæ uni viro nupta fuisset, jus sacrificandi haberet. Vulgata dein religio (5) a pollutis, nec matronis solùm, sed omnis ordinis feminis, postremò in oblivionem venit. Eodem anno Cn. & Q. Ogulnii ædiles curules aliquot fœneratoribus diem dixerunt: quorum (6) bonis mulctatis, ex eo, quod in publicum redactum est, ænea in Capitolio limina, & trium mensarum argentea vasa in cellâ Jovis, Jovemque in culmine cum quadrigis, & ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum Urbis sub uberibus lupæ posuerunt; semitamque saxo quadrato a Capenâ portâ ad (7) Martis straverunt. & ab ædibus plebeiis L. Ælio Pæto & C. Fulvio Curvo, ex mulctaticiâ item pecuniâ, quam exegerunt (8) pecuariis damnatis, ludi facti; pateræque aureæ ad Cereris positæ.

U. c. 457. A. C. 295. Q. Fabio V. P. Decio Coss.

XXIV. Q. inde Fabius quintùm & P. Decius quartùm consulatum ineunt, tribus consulatibus censurâque collegæ; nec gloriâ magis rerum, quæ ingens erat, quàm concordiâ, inter se clari. quæ ne perpetua esset, ordinum magis, quàm ipsorum, inter se certamen intervenisse reor: patriciis tendentibus, ut Fabius Etruriam extra ordinem provinciam haberet; plebeiis † auctoribus Decio, ut ad sortem revocaret. Fuit certè contentio in senatu; &, postquam ibi Fabius plus poterat, revocata res ad popu-

Inter Coss. orta contentio de provinciis.

l. 35. c. 12. & alibi. Sic & *queri injuriam* cap. seq. (5) Dukerus suspicatur delendam esse præpositionem, ut sensus sit; feminas stupris atque adulteriis pollutas promiscuè ad id sacrum admissas fuisse. (6) Insolens est *mulctare bona*, quum potiùs dicendum foret *mulctare bonis*, quemadmodum *mulctare agro.* Livius tamen *quorum bonis mulctatis*, potiùs quàm *quibus bonis mulctatis*, dixisse videtur, ut concursum ablativorum evitaret. (7) Martis † ædes, de quâ hîc Livius agit, extra urbem haud procul portâ Capenâ erat, ut ex Livii l. 7. c. 23. constat. (8) *Pecuarii* hic intelligendi videntur publicani, qui pascua publica redimebant.

lum

lum eſt. in concione, ut inter militares viros, & factis potiùs, quàm dictis, fretos, pauca verba habita: Fabius, *quam arborem* (1) *conſeruiſſet, ſub eâ legere alium fructum, indignum eſſe*, dicere; *ſe aperuiſſe Ciminiam ſilvam, viamque per devios ſaltus Romano bello feciſſe.* † *Quid ſe* (2) *id ætatis ſollicitaſſent, ſi alio duce bellum geſturi eſſent? Nimirum, adverſarium ſe, non ſocium imperii, legiſſe*, ſenſim exprobrat: *&* (3) *invidiſſe Decium concordibus collegiis tribus.* Poſtremò, *ſe tendere nihil ultrà, quàm ut, ſi ſe dignum provinciâ ducerent, in eam mitterent: in ſenatûs arbitrio ſe fuiſſe, & in poteſtate populi futurum.* P. Decius ſenatûs injuriam querebatur: *quoad potuerint, Patres anniſos, ne plebeiis aditus ad magnos honores eſſet: poſtquam ipſa virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata eſſet, quæri, quemadmodum irrita ſint non ſuffragia modò populi, ſed arbitria etiam fortunæ, & in paucorum poteſtatem vertantur.* (4) *Omnes ante ſe conſules ſortitos provincias eſſe; nunc extra ſortem Fabio ſenatum provinciam dare. Si honoris ejus causâ; ita eum de ſe, deque republicâ meritum eſſe, ut faveat Q. Fabii gloriæ, quæ modò non ſuâ contumeliâ ſplendeat. Cui autem dubium eſſe, ubi unum bellum ſit aſperum ac difficile, quum id alteri extra ſortem mandetur, quin alter conſul pro ſupervacaneo atque inutili habeatur? Gloriari Fabium rebus in Etruriâ geſtis. velle & P. Decium gloriari. & forſitan, quem ille obrutum ignem reliquerit, ita ut toties novum ex improviſo incendium daret, eum ſe exſtincturum. Poſtremò ſe collegæ honores præmiaque conceſſurum verecundiâ ætatis ejus majeſtatiſque; quum periculum, quum dimicatio propoſita ſit, neque cedere ſuâ ſponte, neque ceſſurum. &, ſi nihil aliud ex eo certamine tulerit, illud certè laturum, ut, quod populi ſit, populus jubeat potiùs, quàm Patres gratificentur. Jovem optimum maximum Deoſque immortales ſe precari, ut* (5) *ita ſortem æquam ſibi cum collegâ dent, ſi eandem virtutem felicitatemque in bello adminiſtrando daturi ſint. certè id et naturâ æquum, et exemplo utile eſſe, et ad famam populi*

C. 24. (1) Quidam volunt *conſeviſſet*. Sed verbum *conſero*, hoc ſenſu, utroque modo perfectum formaſſe conſtat. (2) *Id ætatis* apud Cic. ſæpius occurrit. l. 1. de Or. c. 46. *hominibus id ætatis*. l. 1. in Verr. c. 26. *homo . . . jam id ætatis*. & alibi. (3) Decium noluiſſe, tertio tum in conſulatu collegas eâdem concordiâ inter ſe agere, quâ duos jam conſulatus ſimul geſſiſſent. (4) Hoc contra fidem hiſtoricam dictum quivis ſentiet. (5) Ut in ſortitione provinciarum non ſibi æquè, ac Fabio, faveant, niſi eandem &c.

Romani pertinere, eos consules esse, quorum utrolibet duce bellum Etruscum geri rectè possit. Fabius, nihil aliud precatus populum, quàm ut priùs, quàm intro vocarentur ad suffragium tribus, Ap. Claudii prætoris allatas ex Etruriâ literas audirent, comitio abit. nec minore populi consensu, quàm senatûs, provincia Etruria extra sortem Fabio decreta est.

Fabio extra sortem datur Etruria.

XXV. Concursus inde ad consulem factus omnium ferme juniorum: & pro se quisque nomina dabant. tanta cupido erat sub eo duce stipendia faciendi. Quâ circumfusus turbâ, *Quatuor millia*, inquit, *peditum et sexcentos equites duntaxat scribere in animo est: hodierno & crastino die qui nomina dederitis, mecum ducam. majori* (1) *mihi curæ est, ut omnes locupletes reducam, quàm ut multis rem geram militibus.* Profectus apto (2) exercitu, & eo plus fiduciæ ac spei gerente, quòd non desiderata multitudo erat, ad oppidum Aharnam, unde haud procul hostes erant, ad castra Appii prætoris pergit. paucis citrà millibus lignatores ei cum præsidio occurrunt: qui, ut lictores prægredi viderant, Fabiumque esse consulem accepere, læti atque alacres Diis populoque Romano grates agunt, quòd eum sibi imperatorem misissent. Circumfusi deinde quum consulem salutarent, quærit Fabius, quò pergerent; respondentibusque, lignatum se ire, (3) *aïn' tandem*, inquit, *num castra vallata non habetis?* Ad hoc quum succlamatum esset; duplici quidem vallo, et fossâ, et tamen in ingenti metu esse: *habetis igitur*, inquit, *affatim lignorum. redite, et vellite vallum.* Redeunt in castra, terroremque ibi, vellentes vallum, & iis, qui in castris remanserant, militibus, & ipsi Appio fecerunt. Tum pro se quisque alii aliis dicere, *consulis se Q. Fabii facere jussu.* Postero inde die castra mota, & Appius prætor Romam dimissus. inde nusquam stativa Romanis fuere. negabat utile esse, uno loco sedere exercitum: itineribus ac mutatione locorum nobiliorem (4) ac salubriorem esse. fiebant autem itinera

Fabius in provinciam venit.

C. 25. (1) Sic Cic. l. 10. ad fam. Ep. 1. *mihi maximæ curæ est.* l. 1. ad Att. Ep. 1. *quam tibi summæ curæ esse scio.* post. Red. ad Quir. c. 9. *mihi majori curæ est.* (2) Idoneo, habili, nec ad majorem justo numerum excrescente. (3) Hæc formula occurrit apud Cic. l. 9. ad fam. Ep. 21. Ter. in Andr. 5. 3. 4. (4) Strenuiorem, minùs ignavum. Clericus legendum censet *mobiliorem*, habiliorem ad motum; quod & in uno codice

itinera, quanta fieri finebat hiems hauddum exacta. Vere inde primo, relictâ secundâ legione ad Clusium, quod Camars (5) olim appellabant, præpositoque castris L. Scipione pro prætore, Romam ipse ad consultandum de bello rediit: sive ipse sponte suâ, quia bellum ei majus in conspectu erat, quàm quantum esse famæ crediderat; sive senatusconsulto accitus. nam in utrumque auctores sunt. Ab Ap. Claudio prætore retractum quidam videri volunt; quum in senatu & apud populum (id quod per literas assiduè fecerat) terrorem belli Etrusci augeret: *non suffecturum ducem unum, nec exercitum unum adversùs quatuor populos.* (6) *Periculosum esse, sive juncti unum premant, sive id* † *diversi gerant bellum, ne ad* (7) *omnia simul obire unus non possit. Duas se ibi legiones Romanas reliquisse: et minùs* (8) *quinque millia peditum equitumque cum Fabio venisse. sibi placere, P. Decium consulem primo quoque tempore in Etruriam ad collegam proficisci: L. Volumnio Samnium provinciam dari. Si consul malit in suam provinciam ire, Volumnium in Etruriam ad consulem cum exercitu justo consulari proficisci.* Quum magnam partem moveret oratio prætoris, P. Decium censuisse ferunt, ut omnia integra ac libera Q. Fabio (9) servarentur, donec vel ipse, si per commodum reipublicæ posset, Romam venisset, vel aliquem ex legatis misisset; a quo disceret senatus, quantum in Etruriâ belli esset, quantisque administrandum copiis, & quot per duces esset.

Redit Romam ad consultandum de bello.

XXVI. Fabius, ut Romam rediit, & in senatu & productus ad populum mediam orationem habuit, ut nec augere, nec minuere videretur belli famam; magisque in altero assumendo duce aliorum indulgere timori, quàm suo aut reipublicæ periculo consulere. *ceterùm, si sibi adjutorem belli sociumque imperii darent,* (1) *quonam modo se oblivisci P. Decii*

dice exstat. (5) Nempe Livii ævo cognomen illud exoleverat. Clusium vetus intelligit, quod a Româ distare ait Polybius itinere trium dierum. (6) Meliùs legas *periculum esse.* (7) Meliùs abesset præpositio Tamen *obire ad aliquid* invenitur etiam infrà l. 31. c. 21. *cum quibus circumspicere & obire ad omnes hostium subitos conatus posset.* (8) Vid. suprà not. 7. ad c. 64. l. 3. (9) *Servare* pro *reservare* Livius sæpius dixit: ut suprà l. 2. c. 11. l. 3. c. 40. infrà c. 28.

C. 26. (1) Sumpsit ab Homero, apud quem Diomedes Il. K. v. 242 Εἰ μὲν δὴ ἕταρόν γε κελεύετέ μ' αὐτὸν ἑλέσθαι, Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην.

Decii consulis per tot collegia experti posse? (2) *Neminem omnium secum conjungi malle: & copiarum satis sibi cum P. Decio, et nunquam nimium hostium fore. Sin collega quid alind malit, at sibi L. Volumnium darent adjutorem.* Omnium rerum arbitrium & a populo, & a senatu, & ab ipso collegâ, Fabio permissum est. & quum P. Decius se in Samnium vel in Etruriam proficisci paratum esse ostendisset, tanta lætitia ac gratulatio fuit, ut (3) præciperetur victoria animis, triumphusque, non bellum, decretum consulibus videretur. Invenio apud quosdam, extemplo, consulatu inito, profectos in Etruriam Fabium Deciumque, sine ullâ mentione sortis provinciarum certaminumque inter collegas, quæ exposui. Sunt, quibus ne hæc quidem certamina exponere satis fuerit. adjecerunt & Appii criminationes de Fabio absente ad populum, & pertinaciam adversùs præsentem consulem prætoris, contentionemque aliam inter collegas, tendente Decio, ut suæ quisque provinciæ sortem tueretur. Constare res incipit ex eo tempore, quo profecti ambo consules ad bellum sunt. Ceterùm, antequam consules in Etruriam pervenirent, Senones Galli multitudine ingenti ad Clusium venerunt, legionem Romanam castraque oppugnaturi. Scipio, qui castris præerat, loco adjuvandam paucitatem suorum militum ratus, in colle (4), qui inter urbem & castra erat, aciem erexit. Sed, ut in re subitâ, parum explorato itinere ad jugum perrexit, quod hostes ceperant, parte aliâ egressi. ita cæsa ab tergo legio, atque in medio, quum hostis undique urgeret, circumventa. Deletam quoque ibi legionem, ita ut nuncius non superesset, quidam auctores sunt; nec antè ad consules, qui jam haud procul a Clusio aberant, famam ejus cladis perlatam, quàm in conspectu fuere Gallorum equites, pectoribus equorum suspensa gestantes capita, & lanceis infixa, ovantesque moris sui (5) carmine. Sunt, qui Umbros fuisse, non Gallos, tradant; nec tantum

Galli legionem Romanam circumveniunt.

[illegible] (2) *Nemo omnium* dixit Ter. in Andr. 5. 5. 7. Cic. l. 2. de Or. c. 28. et alibi. (3) *Præcipere animis* suprà l. 9. c. 5. infrà l. 31. c. 49. l. 38. c. 20. (4) Unus et alter codex habet *in collem:* quod omnino verum videtur, et a Ruddimanno in contextum receptum est. (5) Sic infrà l. 21. c. 28. *cum variis ululatibus cantuque moris sui.* c. 42. *cum*

tum cladis acceptum: & circumventis pabulatoribus cum L. Manlio Torquato legato Scipionem proprætorem subsidium e castris tulisse, victoresque Umbros, redintegrato prœlio, victos esse, captivosque eis ac prædam ademptam. Similius vero est, a Gallo hoste, quàm Umbro, eam cladem acceptam; quòd, quum sæpe aliàs, tum eo anno, Gallici tumultûs præcipuus terror civitatem tenuit. Itaque præterquam quòd ambo consules profecti ad bellum erant cum quatuor legionibus, & magno equitatu Romano, Campanisque mille equitibus delectis, ad id bellum missis, & sociorum nominisque Latini majore exercitu, (6) quàm Romani; alii duo exercitus haud procul urbe Etruriæ oppositi, unus in Falisco, alter in Vaticano agro. Cn. Fulvius & L. Postumius Megellus, proprætores ambo, stativa in eis locis habere jussi.

XXVII. Consules ad hostes, transgresso Apennino, in agrum (1) Sentinatem pervenerunt. Ibi quatuor millium ferme intervallo castra posita. Inter hostes deinde consultationes habitæ: atque ita convenit, ne unis castris miscerentur omnes, neve in aciem descenderent simul. Samnitibus Galli, Etruscis Umbri adjecti. dies indicta pugnæ: Samniti Gallisque delegata pugna: inter ipsum certamen Etrusci Umbrique jussi castra Romana oppugnare. Hæc consilia turbarunt transfugæ Clusini tres, clam nocte ad Fabium consulem transgressi. qui, editis hostium consiliis, dimissi cum donis, ut subinde, ut quæque res nova decreta esset, exploratam perferrent. Consules Fulvio, ut ex Falisco, Postumio, ut ex Vaticano exercitum ad Clusium admoveant, summâque vi fines hostium depopulentur, scribunt. Hujus populationis fama Etruscos ex agro Sentinate ad suos fines tuendos movit. Instare inde consules, ut absentibus iis pugnaretur. per biduum lacessiere prœlio hostem. biduo nihil dignum dictu actum. Pauci utrinque cecidere:

Ambo Coss. in agro Sentinati.

Etrusci avocati ad sua tuenda.

cum sui moris tripudiis. (6) Videtur aliquod vitium esse in duabus postremis vocibus. Sensus clarus est, Latino exercitu majore, quàm quantus erat Romanus.

C. 27. (1) Plinius Sentinates in Umbris ponit. Non poterat autem ex agro Clusino in Sentinatem veniri, nisi superato Apennino. *Transgressus* hic sensu passivo usurpatur. Vid. † *expertus.*

magisque

magiſque irritati ſunt ad † juſtum certamen animi, quàm ad diſcrimen ſumma rerum adducta. tertio die deſcenſum in campum omnibus copiis eſt. Quum inſtructæ acies ſtarent, cerva fugiens lupum e montibus exacta per campos inter duas acies decurrit: inde † diverſæ feræ, cerva ad Gallos, lupus ad Romanos curſum deflexit. Lupo data inter ordines via; cervam Galli confixere. Tum ex anteſignanis Romanus miles, *Illac fuga*, inquit, *& cædes † vertit; ubi ſacram Dianæ feram jacentem videtis. Hinc victor Martius lupus, integer et intactus, gentis nos Martiæ et conditoris noſtri admonuit.* Dextro cornu Galli, ſiniſtro Samnites conſtiterunt. adversùs Samnites Q. Fabius primam ac tertiam legiones pro dextro cornu; adversùs Gallos pro ſiniſtro Decius quintam & ſextam inſtruxit. ſecunda & quarta cum L. Volumnio proconſule in Samnio gerebant bellum. Primo concurſu adeò æquis viribus geſta res eſt, ut, ſi adfuiſſent Etruſci & Umbri, aut in acie, aut in caſtris, quocunque ſe inclinaſſent, accipienda clades fuerit.

Prœlium cum Gallis & Samnitibus.

XXVIII. Ceterùm, quanquam communis adhuc † Mars belli erat, needum diſcrimen fortuna fecerat, quâ datura vires eſſet, haudquaquam ſimilis pugna in dextro lævoque cornu erat. Romani apud Fabium arcebant magis quàm inferebant, pugnam; extrahebaturque in quàm maximè ſerum diei certamen: quia ita perſuaſum erat duci, & Samnites & Gallos primo impetu feroces eſſe, quos ſuſtineri ſatis ſit; longiore certamine ſenſim reſidere Samnitium animos: Gallorum quidem etiam corpora intolerantiſſima laboris atque æſtûs (1) fluere; † primaque eorum prœlia plus quàm virorum, poſtrema minùs quàm feminarum eſſe. In id tempus igitur, quo vinci ſolebat hoſtis, quàm integerrimas vires militi ſervabat. Ferocior Decius & ætate & vigore animi, quantumcunque virium habuit, certamine primo effudit. &, quia lentior videbatur pedeſtris pugna, equitatum in pugnam concitat: & ipſe, fortiſſimæ juvenum turmæ immixtus, orat proceres juventutis, in hoſtem ut ſecum impetum faciant: duplicem illorum gloriam fore, ſi ab lævo cornu & ab equite victoria incipiat. Bis avertere Gallicum equitatum. iterum longiùs evectos, & jam inter

C. 28. (1) Vid. ſuprà not. 5. ad c. 29. l. 7. & not. 10. ad c. 33. l. 7.

(2) *Eſſedum*

inter media equitum agmina prœlium cientes, novum pugnæ conterruit genus: (2) eſſedis carriſque ſuperſtans armatus hoſtis ingenti ſonitu equorum rotarumque advenit, & inſolitos (3) ejus tumultûs Romanorum conterruit equos. Ita victorem equitatum velut (4) lymphaticus pavor diſſipat: ſternit inde ruentes equos viroſque improvida fuga. Turbata hinc etiam ſigna legionum: multique impetu equorum ac vehiculorum raptorum per agmen obtriti anteſignani: & inſecuta, † ſimul territos hoſtes vidit, Gallica acies nullum ſpatium reſpirandi (5) recipiendique ſe dedit. Vociferari Decius, *Quò fugerent? quamve in fugâ ſpem haberent?* obſiſtere cedentibus, ac revocare fuſos. deinde, ut nullâ vi perculſos ſuſtinere (6) poterat, patrem P. Decium nomine compellans, *Quid ultrà moror*, inquit, *familiare fatum? datum hoc noſtro generi eſt*, (7) *ut luendis periculis publicis piacula ſimus. Jam ego mecum hoſtium legiones mactandas Telluri ac Diis Manibus dabo.* Hæc locutus M. Livium pontificem, quem, deſcendens in aciem, digredi vetuerat ab ſe, † præire juſſit verba, quibus ſe legioneſque hoſtium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret. Devotus indè eâdem precatione eodemque habitu, quo pater P. Decius ad Veſerim bello Latino ſe juſſerat devoveri. Quum ſecundùm ſollennes precationes adjeciſſet, *præ ſe agere ſeſe formidinem ac fugam, cædemque ac cruorem, cœleſtium, inferorum iras:* (8) *contacturum funebribus diris ſigna, tela, arma hoſtium; locumque eundem ſuæ peſtis & Gallorum ac Samnitium fore.* hæc exſecratus in ſe hoſteſque, quâ confertiſſimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum: inferenſque ſe † ipſe infeſtis telis eſt interfectus.

Decius ſe devovet.

(2) *Eſſedum* erat vehiculi vel currûs genus, e quo pugnare ſolebant veteres Galli & Britanni. *Carris* impedimenta plerumque vehebantur. (3) Sic *inſolens malarum artium* Sall. in Cat. c. 3. *moris ejus inſueta* ſuprà l. 6. c. 34. Ita & *aſſuetus* infrà l. 38. c. 17. *Romanis Gallici tumultûs aſſuetis.* (4) Vid. ſuprà not. 3. ad c. 17. l. 7. (5) Quod *recipere ſe* hoc loco dixit, id exprimit *recipere animum a pavore* ſuprà l. 2. c. 50. infrà l. 44. c. 10. (6) *Suſtinere aliquem*, pro, eum morari, ſuprà l. 5. c. 39. infrà l. 25. c. 36. (7) Ut ſimus quaſi quædam victimæ, deſtinatæ ad luendam deûm iram, & ad excipienda capitibus noſtris pericula quæ reipublicæ impendent. (8) Se devotum diris, velut contagione quâdam tranſmiſſurum illas in ſigna hoſtium.

XXIX. Vis

XXIX. Vix (1) humanæ inde opis videri pugna potuit. Romani, duce amiſſo, quæ res terrori aliàs eſſe ſolet, ſiſtere fugam, ac novam de integro velle inſtaurare pugnam. Galli, & maximè globus circumſtans conſulis corpus, velut alienatâ mente, vana incaſſum jactare tela. torpere quidam, & nec pugnæ meminiſſe, nec fugæ. At ex parte alterâ pontifex Livius, cui lictores Decius tradiderat, juſſeratque proprætorem (2) eſſe, vociferari, *Viciſſe Romanos, † defunctos (3) conſulis fato. Gallos Samniteſque Telluris matris ac Deorum Manium eſſe. Rapere ad ſe ac vocare Decium devotam ſecum aciem; furiarumque ac formidinis plena omnia † ad hoſtes eſſe.* Superveniunt deinde his (4) reſtituentibus pugnam L. Cornelius Scipio & C. Marcius, cum ſubſidiis ex noviſſimâ acie juſſu Q. Fabii conſulis ad præſidium collegæ miſſi. ibi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro republicâ audenda. Itaque quum Galli ſtructis ante ſe ſcutis conferti ſtarent, nec facilis pede collato videretur pugna; juſſu legatorum collecta (5) humi pila, quæ ſtrata inter duas acies jacebant, atque in teſtudinem hoſtium conjecta. quibus pleriſque in ſcuta, verutis (6) in corpora ipſa fixis, ſternitur cuneus; ita ut magna pars integris corporibus attoniti (7) conciderent. hæc in ſiniſtro cornu Romanorum fortuna variaverat. Fabius in dextro, primò (ut antè dictum eſt) cunctando extraxerat diem: deinde, poſtquam nec clamor hoſtium, nec impetus, nec tela miſſa, eandem vim habere viſa; præfectis equitum juſſis ad latus Samnitium circumducere alas, ut ſigno dato in tranſverſos, quanto maximo poſſent impetu, incurrerent; ſenſim ſuos ſigna inferre juſſit, & commovere hoſtem. Poſtquam non reſiſti vidit, & haud dubiam laſſitudinem eſſe; tum, collectis omnibus ſubſidiis, quæ ad id tempus reſervaverat, & legiones concitavit, & ſignum ad

Fabius in dextro cornu Samnites vincit.

C. 29. (1) Vix humanâ ope facta. (2) Potiùs *pro prætore eſſe.* (3) Liberatos jam, nec quicquam amplius cœleſtibus inferiſve diis debentes, poſt conſulis mortem. (4) *Reſtituere pugnam* occurrit ſuprà l. 2. c. 19 & 47. l. 3. c. 60. & alibi. (5) Plinius ita loquitur l. 8. c. 42. *Jam pila humi collecta equiti porrigunt.* [Sed in his potiùs ſubintelligendum eſſe participium verbi ſubſtantivi exiſtimo. E.] (6) Quæ nempe teretiore erant mucrone, & faciliùs penetrabant. (7) Non minùs ſtupentes quàm qui fulmine afflati ſunt. Idque intelligit Livius factum divino numine,

ad invadendos hoſtes equitibus dedit. Nec ſuſtinuerunt Samnites impetum; (8) præterque aciem ipſam Gallorum, relictis in dimicatione ſociis, ad caſtra effuſo curſu ferebantur. Galli, teſtudine factâ, conferti ſtabant. Tum Fabius, auditâ morte collegæ, Campanorum alam, quingentos fere equites, excedere acie jubet, & circumvectos ab tergo Gallicam invadere aciem: tertiæ deinde legionis ſubſequi principes, &, quâ turbatum agmen hoſtium viderent impetu equitum, inſtare ac territos cædere. Ipſe ædem Jovi Victori ſpoliaque hoſtium quum voviſſet, ad caſtra Samnitium perrexit; quò multitudo omnis conſternata agebatur. Sub ipſo vallo, quia tantam multitudinem portæ non recepere, tentata ab excluſis turbâ ſuorum pugna eſt. Ibi Gellius Egnatius imperator Samnitium cecidit. compulſi deinde intra vallum Samnites, parvoque certamine capta caſtra, & Galli ab tergo circumventi. Cæſa eo die hoſtium viginti quinque millia, octo capta. nec incruenta victoria fuit. Nam ex P. Decii exercitu cæſa ſeptem millia; ex Fabii, mille ac ducenti. Fabius, dimiſſis ad quærendum collegæ corpus, ſpolia hoſtium conjecta in acervum Jovi Victori cremavit. Conſulis corpus eo die, quia obrutum ſuperſtratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit. poſtero die inventum relatumque eſt cum multis militum lacrimis. Intermiſsâ inde omnium aliarum rerum curâ, Fabius collegæ funus omni honore laudibuſque meritis celebrat.

Galli circumventi.

Victoria Romanorum cruenta.

XXX. Et in Etruriâ per eoſdem dies ab Cn. Fulvio pro prætore res ex ſententiâ geſta; &, præter ingentem illatam populationibus agrorum hoſti cladem, pugnatum etiam egregiè eſt. Peruſinorumque & Cluſinorum cæſa ampliùs millia tria, & ſigna militaria ad viginti capta. Samnitium agmen, quum per Pelignum agrum fugeret, circumventum a Pelignis eſt. ex millibus quinque ad mille cæſi. Magna ejus diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama eſt, etiam (1) vero ſtanti. ſed (2) ſuperjecere quidam augendo fidem; qui in hoſtium exercitu peditum quadraginta

Res in Etruriâ bene geſta.

numine, quod ſe, ex ejus mente, in hâc pugnâ exeruit. (8) Vid. † *prælatus.*

C. 30. (1) Etiam ſi quis ſtet vero, contentus ſit eo quod verum eſt. (2) *Quidam, augendo* numerum, ſuperjecere fidem, i. e. rem ultrà quàm credi poſſit protulere. Sic Senec. de Benef. l. 3. c. 32. *nec beneficia pa-rentum*

ginta (3) millia trecentos triginta, equitum sex millia, mille carpentorum scripsere fuisse: scilicet cum Umbris Tuscisque, quos & ipsos pugnæ adfuisse, &, ut Romanorum quoque augerent copias, L. Volumnium pro consule ducem consulibus, exercitumque ejus legionibus consulum adjiciunt. In pluribus annalibus duorum ea consulum propria victoria est. Volumnius in Samnio interim res gerit, Samnitiumque exercitum, in Tifernum montem compulsum, non deterritus iniquitate loci, fundit fugatque. Q. Fabius, Deciano exercitu relicto in Etruriâ, suis legionibus deductis ad urbem, de Gallis Etruscisque ac Samnitibus triumphavit. milites triumphantem secuti sunt. Celebrata inconditis carminibus militaribus non magis victoria Q. Fabii, quàm mors præclara P. Decii est; (4) excitataque memoria parentis, æquata eventu publico privatoque filii laudibus. Data ex prædâ militibus æris octogeni bini (5), sagaque & tunicæ; præmia illâ tempestate militiæ haudquaquam spernenda.

Etrusci et Samnites bellum reparant.

XXXI. His ita rebus gestis, nec in Samnitibus adhuc, nec in Etruriâ pax erat. nam &, Perusinis auctoribus, post deductum ab consule exercitum rebellatum fuerat: & Samnites prædatum in agrum Vescinum Formianumque, & parte aliâ in Æserninum, (1) quæ Vulturno adjacent flumini, descendere. Adversùs eos Ap. Claudius prætor cum exercitu Deciano missus. Fabius in Etruriâ rebellante denuo quatuor millia & quingentos Perusinorum occidit: cepit ad mille septingentos quadraginta: qui redempti singuli æris (2) trecentis decem. præda alia omnis militibus concessa. Samnitium legiones, quum partim Ap. Claudius prætor, partim L. Volumnius pro consule

rentum suorum superjaciunt. (3) Aliquis in his numeris error videtur. Neque enim satis apparet, cur hic, quem nunc libri præferunt, numerus fidem excedere Livio videretur, quum & cap. præc. dixerit xxv. millia hostium cæsa, octo capta; & ex c. 26. suprà colligi possit Romanos ipsos non pauciores fuisse quadraginta hominum millibus. Ruddimannus autem auctoribus Paulô Orosio, & Paulo Diacono, dedit *peditum centum quadraginta millia trecentos triginta, equitum sex & quadraginta millia* &c. (4) Renovata est memoria parentis, cujus casum milites æquabant laudibus filii, & eventu publico, præclarâ nempe populi Romani victoriâ; & eventu privato, gloriosâ scilicit morte. (5) Nempe nummi librales.

C. 31. (1) Lege, cum aliquot codicibus, *quæque.* Neque enim aut Vescinus ager, aut Formianus, Vulturno, sed Liri adjacent. (2) Nempe

consule sequeretur, in agrum Stellatem convenerunt. ibi & Samnitium legiones omnes considunt, & Appius Volumniusque castra conjungunt. Pugnatum infestissimis animis, hinc irâ stimulante adversùs rebellantes toties, (3) illinc † ab ultimâ jam dimicantibus spe. Cæsa ergo Samnitium sexdecim millia trecenti, capta duo millia septingenti. ex Romano exercitu cecidere duo millia septingenti. Felix annus bellicis rebus, pestilentiâ gravis, prodigiisque sollicitus. nam, & terram multifariàm † pluisse, & in exercitu Ap. Claudii plerosque fulminibus ictos, nunciatum est: librique ob hæc aditi. Eo anno Q. Fabius Gurges, consulis filius, aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecuniâ mulctavit. ex quo mulctaticio ære Veneris ædem, quæ prope circum est, faciendam curavit. Supersunt etiam nunc Samnitium bella, *Belli Samnitici diuturnitas, et atrocitas.* quæ continua per quartum (4) jam volumen annumque sextum & quadragesimum, a M. Valerio, A. Cornelio consulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, (5) agimus: & ne tot annorum clades utriusque gentis laboresque actos nunc referam, quibus nequiverint tamen dura illa pectora vinci; (6) proximo anno Samnites (7) in Sentinati agro, Pelignis, ad Tifernum, Stellatibus campis, suis ipsi legionibus, mixti alienis, ab quatuor exercitibus, quatuor ducibus Romanis cæsi fuerant; imperatorem clarissimum gentis suæ amiserant; socios belli, Etruscos, Umbros, Gallos, in eâdem fortunâ videbant, quâ ipsi erant: nec suis, nec externis viribus jam stare poterant; tamen bello non abstinebant. adeò ne infeliciter quidem defensæ libertatis tædebat: & vinci, quàm non tentare victoriam, malebant. † Quinam sit ille, quem (8) non pigeat † longinquitatis bellorum scribendo legendoque, quæ gerentes non fatigaverunt?

XXXII. Q. Fabium, P. Decium, L. Postumius Megellus & M. Atilius Regulus consules secuti sunt. U. c. 458. A. C. 294. L. Postumio II. M. Atilio Coss. Samnium ambobus decreta provincia est; quia tres scriptos hostium exercitus, uno Etruriam, altero populationes

pe libris, sive assibus. (3) Illinc, quia nulla alia spes dimicantibus esset. (4) Vid. suprà l. 7. c. 29. & seqq. Quos ergo nos libros vocamus, Livius *volumina* appellat. (5) h. e. exponimus, narramus. (6) h. e. proxime præcedente. (7) Samnites cæsi fuerunt his quatuor diversis locis, nunc ipsi suis copiis pugnantes, nunc mixti alienis. (8) Aliquot codices omittunt negationem; ut sensus sit, neminem esse debere, quem ejus pigeat.

Campaniæ

Campaniæ repeti, tertium tuendis parari finibus, fama erat. Poſtumium valetudo adverſa Romæ tenuit: Atilius extemplo profectus, ut in Samnio hoſtes (ita enim placuerat Patribus) nondum egreſſos opprimeret. Velut ex compoſito (1) ibi obvium habuere hoſtem, ubi & intrare, (2) nedum vaſtare, ipſi Samnitium agrum prohiberentur; & egredi inde in pacata ſociorumque populi Romani fines Samnitem prohiberent. Quum caſtra caſtris † collata eſſent, quod vix Romanus toties victor auderet, auſi Samnites ſunt (tantum deſperatio ultima temeritatis facit) caſtra Romana oppugnare. & quanquam non venit ad finem tam audax inceptum, tamen haud omnino vanum fuit. Nebula erat ad multum diei denſa adeò, ut lucis uſum eriperet, non proſpectu modò extra vallum adempto, ſed propinquo etiam congredientium inter ſe conſpectu. Hâc velut latebrâ inſidiarum freti Samnites, vixdum ſatis certâ luce, & eam ipſam premente caligine, ad ſtationem Romanam in portâ ſegniter agentem vigilias perveniunt. Improvisò oppreſſis nec animi ſatis ad reſiſtendum, nec virium fuit. Ab tergo caſtrorum † decumanâ portâ impetus factus. itaque captum (3) quæſtorium: quæſtorque ibi L. Opimius Panſa occiſus. conclamatum inde ad arma.

Samnites caſtra Rom. aggrediuntur.

†

XXXIII. Conſul, tumultu excitus, cohortes duas ſociorum, Lucanam Sueſſanamque, quæ proximæ fortè erant, tueri prætorium jubet: manipulos legionum principali (1) viâ inducit. Vixdum ſatis aptatis armis, in ordines

C. 32. (1) Ideò hoc dicit, quia locus æque opportunus utrique videbatur, Samnitibus ad Romanos prohibendos Samnium intrare, Romanis ad Samnites prohibendos egredi in pacata. *Obvium habuere hoſtem*, nempe Romani. [Nam quo minus Gronovio aſſentiar, ſubintelligenti *et Romani et Samnites ſuum uterque exercitus hoſtem*, vetat ſequens *ipſi*. E.] (2) *Nedum* hanc vim habet, ut ſemper neget, adeóque ferè notat *multo minùs*, *tantum abeſt ut*. Ergo obſervandum eſt, negationem, quæ ineſt verbo *prohiberentur*, inde ſeperandum, nec ad poſterius orationis membrum repetendam eſſe, hoc modo: ubi non permitterentur intrare, multo minus permitterentur vaſtare. (3) Quæſtoris tabernaculum, & ejus apparatibus copiiſque deſtinata ſedes. Vid. ſuprà not. 1. ad c. 5. l. 3. ubi delendæ ſunt voces *primis ſaltem temporibus*.

C. 33. (1) Lipſio *principalis via* eſt, quæ per totam caſtrorum latitudinem ab unâ † principali portâ ad alteram pertingebat. Sed via principalis de quâ hic agitur, debuit a fronte caſtrorum porrigi versùs portam

dines eunt: & clamore magis, quàm oculis, hoſtem noſcunt: nec, quantus numerus ſit, æſtimari poteſt. Cedunt primò incerti fortunæ ſuæ, & hoſtem introrſum in media caſtra accipiunt. inde quum conſul vociferaretur, *expulſine extra vallum, caſtra deinde ſua oppugnaturi eſſent*, (2) rogitans; clamore ſublato connifi primò reſiſtunt: deinde inferunt pedem urgentque, & impulſos ſemel terrore eodem agunt, quo cœperunt. Expellunt extra portam vallumque. inde pergere ac perſequi (quia turbida lux metum circà inſidiarum faciebat) non auſi, liberatis caſtris contenti, receperunt ſe intra vallum trecentis ferme hoſtium occiſis. Romanorum ſtationis primæ vigilumque et eorum, qui circa quæſtorium oppreſſi, periere ad ducentos triginta. Animos inde Samnitibus non infelix audacia auxit; et non modò proferre inde caſtra Romanum, ſed ne pabulari quidem per agros ſuos, patiebantur. retro in pacatum Soranum agrum pabulatores ibant. Quarum rerum fama, tumultuoſior etiam, quàm res erant, perlata Romam, coëgit L. Poſtumium conſulem, vixdum validum, proficiſci ex urbe. Priùs tamen, quàm exiret, militibus edicto Soram juſſis convenire, ipſe ædem Victoriæ, (3) quam ædilis curulis ex mulctaticiâ pecuniâ faciendam curaverat, dedicavit. Ita ad exercitum profectus, ab Sorâ in Samnium ad caſtra collegæ perrexit. inde poſtquam Samnites, diffiſi duobus exercitibus reſiſti poſſe, receſſerunt; † diverſi conſules ad vaſtandos agros urbeſque oppugnandas diſcedunt.

XXXIV. Poſtumius Milioniam oppugnare adortus, vi primò atque impetu, dein, poſtquam ea parum procedebant, opere ac † vineis demum † injunctis muro cepit. Ibi, captâ jam urbe, ab horâ quartâ uſque ad octavam ferè horam omnibus partibus urbis diu incerto eventu pugnatum eſt. poſtremò potitur oppido Romanus. Samnitium cæſi tria millia ducenti: capti quatuor millia *Urbes Samnitium captæ.*

tam decumanam. (2) Suſpectum eſt *rogitans:* quod etiam in uno codice deficit. Suprà c. 28. *vociferari Decius, quo fugerent?* & alibi ſæpe verbo *vociferari* nihil aliud additur, nec addi neceſſe eſt. (3) Hujus rei nulla mentio ſuprà occurrit. Eſt enim hoc Livio familiare, ut magiſtratûs alicujus, aut legis, aut rei, non anno illo, quo de eâ actum eſt, verùm multos pòſt annos mentionem inferat.

ducenti, præter prædam aliam. Inde (1) Ferentinum ductæ legiones: unde oppidani cum omnibus rebus suis, quæ † ferri agique potuerunt, nocte per aversam portam silentio excesserunt. Igitur, simul advenit consul, primò ita compositus instructusque mœnibus successit, tanquam idem, quod ad Milioniam fuerat, certaminis foret: deinde, ut silentium vastum in urbe, nec arma, nec viros in turribus ac muris vidit, avidum invadendi deserta mœnia militem detinet, ne quam occultam in fraudem incautus rueret. Duas turmas sociorum Latini nominis circumequitare mœnia, atque explorare omnia jubet. equites portam unam alteramque eâdem regione (2) in propinquo patentes conspiciunt, itineribusque iis vestigia nocturnæ hostium fugæ. Adequitant deinde sensim portis, urbemque ex tuto rectis itineribus perviam conspiciunt: ad consulem referunt, excessum urbe; solitudine haud dubiâ id perspicuum esse, & recentibus vestigiis fugæ, ac † strage rerum in trepidatione nocturnâ passim relictarum. His auditis, consul ad eam partem urbis, quâ adierant equites, circumducit agmen: constitutisque haud procul portâ signis, quinque equites jubet intrare urbem, &, modicum spatium progressos, tres manere eodem loco, si tuta videantur; duos explorata ad se referre. Qui ubi redierunt, retuleruntque, eò se progressos, unde in omnes partes circumspectus esset, longè latéque silentium ac solitudinem vidisse; extemplo consul cohortes expeditas in urbem induxit; ceteros interim castra communire jussit. ingressi milites, refractis foribus, paucos graves ætate aut invalidos inveniunt, relictaque, quæ migratu difficilia essent. Ea direpta; & cognitum ex captivis est, communi consilio aliquot circà urbes conscisse fugam; suos primâ vigiliâ profectos. credere, eandem in aliis urbibus solitudinem inventuros. Dictis captivorum fides exstitit: desertis oppidis consul potitur.

Bellum Atilio non facile. XXXV. Alteri consuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum fuit. Quum ad Luceriam duceret legiones, quam oppugnari ab Samnitibus audierat, ad finem Luce-

C. 34. (1) *Ferentinum* non habet hîc locum. Gronovius suspicatur legendum esse *Treventinum*, urbem Samnitium ad Trinium flumen sitam. Alii *Forentum*. (2) Vicinas sibi invicem in eâdem urbis regione.

rinum

ninum ei hoſtis obvius fuit. ibi ira (1) vires æquavit. Prœlium varium & anceps fuit: triſtius tamen eventu Romanis; & quia inſueti erant vinci, & quia digredientes magis, quàm in ipſo certamine, ſenſerunt, quantum in ſuâ parte plus vulnerum (2) ac cædis fuiſſet. Itaque is terror in caſtris ortus, qui ſi pugnantes cepiſſet, inſignis accepta clades foret. (3) Tum quoque ſollicita nox fuit jam invaſurum caſtra Samnitem credentibus, aut primâ luce cum victoribus conferendas manus. Minus cladis, ceterùm non plus animorum, † ad hoſtes erat. ubi primum illuxit, abire ſine certamine cupiunt. Sed via una, & ea ipſa præter hoſtes, erat: (4) quâ ingreſſi, præbuere ſpeciem rectâ tendentium ad caſtra oppugnanda. Conſul arma capere milites jubet, & ſequi ſe extra vallum: legatis, tribunis, (5) præfectis ſociorum imperat, quod apud quemque facto opus eſt. Omnes affirmant, *ſe quidem omnia facturos, ſed militum jacere animos. totâ nocte inter vulnera & gemitus morientium vigilatum eſſe. Si ante lucem ad caſtra ventum foret, tantum pavoris fuiſſe, ut relicturi ſigna fuerint: nunc pudore a fugâ contineri, alioquin pro victis eſſe.* Quæ ubi conſul accepit, ſibimet ipſi circumeundos alloquendoſque milites ratus, ut ad quoſque venerat, cunctantes arma capere increpabat; *Quid ceſſarent, tergiverſarenturque? Hoſtem in caſtra venturum, niſi illi* (6) *extra caſtra exiſſent: & pro tentoriis ſuis pugnaturos, ſi pro vallo nollent. armatis ac dimicantibus dubiam* (7) *victoriam eſſe. Qui nudus atque inermis* (8) *hoſtem maneat, ei aut mortem, aut ſervitutem patiendam.* Hæc jurganti

C. 35. (1) Ira nempe Samnitium ob captas urbes. Aliter res Romana ſuperior fuiſſet. E. (2) Si codices aliqui ſuffragarentur, legere mallem *quàm cædis*. Poſt prœlium ſenſerunt Romani quantum cladis accepiſſent, plus tamen vulnerum quàm cædis. Mox *vulnera et gemitus morientium* memorantur: & aliàs ſæpe Livius plures Romanos vulneratos quàm cæſos fuiſſe dicit. Quin ſi in prœlio multo plures Romani, quàm Samnites, cecidiſſent, cur non id ſtatim ſentirent Romani? E. (3) Licet is terror non ipſo certamine Romanos cepiſſet, ſed tum demum quum in caſtris eſſent. (4) Alii legunt *quam*. Utrumque probum eſt. (5) Vid. not. 4. ad c. 36. l. 8. [Mox pro *apud quemque* Crevierius legere mallet *cuique*. ſed immeritò, et contra fidem codicum. *Apud quemque* eſt, quibus partibus ſinguli imperabant. E.] (6) Meliùs legas, cum quibuſdam codicibus, *ipſi*. (7) h. e. Martem communem eſſe, nec omnem victoriæ ſpem ſublatam. (8) Meliùs *iners*. *Nudus* enim

jurganti increpantique reſpondebant: *Confectos ſe pugnâ heſternâ eſſe: nec virium quicquam, nec ſanguinis ſupereſſe. majorem multitudinem hoſtium apparere, quàm pridie fuerit.* Inter hæc appropinquabat agmen: &, jam breviore intervallo certiora intuentes, vallum ſecum portare Samnitem affirmant, nec dubium eſſe, quin caſtra circumvallaturi ſint. Tunc, † *enimvero*, conſul, *indignum facinus eſſe*, vociferari, *tantam contumeliam ignominiamque ab ignaviſſimo accipi hoſte. Etiamne circumſedebimur*, inquit, *in caſtris, ut fame potiùs per ignominiam, quàm ferro, ſi neceſſe eſt, per virtutem, moriamur? Dii bene verterent; facerentque* (9), *quod ſe dignum quiſque ducerent. Conſulem M. Atilium vel ſolum, ſi nemo alius ſequatur, iturum adversùs hoſtes: caſurumque inter ſigna Samnitium potiùs, quàm circumvallari caſtra Romana videat.* Dicta conſulis legati, tribunique, & omnes turmæ equitum, & † centuriones primorum ordinum, approbavere. Tum pudore victus miles ſegniter arma capit, ſegniter e caſtris egreditur: longo agmine, nec † continenti, mœſti ac propè victi procedunt adversùs hoſtem, nec ſpe, nec animo (10) certiorem. Itaque ſimul conſpecta ſunt Romana ſigna, extemplo a primo Samnitium agmine ad noviſſimum fremitus perfertur, *Exire, id quod timuerint, ad impediendum iter Romanos. Nullam inde ne fugæ quidem patere viam. illo loco aut cadendum eſſe, aut, ſtratis hoſtibus, per corpora eorum evadendum.*

XXXVI. In medio (1) ſarcinas conjiciunt; armati ſuis quiſque ordinibus inſtruunt aciem. Jam exiguum inter duas acies erat ſpatium, & ſtabant exſpectantes, dum ab hoſtibus priùs impetus, priùs clamor inciperet. neutris animus eſt ad pugnandum. † Diverſique integri atque intacti abiſſent, ni cedenti inſtaturum alterum timuiſſent. ſuâ ſponte inter invitos tergiverſanteſque (2) ſegnis pugna, clamore incerto atque impari, cœpit: nec veſtigio quiſquam movebatur. Tum conſul Romanus, ut rem

enim hîc intelligi debet *inermis*. (9) Nempe *milites:* Sed meliùs abeſſet copula *que*. (10) Sic Virg. l. 9. Æn. v. 249. *certa pectora* dixit. et Cic. pro Quint. c. 4. *certum* et *confirmatum animum* conjungit.

C. 36. (1) Potiùs *in medium;* quemadmodum mox hoc ipſo cap. et alibi ſæpe. (2) *Segnis pugna* ſuprà l. 3. c. 63. Ita *ſegne bellum, prælium* ſuprà

rem excitaret, equitum paucas turmas extra ordinem immisit: quorum quum plerique delapsi ex equis essent, & alii turbati; & ab Samnitium acie ad opprimendos eos, qui ceciderant, & ad suos tuendos ab Romanis procursum est. Inde paullulum irritata pugna est. sed aliquanto & impigre magis, & plures procurrerant Samnites: & turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcavit. hinc fuga cœpta totam avertit aciem Romanam. Jamque (3) in terga fugientium Samnites pugnabant, quum consul, equo prævectus (4) ad portam castrorum, ac statione equitum ibi opposità, edictoque, *ut, quicunque ad vallum tenderet, sive ille Romanus, sive Samnis esset, pro hoste haberent;* (5) hæc ipsa minitans, obstitit profusè tendentibus suis in castra. *Quò pergis*, inquit, *miles? & hîc arma & viros invenies. nec, vivo consule tuo, nisi victor castra intrabis. Proinde elige, cum cive, an hoste, pugnare malis.* Hæc dicente consule, equites infestis conspidibus circumfunduntur, ac peditem in pugnam redire jubent. Non virtus solùm consulem, sed fors etiam adjuvit; quòd non institerunt Samnites, spatiumque circumagendi signa, vertendique aciem a castris in hostem fuit. Tum alii alios hortari, ut repeterent pugnam: centuriones ab signiferis rapta signa inferre: & ostendere suis, paucos & ordinibus incompositis effusè venire hostes. Inter hæc consul, manus ad cœlum attollens, voce clarâ, ita ut exaudiretur, templum Jovi † Statori vovet, si constitisset a fugâ Romana acies, redintegratoque prœlio cecidisset vicissetque legiones Samnitium. Omnes undique annisi ad restituendam pugnam, duces, milites, peditum equitumque vis: † numen etiam Deorum respexisse † nomen Romanum visum. adeò facilè inclinata res, repulsique a castris hostes; mox etiam redacti ad eum locum, in quo commissa pugna erat. Ibi, objacente sarcinarum cumulo, quas conjecerant in medium, hæsere impediti: deinde, ne diriperentur res, orbem armatorum sarcinis circumdant. Tum verò eos a fronte urgere pedites, ab tergo circumvecti equites. ita in medio cæsi captique. Captivorum numerus fuit septem millium ac ducentorum,

suprà c. 13. infrà l. 22. c. 48. (3) Sic *pugnare in frontem, in latera* l. 21. c. 4. (4) h. e. præter fugientes vectus. (5) Hæc ipsa, quæ stationi equitum

rum, qui omnes nudi ſub jugum miſſi. cæſos (6) retulere ad quatuor millia octingentos. Ne Romanis quidem læta victoria fuit. recenſente conſule biduo acceptam cladem, amiſſorum militum numerus relatus ſeptem millium ac ducentorum. Dum hæc in Apuliâ gerebantur, altero exercitu Samnites Interamnam (7), coloniam Romanam, quæ viâ Latinâ eſt, occupare conati, urbem non tenuerunt: agros depopulati quum prædam aliam inde mixtam hominum atque pecudum, colonoſque captos agerent, in victorem incidunt conſulem, ab Luceriâ redeuntem: nec prædam ſolùm amittunt, ſed ipſi longo atque impedito agmine incompoſiti cæduntur. Conſul, Interamnam edicto dominis ad res ſuas † noſcendas recipiendaſque revocatis, & exercitu ibi relicto, comitiorum causâ Romam eſt profectus. Cui de triumpho agenti negatus honos, & ob amiſſa tot millia militum, & (8) quòd captivos ſine pactione ſub jugum miſiſſet.

Etruria a Poſtumio vaſtata.

XXXVII. Conſul alter Poſtumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, in Etruriam traducto exercitu, primùm pervaſtaverat Volſinienſem agrum: dein cum egreſſis ad tuendos fines haud procul mœnibus ipſorum depugnat. duo millia octingenti Etruſcorum cæſi: ceteros propinquitas urbis tutata eſt. In Ruſellanum agrum exercitus traductus. ibi non agri tantùm vaſtati, ſed oppidum etiam expugnatum: capta amplius duo millia hominum, minus (1) duo millia circa muros cæſa. Pax tamen clarior majorque, quàm bellum in Etruriâ eo anno fuerat, parta eſt. Tres validiſſimæ urbes, Etruriæ capita, Volſinii, Peruſia, Arretium, pacem petiere; &, (2) veſtimentis militum frumentoque pacti cum conſule, ut mitti Romam oratores liceret, inducias in quadraginta annos impetraverunt. mulcta præſens quingentûm millium

equitum imperarat, minitans fugientibus. (6) Ii quibus datum negotium erat ut cæſorum corpora numerarent. Ita mox *relatus*. (7) Quatuor diverſa oppida ita dicta memorat Cluverius. Id de quo hîc agitur in Volſcis fuit. De coloniâ eò deductâ vid. ſuprà l. 9. c. 28. (8) Nempe ſub jugum miſſi liberabantur & abire ſinebantur. Id ergo indignantur Patres, tot captivos ita remiſſos eſſe, ut nihil inde commodi reſpublica Romana recepiſſet.

C. 37. (1) Vid. † *quàm*. (2) Vid. ſuprà not. 5. ad c. 43. l. 9. (3) Sic

lium æris (3) in ſingulas civitates impoſita. Ob haſce res geſtas, conſul quum triumphum ab ſenatu, moris magis causâ, quàm ſpe impetrandi, petiſſet, videretque alios, quòd tardiùs ab urbe exiſſet; alios, quòd injuſſu ſenatûs ex Samnio in Etruriam tranſiſſet, partim ſuos inimicos, partim collegæ amicos, (4) ad ſolatium æquatæ repulſæ ſibi quoque negare triumphum: *Non ita*, inquit, *Patres conſcripti, veſtræ majeſtatis meminero, ut me conſulem eſſe oblivifcar. eodem jure imperii, quo bella geſſi, bellis feliciter geſtis, Samnio atque Etruriâ ſubactis, victoriâ & pace partâ, triumphabo.* Ita ſenatum reliquit. Inde inter tribunos plebis contentio orta: pars interceſſuros, ne novo exemplo triumpharet, aiebant; pars auxilio ſe adversùs collegas triumphanti futuros. (5) Jactata res ad populum eſt: vocatuſque eò conſul, quum M. Horatium, L. Valerium conſules, C. Marcium Rutilum nuper, patrem ejus, qui tunc cenſor eſſet, non ex auctoritate ſenatûs, ſed juſſu populi (6) triumphaſſe diceret; adjiciebat, *ſe quoque laturum fuiſſe ad populum, ni ſciret, mancipia nobilium tribunos plebis legem impedituros: voluntatem ſibi ac favorem conſentientis populi pro omnibus juſſis eſſe, ac futura* (7). Poſteroque die auxilio tribunorum plebis trium, adversùs interceſſionem ſeptem tribunorum & conſenſum ſenatûs, celebrante populo diem, triumphavit. Et hujus anni parum conſtans memoria eſt. Poſtumium, auctor eſt Claudius, in Samnio captis aliquot urbibus, in Apuliâ fuſum fugatumque, ſaucium ipſum cum paucis Luceriam compulſum: ab Atilio in Etruriâ res geſtas, (8) eumque triumphaſſe. Fabius, † ambo conſules in Samnio & ad Luceriam res geſſiſſe, ſcribit, traductumque in Etruriam exercitum, (ſed ab utro conſule non adjecit) & ad Luceriam utrinque multos occiſos: inque eâ pugnâ Jovis Statoris ædem votam, ut Romulus antè voverat: ſed (9) fanum tantùm, id eſt locus,

Poſtumius triumphat ſenatu adverſante.

(3) Sic infrà l. 3. c. 13. *imponere aſſes vectigales in jugera.* (4) Atilii amici, quo leniretur illi dolor repulſæ, Poſtumium itidem repulſam ferre volebant. (5) *Jactare* hoc ſenſu frequenter occurrit. ſuprà l. 2. c. 13. l. 3. c. 10. Tac. l. 2. Hiſt. c. 10. (6) Vid. ſuprà l. 3. c. 63. l. 7. c. 17. (7) Sic ſuprà l. 4. c. 57. *quàm gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus eſſent.* Alii autem habent *futuram*, ut referatur ad nomen remotius *voluntatem.* Ita l. 5. c. 25. *urbs et ager, quæ et ipſa voto continetur.* (8) Secundum Faſtos uterque triumphavit. (9) *Fanum*

igitur

locus, templo effatus, sacratus fuerat. Ceterùm, hoc demum anno ut ædem etiam fieri senatus juberet, bis ejusdem voti † damnata respublica in (10) religionem venit.

U. c. 459. A. C. 293. L. Papirio, Sp. Carvilio Coss.

XXXVIII. Sequitur hunc annum & consul insignis L. Papirius Cursor, quà paternâ gloriâ, quà suâ, & bellum ingens victoriaque, quantam de Samnitibus nemo ad eam diem, præter L. Papirium patrem consulis, pepererat: & fortè eodem conatu apparatuque omni opulentiâ insignium armorum bellum adornaverant: & Deorum etiam adhibuerant opes (1), ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus, delectu per omne Samnium habito novâ lege: ut, qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset, caput Jovi sacratum esset. Tum exercitus omnis (2) Aquiloniam est indictus. ad quadraginta millia militum, quod roboris in Samnio erat, convenerunt. Ibi mediis (3) ferè castris locus est consæptus cratibus pluteisque (4), & linteis contectus, patens ducentos maximè pedes in omnes pariter partes. Ibi ex libro vetere linteo (5) lecto sacrificatum, sacerdote Ovio Pactio quodam, homine magno natu, qui se id sacrum petere affirmabat ex vetustâ Samnitium religione; quâ quondam usi majores eorum fuissent, (6) quum adimendæ Etruscis Capuæ clandestinum cepissent consilium. Sacrificio perfecto, per viatorem imperator acciri jubebat nobilissimum quemque genere factisque. singuli (7) introducebantur. Erat quum alius apparatus sacri, qui perfundere religione animum posset; tum in loco circà omni contecto

Sacramento adiguntur milites Samnitium horrendo quodam ritu.

igitur et *ædes* sic differebant, ut *fanum* propriè esset area nuda et solum alicui Deo consecratum; *ædes*, ipsum ædificium. (10) Religio exposcere visa est, quia respublica bis &c. Gronovius autem scribendum censet, *bis ejusdem voti damnatâ republicâ.*

C. 38. (1) h. e. auxilium. Suprà l. 7. c. 28. *Deorum quoque opes adhibendas ratus.* (2) Vid. suprà not. 1. ad c. 12. l. 6. (3) h. e. mediâ parte castrorum. quemadmodum † *primo prælio.* (4) *Plutei* sunt vel crates corio crudo intentæ, vel tabulæ quibus quid præsepitur. (5) Ex libro vetere linteo, qui lectus fuerat, nempe ab illo Ovio Pactio, qui sacerdos hujus sacri fuit; & fortasse coram imperatore & præcipuis ducum. Posset ultima vox abesse sine sensûs dispendio. (6) Vid. suprà l. 4. c. 37. (7) Non autem plures simul.

(8) Dira

contecto aræ in medio, victimæque circà cæſæ, & circumſtantes centuriones ſtrictis gladiis. Admovebatur altaribus miles, magis ut victima, quàm ut ſacri particeps: adigebaturque jurejurando, quæ viſa auditaque in eo loco eſſent, non enunciaturum. Dein jurare cogebatur diro quodam carmine, in exſecrationem capitis familiæque & ſtirpis compoſito, (8) niſi iſſet in prœlium, quò imperatores duxiſſent: & ſi aut ipſe ex acie fugiſſet, aut, ſi quem fugientem vidiſſet, non extemplo occidiſſet. Id primò quidam abnuentes juraturos ſe, obtruncati circa altaria ſunt: jacentes deinde inter ſtragem victimarum documento ceteris fuere, ne abnuerent. Primoribus Samnitium eâ deteſtatione obſtrictis, decem nominatis ab imperatore, eis (9) dictum, ut (10) vir virum legerent, donec ſexdecim millium numerum confeciſſent. ea legio linteata ab integumento conſepti (11), quo ſacrata nobilitas erat, appellata eſt. His arma inſignia data, & criſtatæ galeæ, ut inter ceteros eminerent. Paullo plus viginti millium alius exercitus fuit, nec corporum ſpecie, nec gloriâ belli, nec apparatu linteatæ legioni diſpar. hic hominum numerus, quod roboris erat, ad Aquiloniam conſedit.

XXXIX. Conſules profecti ab urbe: prior Sp. Carvilius, cui veteres legiones, quas M. Atilius, ſuperioris anni conſul, in agro Interamnàti reliquerat, decretæ erant, cum eis in Samnium profectus, dum hoſtes, † operati ſuperſtitionibus, concilia ſecreta agunt, (1) Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit. Cæſa ibi millia hominum duo ferme atque octingenti: capta quatuor millia ducenti ſeptuaginta. Papirius novo exercitu (ita decretum erat) ſcripto, Duroniam urbem expugnavit. minus, quàm collega, cepit hominum, plus aliquanto occidit. præda opulenta utrobique eſt parta. Inde pervagati

Samnium vaſtant Coſſ.

(8) Dira imprecatus in caput ſuum familiæque niſi &c. (9) Pro *eis dictum*, potiùs legendum videtur *edictum*. (10) Vid. ſuprà not. 2. ad c. 39. l. 9. *Ut vir virum legerent* eodem modo dictum eſt, quo ſuprà l. 2. c. 10. *dum alius alium . . . circumſpectant*. l. 3. c. 50. *decemviri perturbati alius in aliam partem caſtrorum diſcurrunt*. l. 7. c. 8. *equites, alius alium increpantes, inferunt pedem*. (11) *Conſeptum* eſt locus undique ſeptus. Paullo ſuprà *mediis fere caſtris locus eſt conſeptus* &c.

C. 39. (1) Amiternum propriè fuit oppidum Sabinorum, ſed trans Alpes

vagati Samnium conſules, maximè depopulato (2) Atinate agro, Carvilius ad Cominium, Papirius ad Aquiloniam (ubi ſumma rei Samnitium erat) pervenit. (3) ibi aliquandiu nec ceſſatum ab armis eſt, neque gnaviter pugnatum: laceſſendo quietos, reſiſtentibus cedendo, comminandoque magis, quàm inferendo pugnam, dies abſumebatur. quod quum inciperetur, remittereturque, omnium rerum etiam parvarum eventus proferebatur in dies. Altera Romana caſtra viginti millium ſpatio aberant: & (4) abſentis collegæ conſilia omnibus gerendis intererant rebus: intentiorque Carvilius, quo majore diſcrimine res vertebatur, in Aquiloniam, quàm ad Cominium, quod obſidebat, erat. L. Papirius, jam per omnia ad dimicandum ſatis paratus, nuncium ad collegam mittit; *ſibi in animo eſſe, poſtero die, ſi per auſpicia liceret, confligere cum hoſte. Opus eſſe, & illum, quantâ maximâ vi poſſet, Cominium oppugnare, ne quid* † *laxamenti ſit Samnitibus ad ſubſidia Aquiloniam mittenda.* Diem ad proficiſcendum nuncius habuit: nocte rediit, approbare collegam conſulta (5) referens. Papirius, nuncio miſſo, extemplo concionem habuit; multa de univerſo genere belli, multa de præſenti hoſtium apparatu, vanâ magis ſpecie, quàm efficaci ad eventum, diſſeruit. *Non enim criſtas vulnera facere; & per picta atque aurata ſcuta tranſire Romanum pilum: & candore tunicarum fulgentem aciem, ubi res ferro geratur, cruentari. Auream olim atque argenteam Samnitium aciem a parente ſuo occidione occiſam: ſpoliaque ea honeſtiora victori hoſti, quàm ipſis arma, fuiſſe. Datum hoc forſan nomini familiæque ſuæ, ut adversùs maximos conatus Samnitium opponerentur duces; ſpoliaque ea referrent, quæ inſignia* (6) *publicis etiam locis decorandis eſſent. Deos immortales adeſſe propter toties petita fœdera, toties rupta: tum, ſi qua conjectura mentis divinæ ſit, nulli unquam exercitui fuiſſe infeſtiores, quàm qui, nefando ſacro mixta hominum*

Papirius milites hortatur.

†

Alpes in Veſtinorum confinio. (2) Atina Volſcorum fuit, ſed hoc tempore in poteſtate Samnitium fuiſſe videtur. Livius improprie Samnii nomine appellat loca, quæ Samnites extra Samnium ſuum vi vel perſuaſu in ſuam redegerunt poteſtatem. (3) Eo loco, qui poſterior memoratus eſt, nempe ad Aquiloniam. (4) Abſenti collegæ omnia conſilia impertiebat Papirius. (5) Sic infrà l. 25. c. 16. *ab occultis cavendum hominibus conſultiſque.* Virg. l. 6. Æn. v. 151. *Dum conſulta petis.* (6) Vid. ſuprà

hominum pecudumque cæde resperſus, (7) *ancipiti Deûm iræ devotus, hinc fœderum cum Romanis ictorum teſtes Deos, hinc jurisjurandi adversùs fœdera ſuſcepti exſecrationes horrens, invitus juraverit, oderit ſacramentum, uno tempore Deos, cives, hoſtes metuat.*

XL. Hæc, comperta perfugarum indiciis, quum apud infenſos jam ſuâ ſponte milites diſſeruiſſet, ſimul divinæ humanæque ſpei pleni, clamore conſentienti pugnam poſcunt; pœnitet in poſterum diem dilatum certamen; moram diei noctiſque oderunt. Tertiâ vigiliâ noctis, jam relatis literis a collegâ, Papirius (1) ſilentio ſurgit, & pullarium in auſpicium mittit. Nullum erat genus hominum in caſtris intactum cupiditate pugnæ: ſummi infimique æquè intenti erant: dux militum, miles ducis ardorem ſpectabat. Is ardor omnium etiam ad eos, qui auſpicio intererant, pervenit. nam, quum pulli non paſcerentur, pullarius, auſpicium mentiri auſus, (2) tripudium ſoliſtimum conſuli nunciavit. Conſul lætus, auſpicium egregium eſſe, & Deis auctoribus rem geſturos, pronunciat; ſignumque pugnæ proponit. Exeunti jam fortè in aciem nunciat perfuga, viginti cohortes Samnitium (quadringenariæ ferme erant) Cominium profectas; quod ne ignoraret collega, extemplo nuncium mittit: ipſe ſigna ociùs proferri jubet, ſubſidiaque ſuis quæque locis, & præfectos ſubſidiis attribuerat. Dextro cornu L. Volumnium, ſiniſtro L. Scipionem, equitibus legatos alios, Caios Cædicium & Trebonium, præfecit. Sp. Nautium mulos, detractis clitellis, cum cohortibus (3) alariis

Auſpicium mentitur pullarius.

ſuprà l. 9. c. 40. (7) Utrinque minitanti, ſive pugnaret contra fœdera, ſive fugeret adversùs ſuſceptum jusjurandum.

C. 40. (1) Vid. ſuprà not. 7. ad c. 23. l. 8. (2) Auſpicium e pullis ſummâ religione a Romanis captabatur, hoc modo. Pullos in caveâ aſſervabant ii, qui ex eo ipſo dicebantur *pullarii.* His igitur pullis, quando auſpicari opus erat, puls vel offa objiciebatur. Si pulli e caveâ egreſſi non eſſent, aut progreſſi offam non attigiſſent, inde colligebatur periculum imminere. Sin autem paſcerentur, bonum augurium habebatur, præſertim, ſi iis veſcentibus aliquid ex ore decidiſſet; idque *tripudium ſoliſtimum* appellabatur. *Quia enim,* inquit Cic. l. 2. de Divin. n. 72. *quum paſcuntur* pulli, *neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pavire,* i. e. ferire, *terripavium primò, mox terripudium dictum eſt: hoc quidem jam tripudium dicitur. Soliſtimum* autem dicebatur a *ſolo,* quod feriebat offa ex ore pulli decidens. (3) Vel *alaribus:* utrumque enim in

riis in tumulum conſpectum (4) propere circumducere jubet, atque inde inter ipſam dimicationem, quanto maximè poſſet, moto pulvere oſtendere (5). Dum his intentus imperator erat, altercatio inter pullarios orta de auſpicio ejus diei, exauditaque ab equitibus Romanis: qui, rem haud ſpernendam rati, Sp. Papirio fratris filio conſulis, ambigi de auſpicio, renunciaverunt. Juvenis, (6) ante doctrinam Deos ſpernentem natus, rem inquiſitam, ne quid incompertum deferret ad conſulem, detulit. Cui ille, *Tu quidem* † *macte virtute diligentiâque eſto: ceterùm qui auſpicio adeſt, ſi quid falſi nunciat,* (7) *in ſemet ipſum religionem recipit. Mihi quidem tripudium nunciatum, populo Romano exercituique egregium auſpicium eſt.* Centurionibus deinde imperavit, ut pullarios inter prima ſigna conſtituerent. Promovent & Samnites ſigna; inſequitur acies ornata armataque, (8) ut hoſtium quoque magnificum ſpectaculum eſſet. Priuſquam clamor

Iſque ictus pilo cadit.

tolleretur, concurreretur que, emiſſo temere pilo ictus pullarius ante ſigna cecidit. quod ubi conſuli nunciatum eſt, *Dii in prœlio ſunt*, inquit; *habet pœnam noxium caput.* Ante conſulem hæc dicentem corvus voce clarâ (9) occinuit. quo lætus augurio conſul, affirmans nunquam humanis rebus magis (10) præſentes interfuiſſe Deos, ſigna canere, & clamorem tolli juſſit.

XLI. Prœlium commiſſum atrox, ceterùm longè diſparibus animis. Romanos ira, ſpes, ardor certaminis, avidos hoſtium ſanguinis in prœlium rapit: Samnitium magnam partem neceſſitas ac religio invitos magis reſiſtere, quàm inferre pugnam, cogit. nec ſuſtinuiſſent primum clamorem atque impetum Romanorum, per aliquot jam annos vinci aſſueti, ni potentior alius metus inſidens pectoribus a fugâ retineret. Quippe in oculis

in uſu fuit. Intellige *pedites ſociales:* nam hoc tempore ſocii, qui in caſtris Romanis militabant, diviſi erant in alas, dextram & ſiniſtram. (4) h. e. conſpicuum. (5) Nempe ſe, vel copias ſuas. (6) Antè quàm homines Deos ſpernere didiciſſent. Suprà l. 3. c. 20. *Nondum hæc, quæ nunc tenet ſeculum, negligentia Deûm venerat.* (7) Semetipſum obligat crimine violatæ religionis, & ſuum caput pœnæ ſubjicit. (8) Ut ſpectaculum illius, licet hoſtilis, aciei, Romanorum oculos magnificentiâ ſuâ capere & quodammodo delectare poſſet. (9) Vid. ſuprà not. 7. ad c. 41. l. 6. (10) *Dii præſentes* ſunt ſecundi, propitii, faventes. Suprà l. 7. c. 26. *lætum tam præſentibus ac ſecundis Diis.*

erat

erat omnis ille occulti (1) paratus ſacri, & armati ſacerdotes, & promiſcua hominum pecudumque ſtrages, & reſperſæ (2) fando nefandoque ſanguine aræ, & dira exſecratio, ac furiale carmen, deteſtandæ familiæ ſtirpique compoſitum. his vinculis fugæ obſtricti ſtabant, civem magis, quàm hoſtem, timentes. Inſtare Romanus a cornu utroque, a mediâ acie, & cædere Deorum hominumque † attonitos metu. repugnatur ſegniter, ut ab iis, quos timor moraretur a fugâ. Jam propè ad ſigna cædes pervenerat. quum ex tranſverſo pulvis, velut ingentis agminis inceſſu motus, apparuit. Sp. Nautius (Octavium Metium quidam eum tradunt) dux alaribus cohortibus erat. pulverem majorem, quàm pro numero excitabant: inſidentes mulis calones frondoſos ramos per terram trahebant: arma ſignaque per turbidam lucem in primo apparebant: pòſt altior denſiorque pulvis equitum ſpeciem (3) cogentium agmen dabat. Fefellitque non Samnites modò, ſed etiam Romanos: & conſul † affirmavit errorem, clamitans inter prima ſigna, ita ut vox etiam ad hoſtes (4) accideret, *captum Cominium, victorem collegam adeſſe: anniterentur vincere priùs, quàm gloria alterius exercitûs fieret.* Hæc inſidens equo. inde tribunis centurionibuſque imperat, ut viam equitibus patefaciant. Ipſe Trebonio Cædicioque prædixerat, ut, ubi ſe cuſpidem erectam quatientem vidiſſent, quantâ maximâ vi poſſent, concitarent equites in hoſtem. Ad nutum omnia, ut ex † antè præparato, fiunt. panduntur inter ordines viæ: provolat eques, atque infeſtis cuſpidibus in medium agmen hoſtium ruit; perrumpitque ordines, quâcunque impetum dedit. inſtant Volumnius & Scipio, & perculſos ſternunt. Tum, jam (5) Deorum hominumque victâ vi, funduntur linteatæ cohortes: pariter jurati injuratique fugiunt, nec quenquam, præter hoſtes, metuunt. Peditum agmen, (6) quod ſuperfuit pugnæ, in caſtra

Victi Samnites.

C. 41. (1) *Paratus*, pro *apparatus*, apud Tacitum frequenter occurrit. (2) Et ſanguine pecudum, quem fas erat fundi; & hominum ſanguine, qui ſine ſcelere effundi non poterat. (3) *Cogere agmen* dicuntur, qui ultimi incedunt: ut infrà l. 42. c. 64. l. 44. c. 4. & alibi. (4) Vid. not. 1. ad c. 5. ſuprà. (5) *Victa vis Deorum* dicitur, quia religio juramenti, quâ obſtricti erant Samnites, parum valuit ad cohibendos eos a fugâ. E. (6) *Peditum agmen*, non totum, ſed *quod* ejus *ſuperfuit pugnæ.*

castra ad Aquiloniam compulsum est. nobilitas equitesque Bovianum perfugerunt: equites eques sequitur, peditem pedes: ac † diversa cornua, dextrum ad castra Samnitium, lævum ad urbem tendit. Prior aliquanto Volumnius castra cepit: ad urbem Scipioni majore resistitur vi; non quia plus animi victis est, sed meliùs muri, quàm vallum, armatos arcent. inde lapidibus propulsant hostem. Scipio, nisi in primo pavore, priusquam colligerentur animi, transacta res esset, lentiorem fore munitæ urbis oppugnationem ratus, interrogat milites, *Satin' æquo animo paterentur, ab altero cornu castra capta esse: se victores pelli a portis urbis?* Reclamantibus universis, primus ipse, scuto super caput (7) elato, pergit ad portam: secuti alii, testudine factâ, in urbem perrumpunt: deturbatisque Samnitibus, qui circa portam erant, muros occupavere. penetrare in interiora urbis, quia pauci admodum erant, non audent.

XLII. Hæc primò ignorare consul, & intentus recipiendo exercitui esse: jam enim † præceps in occasum sol † erat, & † appetens nox periculosa & suspecta omnia etiam victoribus faciebat. Progressus longiùs ab dextrâ castra capta videt. ab lævâ clamorem in urbe mixtum pugnantium ac paventium fremitu (1) esse. & tum fortè certamen ad portam erat. Advectus deinde equo propiùs, ut suos in muris videt, (2) nec jam integri quicquam esse, quoniam temeritate paucorum magnæ rei parta occasio esset, acciri, quas receperat, copias, signaque in urbem inferri jussit. Ingressi (3) proximâ ex parte, quia nox appropinquabat, quievere. nocte oppidum ab hostibus desertum est. Cæsa illo die ad Aquiloniam Samnitium (4) millia triginta trecenti quadraginta: capta

pugnæ. Eodem ferè modo locutus est Livius suprà l. 5. c. 34. *Is, quod bis ex populis abundabat, Bituriges, Arvernos.* Vid. & infrà l. 26. c. 33. (7) Sic infrà l. 44. c. 9. *super capita elata scuta.* Tac. l. 3. Hist. c. 27. *elatis super capita scutis.*

C. 42. (1) Meliùs legas, cum aliquot codicibus, *fremitum:* ut dicat *clamorem in urbe*, qui ab lævâ aures accidebat, *mixtum pugnantium ac paventium fremitum esse.* (2) Nec jam deliberandi locum esse tanquam de re † integrâ. (3) Ingressi per eam urbis partem, quæ proxima fuit venientibus a castris. (4) Numerus cæsorum fidem superare videtur. Quum enim Samnitium exercitus, qui ad Aquiloniam consedit, triginta ferme ac sex millium fuerit, ut colligitur ex c. 38. inde cæsis ac captis deductis, vix duo millia evasissent: & tamen non tantùm ante prœlium inceptum

capta tria millia octingenti & ſeptuaginta: ſigna militaria nonaginta ſeptem. Ceterùm illud memoriæ traditur, non ferme alium ducem lætiorem in acie viſum, ſeu ſuopte ingenio, ſeu fiduciâ bene gerendæ rei. Ab eodem robore animi neque controverſo auſpicio revocari a prœlio potuit; & in ipſo diſcrimine, quo templa Diis immortalibus voveri mos erat, voverat Jovi Victori, ſi legiones hoſtium fudiſſet, (5) pocillum mulſi priùs, quàm temetum biberet, ſeſe facturum. id votum Diis cordi fuit: & auſpicia in bonum verterunt. *Pocillum mulſi votum Jovi.*

XLIII. Eâdem fortunâ ab altero conſule ad Comininm geſta res. Primâ luce, ad mœnia omnibus copiis admotis, coronâ cinxit urbem; ſubſidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis oppoſuit. Jam ſignum dantem eum nuncius a collegâ trepidus de viginti cohortium adventu & ab impetu moratus eſt, & partem copiarum revocare (1) inſtructam intentamque ad oppugnandum coëgit. D. Brutum Scævam legatum cum legione primâ & decem cohortibus alariis equitatuque ire adversùs ſubſidium hoſtium juſſit: quocunque in loco fuiſſet obvius, obſiſteret ac moraretur; manumque ſi fortè ita res poſceret, conferret: modò ne ad Cominium eæ copiæ admoveri poſſent. Ipſe ſcalas ferri ad muros ab omni parte urbis juſſit, ac teſtudine ad portas ſucceſſit. ſimul & refringebantur portæ, & vis undique in muros fiebat. Samnites, ſicut, antequam in muris viderent armatos, ſatis animi habuerunt ad prohibendos urbis aditu hoſtes; ita, poſtquam jam non ex intervallo nec miſſilibus, ſed cominus gerebatur res; &, qui ægre ſucceſſerant ex plano in muros, loco, quem magis timuerant, victo, facilè in hoſtem imparem *Cominium a Carvilio captum.*

inceptum viginti cohortes quadringenariæ, adeóque octo ferme millia hominum, ex caſtris eorum Cominium profectæ eſſe c. 40. verùm etiam, poſtquam victi eſſent, nobilitas equiteſque Bovianum perfugiſſe dicuntur cap. præc. Ea enim urbs a Romanis capta non eſt; ſed per urbem, quam Scipio invaſit, & auxilio Papirii expugnavit, intelligenda eſt Aquilonia, ut tota hiſtoria docet. (5) Sic Plaut. in Aulul. 4. 2. 15. *Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam.* Hìc *facere* vel ſumi poteſt pro facere rem divinam; (quo tamen ſenſu ſæpius cum caſu ſexto conſtruitur, quemadmodum apud Virg. Ecl. 3. v. 77. *Quum faciam vitulâ*) vel, quum mulſum ex vino & melle componatur, promittit Papirius, ſe Jovi *pocillum mulſi facturum*, i. e. mixturum, præparaturum.

C. 43. (1) Quæ jam inſtructa intentaque erat ad oppugnandum oppidum

imparem ex æquo pugnabant; relictis turribus murisque, in forum omnes compulsi, paullisper inde tentaverunt extremam pugnæ fortunam. Deinde, abjectis armis, ad undecim millia hominum & quadringenti in fidem consulis venerunt. cæsa ad quatuor millia trecenti octoginta. Sic ad Cominium, sic ad Aquiloniam gesta res. Inde medio inter duas urbes spatio, ubi tertia exspectata erat pugna, hostes non inventi. septem millia passuum quum abessent a Cominio, revocati ab suis neutri prœlio occurrerunt. Primis ferme tenebris, quum in conspectu jam castra, jam Aquiloniam habuissent, clamor eos utrinque par accidens sustinuit: deinde e regione castrorum, quæ incensa ab Romanis erant, flamma latè fusa certioris cladis indicio (2) progredi longiùs prohibuit. Eo ipso loco propè (3) temere sub armis strati passim inquietum omne tempus noctis, exspectando timendoque lucem, egere. primâ luce, incerti quam in partem intenderent iter, repentè in fugam(4) consternantur,(5) conspecti ab equitibus; qui, egressos nocte ab oppido Samnites persecuti, viderant multitudinem, non vallo, non stationibus firmatam. Conspecta & ex muris Aquiloniæ ea multitudo erat. jamque etiam legionariæ cohortes sequebantur. Ceterùm nec pedes fugientes persequi potuit: & ab equite novissimi agminis ducenti ferme & octoginta interfecti. Arma multa pavidi ac signa militaria duodeviginti reliquere. alio agmine incolumi, (6) ut ex tantâ trepidatione, Bovianum perventum est.

XLIV. Lætitiam utriusque exercitûs Romani auxit & ab alterâ parte feliciter gesta res. uterque (1) ex alterius sententiâ consul captum oppidum diripiendum militi dedit; (2) exhaustis deinde tectis ignem injecit: eodemque die

pidum. (2) Meliùs legas, cum nonnullis codicibus, *indicium. certioris cladis indicium*, pro certius cladis indicium. Vid. suprà not. 12. ad c. 8. l. 4. (3) Sine ullo fere ordine. Quidam omittunt *τo propè.* (4) Vid. suprà not. 3. ad c. 42. l 7. (5) Magis placeret *conspectis equitibus.* [Vulgatum tamen firmare videtur quod sequitur, *conspecta & ex muris* &c. E.] (6) Modificatio est vocis præcedentis: ut scilicet ex tantâ trepidatione incolumes evasisse dici possunt. Elegans autem usus est particulæ *ut*, quam Livius hoc modo sæpius adhibuit. Ita suprà l. 4. c. 13 & 55. infrà c. 46. & alibi. Et ita Cic. l. 4. ad fam. Ep. 9. *et, ut in tali re, etiam fortuna laudatur.*

C. 44. (1) h. e. uterque consul approbante collegâ. (2) *Tecta exhausta*

die Aquilonia & Cominium deflagravere. & consules, (3) cum gratulatione mutuâ legionum suâque, castra conjunxere. In conspectu duorum exercituum & Carvilius suos pro cujusque merito laudavit donavitque; & Papirius, apud quem multiplex in acie, circa castra, circa urbem, fuerat certamen, Sp. Nautium, Sp. Papirium, fratris filium, & quatuor centuriones, manipulumque hastatorum, armillis aureisque coronis donavit: Nautium propter expeditionem, quâ magni agminis modo terruerat hostes: juvenem Papirium propter navatam cum equitatu & in prœlio operam, & nocte, quâ fugam infestam Samnitibus ab Aquiloniâ clam egressis fecit: (4) centuriones militesque, quia primi portam murumque Aquiloniæ ceperant. equites omnes, ob insignem multis locis operam, (5) corniculis armillisque argenteis donat. Consilium inde habitum, quum jam tempus esset deducendi ab Samnio exercitûs, aut utriusque, aut certè alterius. Optimum visum, quo magis fractæ res Samnitium essent, eo pertinaciùs & infestiùs agere cetera & persequi: ut perdomitum Samnium insequentibns consulibus tradi posset. Quando jam nullus esset hostium exercitus, qui signis collatis dimicaturus videretur, unum superesse belli genus, urbium oppugnationes; quarum per excidia militem locupletare prædâ, & hostem pro aris ac focis dimicantem conficere possent. Itaque, literis missis ad senatum populumque Romanum de rebus ab se gestis, † diversi, Papirius ad Sæpinum, Carvilius ad Volanam oppugnandam legiones ducunt. †

XLV. Literæ consulum ingenti lætitiâ & in curiâ & in concione auditæ; &[1] quatridui supplicatione publicum gaudium privatis studiis celebratum est. nec populo Romano magna solùm, sed peropportuna etiam, ea victoria fuit; quia per idem fortè tempus rebellasse Etruscos allatum est. Subibat cogitatio animum, quonam modo tolerabilis futura Etruria fuisset, si quid in Samnio *Etruscorum rebellio.*

hausta sunt, unde omnis præda egesta est. Sic infrà l. 26. c. 30. l. 34. c. 13. (3) Legiones legionibus, consul consuli victoriam gratulati sunt. (4) Quatuor centuriones, manipulumque illum Hastatorum, de quibus modò mentio facta est. (5) Quid per *cornicula* hæc intelligendum sit, incertum est. Plerumque intelligitur eo nomine ornamentum galeæ, quod cornuum speciem referebat.

adversi

adverſi (1) veniſſet; quæ, conjuratione Samnitium erecta, quoniam ambo conſules omniſque Romana vis averſa in Samnium eſſet, occupationem populi Romani pro occaſione rebellandi habuiſſet. Legationes ſociorum, a M. Atilio prætore in ſenatum introductæ, querebantur, uri & vaſtari agros a finitimis Etruſcis, quòd deſciſcere a populo Romano nollent: obteſtabanturque Patres conſcriptos, ut ſe a vi atque injuriâ communium hoſtium tutarentur. Reſponſum legatis, *curæ ſenatui futurum, ne ſocios fidei ſuæ pœniteret: Etruſcorum propediem eandem fortunam, quam Samnitium, fore.* Segniùs tamen, quod ad Etruriam attinebat, acta res eſſet, ni Faliſcos quoque, qui per multos annos in amicitâ fuerant, allatum foret, arma Etruſcis junxiſſe. Hujus propinquitas populi acuit curam Patribus, ut feciales mittendos ad res repetendas cenſerent. quibus non redditis, ex auctoritate Patrum juſſu populi bellum Faliſcis indictum eſt: juſſique conſules ſortiri, uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu tranſiret. Jam Carvilius Volanam, & Palumbinum, & Herculaneum ex Samnitibus ceperat: Volanam intra paucos dies, Palumbinum eodem, quo ad muros acceſſit. Ad Herculaneum bis etiam ſignis collatis ancipiti prœlio, & cum majore ſuâ, quàm hoſtium, jacturâ dimicavit. Caſtris deinde poſitis, mœnibus hoſtem incluſit. oppugnatum oppidum captumque. In his tribus urbibus capta aut cæſa ad decem millia hominum: ita ut (2) parvo admodum plures caperentur. Sortientibus provincias conſulibus, Etruria Carvilio evenit ſecundùm vota militum, qui vim frigoris jam in Samnio non patiebantur. Papirio ad Sæpinum major vis hoſtium reſtitit. ſæpe in acie, ſæpe in (3) agmine, ſæpe circa ipſam urbem adversùs eruptiones hoſtium pugnatum: neque obſidio, (4) neque bellum

C. 45. (1) Vid. ſuprà not. 1. ad c. 12. l. 9. Sic etiam infrà l. 24. c. 40. *ſi quando ſimilis fortuna veniſſet.* (2) *Parvo plures*, ut *aliquanto plures.* Similiter *parvo poſt* dixit Plin. l. 16. c. 25. *parvo diſtare* l. 5. c. 11. (3) Non explicatis ordinibus, diſtinctâque acie. Sed meliùs abeſſet præpoſitio. infrà l. 21. c. 57. *magis agmina, quàm acies, in viâ concurrerunt.* l. 29. c. 36. *agminibus magis, quàm acie, pugnatum eſt.* l. 33. c. 9. *Phalanx, quæ venerat, agmen magis, quàm acies, aptiorque itineri, quàm pugnæ.* (4) Gronovius ex uno codice laudavit *neque obſidio, ſed bellum ex æquo erat:* quod & aliis viris doctis mirè placet. Mihi vulgatum omnino ſanum videtur.

bellum ex æquo erat: non enim muris magis se Samnites, quàm armis ac viris mœnia, tutabantur. Tandem pugnando in obsidionem † justam coëgit hostes: obsidendoque, vi atque operibus urbem expugnavit. itaque ab irâ plus cædis editum, captâ urbe: septem millia quadringenti cæsi: capta minus tria millia hominum: præda, quæ plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes paucas, militi concessa est.

XLVI. Nives jam omnia oppleverant, nec (1) durari extra tecta poterat; itaque consul exercitum de Samnio deduxit. Venienti Romam triumphus omnium consensu est (2) delatus. triumphavit in magistratu, insigni, ut illorum temporum (3) habitus erat, triumpho. Pedites equitesque insignes donis transiere (4), ac transvecti sunt: multæ civicæ coronæ, vallaresque (5), ac murales conspectæ. Inspectata spolia Samnitium: & decore ac pulchritudine paternis spoliis, quæ nota frequenti publicorum ornatu locorum erant, comparabantur. nobiles aliquot captivi, clari suis patrumque factis, ducti. Æris gravis transvecta (6) vicies centena & † ad triginta tria millia. id æs redactum ex captivis dicebatur. argenti, quod captum ex urbibus erat, pondo mille trecenta triginta. omne æs argentumque in ærarium conditum. Militibus nihil datum ex prædâ est. auctaque ea invidia est † ad plebem, quòd tributum etiam in stipendium militum collatum est: quum, si spreta gloria fuisset captivæ pecuniæ in ærarium illatæ, & militi tum dari ex prædâ, & stipendium militare præstari potuisset. Ædem Quirini, (7) quam in ipsâ dimicatione votam apud neminem

Papirii triumphus.

tur. *Neque obsidio* justa erat, quia sæpe in acie pugnatum; *neque bellum ex æquo*, quia muris identidem se tutabantur Samnites. E.

C. 46. (1) Sic suprà l. 5. c. 6. *ut biemem unam durare in castris non possint.* infrà l. 38. c. 7. *vix durare quisquam intus poterat.* (2) Quædam supersunt loca, ex quibus colligendum videtur, senatum non petentibus summis ducibus ultro triumphum decrevisse. Vid. suprà l. 2. c. 47. (3) Ut hîc *temporum habitus*, ita alibi *habitus locorum*. vid. suprà not. 13. ad c. 17. l. 9. E. (4) *Transiere* pedites, *transvecti sunt* equites. (5) *Vallaris*, sive *castrensis* erat corona, quâ donabat eum imperator, qui primus hostium castra pugnans introïerat. Ea corona insigne valli habebat. Fieri solebat ex auro. De civicâ & murali coronâ vid. suprà ad l. 6. c. 20. (6) h. e. asses 2,033,000. (7) Hîc Livius obiter refellit opinionem

nem veterem auctorem invenio, (neque, Hercule, tam exiguo tempore perficere potuisset) ab dictatore patre votam, filius consul dedicavit, exornavitque hostium spoliis. quorum tanta multitudo fuit, ut non templum tantùm forumque his ornaretur; sed sociis etiam colonisque finitimis, ad templorum locorumque publicorum ornatum, dividerentur. A triumpho exercitum in agrum Vescinum, quia regio ea † infesta ab Samnitibus erat, hibernatum duxit. Inter hæc Carvilius consul, in Etruriâ Troïlium (8) primùm oppugnare adortus, quadringentos septuaginta ditissimos, (9) pecuniâ grandi pactos, ut abire inde liceret, dimisit: ceteram multitudinem oppidumque ipsum vi cepit. inde quinque castella, locis sita munitis, expugnavit. Cæsa ibi hostium duo millia quadringenti; minus duo millia (10) capti. Et Faliscis pacem petentibus annuas inducias dedit, pactus centum millia gravis æris, & stipendium ejus anni militibus. His rebus actis ad triumphum decessit, ut minùs clarum de Samnitibus, quàm collegæ triumphus fuerat, ita cumulo Etrusci belli æquatum. Æris gravis tulit in ærarium trecenta octoginta millia: de reliquo ære ædem Fortis Fortunæ (11) de manubiis faciendam locavit, prope ædem ejus Deæ ab rege Ser. Tullio dedicatam. & militibus ex prædâ centenos binos asses, & † alterum tantum centurionibus (12) atque equitibus († malignitate collegæ gratius accipientibus munus) divisit.

Carvilii triumphus.

XLVII. Favor consulis tutatus ad populum est (1) L. Postumium

onem eorum, qui crederent ædem Quirini votam ab hoc consule in ipsâ ad Aquiloniam dimicatione. (8) Legendum videtur *Trossulum*, cujus meminit Plinius l. 33. c. 2. (9) Vid. suprà not. 5. ad c. 43. l. 9. Mox aliâ formâ dicit *pactus centum millia gravis æris & stipendium ejus anni.* infrà l. 26. c. 50. *hanc mercedem unam pro eo munere paciscor.* l. 36. c. 32. *pecuniam pactus insulam Achæis tradidit.* (10) Vid. not. 4. ad c. 1. suprà. (11) *De manubiis* per expositionem præcedentium *de reliquo ære* accipe; quasi dixisset *de reliquo ære, id est, de manubiis. Manubias* autem vocabant illam partem prædæ ex hoste devicto partæ, quam imperator accipiebat; secundùm Ascon. ad Cic. l. 1. in Verr. c. 59 & 60. (12) Observarunt viri docti, hæc præmia pro portione stipendii dari solita, quòd miles simplex, centurio duplex, eques triplex accipiebat. Hoc multis locis Livii ostendi potest, in quibus ita disertè scriptum est. Vid. infrà l. 34. c. 52. l. 38. c. 59. l. 39. c. 5 & 7. l. 40. c. 43 & 51. l. 41. c. 7 & 15. l. 45. c. 40 & 43.

C. 47. (1) Eum nempe, qui consul priore anno fuerat, virum ingenii contumacis

Poſtumium legatum ejus: qui, dictâ die a M. Cantio tribuno plebis, (2) fugerat in legationem (ut fama ferebat) populi judicium: jactarique magis, quàm peragi, accuſatio ejus poterat. (3) Exacto jam anno, novi tribuni plebis magiſtratum inierant: iiſque ipſis, quia vitiò creati erant, quinque poſt dies alii ſuffecti. Luſtrum conditum eo anno eſt a P. Cornelio Arvinâ, C. Marcio Rutilo, cenſoribus: cenſa capitum millia ducenta ſexaginta duo trecenta viginti duo. Cenſores (4) viceſimi ſexti a primis cenſoribus; luſtrum (5) undeviceſimum fuit. Eodem anno coronati primùm, ob res bello bene geſtas, ludos (6) Romanos ſpectaverunt: palmæque tum primùm, tranſlato e Græciâ more, victoribus datæ. Eodem anno ab ædilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot (7) pecuariis, via a Martis (8) ſilice ad Bovillas (9) perſtrata eſt. Comitia conſularia L. Papirius habuit: † creavit conſules Q. Fabium Maximi filium Gurgitem & D. Junium Brutum Scævam. ipſe Papirius prætor factus. Multis rebus lætus annus vix ad ſolatium unius mali, peſtilentiæ (10) urentis ſimul urbem atque agros, ſuffecit; portentoque jam ſimilis clades erat. & † libri aditi, (11) quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab Diis daretur. Inventum in libris, Æſculapium ab Epidauro Romam arceſſendum. neque eo anno, quia bello occupati conſules erant, quicquam de eâ re actum: prætcrquam quòd unum diem Æſculapio ſupplicatio habita eſt.

Luſtrum conditum.

U. c. 460.
A. C. 292.
Q. Fabio,
D. Junio
Coſſ.

Peſtilentia.

contumacis, cujus certamina cum ſenatu (ſuprà c. 37.) videntur huic accuſationi materiam dediſſe. (2) Abierat in legationem, quo fugeret (ut fama ferebat) populi judicium. (3) Hîc in editione Drakenborchianâ aliiſque incipit cap. XLVIIIum. Sed ita malè ſeparantur, quæ arctè cohærent: jam enim ratio redditur, cur accuſatio Poſtumii peragi non poterat. Diviſionem ergo Crevierianam ſequor. E. (4) Vid. ſuprà not. 10. ad c. 24. l. 4. (5) In Capitolinis fragmentis hoc *luſtrum triceſimum* eſſe ſcriptum eſt. Sed Livius decem luſtra ante cenſores creatos præterit. (6) Vid. ſuprà l. 1. c. 35. (7) Vid. not. 8. ad c. 23. ſuprà. (8) Nempe † *ædc*. (9) Nota particulam *per*, quà indicare voluit Livius hanc viam velut aliquod complementum fuiſſe ejus ſemitæ, quam a portâ Capenâ ad Martis ſtratam docuit, ſuprà c. 23. (10) Vid. not. 1. ad c. 17. ſuprà. (11) Ut ex iis diſceretur, quinam &c.

EPITOME LIBRI UNDECIMI.

QUUM Fabius Gurges consul malè adversùs Samnites pugnasset, & senatus de removendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater, deprecatus hanc filii ignominiam, eo maximè senatum movit, quòd iturum se filio legatum pollicitus est, idque præstitit. ejus consiliis & operâ filius consul adjutus, cæsis Samnitibus, triumphavit. C. Pontium, imperatorem Samnitium, ductum in triumpho securi percussit. Quum civitas pestilentiâ laboraret, missi legati, ut Æsculapii signum Romam ab Epidauro transferrent, anguem, qui se in navem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportavere: eoque in insulam Tiberis egresso, eodem loco ædes Æsculapio consecrata est. L. Postumius consularis, quoniam, quum exercitui præesset, operâ militum in agro suo usus erat, damnatus est. Cum Samnitibus pacem petentibus fœdus quartò renovatum est. Curius Dentatus consul, Samnitibus cæsis, & Sabinis, qui rebellaverant, victis, & in deditionem acceptis, bis in eodem magistratu triumphavit. Coloniæ deductæ sunt, Castrum, Sena, Hadria. (1) Triumviri capitales tunc primùm creati sunt. Censu acto, lustrum conditum est. censa sunt civium capita ducenta septuaginta duo millia. Plebs propter æs alienum, post graves & longas seditiones, ad ultimum secessit in Janiculum: unde a Q. Hortensio (2) dictatore deducta (3) est, isque in ipso magistratu decessit. Res præterea contra Volsinienses gestas continet: item adversùs Lucanos, contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.

EPITOME LIBRI DUODECIMI.

QUUM legati Romanorum a Gallis Senonibus interfecti essent, bello ob id Gallis indicto, L. Cæcilius prætor cum legionibus ab iis cæsus est. Quum a Tarentinis classis Romana

Ep. l. 11. (1) Antè duumviri erant, in causâ Horatii primùm constituti, pòst in Manlii Capitolini. (2) De lege *Hortensiâ* vid. suprà not. 5. ad c. 12. l. 8. (3) Meliùs legas, *reducta est*, nimirum in urbem.

direpta

direpta esset, duumviro (1), *qui præerat classi, occiso, legati, ad eos a senatu, ut de iis injuriis quererentur, missi, pulsati sunt. ob id, bellum iis indictum est. Samnites defecerunt. Adversùs eos, & Lucanos, & Bruttios, & Etruscos aliquot prœliis a compluribus ducibus bene pugnatum est. Pyrrhus Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis, in Italiam venit. Quum in præsidium Rheginorum legio Campana cum præfecto Decio Jubellio missa esset, occisis Rheginis Rhegium occupavit.*

EPITOME LIBRI DECIMI TERTII.

VALERIUS Lævinus consul parum prospere adversùs Pyrrhum pugnavit, elephantorum maximè insuetatâ facie territis militibus. Post id prœlium quum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inspiceret, omnia versa in hostem invenit, populabundusque ad urbem Romam processit. C. Fabricius, missus ad eum a senatu, ut de redimendis captivis ageret, frustra, ut patriam desereret, a rege tentatus est. captivi sine pretio remissi sunt. Cineas, legatus a Pyrrho ad senatum missus, petiit, ut componendæ pacis causâ rex in urbem reciperetur. de quâ re quum ad frequentiorem senatum referri placuisset, Ap. Claudius, qui propter (1) *valetudinem oculorum jamdiu consiliis publicis se abstinuerat, venit in curiam, & sententiâ suâ tenuit, ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit. censa sunt civium capita ducenta septuaginta octo millia, ducenta viginti duo. Iterum adversùs Pyrrhum dubio eventu pugnatum est. Cum Karthaginiensibus* (2) *quartùm fœdus renovatum est. Quum C. Fabricio consuli is, qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur, se regi venenum daturum, cum indicio ad regem remissus est. Res præterea contra Etruscos, Lucanos, Bruttios, & Samnites prospere gestas continet.*

Ep. l. 12. (1) Vid. suprà l. 9. c. 30.

Ep. l. 13. (1) Aliquot codices habent *invaletudinem*; quæ vox certè est apud Cic. l. 7. ad Att. Ep. 2. de Amic. c. 2. Sed Livius passim *valetudo* pro morbo usus est: & infrà *oculorum valetudo* occurrit l. 26. c. 22. (2) Vid. suprà not. 15. ad c. 43. l. 9.

EPITOME LIBRI DECIMI QUARTI.

PYRRHUS in Siciliam trajecit. Quum inter alia prodigia fulmine dejectum esset in Capitolio Jovis signum, caput ejus per aruspices inventum est. Curius Dentatus, quum delectum haberet, ejus, qui citatus non responderat, bona primus vendidit. Pyrrhum iterum (1) *ex Siciliâ in Italiam reversum vicit, & Italiâ expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu movit, quòd is decem pondo argenti facti haberet. Lustro a censoribus condito, censa sunt capita civium ducenta septuaginta unum millia, ducenta viginti quatuor. Cum Ptolemæo Ægypti rege societas juncta est. Sextilia virgo Vestalis, damnata incesti, viva defossa est. Coloniæ deductæ sunt Posidonia & Cosa. Karthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit. quo facto ab iis fœdus violatum est. Res præterea contra Lucanos, Samnites, & Bruttios feliciter gestas, & Pyrrhi regis mortem continet.*

EPITOME LIBRI DECIMI QUINTI.

VICTIS Tarentinis pax & libertas data est. Legio Campana, quæ Rhegium occupaverat, obsessa, deditione factâ, securi percussa est. Quum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam juvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data est. coloniæ deductæ, Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio. Tunc primùm populus Romanus † *argento uti cœpit. Umbri & Sallentini victi in deditionem accepti sunt. Quæstorum* (1) *numerus ampliatus est, ut essent octo.*

Ep. l. 14. (1) *Iterum reversum* dictum est, ut *rursus revocare* suprà l. 9. c. 27. Sic etiam Virg. l. 6. Æn. v. 720. *iterum ad tarda reverti Corpora.* & v. 751. *rursus in corpora velle reverti.*

Ep. l. 15. (1) Vid. suprà l. 4. c. 43.

EPITOME

EPITOME LIBRI DECIMI SEXTI.

ORIGO Karthaginienſium & primordia urbis eorum referuntur; contra quos & Hieronem regem Syracuſanorum auxilium Mamertinis ferendum cenſuit ſenatus, quum de eâ re inter ſuadentes, ut id fieret, diſſuadenteſque contentio fuiſſet. Tranſgreſſis tum primùm mare equitibus (1) *Romanis, adversùs Hieronem ſæpius bene pugnatum. Petenti pax data eſt. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt civium capita ducenta octoginta duo millia, ducenta triginta quatuor. D. Junius Brutus munus* (2) *gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus. Colonia Æſernia deducta eſt. Res præterea contra Pœnos & Vulſinios proſpere geſtas continet.*

EPITOME LIBRI DECIMI SEPTIMI.

CN. Cornelius conſul, a claſſe Punicâ circumventus, & per fraudem velut in colloquium evocatus, captus eſt. C. Duilius conſul adversùs claſſem Pœnorum proſpere pugnavit, primuſque omnium Romanorum ducum navalis victoriæ duxit triumphum. ob quam cauſam ei perpetuus honos habitus eſt (1), *ut revertenti a cœnâ, tibicine canente, funale præferretur. L. Cornelius conſul in Sardiniâ & Corſicâ contra Sardos, & Corſos, & Hannonem Pœnorum ducem feliciter pugnavit. Atilius Calatinus conſul, quum in locum iniquum, a Pœnis circumſeſſum, temere duxiſſet exercitum, M. Calpurnii tribuni militum virtute & operâ evaſit: qui, cum trecentis militibus eruptione factâ, hoſtes in ſe converterat. Hannibal dux Pœnorum, victâ claſſe, cui præfuerat, a militibus ſuis in crucem ſublatus eſt. Atilius Regulus conſul, victis navali prœlio Pœnis, in Africam trajecit.*

Ep. l. 16. (1) Non ſatis intelligitur, cur ſolos *equites* Romanos memoret. (2) Spectacula gladiatoria *munera* vocabant, quòd in gratiam multitudinis fierent.

Ep. l. 17. (1) Hæc verba ſignificare poſſunt ei decreto publico hunc honorem habitum fuiſſe. Sed id non ita eſt; nam ipſe eum nemine prohibente ſibi ſumpſit.

EPITOME

EPITOME LIBRI DECIMI OCTAVI.

ATILIUS Regulus in Africâ serpentem portentosæ magnitudinis cum magnâ militum clade occidit; &, quum aliquot prœliis bene adversùs Karthaginienses pugnasset, successorque ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, id ipsum per literas ad senatum missas questus est. in quibus inter causas petendi successoris erat, quòd agellus ejus a mercenariis desertus esset. Quærente deinde fortunâ, ut magnum utriusque casûs exemplum in Regulo proderetur, arcessito a Karthaginiensibus Xanthippo Lacedæmoniorum duce, victus prœlio & captus est. Res deinde a ducibus Romanis omnibus terrâ marique prospere gestas deformaverunt naufragia classium. Ti. Coruncanius primus ex plebe pontifex maximus creatus est. P. Sempronius Sophus, M.' Valerius Maximus censores, quum senatum legerent, tredecim senatu moverunt. lustrum condiderunt, quo censa sunt civium capita ducenta nonaginta septem millia, septingenta nonaginta septem. Regulus missus a Karthaginiensibus ad senatum, ut de pace, &, si eam non posset impetrare, de captivis commutandis ageret, & jurejurando adstrictus, rediturum se Karthaginem, si commutari captivos non placuisset; utrumque negandi auctor senatui fuit: et, quum fide custoditâ reversus esset, supplicio a Karthaginiensibus de eo sumpto, periit.

EPITOME LIBRI DECIMI NONI.

CÆCILIUS Metellus, rebus adversùs Pœnos prospere gestis, speciosum egit triumphum, tredecim ducibus hostium et centum viginti elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher consul, contra auspicia profectus, jussis mergi pullis, qui cibari nolebant, infeliciter adversùs Karthaginienses classe pugnavit; et, revocatus a senatu, jussusque dictatorem dicere, Claudium Gliciam dixit, sortis ultimæ hominem: qui, coactus abdicare se magistratu, postea ludos prætextatus spectavit. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum Pœnis captivorum commutatio facta est. Coloniæ

niæ deductæ ſunt Fregenæ, in agro Sallentino Brunduſium. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt civium capita ducenta quinquaginta unum millia, ducenta viginti duo. Claudia, ſoror P. Claudii, qui, contemptis auſpiciis, malè pugnaverat, a ludis revertens, quum turbâ premeretur, dixit : Utinam frater meus viveret, iterumque claſſem duceret (1)! *ob eam cauſam mulcta ei dicta eſt. Duo prætores tum primùm creati ſunt. Cæcilius Metellus pontifex maximus A. Poſtumium conſulem, quoniam idem et flamen Martialis erat, quum is ad bellum gerendum proficiſci vellet, in urbe tenuit, nec paſſus eſt a ſacris recedere. Rebus adversùs Pœnos a pluribus ducibus proſpere geſtis, ſummam victoriæ C. Lutatius conſul, victâ ad Ægates* (2) *inſulas claſſe Pœnorum, impoſuit. Petentibus Karthaginienſibus pax data eſt. Quum templum Veſtæ arderet, Cæcilius Metellus pontifex maximus ex incendio ſacra rapuit. Duæ tribus adjectæ ſunt, Velina et Quirina. Faliſci quum rebellaſſent, ſexto die perdomiti, in deditionem venerunt.*

EPITOME LIBRI VICESIMI.

SPOLETUM colonia deducta eſt. Adversùs Ligures tunc primùm exercitus promotus eſt. Sardi et Corſi, quum rebellaſſent, ſubacti ſunt. Tuccia virgo Veſtalis inceſti damnata eſt. Bellum Illyriis, propter unum ex legatis, qui ad eos miſſi erant, occiſum, indictum eſt : ſubactique in deditionem venerunt. Prætorum numerus ampliatus eſt, ut eſſent quatuor. Galli Tranſalpini, qui in Italiam irruperant, cæſi ſunt. Eo bello populus Romanus ſui Latinique nominis trecenta millia armatorum habuiſſe dicitur. Exercitibus Romanis tum primùm trans Padum ductis, Galli Inſubres, aliquot prœliis fuſi, in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus conſul, occiſo Inſubrium Gallorum duce Viridomaro, opima ſpolia retulit. Iſtri ſubacti ſunt. Item Illyrii, quum rebellaſſent, domiti in deditionem venerunt. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt, quo cenſa ſunt civium capita ducenta ſep-

Ep. l. 19. (1) Nempe quo minor turba Romæ fieret Mulcta autem dicta ab ædilibus plebis. vid. Gell. l. 10. c. 6. (2) Fuerunt tres hujus nominis inſulæ, ſuis iterum nominibus diſtinctæ.

tuaginta millia, ducenta tredecim. Libertini in quatuor tribus redacti ſunt, (1) *quum antea diſperſi per omnes fuiſſent; Eſquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. C. Flaminius cenſor viam Flaminiam munivit, et* (2) *circum Flaminium exſtruxit. Coloniæ deductæ in agro de Gallis capto, Placentia et Cremona.*

Ep. l. 20. (1) Humillimos & omnem forenſem turbam in quatuor urbanas tribus ante annos quaſi cxxx. conjecerant cenſores Q. Fabius & P. Decius. Quòd ergo nunc rurſus per omnes tribus diſperſi fuerunt, videtur vel negligentiâ vel temeritate cenſorum poſt Fabium ac Decium factum fuiſſe. (2) Vid. ſuprà l. 3. c. 54. extr.

INDEX

Rerum & locutionum, earum præcipuè quæ in notis explicantur vel utcunque illuſtrantur.

Numeri paginas indicant.

Adhibere

Arma-

Fescenninus

K.

Lanuvium

O.

P.

Patroni.

Præsidium.

Que,

Transvehi.

U.

FINIS TOMI SECUNDI.

CATALOGUE

OF

W. B. KELLY'S

PUBLICATIONS AND REMAINDERS,

COMPRISING

GREEK AND LATIN CLASSICS,

TRANSLATIONS,

AND

ENGLISH AND FOREIGN MISCELLANIES.

ALL OF WHICH MAY BE PROCURED AT

W. B. KELLY'S, 8 GRAFTON-STREET, DUBLIN.

SIMPKIN, MARSHALL & CO., LONDON;

MESSRS. TEEG & CO., LONDON.

EDINBURGH: OLIVER AND BOYD.

LIST OF

WILLIAM BERNARD KELLY'S PUBLICATIONS

AND REMAINDERS OF


CLASSICAL, FOREIGN, & MISCELLANEOUS WORKS;

INCLUDING HIS

CLASSICAL LIBRARY

OF

LITERAL ENGLISH PROSE TRANSLATIONS.



KELLY'S CLASSICAL LIBRARY.

Of Literal English Prose Translations, intended as Helps to the Study of Greek and Roman Authors. Edited from the most approved Texts, by Scholars of Trinity College.

—o—

July 1, 1862.

MR. KELLY begs to submit the following Criticisms from eminent Scholars, to the accuracy and elegance of Dr. Owgan's Translations, which are, at the same time, strictly literal, and written in good English.

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.

Vitio ver
Vivere fi
Ultimum
mum j
tima j
Ultra fi
166.
Umbra.
Unanimi
Unciariu
Unicus.
Univerfa
Unus. 2
Vocare in
96. 2
vocatæ
Vociferai
Volvere i
Volumen
Voluntas
Volutare

"I am going over your Horace slowly. I think it a capital translation, exceedingly well calculated to give a true idea of the poet's meaning, and yet idiomatic and thoroughly English."—*The Rev. J. Donaldson, High School, Edinburgh.*

"I consider your translations remarkably well executed."—*Rev. Dawson W. Turner, Liverpool.*

"Dr. Owgan's translation of *Cicero de Officiis* appears to me to be extremely well executed. Appended to it are some short and very useful notes."—*Rev. Dr. Goulbourn, Head Master of Rugby School.*

"I like your translations much. They display sound scholarship and a refined classical taste. Your excellent translation of the *De Officiis* does you very great credit."—*Rev. Dr. Humphreys, Head Master of Cheltenham School.*

"I have never seen anything to equal his (Dr. Owgan's) power of translating one language into another. Any man who can translate as he does, combining such perfect accuracy with such spirit and vigour, must be thoroughly master both of his native and of the ancient languages."—*Rev. James Londsdale, Fellow and Lecturer of Baliol College, Oxford, and Chaplain to the Bishop of Lichfield.*

"Mr. J. B. Owgan's translation of Cæsar is calculated to be most useful to teachers."—*Rev. Dr. Humphreys.*

"Dr. Owgan's translation of Virgil is respectable."—*Quarterly Review, July*, 1861.

"Dr. Owgan's Translation of Virgil may be classed with Dr. Isaac Butt's Prose Version of the Georgics."—*See Review of Rev. Dr. Singleton's Virgil, in Quarterly Review*, 1861.

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.

KELLY'S KEYS TO THE CLASSICS.

The Trade Supplied by the following Agents:
LONDON: Simpkin, Marshall, & Co.; Griffin, Bohn, & Co.; Tegg & Co.; Allan and Chalmers.
EDINBURGH: Oliver & Boyd.
MELBOURNE, AUSTRALIA; George Robertson.

GREEK, LATIN, AND FRENCH



SALLUST.

LITERAL TRANSLATIONS.

Vol

1. SALLUST'S HISTORIES, by HENRY OWGAN, LL.D., 2s.

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.


KELLY'S KEYS TO THE CLASSICS.

2. **HOMER'S ILIAD** (Books **I.** to **VIII.**), Translated Literally into English Prose, with Original Notes, &c., by **C. W. BATEMAN**, Scholar, Trinity College, Dublin, 2s. Ready September 1st, 1862.

3. **HOMER'S ILIAD**, (Books **I.** to **III.**), Literally Translated into English Prose, by **C. W. BATEMAN**, Scholar, Trinity College, Dublin, 1s. *Ready August 1st*, 1862.

4. **HOMER'S ILIAD** (Books **IX.**, **XVIII.**, and **XXIV.**), Literally Translated by **C. W. BATEMAN**, Scholar, Trinity College, Dublin, 1s. Ready in October, 1862.

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.



CICERO.


5. **CICERO** (Old Age and Friendship), by **Wm. LEWERS, Sch., T.C.D.**, 1s. 6d.
6. **CICERO'S Offices**, by **HENRY OWGAN, LL.D.**, 2s.



TACITUS.


7. **TACITUS** (Annals, Books I. to VI.), by **R. MONGAN, A.B.**, Second Thousand, 2s. 6d.
8. **TACITUS** (Germany & Agricola), by **HENRY OWGAN, LL.D.**, 2s.

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.



LIVY.

9. **LIVY** (Books **I.** to **III.**), by **HENRY OWGAN, LL.D.**, Second Thousand, 1s. 6d.
10. **LIVY** (Books **IV.** and **V.**), by **LEWERS** and **M'DEVITT**, 2s. 6d.
11. **LIVY** (Book **XXIII.**), by **ROSCOE MONGAN, A.B.**, 2s. 6d.



VIRGIL.

12. **VIRGIL'S WHOLE WORKS**, by **HENRY OWGAN, LL.D.**, and **ROSCOE MONGAN, A.B.**, 3s. 6d.
13. **VIRGIL'S ÆNEID** (Books **I.** to **VI.**), by **H. OWGAN, LL.D.**, 1s. 6d.

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.

14. VIRGIL'S BUCOLICS AND GEORGICS, by ROSCOE MONGAN, A.B., 1s. 6d.

15. VIRGIL'S ÆNEID (Books VII. to XII.), by HENRY OWGAN, LL.D., 1s. 6d.

—o—



ÆSCHINES. DEMOSTHENES.

16. DEMOSTHENES' PHILIPPICS AND OLYNTHIAC ORATIONS, by HENRY OWGAN, LL.D., 2s.

17. DEMOSTHENES AND ÆSCHINES ON THE CROWN, by ROSCOE MONGAN, A.B., 2s.

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.



HORACE.

18. **HORACE** (complete), by **HENRY OWGAN, LL.D.**, 2s. 6d.

19. **HORACE** (Saties and Epistles), by **HENRY OWGAN, LL.D.**, 1s. 6d.

20. **HORACE** (Odes, Epodes, & Carmen Seculare), by **HENRY OWGAN, LL.D.**, 1s. 6d.

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.



CÆSAR.

21. **CÆSAR'S GALLIC WAR** (Books I. to IV.), by **Jos. B. OWGAN, A.B.,** 1s. 6d.

22. **CÆSAR'S GALLIC WAR** (complete), by **OWGAN** and **BATEMAN,** 2s. 6d.

—o—

23. **REVOLUTIONS OF SWEDEN,** by **VERTOT,** translated from the French by Stapleton, 2s. 6d.

24. **THE FATHERS, HISTORIANS,** and other Writers of the Church, literally translated, being Extracts from the Christian Classics, viz.—

Sulpicius Severus.
Eusebius.
Acts of the Apostles.
Socrates.
Sozomen.
Theodoret.
Minutius Felix.
St. Cyprian.
Lactantius.
St. Ambrose.
St. Augustine.
St. Jerome.
Tertullian.
St. Eucherius.
Salvian.
St. Bernard.
St. Chrysostom.
St. Basil.
St. Gregory Nazianzen.
St. Gregory of Nyssa.

12*mo*, *Cloth*, 7*s*. 6*d*.

" A useful Manual for those who would attain to a general acquaintance with the early Christian writers."—*Athenæum*.

☞Also separately, Part I. HUMANITY COURSE, 3s. 6d. Part II. LOGIC AND RHETORIC COURSE, 5s.

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.

KEYS TO ARNOLD'S WORKS.

25. **ARNOLD'S** (Key to) First Latin Prose Composition, 1s. 6d.
26. **ARNOLD'S** (Key to) Greek Accidence, 2s.
27. **ARNOLD'S** (Key to) Henry's First Latin Book, 1s.
28. **ARNOLD'S** (Key to) First Greek Book, 1s. 6d.

☞ *Several other Translations of Greek and Latin Authors in Preparation.*

—o—

KEYS

TO

GALBRAITH AND HAUGHTON'S SCIENTIFIC WORKS.

GALBRAITH and **HAUGHTON'S** (Key to) Arithmetic, 2s. 6d.

GALBRAITH and **HAUGHTON'S** (Key to) Mechanics, 6s.

GALBRAITH and **HAUGHTON'S** (Key to) Trigonometry, 6s.

GALBRAITH and **HAUGHTON'S** (Key to) Algebra, 6s. *Preparing.*

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.

FRENCH CLASS BOOKS.

Bossuet's (Evêque) Histoire Universelle, 12mo. bound, 2s.

Fenelon—(Archevêque) Traite de l'Existence de Dieu, 18mo, 1s. 6d.

Fenelon—(Archevêque) Telemaque, 18mo, bound, 1s. 6d.

Fenelon—Dialogues sur l'Eloquence, édition classique précédée d'une notice litérraire par F. Estienne; in-18. 1s. 6d.

Voltaire—Histoire de Charles XII., 18mo., bound, 1s. 6d.

Florian—(Fables de), 18mo, bound, 1s. 6d.

Vertot's Revolutions de Swede, 18mo, bound, 2s.

Vertot's Revolutions of Sweden, literally translated, 2s. 6d.

DUBLIN UNIVERSITY PRESS EDITIONS OF Greek and Latin Classics, together with some Translations, being works published by W. B. Kelly, or remainders of books by other publishers, of which Mr. Kelly has a large supply.

MONGAN'S ALDINE VIRGIL.

Virgilii Opera. From the text of Forbiger and Wagner; with English Notes, explanatory and critical, also a Metrical Analysis of the Æneid, by Roscoe Mongan, A.B., Ex-Classical Scholar, Trinity College, Dublin. 3s. bound.

Chancery in the case of Rooney against Kelly and Mongan.
This edition is sold as per agreement of settlement in the recent Chancery suit, Rooney against Kelly and Mongan.

Virgil: the Bucolics and Georgics, complete; with English Notes, explanatory and critical. By Roscoe Mongan, A.B., Ex-Classical Scholar, Trinity College, Dublin. 1s. 6d. bound.

Virgil: the Æneid, books I. to XII., complete: with English Notes, explanatory and critical; also a Metrical Analysis of the Æneid. By Roscoe Mongan, A.B., Ex-Classical Scholar, Trinity College, Dublin. 2s. bound.

Chancery in the case of Rooney against Kelly and Mongan.
This edition is sold as per agreement of settlement in the recent Chancery suit, Rooney against Kelly and Mongan.

Euripides (Hecuba): chiefly from the text of Porson, with a translation of his Annotations and Prefaces, a Life of Euripides, the Metres and Scansion of the Choral Odes, Questions, a full Index, and Notes, original and select. By G. B. Wheeler, A.B., T.C.D. Post 8vo, cloth, 5s.

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.

EURIPIDES (Hecuba) Literally translated into English Prose. By Spillan. 1s.

EURIPIDES (Medea) Literally translated into English Prose. By Spillan. 1s.

QUESTIONS on Whately's Logic, 1s.

ETON Latin Grammar, with English Syntax, 1s 6d.

GREEK Testament, 3s.

GREEK Testament with Greek-English Lexicon, 4s. 6d.

LANKTREE'S Synopsis of Roman Antiquities: being a description of the Religion, Laws, Military System, and Domestic Life of the Roman People. A new edition, revised and enlarged, with Chronological Table, etc. By H. W. Dulcken. With numerous engravings on wood, 18mo, cloth, 2s.

LOCKE'S Essay on the Human Understanding, adapted to collegiate and general requirement By John Murray, A.M., LL.D. Third Edition With Questions for Examination by the Rev. G. B. Wheeler, Ex-Scholar, Trinity College, Dublin. 12mo, bds. 1s. 6d.

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.

MISCELLANEOUS

PUBLICATIONS AND REMAINDERS.

IN SHORT NUMBERS, OFFERED AT REDUCED PRICES.

	Offered at £. s. d.	Published at £ s. d.
The Celtic Records and **Historic Literature of Ireland.** J. T. Gilbert, M.R.I.A., Author of the "History of Dublin." 8vo, cloth.	0 5 6	0 0 0
MANGAN'S German Anthology. Poems by James Clarence Mangan. With Life by John Mitchell. Post 8vo, cloth, elegant, 5s., or gilt edges, 6s.	0 5 0	0 0 0
SWIFT—(Dr. Jonathan, Dean of St. Patrick's. Dublin, Author of Gulliver's Travels). A fine full length Portrait. Size, twelve inches by nine. Engraved on copper by Scriven, from a painting by Bindon. Price, 6d. Proofs on India paper.	0 2 6	0 0 0
CARRIERE (Jos., Vicarii Generalis Parisiensis) Prelectionum **Theologica um** Compendium ad usum Theologiæ Alumnorum **De Matrimonio.** Post 8vo. cloth	0 2 6	0 4 6

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.

	Offered at £ s. d.	Published at £ s. d.
ÆSCHINE in Ctesephontem et Demosthenes De Corona. The Greek Text, with Latin Translation. Edited by J. Stock, Fellow and Tutor, Trinity College, Dublin. Thick Post 8vo, cloth,	0 3 0	1 0 0
DEMOSTHENES Philippica et Olyanthica Orationes. The Greek Text, with Latin Translation. By Jos. Stock, Fellow and Tutor of Trinity College, Dublin. Thick post 8vo, cloth,	0 3 0	0 16 0
EURIPIDES Phoenissae. The Greek Text. Edited by Porson, with Latin Translation. 8vo, bds.	0 1 0	0 4 0
EURIPIDES Medea. The Greek Text, with Latin Translation. Edited by Porson. 8vo, bds.	0 1 0	0 4 0
EURIPIDES Orestes. The Greek Text. Edited by Porson, with Latin Translation. 8vo, bds.,	0 1 0	0 4 0

	Offered at £ s. d.	Published at £ s. d.
LIVY. The First Five Books of Livy's History of Rome, with Latin Notes for the use of Students. By J, Walker, Fellow and Tutor, Trinity College, Dublin, 8vo, cloth,	0 3 0	0 8 0
LIVII Historiæ Romanum ex Recens. I. Walker. 7 vols., bound in 4, cloth, neat,	0 10 6	2 16 0
TACITI OPERA. Edidit Jos. Stock. 4 vols. in 2. 8vo, Thick post 8vo, cloth,	0 6 0	0 16 0
TACITUS. The Annals Complete, with Latin Notes. By J. Stock, Fellow and Tutor of Trinity College, Dublin. Post 8vo, cloth,	0 3 0	0 8 0
TACITUS. The Germany, Agricola, and Histories of Tacitus, with Latin Notes. By J. Stock, Fellow and Tutor of Trinity College, Dublin. Post 8vo, cloth,	0 3 0	0 8 0
PLUTARCHI Vitæ Lycurgi et Numæ. The Greek Text, with Latin Translation. Post 8vo,	0 3 6	0 6 0

	Offered at £ s. d.	Published at £ s. d.
PINDARI Carmina ex Recens, et cum Notis Heynii Boeckhii Dissenii et Walker Adnotavit Systematis Metriciis variisque Subsidis Instruxit Geo. B. Wheeler, A.M. 8vo, cloth,	0 3 0	0 12 0
TERENCE (Adelphia and Hecyra), the Latin Text, with Literal English Prose Translation interpaged. By a Graduate of Trinity College, Dublin,	0 2 0	0 3 6
LONGINUS on the Sublime, with Philogical Dissertation and Notes, by Schraider. Edited, with Latin Translation, by George Miller, Fellow and Tutor of Trinity College, Dublin. 8vo, cloth,	0 3 6	0 10 6
THEOCRITUS BION & MOSCHUS (Selections from), with English Notes, Glossary and Prologomina. By Rev. F. H. Ringwood, A.M., Scholar of Trinity College, and Principal of the Royal School, Dungannon. 8vo, cloth,	0 5 0	0 9 0

	Offered at £. s. d.	Published at £. s. d.
HOMER'S Odysey. Books 1 to 12. The Greek Text, With Latin Translation, Edited by Clarke &. Ernesti. With Latin Notes, by John Walker, sometime Fellow of Trinity College, Dublin. 8vo, cloth, neat.	0 4 0	0 10 0
BREVIARUM Romanum ex Decreto SS. Concilii Tridentini Restitutum S. Pii V. Pontificus Maximi. Jussu Editum Clem. VIII., Auctoritate Recognitum Cum Officiis Sanctorum Huc Usque Concessis. 4 vols. bound, roan, neat, *with the offices proper, and recent supplements for Ireland*, 12s. *Bellovaci Editioni.*	0 10 0	1 4 0
ST. PATRICK'S Cathedral, Dublin (seven illustrations to the History and Antiquities of), engraved on copper, from designs by Bindon and Grattan, for Monck Mason's History of that Cathedral, including a full-length portrait of Dean Swift, Author of Gulliver's Travels, etc., 4to, wrapper,	0 3 6	0 3 6

W. B. KELLY, 8 Grafton Street, Dublin.

PA
6452
A2
1862
v.1

Livius, Titus
Historiae Romanae

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY